BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
4 1
13

Digitized by Google

17 – 21 . f. 102

Digitized by Google

R. P. D.

THOMATI

DECISIONES ROTAE MACERATENSIS

PARS SECVNDA.

EDITIO SECVNDA.

Digitized by Google

Digitized by Google

DECISIONES
NOVISSIMÆ
S. ROTAE MACERATEN.
Totius Picæni Cauſas Vtriuſq; Fori Decidentis,

AVCTORE R. P. D.

MARCO ANTONIO THOMATO
PÆDEMONTANO,

OLIM EIVSDEM ROTÆ AVDITORE, POSTEA EPISCOPO
Bitectenſi, & demum Vicario Lateranenſi, & Viſit. Apoſtolico.

In quibus multa ad vtrumque Forum ſpectantia definiuntur; iuxta receptam Doctorum, & Tribunalium Supremorum, Præcipuè S. Rotæ Romanæ Sententiam, & veram Praxim.

Cum Argumentis Summarijs, & copioſiſſimo Indice.

PARS SECVNDA, EDITIO SECVNDA.

AD EMINENTISSIMVM, ET REVERENDISSIMVM PRINCIPEM

CAROLVM PIVM
A SABAVDIA, S. R. E. CARDINALEM.



MACERATÆ, Sumptibus Ioſephi Corui. M.DC.LXX.

Ex Officina Hæredum Auguſtini Griſei, & Ioſephi Piccini.

DD. SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

EMINENTISS. ET REVERENDISS. PRINCIPI

CAROLO PIO

A SABAVDIA,

S. R. E. CARDINALI.

Marcus Antonius Thomatus Epiſcopus Aſten. & Io: Dominicus Vtriuſq; Signat. Sanctiſs. Domini Noſtri Papæ Referendarius, & maioris Præſidentiæ Abbreuiator Diutiſs. Incolumitatem Æternam fœlicitatem.

QVÆ Patruus noſter ſumma ſemper à nobis veneratione colendus in Agro Picæno longa olim annorum ſerie ſeminauit, denuò in lucem prodeunt Eminentiſs. Princeps; tibique tamquam Domino, cui omnes fructus iure debentur, hos veluti manipulos offerimus exuberiori ſegete non ſine labore collectos. Etenim Agricolæ honorem ad elaborandum in eo ſub benignis radijs ſummi Sacerdotis Vrbani VIII. nominis æterni conſequtus fuit intercedente immortalis memoriæ Cardinale Carolo Emanuele Auunculo tuo, & à te ſenio confectus vigiliarum ſuarum palmam, & prœmium adeptus eſt. Accedit & alius titulus ex nobis ipſis, qui ſub magno Purpuratæ Aquilæ tuæ patrocinio ſingulares experti benignitatis tuæ effectus,

tuæ familiaritatis intuitu ad Prælaturæ, & Epiſcopatus dignitatem euecti ſumus. Quapropter iuſtum nobis viſum eſt, in noſtræ humilitatis obſequium hunc ſpicarum faſciculum magnanimitati tuæ tradere ſine cuius ope, & influxu, nec ſpicæ colligi, nec frumenti copia, & vbertas haberi potuiſſet. Accipe ergo Cardinalis Ampliſſimè, Purpuræ decus, & ornamentum animo illo tuo Regio tributum hoc paruum, quod in ſuæ dilectionis ſimbolum, Nepotes pro ſe, & Patruo tibi humillimè, perſoluunt, nec illud acceptare dedigneris, quia ad ſuum vnde prodijt principium regreditur, & ſi exiguum, ac minus purgatum videtur, refunde in infirmitatem, & paupertatem terræ, ac ingenij Agricolæ, & nos offerentes, quos ſemper amaſti, amare ne deſinas, nam diligimus.

INDEX ARGVMENTORVM DECISIONVM SACRÆ ROTÆ MACERATEN.

Quæ in hac Secunda Parte continentur.

DECISIO CXXI.

Confeſſio extraiudicialis emanata parte abſente, an, & quando probet; Et quid ſi facta ſit ex cauſa dotis, vel pro exoneratione conſcientiæ.

DECISIO CXXII.

Salarium conſtituere in Iudicis arbitrio præcipuè reſidet, habita ratione officij, & beneficij præſtiti, ac inſpecta qualitate perſonæ, & alijs huiuſmodi circumſtantijs penſatis.

DECISIO CXXIII.

Agitur de ſpolio, cuius actio non tranſit ad hæredes, niſi fuerit iam creata, & formata in perſona defuncti, cum alijs de quibus in ſummario.

DECISIO CXXIV.

Societas vniuerſalis omnium bonorum contrahi poteſt tacitè ſicut expreſsè: in illaque veniunt, non tantum ea quæ acquiruntur ex actibus quæſtuarijs, ſed etiam quæ proueniunt ex legato, aut hæreditate, vel ſimilibus.

DECISIO CXXV.

Mandatum de manutenendo, quando ſit reuocandum per ſententiam diffinitiuam.

DECISIO CXXVI.

Quando poſſit dominus cenſus compelli inuitus ad accipiendum pro cenſus extinctione fundum cenſuatum, vel alia bona debitoris cenſus, cum alijs de quibus infra.

DECISIO CXXVII.

An, & quando fructus melioramentorum licitè percipiantur, & non compenſentur cum pretio melioramentorum, & de intereſſe quando validè taxetur à principio.

DECISIO CXXVIII.

Conſtitutio Ægidiana, quæ prohibet appellationem in ſtatu Eccleſiaſtico, an reſpiciat deciſoria, vel ordinatoria, itaut comprehendere valeat perſonas Eccleſiaſticas.

Digitized by Google

Index Argumentorum.

DECISIO CXXIX.

Poſſeſſio Plebani anteceſſoris iuuat ſucceſſorem, qui nomine Eccleſiæ intentare poteſt quæcumque remedia poſſeſſoria; Et de clauſula conſtituti poſita in contractu conditionali, quæ non transfert poſſeſſionem pendente conditione.

DECISIO CXXX.

Laudum nullum, & iniuſtum executionem non meretur.

DECISIO CXXXI.

Decima, an debeatur Rectori de prædijs, & terrenis exiſtentibus intra limites ſuæ Parochiæ, vel potius Eccleſiæ, in qua domini prædiorum audiunt diuina, & ſacramenta recipiunt.

DECISIO CXXXII.

Lucrum incertum Societatis poteſt ſtabiliri, ſeù vendi inter conſocios pro determinato pretio proportionato, tamen ad dubium lucri euentum, cum alijs multis in materia ſocietatis.

DECISIO CXXXIII.

Poſſeſſio Eccleſiæ ad ſe trahit poſſeſſionem omnium rerum, quæ pertinent ad illam, dum tamen non poſſideantur ab alio tertio, quia tunc non veniunt ſub generali poſſeſſione Eccleſiæ adepta.

DECISIO CXXXIV.

Reſeruatio dominij, quem effectum operetur.

DECISIO CXXXV.

Patet ex ſummario.

DECISIO CXXXVI.

Emptor, qui poſſidet rem, & non ſoluit pretium, tenetur ad fructus recompenſatiuos, iuxta l. curabit, C. de act. empt. etiam quod venditor non adimpleuerit promiſſa ex parte ſua.

DECISIO CXXXVII.

Nomen debitoris in ſolutum cedens, & promittens de euictione, ac etiam de exigibilitate ad quid teneatur, & quando dicatur ſequuta euictio.

DECISIO CXXXVIII.

Teſtamentum primum habens clauſulam derogatoriam non tollitur per ſecundum, niſi in eo ſit facta mentio ſpecialis clauſulæ derogatoriæ.

DECISIO CXXXIX.

Poſſeſſio capta vigore ſententiæ nullæ dicitur ſpoliatiua, & capta per vim expulſiuam, itaut competat manutentio ad fauorem antiqui poſſeſſoris, qui non habet ſe pro ſpoliato.

DECISIO CXL.

Obligatus in forma Cameræ, & cum iuramento ad redimendum cenſum, non dicitur impleuiſſe per cautionem, ſed per redemptionem, ad quam faciendam cum præcisè compelli poſſit, contra eum executiuè agitur pro implemento.

DECISIO CXLI.

Primum extremum in ſpolio pluè, & concludenter probandum eſt; Et de manutentione danda poſſeſſori, ſiuè poſſeſſionem probet ex confeſſione partis enunciantis eum detentorem, & occupatorem, & petentis reintegrationem, ſiuè ex verbis ſententiæ amoto, &c.

DECISIO CLXII.

Decimæ aliæ ſunt ſpirituales, aliæ temporales. Et quando, & cui debeantur ſpirituales, & temporales.

DECISIO CXLIII.

Confeſſio ficta, & contumacialis quid operetur. Et de dote cuius fauore vnus hæredum promiſſoris poteſt conueniri in ſolidum. Et quando interuſuria dotis non ſolutæ remiſſa cenſeantur per maritum.

DECISIO CXLIV.

Transactio ad ſpecificata tantum reſtringitur, ſecundum diſpoſitionem l. ſi de certa, C. de tranſact.

DECISIO CXLV.

Fiſcus eſt quaſi hæres delinquentis eiuſque perſonam repræſentat, ita vt creditoribus, ſuper bonis confiſcatis ſatiſfacere cogatur.

DECISIO CXLVI.

Mora de æquitate canonica poteſt quandocunque purgari, ſi ius partis non ſit factum deterius.

DECISIO CXLVII.

Si vicinus aquam pluuiam decurrentem ad ſuum fundum opere manu facto diuertat, ita vt altero vicino noceat, cogitur opus deſtruere, & ad priſtinum ſtatum aquam reducere. Et quando licitum ſit ſulcos aquarios tranſuerſos facere.

DECISIO CXLVIII.

An, & quando prælegata veniant in reſtitutione fideicommiſſi.

DECISIO CXLIX.

Trebellianica intelligitur prohibita per verba teſtis tuas ſine aliqua diminutione, vel integrè.

DECISIO CL.

Ex ſummario num. 2. Sume Argumentum.

DE-

Index Argumentorum.

DECISIO CLI.

Adminiſtrator tenetur edere libros rationum in iudicio, non vt efficiantur de actis, ſed vt deponantur penes tertium ad effectum inſpiciendi, & calculandi.

DECISIO CLII.

Ius accreſcendi in bonis ab inteſtato delatis, quomodò locum habeat inter coniunctos legali coniunctione.

DECISIO CLIII.

Retentio bonorum, quando detur creditori pro dote poſſidenti, aduerſus hæredem proprietarium, qui mittitur in poſſeſſionem, ex remedio l. fin. C. de Ed. Diu. Ad. Tollen.

DECISIO CLIV.

Status beneficij vltimus non attenditur, quando legitimè conſtat de contrario, aut diuerſo anteriori, & de pluribus alijs adductis ad probandam Eccleſiæ vnionem.

DECISIO CLV.

Præſcriptio ſtatuti in actione perſonali cum mala fide, non prodeſt debitori, ſiue verba ſtatuti directa ſint in ipſum debitorem, ſiuè in creditorem, ſecundum magis veram, & communem doctorum ſententiam.

DECISIO CLVI.

Seruitus acquiritur pactis, & conuentionibus perpetuo ſeruandis in ſeruitutibus vere realibus.

DECISIO CLVII.

Sententia ſuper deſertione lata, quando habeat vim diffinitiuæ.

DECISIO CLVIII.

Quando vocata eſt linea maſculina, non veniunt fœminæ deſcendentes ex maſculis.

DECISIO CLIX.

Contractum cenſus inualidum ex defectu mandati ille ratificare cenſetur, qui recipit pretium illius, & deinde ſoluit fructus.

DECISIO CLX.

Laudum emanatum ex compromiſſo cum iuramento, & obligatione Camerali, habet executionem paratam; & ſi à partibus eſt emologatum reſtitui non poteſt, niſi probata enormiſſima læſione.

DECISIO CLXI.

Debitor dotis, qui habet electionem ſoluendi in pecunia, vel ſtabilibus, ſi eſt in mora conſtitutus, an ſoluere debeat fructus iuxta formam ſtatuti, vel potius ad rationem quinque pro centenario, vt ſtabilia communiter reddunt.

DECISIO CLXII.

Inſtrumentum fideiuſſionis mulieris pro marito non inſinuatum iuxta formam Conſtitutionis Marchiæ lib. 5. cap. 25. eſt imperfectum, & nullum propter defectum inſinuationis, quæ fieri debet ad inſtantiam mulieris tantum.

DECISIO CLXIII.

A mandato de manutenendo per viam ſententiæ diffinitiuæ, datur appellatio ad vtrunque effectum inſpectu iure canonico, & in foro Eccleſiaſtico, vbi non intrat Ægidiana.

DECISIO CLXIV.

Fideicommiſſum egredi non debet caſus à teſtatore præſcriptos, illoque expirato, poſſunt bona fideicommiſſaria ab vltimo ſubſtituto alienari.

DECISIO CLXV.

Vbi poſſeſſio eſt attentata, vel turbida reſpectu vtriuſque partis ſequeſtrum debet apponi ex officio Iudicis.

DECISIO CLXVI.

Attentata poſt præſentationem citationis ad allegandum cauſas quare appellatio admitti, & inhibitio concedi non debeat cum ſuperſeſſoria ſunt reuocanda, ſiuè iuſta, ſiuè iniuſta ſit ſuperſeſſoria.

DECISIO CLXVII.

Sententia nulla non poteſt confirmari quando defectus eſt in proceſſu, & ſubſtantialibus eiuſdem.

DECISIO CLXVIII.

Saluianum locum non habet, vbi nulla adeſt hypotheca, quæ ceſſat ſtatim atque nullum eſt teſtamentum, ſeu inſtrumentum, à quo, ſeù quibus, illa deſumitur.

DECISIO CLXIX.

An liber mercatoris iunctis adminiculis probet ad fauorem ipſius.

DECISIO CLXX.

De recognitione ſcripturarum, & quæ requirantur, vt ſcriptura dici poſſit recognita.

DECISIO CLXXI.

In ſaluiano ſufficit citare poſſeſſorem, abſque eo, quod citetur poſſeſſoris auctor. Et ex omiſſione citationis alicuius intereſſati ſententia non eſt nulla, licet non afficiat non citatum.

DECISIO CLXXII.

Socius inuitus cogitur ad ædificandum, vel contribuendum in expenſis pro refectione, ſeu reparatione neceſſaria muri communis pro indiuiſo.

DE.

Index Argumentorum.

DECISIO CLXXIII.

Creditor ratione ſuæ hypothecæ, poteſt auocare mobilia bona penes tertium exiſtentia ex remedio ſaluiani interdicti probatis extremis.

DECISIO CLXXIV.

Hæc deciſio plura notanda continet, quæ colliguntur ex ſummario.

DECISIO CLXXV.

Reſtitutio depoſiti ſponte facta non liberat depoſitarium, cum adhuc illud dicatur extare cum alijs in materia ſuſpicionis fugæ.

DECISIO CLXXVI.

Tertius, qui non fuit in iudicio, & ignorauit cauſam agi, non prohibetur appellare à ſententia lata in poſſeſſorio reſpuente appellationem.

DECISIO CLXXVII.

Poſſeſſio defuncti in hærede continuata vigore ſtatuti, an ſufficiat ad manutentionem obtinendam, præſertim quando deuolutio eſt clara, itaut bona de ſui natura non tranſmittantur ad hæredes, ſed pertineãt ipſo iure ad proprietarium.

DECISIO CLXXVIII.

Spolium non intrat niſi probatis duobus extremis, & vbi agitur contra eum, qui ingreſſus eſt poſſeſſionem auctore Prætore, probetur etiam nullitas, ſiu iniuſtitia Iudicis immittentis.

DECISIO CLXXIX.

Attentata in primis, & ante omnia non debent reuocari ſi ſunt turbida, vel quando materia illorum dependet à cognitione negotij principalis.

DECISIO CLXXX.

Mandatum relaxatum pro maiori ſumma eius, quod debetur in totum eſt nullum, prout etiam nulla eſt ſubhaſtatio, adiudicatio, & immiſſio exinde ſequuta, ita vt locus ſit manutentioni ad fauorem rei poſſeſſoris, qui non habuit ſe pro ſpoliato.

DECISIO CLXXXI.

Retentionem habet creditor ad quem res peruenit ex cauſa illius debiti, pro quo vult retentione vti, licet nulliter ingreſſus ſit poſſeſſionem, qua nullitate ſtante facit etiã fructos ſuos ante motã litem, dum tamẽ non ſit in mala fide, vel dolo, nempè quod titulus ſuæ poſſeſſionis ortum habeat à cauſa irrita, ex defectu conſenſus impedientis translationem poſſeſſionis, vel auctoritate propria rem poſſeſſam apprehendidiſſet.

DECISIO CLXXXII.

Ex ſummarijs ſunt pro argumento concluſiones de quibus in eo.

DECISIO CLXXXIII.

Sententia lata in ſaluiano non eſt appellabilis, niſi quo ad effectum deuolutiuum propter Ægidianam in ſtatu Eccleſiaſtico vſu receptam.

DECISIO CLXXXIV.

Iuris communis aſſiſtentia in decimis non ſuffragatur Parocho ad effectum obtinendi manutentionem, niſi concurrat probatio poſſeſſionis. Et de quota decimarum, vt præſcribatur quid ſit neceſſarium.

DECISIO CLXXXV.

Cenſus reuiuiſcit, & illius dominus redit ad prima iura, debetque conſequi fructus, quando titulus dationis in ſolutum pro ſorte eſt nullus, & reducitur ad non titulum.

DECISIO CLXXXVI.

Sicut mutuans ad nauem reficiendam, vel ad rem conſeruandam, præfertur etiam anterioribus creditoribus, ita pariter is, qui colono mutuauit ad prædium colendum, ſeu reficiendum debet alijs præferri.

DECISIO CLXXXVII.

Tractatur materia, quando filia dotata per ſtatutum ab vno, puta patre dicatur excluſa ab omnium hæreditate, etiam non dotantium, in terminis Statut. Camerinen. lib. 2. Rub. 119.

DECISIO CLXXXVIII.

Lucrum ſocietatis diuidi debet ſecundum legem dictam in ipſa ſocietate.

DECISIO CLXXXIX.

Vxor quando mutet proprium domicilium, & aſſumat illud viri, & ad quem effectum hoc debeat intelligi, & an valeat illius teſtamentum non ſeruato ſtatuto loci illius, vbi eſt nupta.

DECISIO CXC.

Conſtitutio Marchiæ annullat contractus mulierum non inſinuatos, & plura alia in materia inſinuationis.

DECISIO CXCI.

Vendens ſubhaſta quid teneatur præſtare emptori.

DECISIO CXCII.

Auditores Rotæ Maceraten. decreta voluntariæ iuriſdictionis interponere poſſunt, non ſolum in contractibus Laicorum, ſed etiam Eccleſiaſticorum.

DE.

Digitized by Google

DECISIO CXCIII.

Quamuis Ægidiana locum habeat, tàm in prima, quàm in ſecunda inſtantia, limitatur tamen, vbi expreſſè reuocatur prima ſententia, quia verba illa malè iudicatum, & benè appellatum faciunt mixturam.

DECISIO CXCIV.

Iuri petendi exequutionem ſententiarum trium conformium, an præſcribatur ſpatio triginta annorum.

DECISIO CXCV.

Venditio prædij puta ſalmarum quatuor pro pretio æſtimando in ſingulas ſalmas dicitur facta ad menſuram, illaque ſalmæ quatuor tantum in venditione veniunt, etiamſi aliquid plus reperiatur prædium.

DECISIO CXCVI.

Vbi ſunt permiſſæ vſuræ, prout marito pro tempore, quo ſuſtinet onera matrimonij, licita eſt pactio, & taxatio quantitatis illarum præcipua, dummodo æquè, & iuxtè fiat.

DECISIO CXCVII.

Iudex delegatus certus eſſe debet de ſua iuriſdictione, quæ incipit à die præſentatione commiſſionis, & an expiret per ſententiam latam.

DECISIO CXCVIII.

Remedium l. fin. C. de Ed. Diu. Ad. Tollen. competit fideicommiſſario, nec admittit appellationem ſuſpenſiuam, etiam de iure canonico.

DECISIO CXCIX.

Quando ad effectum impediendi immiſſionem ex remedio l. fin. C. de Ed. Diu. Ad. Tollen. quis dicatur legitimus contradictor, & de repræſentatione, quando admittatur in ſucceſſione bonorum fideicommiſſariorum aſcendentium.

DECISIO CC.

Diſcutitur quando habeat locum, tex. in l. Modeſtinus, ff. de ſolut. & quando valeat ceſſio, ex interuallo facta fideiuſſori.

DECISIO CCI.

Pœna caducitatis, vt euitetur facienda eſt omnis interpretatio poſſibilis, agenſque ad illam, quid probare teneatur.

DECISIO CCII.

Extinguens cenſum cuius erat debitor etiam per accollationem, ceſſionem iurium tranſlatiuam, & efficacem, contra releuantem reportare non poteſt, quia ius creditoris per ſolutionem euanuit.

DECISIO CCIII.

Filia à ſtatuto excluſa, & à patre dotata, nō poteſt ſupplementum dotis petere, quia quæcunque ſit dos ab illo conſtituta cenſetur congrua, vel de paragio, ita vt in congruitate dotis nulla ratio legitimæ habeatur.

DECISIO CCIV.

Statutum alicuius ciuitatis, ſeù loci non comprehendit bona extra territorium, & ideo vt locum habeat requiritur ſubiectio bonorum, & perſonæ in vno, & eodem ſtatuto.

DECISIO CCV.

An ſuper re communi impoſitio cenſus ſit valida, & an ſuper eodem fundo poſſint plures cenſus imponi.

DECISIO CCVI.

Liquidatio in actis facta ad effectum poſſeſſorij, non facit ſententiam latam in ſaluiano appellabilem.

DECISIO CCVII.

Inſtrumentum cum apoſtilla in margine, an requirat ſubſcriptionem Notarij teſtantis ſe apoſtillam ſcripſiſſe.

DECISIO CCVIII.

Debitor non poteſt præiudicare creditoribus anterioribus.

DECISIO CCIX.

In contractu venditionis læſio regulariter non præſumitur, & vbi præſumeretur conſideranda eſſet habito reſpectu ad tempus contractus. Et an habeat locum, quando venditor promiſit cum iuramento non contrauenire.

DECISIO CCX.

Dotis non reſtitutæ fructus de iure communi non debētur, niſi duobus concurrentibus, inopia ſcilicet Viduæ non habentis aliunde alimenta, & quod fecerit diligentias pro dote effectualiter recuperanda, eamque habere non potuerit.

DECISIO CCXI.

Quaſi poſſeſſio exigendi cenſum quomodo probetur ad effectum manutentionis.

DECISIO CCXII.

Intereſſe conuentum inter emptorem, & venditorem debetur etiam pendente dilatione ad ſoluendum, & ſi taxatio ſit exceſſiua illud præſtatur, non ad rationem conuentionis, ſed pro rata fructuum, qui percipiuntur ex re tradita.

DE.

Digitized by Google

Index Argumentorum.

DECISIO CCXIII.

Tutela non finitur per mortem aliquorum ex pluribus tutoribus in teſtamento datis, ſed remanet penes ſuperſtitem, niſi in teſtamento dictum ſit, quod vnus non poſſit ſine alio adminiſtrare, vel niſi ſuperſtes ob ignauiam, aut dolum cuſtodiam pupilli negligat.

DECISIO CCXIV.

Pro relatione executorum præſumitur, admittuntur tamen probationes in contrarium, dummodo ſint plenæ, & concludentes.

DECISIO CCXV.

Deſerta appellatione, quando, & quibus perſonis competat reſtitutio in integrum.

DECISIO CCXVI.

Sume ex Summario.

DECISIO CCXVII.

Depoſitum legitimè factum præuia diſdicta, & citatio creditore, qui tenuit recipere, habet vim extinctionis cenſus.

DECISIO CCXVIII.

Filius familia ſui iuris effectus, contra inſtrumentum, in quo ſimul cum patre ſe obligauit, quando beneficio l. 2. ff. &, C. quod cum eo, gaudere poſſit declaratur.

DECISIO CCXIX.

Manutentio competit poſt ſententiam, quæ fuit ſuſpenſa per appellationem.

DECISIO CCXX.

Ceſſionario datur ſaluianum ex perſona cedentis, dummodo probet extrema neceſſaria, nempè vtramque poſſeſſionem, & creditum, cum certa eius quantitate, ac identitate. Et de negatiua, quæ cenſetur probata per inſpectionem ſcripturæ ad quam fit relatio.

DECISIO CCXXI.

Quando agitur ad effectum repetendi ſolutum indebitè requiritur præciſa, & concludentes probatio.

DECISIO CCXXII.

Statutum inducens ſolutionis præſumptionem poſt certum temporis ſpatium, an, & quando ſit validum.

DECISIO CCXXIII.

Teſtator præſumitur ſe voluiſſe conformare cum diſpoſitione legis, quæ cauetur. quod dotes promiſſa, vel data hæredibus grauatis non contineantur ſub fidei commiſſo.

DECISIO CCXXIV.

Reſignatarius, ſiuè ſucceſſor in beneficio, an, & quando teneatur ſtare locationi factæ ab anteceſſore reſignante.

DECISIO CCXXV.

Ægidiana quæ habet locum in ſaluiano, & prohibet appellationem, requirit quod ſententia iuſtificetur ex actis, alioquin datur appellatio.

DECISIO CCXXVI.

Poſſeſſio inſtrumentalis ſufficit pro manutentione obtinenda, quando non conſtat de poſſeſſione alterius.

DECISIO CCXXVII.

Rota Maceraten. res iudicatas attendere non ſolet; quando iniuſtitia eſt notoria.

DECISIO CCXXVIII.

Poſſeſſio inſtrumentalis alio non exiſtente in poſſeſſione eſt manutenibilis, & anterior præfertur poſteriori poſſeſſori, cum alijs multis in materia manutentionis.

DECISIO CCXXIX.

Et ſi iuxta communem vſum loquendi omnia in dotem data, nuncupentur dotalia, non tamen pro fundo dotali ſemper illa ſtare dicuntur.

DECISIO CCXXX.

Confeſſio reuocatio immediatè facta illam tollit, etiam non docto de errore.

DECISIO CCXXXI.

In extinctione cenſus admittitur compenſatio, quæ à pari procedit cum reſtitutione ſortis, & habet vim ſolutionis veræ.

DECISIO CCXXXII.

Appellans impeditus facto alieno excuſatur à curſu fatalium, etiam ſine proteſtatione, dum ex parte ſua fecit, quod potuit.

DECISIO CCXXXIII.

Socius veniens contra conuentionem, & legem ſocietatis tenetur de caſu fortuito.

DECISIO CCXXXIV.

Ius paſcendi quando, quibus, & quomodo competat.

DECISIO CCXXXV.

Promiſſio indemnitatis, an, & quando requirat excuſſionem.

DECISIO CCXXXVI.

Gazagà quid ſit, & quid importe inter Hebræos

DE-

Index Argumentorum.

DECISIO CCXXXVII.

Iudex requiſitus in iuris ſubſidium, an, & quando teneatur exequi ſententiam.

DECISIO CCXXXVIII.

Electio Conſiliariorum, & aggregatio ciuium eſt facienda per Vniuerſitatem congregatam, vel per conſilium, quod totam ciuitatem repreſentat, non autem per Iudicem ordinarium.

DECISIO CCXXXIX.

Interuſuria dotalia, quando, & ad quam ſummam debeantur, & quando cenſeantur remiſſa.

DECISIO CCXL.

Optio quid ſit, quando, & inter quos locum habeat.

DECISIO CCXLI.

Vna perſona vicem duarum diuerſis reſpectibus repreſentare poteſt.

DECISIO CCXLII.

Emptio cenſus dicitur facta in pecunia numerata, etiã quod illas venditor ſtatim illas pecunias reſtituat emptori ex aliqua alia cauſa.

DECISIO CCXLIII.

An deſerta cauſa appellationis cẽſeatur pariter deſerta cauſa nullitatis notoriæ in terminis ſtatuti, ſeu conſtitutionis præfigentis terminum ad agendum, ſeu dicendum de nullitate.

DECISIO CCXLIV.

Creditor hypothecam habens præfertur creditoribus ſolùm actionem perſonalem habentibus, qui eſſe debent omnes pares in concurſu, nulla habita prioritatis temporis ratione.

DECISIO CCXLV.

Conſenſum non cogitur, quis præſtare, ſtante iuſta cauſa diſſenſus, & ſi Iudex compellit, datur appellatio.

DECISIO CCXLVI.

Præſcriptio decennalis in ſaluiano, an, & quando intret, & quando currere incipiat.

DECISIO CCXLVII.

Subſtitutus Parochus ab ordinario approbatus, habet in cura animarum omnimodam poteſtatem, etiam dictandi, & recipiendi teſtamenta Parochianorum, ſecundum formam cap. cum eſſes, de teſtam. quamuis dictata, ſeu ſcripta teſtamenta ſint ad fauorem Parochi ſubſtituentis, ſeu eius Eccleſiæ Parochialis, dummodo tamen illa per Viceparochum, & per teſtes, qui interfuerunt, viua voce releuata, & comprobata fuerint in iudicio.

DECISIO CCXLVIII.

Dos promiſſa in quantitate, & redacta ad ſpeciem de partium conſenſu, in eadem ſpecie debetur mulieri non conſiderata amplius quantitate.

DECISIO CCXLIX.

Confeſſio plenè probat contra confitentem, & ſi qualificata eſt, diuidi non poteſt, niſi habeat contra ſe iuris præſumptionem, quo caſu poteſt in parte tantum acceptari.

DECISIO CCL.

Maritus cautionem non præſtat pro reſtitutione dotis.

DECISIO CCLI.

Obligatio Cameralis effectus.

DECISIO CCLII.

Ædere inſtrumenta parti aduerſæ, an, & quando quis teneatur.

DECISIO CCLIII.

Conſtito de alterius poſſeſſione certa, illa non eſt ſequeſtranda per iudicem, nec ad ſe auocanda eſt, ſed eſt inhibendum alteri parti, ne poſſeſſorem moleſtet.

DECISIO CCLIV.

Saluianum interdictum, quando detur pro fructibus cenſus; Et plura adducuntur circa emptorem, & poſſeſſorem rei hypothecatæ, qui ſolummodo partem pretij ſoluerat anterioribus creditoribus, an ſcilicet patiatur immiſſionem, vbi poteſt commodè vtrique ſatisfieri.

DECISIO CCLV.

Ad fundandam iuriſdictionem Iudicis, ad quem appellatur, verba ſententiæ attenduntur.

DECISIO CCLVI.

Inſtitutus debet eſſe actu Sacerdos, quando in fundatione Beneficij qualitas Presbyteratus iuncta eſt verbo eligendi, ſecundum regulam, quod qualitas adiecta verbo, referenda ſit ad tempus verbi.

DECISIO CCLVII.

Sepulchrum viri, & vxoris, debet eſſe vnicum.

DECISIO CCLVIII.

Liberationem legata debitoribus intelligitur de debitis, & debitoribus, qui erant tempore conditi teſtamenti, & non tempore mortis, factaque verbis vniuerſalibus, & geminatis nullum debitum excludit.

DE-

Digitized by Google

Index Argumentorum.

DECISIO CCLIX.

Appellationem ſuſpenſiuam non admittunt decreta vi‑ſitationis Epiſcoporum, quæ concernunt correctio‑nem morum, & paternam reprehenſionem: Secus verò vbi cauſa eſſet magni præiudicij, & procede‑retur iudicialiter compilato proceſſu.

DECISIO CCLX.

Reſeruatio dominij vſque ad integralem ſolutionem, poſita in inſtrumento venditionis, habet vim pacti manus iniectionis, afficiendo rem ipſam, itant non ſoluto pretio, & fructibus debitis, poſſit res auferri per mandatum de aſſociando à quolibet poſſeſſore, etiam tertio, cum prælatione omnium creditorum, licet anteriorum.

DECISIO CCLXI.

An, & quando peritis in arte ſtandum ſit?

DECISIO CCLXII.

Propter poſſeſſionem anteceſſoris beneficiati, datur mandatum de manutenendo ſucceſſori in beneficio.

DECISIO CCLXIII.

In ſaluiano quæ ſint probanda, & an ſufficiat citare poſſeſſorem, abſque eo, quod citetur poſſeſſoris auctor in iudicio compareat.

DECISIO CCLXIV.

Error communis non ſemper excuſat.

DECISIO CCLXV.

Sententia an ſit exequenda contra hæredem, vbi aditio ex bonorum hæredis poſſeſſione probatur.

DECISIO CCLXVI.

Ægidianæ conſtitutionis locus nõ eſt quoties lata ſententia in ſaluiano, tractatur de perſonis, ſeu rebus Eccleſiaſticis.

DECISIO CCLXVII.

Vbicunque quis nobis obligatur ad aliquid faciendum, compelli poteſt, vt per inſtrumentum nos cautos reddat.

DECISIO CCLXVIII.

Obligatio defuncti, non extenditur ad bona hæredis?

DECISIO CCLXIX.

Socius poteſt compelli ad diuiſionem, quia nemo inuiens cogitur manere in communione, etiamſi res ſit Emphyteutica.

DECISIO CCLXX.

Colonus partiarius tanquam ſocius ſingularis, non obligat dominum conſocium, niſi contrahat nomine ſocietatis, & in cauſam ſocietatis.

DECISIO CCLXXI.

De re iudicata conſtat, quando à ſententia, ſeù decreto diffinitiuo non fuit appellatum infra legitima tempora.

DECISIO CCLXXII.

Ceſſãte cauſa obligationis, extinguitur ipſa obligatio?

DECISIO CCLXXIII.

Fructum liquidatio, quomodo facienda, & eorum valor, quomodo probandus.

DECISIO CCLXXIV.

Vxoris obligatio facta inſimul cum viro pro illo ſubleuando, & pro indigentijs domus ſuſtinetur, quamuis non conſtet pecunias verſas in vtilitatem mulieris. Et de alijs ad materiam, auth. ſi qua mulier C. ad Sen. Conſult. Velleian.

DECISIO CCLXXV.

Poſſeſſor eſt manutenendus, etiamſi contra ipſum lata ſit ſententia de reintegrando ſuſpenſa per appellationem.

DECISIO CCLXXVI.

Qui dicit de notoria iniuſtitia ad effectum impediendi immiſſionem, & executionem ſententiæ latæ in ſaluiano, debet euidenter illam probare ex eiſdem actis, cum vnaqueque offuſcatio colorata ſatis, atque ſufficiens ſit ad tollendã notorietatem iniuſtitiæ.

DECISIO CCLXXVII.

Captus nulliter debet de æquitate confirmari, quando cõſtat de veritate crediti, & debitum non eſt ſolutũ?

DECISIO CCLXXVIII.

Lapſus termini ad docendum de proſecutione appellationis, licet non inducat deſertionem, operatur tamen, quod Iudex non conſtito de impedimentis, poſſit procedere ad executionem ſententiæ tranſactæ in iudicatum.

DECISIO CCLXXIX.

Sententia declarans aliquem ponendum de regiminis officio, vel declarans aliquem comprehenſum à ſtatuto, vel vt proximiorem, aut hæredem immittendum in poſſeſſionem, appellationem admittit ad vtrumque effectum.

DECISIO CCLXXX.

Lineæ appellatione, an veniat ſolummodo linea effectiua, ſcilicet deſcendentes, vel contentiua, hoc eſt etiam tranſuerſales.

DECISIO CCLXXXI.

Actio ſpolij datur aduerſus tertium poſſeſſorem rei, ſuper qua fuit commiſſum ſpolium, etiamſi ille titulo, & bona fide poſſideat, habeatque cauſam ab auctore non vitioſo.

DE-

Digitized by Google

Index Argumentorum.

DECISIO CCLXXXII.

Fructus reſtitui non debent ab eo, qui non eſt malæ fidei poſſeſſor.

DECISIO CCLXXXIII.

Appellari poteſt non ſolum à grauaminibus iudicialibus, ſed etiam extraiudicialibus, illatis tàm à Iudice, quàm à parte.

DECISIO CCLXXXIV.

De tertio ſe opponente aduerſus ſententiam, ad effectum illius executionem impediendi.

DECISIO CCLXXXV.

In retrouenditione cenſus, reſeruatio iurium pro conſecutione fructuum decurſorum ante redemptionem, operatur, vt non dicatur receſſum ab antiqua hypotheca, niſi quatenus ſequatur ſatisfactio.

DECISIO CCLXXXVI.

Exceptio legitimationis perſonarum neceſſaria in quocunque iudicio, ſi eſt omiſſa reddit ſententiam nullam.

DECISIO CCLXXXVII.

In contractibus, qui ſolo conſenſu perficiuntur, quando ſit neceſſaria ſcriptura.

DECISIO CCLXXXVIII.

Manutentio eſt danda poſſeſſori anteriori, in concurſu cum poſteriori, qui poſſeſſionem adeptus eſt nulliter.

DECISIO CCLXXXIX.

In tranſactione non habet locum regula, quod non obſeruanti non obſeruetur, ſed agitur ad intereſſe remedio ordinario.

DECISIO CCXC.

Procurator ad exigendum, & quietandum, non poteſt confiteri habuiſse, nec poteſt donare, quamuis conſtitutus ſub quacunque facultate, etiam cum libera.

DECISIO CCXCI.

Iuriſdictio, an prorogari poſſit in ſuperioris præiudicium, & de clauſula ſublata.

DECISIO CCXCII.

Statutum prohibens mulieribus teſtari ſine certa ſolemnitate, eſt de iure validum, & fauorabile, quia non tollit liberam teſtandi facultatem, ſed quod ipſæ mulieres teſtentur aliquo modo cauto, ne fraudentur.

DECISIO CCXCIII.

Confeſſio pro exoneratione conſcientiæ quid operetur, & quando non requirantur ſolemnitates ſtatutariæ in confeſſione mulieris, & in melioramentorum materia, quid ſit attendendum.

DECISIO CCXCIV.

Conſtitutio quæ dat formam, & modum faciendi executionem, debet præcisè adimpleri, & non per æquipollens.

DECISIO CCXCV.

Minor compellitur à ſtatuto ad compromittendum, laudumque in dubio præſumitur iuſtum.

DECISIO CCXCVI.

Vbi non eſt creditum liquidum, ſed turbidum, rigor obligationis Cameralis exerceri non debet.

DECISIO CCXCVII.

Tranſactiones cum aſſenſu Epiſcopi facta pro bono pacis, ſuper quantitate decimarum, & ſimilium rerum pertinentium ad parochialitatem ſunt validæ, & obſeruandæ.

DECISIO CCXCVIII.

Conſtitutio, ſiue prohibitio facta per Baronem, vel dominum temporalem, ne ſubditi vadant ad alia molendina, quam ad ſua, non poteſt de iure comprehendere molendina Eccleſiarum, vel perſonarum Eccleſiaſticarum.

DECISIO CCXCIX.

Clerici poſſunt cedere, aut donare, in totum, vel quod eis ſupereſt de franchitia, ſeù immunitate taxata, & ceſſionarius vtitur iure cedentis.

DECISIO CCC.

Quaſi poſseſſio conferendi beneficium, ſufficit ad effectum validitatis collationis, dummodo prius non conſtet de proprietate, & quando iſta, quaſi poſſeſſio præſentandi in iure patronatus defuncti, transferatur in hæredem.

FINIS.

Digitized by Google

Si placet ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. D. FRANCISCO CINO EPISCOP. MACERATEN. *Imprimatur*, Franciſcus Cordella I. V. D. in Collegio de Propaganda Fide, olim Sacr. Theolog. Profeſſor. Canon. Theol. Eccleſ. Cathedr. Macerat.

Imprimatur,

Ioannes Baptiſta Ferrus I. V. D. Canonicus Eccleſ. Cathedr. Macerat. Vicarius Generalis.

Bartholomæus de Amicis Patritius Maceraten. I. V. ac Phyloſ. & Sacr. Theol. Doctor. S. Officij Reuiſor; Vidit, &c. Si placet Reuerendiſs. P. Inquiſit. Anconæ, &c.

Imprimatur,

Frater Dominicus Maria de Ancecchijs Sacr. Theolog. Lector, ac Vicar. S. Officij Macerat. Ord. Prædicat.

Digitized by Google

DECISIONES NOVISSIMAE SACRÆ ROTÆ MACERATEN.

IN QVA TOTIVS PICENI CAVSÆ Vtriuſque Fori deciduntur.

AVCTORE

MARCO ANTONIO THOMATO

Eiuſdem Rotæ Auditore, nunc verò Epiſcopo Bitecten.

PARS SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Confeſſio extraiudicialis emanata parte abſente, an, & quando probet; & quid ſi facta ſit ex cauſa Dotis, vel pro exoneratione conſcientiæ.

SVMMARIVM.

1 *Princeps ſupremus dicitur Lex animata in terris.*
2 *Et ſummam poteſtatem habet in concernentibus ius poſitiuum.*
3 *Poteſtque pœnas delinquentibus remittere.*
4 *Nec non pragmaticas, ſeu conſtitutiones per Communitates factas, & per ipſum confirmatas tollere, vel mutare.*
5 *Confeſſio extraiudicialis ſufficienter probatur per duos teſtes loco, tempore, & verbis conteſtes, & numero 18.*
6 *Confeſſio extraiudicialis de æquitate canonica probat etiam abſente parte.*
7 *Præſertim ſi facta ſit ex cauſa dotis.*
8 *Vel pro exoneratione conſcientiæ.*
9 *Sacerdoti magis creditur quam laico, & num. 16.*
10 *In teſtibus pluralitas actuum potius præſumitur, quam falſitas, aut mendacium.*
11 *Maximè quando actus ſunt tales, qui à communiter contingentibus reiterari ſolent, prout ſunt confeſſio, & teſtamentum.*
12 *Teſtis mendax, aut falſus circa accidentalia, non repellitur.*
13 *Teſtis vnicus ſemiplenam facit probationem.*
14 *Teſtis mediator magis probat, quam qui deponit de facto proprio, ſi non conſequitur laudem, vel commodum.*

Digitized by Google

15 *Quinimò ſecundùm aliquos, plenè probat.*
17 *Sacerdos teſtis ſemiplenam facit probationem.*
19 *Teſtis de veritate deponens iungitur cum teſte deponente de extraiudiciali confeſſione, ad plenè probandum, ſi ad eundem finem tendunt.*
20 *Vbi diſpoſitiones ſunt diuerſæ, & ſeparatæ, vna non habet inferre ad aliam.*
21 *Teſtium dicta pro viribus ſuſtineri debent.*
22 *Præſertim ne ſibi contrarientur.*
23 *Contrarietas quãtò magis fieri poteſt eſt conciliãda.*
24 *Etiam per ſuppictionem.*
25 *Contrarietas non inducitur niſi quando actus ſunt incompatibiles, & quorum finis eſt contrarius.*
26 *Mediator, ſiue Proxeneta non eſt integer teſtis, etiam in cauſa dotis, limita, vt num. 27. & 28.*
29 *Teſtes non dicuntur contrarij, ſi vnus deponat plus altero.*
30 *Sed cenſentur conteſtes in ſumma minori, in qua concordant.*
31 *Teſtes plures magis probant, quam numero minori.*
32 *Dictio (cum) de ſui natura copulat, & indiuiduam reddit diſpoſitionem, quo ad vtrumque.*
33 *Et denotat quondam acceſſionem.*
34 *Paria eſſe dicuntur coniunctionem fieri per dictionem (&) vel per dictionem (cum.)*
35 *Immò fortius copulat dictio (cum) quã dictio (&.)*
36 *Copula (&) requirit concurſum copulatorum.*
37 *Confeſſio defuncti nocet eius hæredibus.*
38 *Hæres repræſentat perſonam defuncti.*

DECISIO CXXI.

BErnardinus Polydorus Ciuitatis Aſculi in vxorem duxit Elimeam filiam Blaſij Franciſci, cum dote recepta florenorum 600. in capitulis matrimonialibus expreſſorum: Verum quia florenos alios 450. conſequi intendebat, quos eodem titulo dotis aſſerebat ſibi ab eodem Blaſio promiſſos, licèt non expreſſos in capitulis matrimonialibus, ne aduerſaretur pragmaticæ pœnali dictæ Ciuitatis; Iudicium contra Ioachimum filium, & hæredem Blaſij defuncti inſtituit (obtenta prius à Summo Pontifice Vrbano VIII. validitate dictæ promiſſionis, & remiſſione pœnæ incurſæ; de quo ſanè non eſt
1 controuerſia, cum ſupremus Princeps, qui † dicitur lex animata in terris, *l. vlt. C. de legib. gloſ. in §. penult. Auth. de conſul.* ſummam habeat po-
2 teſtatem † aduerſus ea, quæ ſunt iuris poſitiui, *l. princeps, ff. de leg. can. 1. & 2. diſt. 10. cap. propoſuit, de conceſſ. præb. Theſ. deciſ. 87. num. 3.*
3 *Rot. in recent. par. 3. deciſ. 1. num. 4.* Et poſſit † non ſolum pœnas delinquentibus remittere, & omnino indulgere, *gloſ. in l. 2. verb. concedit, C. de in ius voc. Pariſ. conſ. 1. num. 1. lib. 4. Clar. in prax. crim. §. fin. quæſt. 59. num. 1. & 2. Ricc. deciſ. 57. num. 1. & 2. par. 4.*
4 Sed etiam pragmaticas, & conſtitutiones ſimiliter per Communitates factas, & per ipſum confirmatas tollere, vel mutare, *Gozad. conſ. 62. nu. 9. Rolan. conſ. 13. num. 5. & ſeq. lib. 3. Boſſ. in prax. tit. de Principe, num. 13. Garg. de iure pub. lib. 1. tit. 2. num. 17. & lib. 3. tit. 13. num. 3. & ſeqq. Gratian. diſcept. 2. num. 22. Rot. in rec. par. 7. deciſ. 84. num. 11.*

Et ſucceſſiue examinatis teſtibus, ac compilato proceſſu, obtinuit à D. Locumtenente Illuſtriſſ. Gubernatoris eiuſdem Ciuitatis, executionem pro eadem ſumma contra bona hæreditaria Blaſij per decretum diffinitiuum, a quo fuit appellatum in Rota, & hodie propoſito dubio. An illud veniat confirmandum; fuit vtraque parte informante reſolutum affirmatiuè omnium votis. Siquidem controuerti non poteſt in facto, quin Blaſius Pater Elimeæ vltra ſummam florenorum 600. permiſſam à pragmatica, pollicitus fit etiam aliam ſummam petitam florenorum 450. cum id probetur per R. D. Ioſephum Mandolinum, Curtium Vrſaium, & Dominicum Speram conteſtes, firmantes vnanimiter, Blaſium graui morbo laborantem, pro exoneratione conſcientiæ confeſſum fuiſſe ſe promiſiſſe, vt ſuprà, ac ordinaſſe Hieronymo, & Ioachimo filijs, vt promiſſa poſt illius obitum adimplerent:
5 Quæ † quidem confeſſio extraiudicialis per duos teſtes de loco, tempore, & verbis conteſtes probatur, *l. vbi numerus, de teſtib. Pariſ. conſ. 60. num. 45. lib. 4. Gratian. diſcept. 509. num. 2. & deciſ. 139. num. 1. Put. deciſ. 456. per tot. lib. 2. Rot. in recent. par. 2. deciſ. 406. num. 3. deciſ. 700. num. 33. & deciſ. 711. num. 3. & part. 3. deciſ. 466. n. 1.* Comprobaturque aliunde, nempè ex dicto Marij Fulculæ mediatoris matrimonij, ac etiam ex dicto Hieronymi, & Hippolytæ filiorũ Blaſij, nec non Mẽi Caliini, qui de alijs cõfeſſionibus extraiudicialibus ſimiliter deponunt.
6 Et licèt facta ſit abſente parte, attamen in hoc dominio Eccleſiaſtico, vbi præcipue ſeruatur Ius Canonicum, & æquitas illius, æquè probat, ac ſi præſens fuiſſet, ſecundùm veram, & communem opinionem, de qua per *gloſ. in cap. quotiee 1. quæſt. 7. Gratian. diſcept. 395. num. 31. & ſeqq. diſcept. 890. num. 21. & diſcep. 909. num. 4. Rot. diuerſ. par. 2. deciſ. 4. num. 4. & coram Put. deciſ. 11. num. 3. lib. 2. coram Cocc. deciſ. 170. num. 10. coram Grg. deciſ. 408. num. 2. & ibi adden. num. 5. & in recent. par. 1. deciſ. 158. num. 11. & 12. & par. 2. deciſ. 404. num. 2. & par. 7. deciſ. 208. num. 8.* cum alijs per nos cu-
7 mulatis, *deciſ. 45. num. 2. & 3.* Præſertim † quia facta apparet ex cauſa dotis, *l. 1. §. accedit, C. de rei vxor. act. l. fin. in princ. C. de iur. dot. Bar. conſ. 123. n. 1. l. 1. Dec. conſ. 35. n. 1. & 4. Grat. diſc. 239.*
8 *n. 9. Rot. diu. par. 2. dec. 316 n. 2.* Ac † pro exoneratione conſcientiæ; *Soc. Sen. conſ. 12. n. 20. circa media, lib. 3. Aff dec. 164. in fin. Rot. in rec. par. 1. dec. 169. n. 6. & par. 7. dec. 245. n. 24.* Et coram vno Sa-
9 cerdote cui † maximè creditur *gloſ. in cap. ſuis de ſponſ. & in cap. ſignificaſti, de homic. But. in cap.*

Digitized by Google

cap. 1. de elect. Abb. in cap. in noſtra, eodē tit. & in cap. ad noſtram de probat, Gratian. diſcept. 749. num. 2. Nec fides teſtium proſternitur, etiamſi
quidam ex illis deponant Blaſium talem confeſ-
ſionem emiſiſſe in vltima infirmitate occaſione
teſtamenti, quod confecit, & tamen conſtat poſt
illud teſtamentum per plures menſes ſuperuixiſ-
ſe. Quia potuit contingere, quod confeſſio præ-
dicta facta fuerit occaſione alterius teſtamenti:
10 Cum † potius præſumatur pluralitas teſtamen-
torum, quam falſitas, aut mendacium in teſti-
bus, *Fælin. in cap. cum Ioannes, num. 9. de fid.
inſt. & in cap. cum tua, num. 6. de teſt. Ruin. conſ.
60. num. 1. lib. 4. & conſ. 51. num. 11. & 20. lib.
5. Soc. conſ. 24. num. 28. lib. 1. Cran. conſ. 6. nu.
35. Surd. conſ. 530. num. 14. & 15. & deciſ. 282.
num. 5. Menoch. præſumpt. 15. num. 15. & ſeqq.
lib. 6. Gratian. diſcept. 877. num. 21. & 22. Greg.*
11 *deciſ. 390. nu. 10.* Præcipuè † quando actus ſunt
tales, qui à communiter contingentibus iterari,
& multiplicari ſolent, prout ſunt teſtamentum,
& confeſſio, de quibus agitur, ad notata in *dec.
noſtra 45. num. 4.* Quibus ſcriptis addimus *Greg.*
12 *deciſ. 344. num. 5.* Vltra quod † mendacium,
aut falſitas non vitiant dicta teſtium in his, quæ
non tangunt ſubſtantiam principalem, *Farinac.
quæſt. 67. num. 79. Mantic. deciſ. 6. num. 5. & 6.
Greg. deciſ. 194. num. 9. & deciſ. 358. num. 29.
& 30. deciſ. noſtra 26. num 17.*

Nec obſtat, quod circa quantitatem dotis, te-
ſtes vario modo loquantur, ſcilicet nonnulli de
florenis 450. aliqui verò de 400. tantū. Quia Mar-
13 tius Furcula † deponit de veritate rei geſtæ tēpore
matrimonij, & de ipſa promiſſione dotis florenorū
1050. in totum, & ſic facit ſemiplenā probationē,
14 *Doct. in l. admonendi, ff. de iure iurand.* Immò †
cum ſit mediator non eſt dubium, quin ipſi ma-
gis ſit credendum, quam deponenti de facto pro-
prio, ex quo ad eum non commodum, neq; laus,
nec dedecus ſpectat, *Mantic. d. deciſ. 6. num. 9.*
15 *& 10. Cocc. dec. 415. n. 1.* Cum † plerique etiam exi-
ſtiment, eum facere plenam probationem, maxi-
mè concurrentibus veriſimilibus coniecturis, vt
hîc *Rim. Sen. conſ 392. n. 13. Crauet. conſ. 491. n.
11. Caput. dec. 267. & dec. 271. lib. 3.* Ioſephus
16 verò Mandolinus Sacerdos, cui † magis creden-
dum eſt, quam laico, *Rot. in rec. par. 1. dec. 147. n.
6. & coram Greg. dec. 351. n. 10.* deponit de con-
feſſione extraiudiciali florenorum 450. vltra 600.
17 contentos in capitulis matrimonialibus, qui †
aliam ſine dubio ſemiplenam facit probationem,
*Corn. conſ. 307. verſ. & licet non ſint conteſtes, lib.
1. Bald. conſ. 37. col. 1. lib. 1. Calcan. conſ. 19. col.
4. Cran. conſ. 73. n. 35. Rol. conſ. 82. n. 20. lib. 2.*
18 Cum verſemur in caſu † vbi confeſſio extraiudi-
cialis probata per duos teſtes plenam faciat pro-
bationem. *Gab. conſ. 40. num. 64. lib. 2.* cum
alijs ſuprà citatis *num. 5.* Quamobrem iſti duo
coniuncti plenam conſtituunt probationem,
19 quia † teſtis de veritate deponens, iungitur cum
teſte deponente de extraiudiciali confeſſione, ad
plenam probationem faciendam, *Cran. conſ. 267.
num. 5. Surd. conſ. 12. num. 57.* Gab. *de prob. concl.
1. num. 6. & 47. Farin. quæſt. 64. num. 14. & ſeq.
Mar. Ant. Var. lib. 2. reſ. 7. n. 1.* Eò magis, quan-
do tendunt ad eundem finem, & in caſu vbi con-
feſſio extraiudicialis plenè probatur, vt in præ-
ſenti facto, *Gab. d. conſ. 40. num. 66. alter Gab. tit.
de prob. concl. 1. num. 6. Bal. in l. vnica, C. de confeſſ.
Iaſ. in d. l. admonendi, num. 216. ff. de iur. iurand.
Surd. deciſ. 12. num. 3. & ſeq. Affl. deciſ. 12. in fin.
& deciſ. 337. num. 2. Capic. deciſ. 179. num. 2. Bel-
lon, Rot. Iannen. deciſ. 119. num. 6. Caput. deciſ.
383. par. 2. & deciſ. 300. num. 2. & 3. par. 3.
Rot. diuerſ. par. 1. deciſ. 339. num. 1.*

Neque obſtat, quod dicebatur R. D. Ioſe-
phum in depoſitione loquutum fuiſſe dubitatiuè;
Quia pro reſponſione conſideratum fuit, quod
tunc teſtis loquebatur de promiſſione totius do-
tis, quam fortaſſe, cum non benè intellexerit
reſpectu ſummæ expreſſæ in capitulis matrimo-
nialibus, potuit proinde dubitatiuè loqui de to-
ta dote; Sed quando depoſuit de confeſſione
Blaſij, reſpectu ſummæ petitæ florenorum 450.
vltra contenta in ipſis capitulis pluries vtique
depoſuit certitudinariè Blaſium confeſſum fuiſſe
florenos 450. promiſiſſe: ideoque illius depoſi-
tio dubia in vna parte, non poteſt tranſire ad
aliam, ſuper qua clarè teſtificatus fuit; ſed po-
20 tius † dicendum eſt nos verſari in depoſitionibus
ſeparatis, & diuerſis, quarum vna non habet in-
ferre ad aliam, *l. neque natales, C. de prob. Gra-
tian. diſcept. 894. num. 6.* alias fieret interpreta-
21 tio ad deſtruendum † dictum teſtis, quod debet
ſemper adiuuari, & ſuſtineri pro viribus, *Caſ-
ſad. deciſ. 3. num. 5. tit. de probat. Greg. deciſ. 351.
num. 37. deciſ. 468. num. 13. deciſ. 471. num. 6. &*
22 *deciſ. 487. num. 5.* Præſertim † ne ſibi contrarie-
tur, *cap. cum M. vbi gloſ. & doct. de teſtib. Farin.
quæſt. 65. num. 37. Caſ. de Graſſ. deciſ. 5. num. 23.
de ſponſ. Caput. deciſ. 270. num. 7. lib. 3 Greg. de-
ciſ. 344. num. 14. deciſ. 478. num. 7. & deciſ. 487.
num. 6.* cum alijs per nos relatis *deciſ. 26. nu. 16.*
23 Contrarietas enim † quanto magis fieri poteſt
eſt conciliranda, quamuis recederetur à proprie-
tate verborum, *cap. inter dilectos, §. cæterum. de
fid. inſt. Menoch. conſ 2. num. 61. Surd. conſ. 230.
num. 28. & conſ. 279. num. 14. Grat. diſcept. 946.
num 28. Caſ. de Graſſ. deciſ. 4. num. 5. tit. de teſtib.*
24 etiam † per ſuppletionem, *Dec. conſ. 292. num.
2. & conſ. 595. num. 5. Greg. d. deciſ. 351. num.
28.* Mantic. *deciſ. 372. num. 17.* Neque illa indu-
25 citur niſi † quando actus ſunt incompatibiles, &
quorum finis eſt contrarius, & quando ratione
vnius ſubiecti, etiam eiuſdem finis repugnant,
*Surd. conſ. 230. num. 13. Gratian. diſcept. 894.
numer. 5. Rot. in recentior. part. 6. deciſion. 250.
num. 11.*

26 Similiter non obſtat, quod Mediator, ſeu
Proxeneta non ſit integer teſtis, etiam in cauſa

A 2 dotis

dotis, ex *Maſcard. concl. 1036. num. 13. & ſeqq. Farinac quæſt. 60. num. 445.*

27 Nam vbi conſtat de ſubſtantia, & perfectione actus, ſuper quo teſtis ſuit Mediator, & tantummodo agitur de accidentibus, ſeu qualitatibus ipſius actus, vt contingit in propoſito; vbi conſtat de perfectione matrimonij, & ſubſtantia dotis, dubiumq; ſolummodo vertitur ſuper quantitate ipſius: tunc ſanè ille eſt idoneus in probanda promiſſione dotis, *Menoch. conſ. 92. num. 87. Beatuc. deciſ. 61. per tot. Bell. Rot. Ianuen. dec. 188. nu. 9.*

28 *Cocc. deciſ. 415. num. n.* Maximè † quando cum eius dicto concurrit depoſitio alterius teſtis approbati, vt hic *Farinac. d. quæſt. 60. num. 447. Ioſ. Lud. Peruſ. deciſ. 92. num. 35. & ſeqq. Rot. in recent. par. 2. deciſ. 688. num. 2.*

Neque pariter obſtat, quod teſtes deponant de

29 diuerſis ſummis: Quia † non dicuntur contrarij, ex eo, quod vnus plus altero deponat, *Dec. conſ. 105. num. n. Ruin. conſ. 145. num. 2. lib. 5. Cran. conſ. 570. num. 31. Greg. dec. 351. num. 22. & dec. 578. num. 4. Rot. in rec. par. 1. deciſ. 147. num. 14. & par. 2. deciſ. 371. num. 2.* & diximus *d. dec. 26.*

30 *num. 18.* Sed cenſeri debent † conteſtes in ſumma minori, in qua concordant, & illam probant *Greg. dec. 558. num. 2. & ibi adden. num. 9. Seraph. dec. 111. nu. 2.* Proinde cum fides deponentis de maiori ſumma non proſternatur, ſi cum illius depoſitione iungi poteſt alter teſtis, vt in præſentiarum

31 iungitur depoſitio Martij Furculæ, tunc † de maiori ſumma credendum eſt pluribus, non autem vnico de ſumma minori; *Farin. quæſt. 64. nu. 147. Rot. in recent. par. 1. deciſ. 311. num. 8. & coram Cocc. dec. 344. num. 1.* Neque demum ſcrupulum facere videtur, quod depoſitio Furculæ ſit de florenis quadringentis quinquaginta, cum pannis, lini, & lanæ. Quoniam veſtimenta illa lini, & lanæ non comprehenduntur in dicta ſumma, quæ ſanè cenſetur promiſſa, vltra veſtimenta acceſſoria

32 dotis: Etenim dictio † illa (cum) de ſui natura copulat acceſſoriè, & indiuiduam reddit diſpoſitionem, quo ad vtrumque, *l. 1. & 2. vbi Bart. n. 3. ff. de pæn. leg. l. Titiæ, §. nihil differt, & l. ſi quis Inquilinos, §. ſi ita legatũ fuerit, ff. de legat. 1. Hond. conſ. 91. num. 13. lib. 1. & conſ. 73. n. 13. lib. 2. Rot.*

33 *diuerſ. par. 1. dec. 709. num. 9. & 10.* Et denotat † quandam acceſſionem, *§. ſi quis ancillas, Inſt. de legat. Abb. in cap. querelam, num. 6. de ſimon. Gratian. diſcept. 675. num. 28. & diſcep. 893. num. 40. & ſeq.*

34 Pariaq; † dicuntur eſſe, coniunctionem fieri per dictionem (&) vel per dictionem (cum) *d. l. Titiæ,*

35 *§. nihil, ff. de leg. 1. Oſaſch dec. 81. num. 2.* Immò † fortius copulat dictio (cum) quã dictio (&) vt notant *Bald. in l. quoties. num. 5. C. de ſuis, & legit. Pariſ. conſ. 13. num. 17. lib. 1. Surd. dec. 8. num. 9.* At

36 verò nulli dubium eſt quin † copula (&) requirat concurſum copulatorum, ita vt vtrumque debeatur in noſtro caſu, *Gloſ. & doctores in cap. 2. de reſ. Bal. conſ. 318. in fin. lib. 4. Caſt. conſ. 44. col. 2. lib. 1. Marc. Ant. Var. lib. 1. reſ. 18. num. 11. & lib. 3. reſ. 48. n. 10. Greg. dec. 31. n. 3.* de quibus tamen acceſſionibus, ſeu veſtimentis lanæ, & lini hodie non diſputatur. Atq; ita ex his decisũ fuit ad fauorẽ Bernardini Polidori mariti Elmeæ actoris, contra Ioachimum filium, & hæredem Blaſij confitentis,

37 cuius confeſſio † hæredi præiudicat, ſicut præiudicaret Blaſio ſi viueret, *Rol. conſ. 82. n. 38. lib. 2. Vin. dec. 56. n. 4. Lud. Peruſ. dec. 15. n. 12. & 13. Cap. dec. 75. n. 4. Afſl. dec. 381. n. 9. Guid. dec. 414. Man. dec. 39. n. 9. Rot. in rec. par. 7. dec. 229. n. 3. dec. 261.*

38 *n. 17. & dec. 294. nu. 20.* Quia † hæres repræſentat perſonam defuncti, in eumq; tranſeunt omnia iura actiuè, & paſſiuè, vt latè deduximus *dec. 7. num. 8.*

ARGVMENTVM.

Salarium conſtituere, in Iudicis arbitrio præcipuè reſidet, habita ratione officij, & beneficij præſtiti, ac inſpecta qualitate perſonæ, & alijs huiuſmodi circumſtantijs penſatis.

SVMMARIVM.

1 *Salarium à partibus non determinatum, ſi debetur, venit taxandum arbitrio Iudicis pro modo laborum.*

2 *Et pro ſequentia actuum.*

3 *Ac ſecundum qualitatem, induſtriam, & peritiam laborantis.*

4 *Habita ratione, an ſeruiens plus, vel minus laborauerit.*

5 *Iudicis arbitrium ad labores correſpectiuum eſſe debet.*

6 *Salarium exceſſiuè taxatum, reduci debet ad congruam ſummam in gradu appellationis.*

7 *Probatio incerta non releuat.*

8 *Sed certa eſſe debet, ne vitietur ratione incertitudinis, & generalitatis.*

9 *Iudicium de operibus præſtitis locum habet, cum oſtenditur illas fuiſſe indictas, & demũ præſtitas.*

10 *Labores æquare debent remunerationem prætenſã.*

11 *Qualitates laborum in Iudicio deducens probare debet, tanquam intentionis fundamentum.*

12 *Maximè quando qualitates ſunt cauſa, quod quis admittatur, vel reijciatur.*

13 *Munera ſæpenumero ſuccedunt loco integræ mercedis.*

14 *Si non apparet de certa quantitate ſalarij conuenta talis præſumitur inita conuentio, qualis fuit ſubſequuta remuneratio.*

15 *Salarium ſperans, non propterea habet actionem, ſi ex falſa opinione decipitur.*

16 *Ad obligandum vtrinſque partis conſenſus requiritur.*

17 *Tacitus conſenſus, qui ex actibus alicuius colligitur, non extenditur vltra qualitatem actuum.*

DECI-

Digitized by Google

DECISIO CXXII.

1 VBi non eſt conuentum ſalarium, ſi
illud debetur, venit ſanè taxandum
arbitrio Iudicis, pro modo labo-
rum, *l. 1. §. ſi cui, ff. de var. & *
ext. cognit. Mag. deciſ. Florent. 1 1.
n. 4 Marcb. de com. in cauſa alimen.
torū, p. 1. §. 8. n. 53. Rot. ex imp. ib. in vna Rom. Mer-
cedis cor. Ser. 28. Iunij 1599. n. 4. fol. 1193. & in rec.
par. 1. dec. 291. n. 2. & par. 3. dec. 310. n. 3. in fin. &
dec. 329. n. 2. verſ. tamen receptū eſt, & par. 2. dec.
374. n. 2. cū alijs per nos copioſè deductis, *dec. 10.*
2 *n. 25. & rurſus dec. 14. n. 24.* Ac † pro frequenti
actuū, *Surd. conſ. 66. n. 9. verſ. quinto, quando mer-*
3 *ces debetur*, Ricc. *coll. 656. in fin.* Necnon † ſe-
cundùm qualitatem, induſtriam, & peritiam la-
borantis, ad notata in dicta *deciſ. noſtra 14. nu.*
24. quibus addimus, *Bal. conſ. 155. in fin. lib. 5.*
Rot. coram Cocc. deciſ. 416. num. 1. & in recent.
par. 2. deciſ. 221. num. 1. & par. 3. d. deciſ. 310.
4 *num. 2.* Conſiderato † an ſeruiens plus, vel mi-
nus laborauerit, *Menoch. conſ. 228. num. 36. &*
40. & de arbitr. caſu 515. num. 3. & 4. Rot. in re-
5 *cent. par. 1. deciſ. 354. num. 4.* Cum † Iudicis ar-
bitrium ad labores correſpectiuum eſſe debeat, *l.*
Scio, in princ. vbi etiam Bald. ff. de ann. legat. l. ſe-
cundum naturam, ff. de reg. iur. Surd. d. conſ. 66.
num. 5. & 6. & notauimus d. deciſ. 14. num. 24.
6 Ita vt † exceſſiuè taxatum, ad congruam ſum-
mam in gradu appellationis reducatur, vt latè
deduximus in allegata *deciſ. 10. num. 28* Quibus
præhabitis, quoniam in caſu, & ad effectum de
7 quo agitur. Alexandro Cerrono † incumbebat
onus probandi in ſpecie quod geſtum fuerat per
ipſum, *cap. in præſentia de probat. l. nam hoc, C.*
vnde cog. Soc. Sen. conſ. 8. num. 8. lib. 1. Mantic.
deciſ. 90. num. 6. & deciſ. 240. num. 6. Vt pro-
8 batio † ſit certa, prout eſſe debet, ne vitietur
ratione incertitudinis, & generalitatis, quæ ob-
ſcuritatem parit, *l. cum duo, de in diem addict. l.*
in tradendis, ff. com. præd. Cran. conſ. 94. num. 2.
ad med. Grat. diſcept. 705. num. 1. Bell. Rot. Ia-
9 *nuen. deciſ. 116. num. 2.* Ex quo † tunc ſolum
iudicium de operibus præſtitis locum habet, cum
oſtenditur, illas fuiſſe indictas, & demum præ-
ſtitas, *l. ſi quis, §. iudicium, ff. de oper. lib. Surd.*
10 *citatu conſ. 66. num. 4. verſ. & operæ*, Ac eſſe †
æqualia remunerationi prætenſe, vt notant *Bald.*
Ang. Salicet. & alij in l. illud, C. de ſacr. Eccleſ.
Maſcard. qui alios citat *concl. 168. num. 1.* In
11 quo † ſalutari Alexander defecit, nullatenus
probando intentionis ſuæ fundamentum, vt
oportebat, nempe qualitates laborum, ſeu ſer-
uitiorum in Iudicio deductas, *ad l. qui teſtamen-*
tum, ff. de probat. Menoch. de arb. caſ. 191. num.
4. Mantic. deciſ. 161 num. 3. & deciſ. 258. n. 66.
12 *& diximus deciſ. 100. num. 5.* Maximè † quan-
do qualitates huiuſmodi ſunt cauſa, quod quis
admittatur, vel reijciatur, vt in dicta noſtra
deciſ. 100. n. 6. Propterea vnanimi Auditorū ſen-
tentia reſolutum fuit, quod Alexandro pro ſala-
rio nihil aliud debeatur præterquam res, habi-
tas remunerationis cauſa à D. Dorothea Tarqui-
nia de Monte Vlmo, conſiſtentes in grano, oleo,
lignis, & carne ſuina, cum alijs muneribus, de
13 quibus in actis: quæ quidem res cum † ſuccedant
loco mercedis, *vt per Ang. in l. ſi non ſortem, §.*
libertus, num. 18. ff. cond. indeb. videtur equidem
ex eis fuiſſe ipſi abunde ſatisfactum, vt in eiſde-
met terminis, alias deciſum fuit per *Rot. coram*
Pamph. Sanctiſs. Domino noſtro Innocentio X. in
vna Romana *Mercedis 4 Martij 1607. ex impreſs.*
per Marcbeſ. par. 1. fol. 1197. num. 1. & in alia
Romana *Mercedis 28. Ian. 1604. coram Lancell.*
14 *ibid. allegata* Etenim † cum non appareat de
eius opera in ſpecie, vt dictum eſt, ſed tantum-
modo de aliquibus ſeruitijs in genere, & ſimiliter
non conſtet de certa quantitate ſalarij conuenta,
conſequens eſt, vt accipiendo ipſe res prædi-
ctas, pro eis inſeruiſſe cenſeatur, quia in hac ma-
teria talis præſumitur præceſſiſſe conuentio, qua-
lis fuit ſubſequuta ſolutio, *Fæl. in c. cum Bertold. n.*
28. ver. & ſic eſt facta locatio, de re iud. Alex. conſ.
107. n. 2. lib. 1. Rot. *in d.* Rom. *Merced penes Marcb.*
pag. 1. fol. 1197. num. 2. verſ. præſertim quod.

Neq; obſtare viſum fuit, quod Alexander maio-
15 rem hodie remunerationem prætendat. Quia † ſi
falſa opinione ſua decipitur, non propterea ſequi-
tur, quod aliquam actionem habeat contra Doro-
16 theam; ſiquidē ad obligādum, vtriuſq; † conſenſus
ſpectari debet, *l. non ſolum, ff. de act. & oblig.* Neq;
17 tacitus conſenſus, qui † ex dictis actibus remune-
rationis colligitur, vltra eorum qualita ē extendi
debet, *Natt. conſ. 637. n. 29 Mant. in terminis ſalarij*
dec. 266. n. 6. cum ſeq. Atq; ita ex his concluſū fuit
ſententias DD. Iudicū a quibus fore, & eſſe refor-
mandas, cōpenſando labores ipſius Alexandri cū
rebus, & muneribus habitis à Dorotheæ; quā ſen-
tētiā partes approbanerū vlterius nō reclamādas.

ARGVMENTVM.

Agitur de ſpolio, cuius actio non tran-
ſit ad hæredes, niſi fuerit iam creata,
& formata in perſona defuncti, cum
alijs de quibus in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus reſtitui debet, primo, & ſecundo extre-*
mo poſſeſſionis probato, & de probatione, num.
2. 4. 7. & 12.

3 *Confeſſio auctoris nocet ſingulari ſucceſſori, ſi eſt*
facta ante tranſlationem iuris in ipſum ſucceſſo-
rem, limita, vt num. 32.

5 *Salutarium non datur niſi contra poſſidentem, li-*
mita, vt num. 37.

6 *Poſſidens ex Salniano, non ſibi poſſidet, ſed ad commodum debitoris.*

8 *Ponens cenſetur fateet omnia in poſitionibus contenta.*

10 *Fides licet regulariter nan faciat fidem, attamen quando eſt veriſimilis, & adminiculata, plenè probat.*

11 *Confeſſio in reſponſione ad poſitiones plenè peobat.*

13 *Index nulliter, & iniuſtè procedens in tradendo poſſeſſionem, dicitur ſpaliaee, & num. 18.*

14 *Subbaſtatia eſt nulla, nan pracedente condemnatione, & relaxatione executionis.*

15 *Prout nullam eſt ſi facta ſit noa aſſignato teemino ad reluendum.*

16 *Pro ſorte cenſus nulla competit actio, niſi debitore volente.*

17 *Poſſeſſio capta vigore ſubbaſtationis nulla, eſt ſpoliatiua.*

19 *Etiam per vim expulſiuam.*

20 *Poſſeſſio ſpoliatina cauſat vitium reale, quod impedit præſcriptionem in quocumque poſſeſſore, & num. 21.*

22 *Remedium recuperandæ teanſit ad hæredes.*

23 *Agens probare debet mortem illius, cuius hæreditatem prætendit.*

24 *Ac etiam probare ſe eſſe hæredem.*

25 *Et hæreditatem adiniſſe.*

26 *Dummado actio ſit creota, & formata in perſona defuncti dum viuebat.*

27 *Spolium intentans probaec debet eius poſſeſſionem antiquiorem.*

28 *Spolij probatio, ſine peobatione poſſeſſionis, reddi tur impoſſibilis.*

29 *Nec ſufficit præſumptiua.*

30 *Sed requiritur plena, concludens, & omnino certa. 39. & 47.*

31 *Aliàs non intrat reintegratio.*

33 *Ius retinendi, & excipiendi tranſit ad emptarem, qui ſoluti pecuniam creditori anteriori.*

34 *Confeſſio auctoris non nocet ſucceſſoei, ſi ipſe non vti velit iuee auctoeis.*

35 *Amplia.*

36 *Confeſſio pracuratoeis nan nocet domino, niſi cum ſpeciali mandato.*

38 *Libellus probat contra libellantem.*

40 *Probatio debet concludere per neceſſe, non autem per veeiſimile.*

41 *Probatio dubia non ſuffragatur.*

42 *Etiamſi materia eſſet fauorabilis.*

43 *Sed intelligi debet contra probantem.*

44 *Quod intellige, & declara, vt num. 46.*

45 *Teſtibus iuratis nan teſtimonijs, fides eſt adhibenda.*

48 *Ius metimur ex parte actoeis.*

49 *Reus, & poſſeſſor abſolui debet ex non iure actoris, veluti ſi non probet ſuam intentionem.*

50 *Quod locum habet etiam in beneficialibus, ne detur vitioſus ingreſſus.*

DECISIO CXXIII.

Videbatur Ioſepho, & Victorio fra-
tribus de Campianis Francauillæ
1 Diœceſ. Firmanæ competere † a-
ctionem ſpolij, illoſque eſſe rein-
tegrandos ad poſſeſſionem bono-
rum de quibus agitur, aduerſus
Collegium Venerabile Ieſuitarum Ciuitatis Fir-
mi, ex poſſeſſione antiquiori eorum, & iuniori
Collegij conuenti, *cap. conquerans, & cap. cum*
2 *ad ſedem, de reſt. ſpoliat.* Quæ quidem † poſſeſſio
deducitur non tantum per confeſſionem Brunet-
ti, à quo cauſam habere dicitur Collegium: Cu-
3 ius † propterea auctoris cõfeſſio nocet cuicunq;
ſucceſſori ſingulari, quando eſt emanata ante
tràslationem iuris in ipſum ſucceſſorem, vt poſt
Cuman. Caſt. & alios firmant *Sned. conſ. 22. n.
31. & deciſ. 256. num. 8. Mareſcot. Var. lib. 1.
cap. 12. num. 56. Gratian. diſcept. 287. num. 12.
Caput. deciſ. 95. num. 4. par. 1. Put. deciſ. 79.
lib. 2. Greg. deciſ. 157. num. 9. & deciſ. 311. n.
13. & 20. Rot. diuerſ. par. 1. deciſ. 90. num. 1. &
par. 3. lib. 3. deciſ. 46. num. 5. & in recent. par.
2. deciſ. 106. num. 2. deciſ. 190. num. 5. & deciſ.*
4 *768. num. 4.* Sed etiam † deducitur ex poſitio-
nibus Collegij, in quibus continetur, quod Con-
dia vxor Lucij Brachæ iudicium Saluiani inſtituit
contra Victorium, & fratres de Campianis ſu-
per huiuſmodi bonis, obtinendo immiſſionem;
5 Vnde cum † Saluianum non detur niſi contra
poſſidentem, *Rol. conſ. 14. in princ. lib. 1. Me-
noch. de Adip. remed. 3. num. 55. & ſeqq. Greg.
deciſ. 491. num. 4. & ſeqq. & nos diximus. deciſ.
13. num. 11. & deciſ. 26. num. 5. deciſ. 95. num.*
6 *16. & deciſ. 109. n. 2.* Taliſque poſſeſſor † non
ſibi poſſideat, ſed ad commodum debitoris rei
conuenti, *l. ſciendum, §. creditor, ff. qui ſatiſd.
cog. Bars. in l. Celſus, num. 11. ff. de vſucap. Surd.
qui alios refert, conſ. 166. num. 21.* Ex his lanè
7 deducebatur † poſſeſſio illorum de Campianis,
8 quia † ponens cenſetur fateri omnia in poſitio-
nibus contenta, *l. peocuratore, cum ibi not. ff. de
inter. act. Curt. de poſit. num. 3. Maſcard. concluſ.
1176. num. 19. Greg. deciſ. 143. num. 1.* cum alijs
per me citatis *deciſ. 70. n. 3. & deciſ. 91. n. 17.*
9 Ac etiam † deducebatur, ex fide teſtium atte-
10 ſtantium de poſſeſſione Campianorum, quæ † li-
cet regulariter fidem non faciat, attamen quan-
do eſt veriſimilis, & adminiculata plenè probat.
11 *Rat. in recent. par. 1. deciſ. 122. num. 7.* De †
poſſeſſione verò iuniori Collegij videtur conſtare
ex reſponſione Rectoris facta ad poſitiones, quæ
plenè probat, *l. procuratore, ff. de inſtitut. act.
Cran. conſ. 217. num. 9. Surd. deciſ. 17. num. 11.*
12 *Greg. deciſ. 92. num. 1.* Ac etiam † ex ſuſtenta-
tione litis, iunctis adminiculis de quibus ſuprà
*Greg. deciſ. 136. num. 2. & deciſ. 491. num. 11.
cum ſimilibus.*
13 Quibus accedit nullitas, & iniuſtitia ſententiæ

ſub-

Digitized by Google

ſubhaſtationis factæ de mandato Iudicis, qui
propterea non ritè, nec rectè procedendo ſpo-
liare dicitur, cap. conquerenti, de reſtit. ſpoliat.
cum alijs per nos latè deductis, deciſ. 53. num.
10. deciſ. 55. num. 10. & 22. & deciſ. 116. n. 16.
14 & 79. Fuit † enim facta ſubhaſtatio non præce-
dente condemnatione, & relaxatione executionis
ſummæ petitæ, prout requirebatur, Greg. de-
15 ciſ. 224. num. 1. & 2. Non factis † bannimentis
diuerſis diebus non aſſignato termino ad reluen-
dum, & non ſeruatis ſeruandis, ex forma conſt.
Marchiæ, de qua lib. 5. cap. 6. & ſic nulliter, &
inualide, Amat. deciſ. 67. num. 6. Rot. apud Pa-
ciſ. de Salu. deciſ. 116. num. 1. Seraph. deciſ. 995.
16 num. 2. Et vlterius facta fuit † pro ſorte cen-
ſus, pro qua nulla competebat actio, Seraph.
deciſ. 890. num. 3. cum vigore Pianæ Conſtitutio-
nis ſuper forma creandi cenſus conſtitutum
fuerit, quod ex parte emptoris debeat eſſe per-
petuus, vt latè probat Cenc. de Cenſ. quæſt. 2.
17 per totam, & quæſt. 106. num. 1. Nullaque † pro-
inde dicitur ſubhaſtatio, & poſſeſſio ſpoliatiua
vigore illius ſubhaſtationis capta, Surd. conſ.
168. num. 20. & 25. Greg. deciſ. 198. num. 1. 2.
& 3. & deciſ. 336. num. 2. Rot. in recent. par. 2.
18 deciſ. 545. num. 1. & 6. Ita vt ipſemet Iudex †
non ritè, nec rectè procedendo dicatur ſpoliaſſe,
Fœlin. in cap. dilectis il primo, num. 5. de reſcript.
Crau. conſ. 302. num. 2. Greg. deciſ. 362. num. 4.
19 Etiam † per vim expulſiuam, Rip. in l. natura-
liter, §. nihil commune, num. 59. ff. de acq. poſſ.
Menoch. de recup. remed. 8. num. 18. Greg. deciſ.
336. num. 3. cum alijs per nos citatis deciſ. 116.
20 num. 35. Ex qua violentia † oritur vitium reale
impediens longi temporis præſcriptionem, in
quocunque ſucceſſore, gloſ. Salic. Bal. Caſtr. &
alij in l. vnica, C. de aeq. poſſ. Doct. in §. furtiuæ,
Inſt. de vſucap. Mareſc. Var. lib. 2. cap. 67. n. 57.
21 & 58. Ideoque † ſtante vitio reali, non poteſt
habere locum Firmanum Statutum inducens præ-
ſcriptionem bonorum poſſeſſorum cum titulo, &
bona fide per decennium, vt poſt Bart. Bald. Caſt.
& alios latè docet Bon. ad ſtatutar. vrb. præſc. gloſ.
19. n. 245. in fin. verſ. pro reſolutione, & n. 246.

Quibus tamen non obſtantibus, cum cauſa in
ſecunda inſtantia fuerit iterum propoſita in Ro-
ta; Domini vnanimiter ſteterunt indeciſis, fir-
mantes Ioſephum, & Victorium de Campianis
eſſe in caſu ſuccumbentiæ: Nam cum Fœlix de
Campianis emerit prædium de quo quæritur,
nomine ſuo, & fratrum abſentium, vt apparet
in Inſtrumento exhibito: aut ipſi actores agere
intendunt remedio Canonis, reintegrandæ, ex
perſona Fœlicis eorum prætenſi fratris, prout
ex libello colligitur, dum in eo aſſerunt ſe fratres,
& hæredes Fœlicis, eumque poſſediſſe, & ſpo-
22 liatum fuiſſe. Et † tunc licet remedium recupe-
randæ tranſeat ad hæredes, l. 1. §. hoc interdi-
ctum, ff. de vi, & vi armat. Pont. de ſponſ. lib. 1.
num. 131. & ſeq. Belt. ad Greg. in deciſ. 542. num.
10. Rot. in recent. par. 1. deciſ. 307. num. 3. De-
23 bet tamen ipſe † agens probare mortem illius,
cuius hæreditatem prætendit, tanquam funda-
mentum ſuæ intentionis, gloſ. & Doct. in l. 1. §.
ſi quis ſe neget, ff. quemad. teſt. aper. Maſcard.
concl. 1069. num. 1. & ſeqq. Rot. in recent. par. 2.
24 deciſ. 469. num. 1. Nec non † ſe eſſe hæredem,
Chart. qui alios citat, deciſ. 33. per totam. Et
25 vlterius † ſe fratris hæreditatem adiuiſſe, quia
frater agendo vti hæres fratris, obtinere minime
poteſt, niſi aliunde doceat ſe fratris hæredita-
tem adiuiſſe, Medices, quem ſufficit allegare pro
multis, examinat. 50. num. 7. & per totam. In-
26 ſuper † deducere, & probare fratrem defunctum
poſſediſſe, & demum fuiſſe ſpoliatum; altoquin
actio ſpolij non tranſit ad hæredes, niſi fuerit iam
creata, & formata in perſona defuncti, Natt.
conſ. 439. num. 5. & ſeqq. Neuiz. conſ. 78. num.
1. Rol. conſ. 6. num. 14. & 15. lib. 3. Surd. conſ.
168. num. 14. & ſeqq. Pont. dict. tract. lib. 1. n.
132. Gab. de reſtit. ſpoliat. concluſ. 5. numero 20.
Grat. diſcept. 477. num. 26. Benin. deciſ. 12. num.
1. & ſeqq. Creſc. deciſ. 3. de reſt. ſpoliat. Put. de-
ciſ. 419. lib. 2. Greg. deciſ. 542. num. 2. & 9.
Rot. in recent. par. 2. deciſ. 9. num. 1. & Adden.
ad Buratt. deciſ. 271. num. 9. cum alijs, quos re-
tulimus, & ſequuti ſumus d. deciſ. 116. num 4.
27 & 5. Aut agere volunt ex perſona propria, & †
tunc probare oportet eorum poſſeſſionem anti-
quiorem, ſine qua non datur hoc remedium, vt
per Abb. in cap. cum ad ſedem, de reſtit. ſpoliat.
Menoch. de recup. remed. 15. numero 383. Surd.
conſ. 28. numero 1. Cocc. deciſ. 312. num. 3. &
28 deciſ. 361. num. 1. & deciſ. 387. num. 1. Cuius †
quidem ſpolij probatio, ſine probatione poſſeſ-
ſionis redditur omninò impoſſibilis, Abb. in cap.
olim in princ. Natt. de reſt. ſpol. Dec. conſ. 671. n.
1. Rol. d. conſ. 6. num. 1. Sola ad conſt. t. Sab. tit.
29 de reſtit. ſpoliat. gloſ. vnica, nu. 19. Neque † ſuf-
ficit præſumptiua, Belt. ad Greg. in deciſ. 423. in
fin. Rot. diuerſ. par. 2. deciſ. 165. num. 1. & 5. &
deciſ. 337. in fin. & par. 3. lib. 3. deciſ. 543. num.
3. & coram Buratt. deciſ. 216. num. 9. & ex imp.
30 per Pie. ad ſtat. Vrb. deciſ. 57. num. 2. Sed † ple-
na requiritur, & concludens, gloſ. magna com-
muniter recepta, in l. 1. C. quor. bonor. Rot. co-
ram Buratt. d. deciſ. 216. num. 2. & deciſ. 952.
num. 1. & 2. cum alijs cumulatis in deciſ. noſtra
60. num. 19. & ſeqq. Nihil autem eorum proba-
31 runt actores, ſed † potius contrarium, dum aſ-
ſerunt in libello Fœlicem fratrem poſſediſſe, il-
lumque à poſſeſſione cecidiſſe, quod clarè ex-
cludit probationem primi extremi, nempe quod
ipſi poſſederint de tempore aſſerti commiſſi ſpo-
lij, & conſequenter ceſſare debet reintegratio,
cap. cum ad ſedem de reſt. ſpoliat. cap. fin. eod. tit.
in 6. Rip. in cap. cum Eccleſia, num. 23. de cauſ.
poſſ. & propriet. Rol. conſ. 50. num. 4. lib. 2. Se-
raphin. deciſ. 1055. numer. 2. Coccin. deciſ. 494.
num. 3. cum alijs per nos allegatis, dict. deciſ. 60.
num.

Digitized by Google

numero 48. & deciſion. 73. numero 6.

Non obſtat, quod dicebatur, poſſeſſionem
eorum eſſe probatam per confeſſionem Brunetti
creditoris Lucij Brachę, ad cuius inſtātiā ſuit facta
32 ſubhaſtatio. Quoniam † illius confeſſio nocere
non poteſt Venerabili Collegio, quod non dici-
tur habere cauſam ab ipſo Brunetto, ſed potius
à Lucio Bracha debitore eiuſdem Brunetti, cuius
bona fuerunt ſubhaſtata mediante perſona Ca-
pitanei Blaſij Fatij, iuxta tradita *per Tiraquell.
de retract. lignag. §. 1. gloſ. 14. num. 13. Surd.
conſ. 36. num. 17. Cabal. deciſ. 319. num. 4.* Li-
33 cet † enim Collegium ſucceſserint in ius dicti
Brunetti creditoris hypothecarij, ſaltim ad ef-
fectum excipiendi, & retinendi, ſeque defenden-
di propter pretium eidem ſolutum, adnotata
per *Gratian. diſcept. 269. num. 23. & ſeqq. Benint.
deciſ. 50. Mantic. deciſ. 69. num. 3. Rot. penes
Statil. deciſ. 290.* Attamen cum modo non vta-
tur Collegium iure Brunetti, ſed propria poſseſ-
ſione iuuetur, illius confeſſio ei obeſse, ſeu no-
34 cere non poteſt, ex clara iuris regula, quod †
ita demum confeſſio auctoris nocet ſucceſsori, ſi
ipſe indigeat, vel vti velit iure ipſius, *Alex. conſ.
12. col. 3. lib. 4. Iaſ. in §. item Seruiana ſub num.
89. Inſt. de act. Greg. deciſ. 13. num. 1. Rot. diuerſ.
par. 1. deciſ. 90. num. 1. & in recent. par. 2. dec.
37. num. 1. & deciſ. 758. num. 4. verſ. & pari*
35 *ratione.* Et multo minus † nocere poteſt, quando
eſt emanata ad diuerſum effectum, vt hic *cad.
Rot. in recent. par. 1. deciſ. 480. numero 4. in fine.*

Minus obſtat, quod pro parte Collegij fuerint
datæ poſitiones in actis, in quibus aſseritur Cam-
36 pianos poſsediſse. Quia † ad hoc, vt Collegio
nocere poſſint, requiritur ſpeciale, & indiui-
duum mandatum, ad illas faciendum, & produ-
cendum, quod in caſu propoſito non contingit,
cui conſequens eſt dicere, quod confeſſio procu-
ratoris non nocet domino, *l. certum, §. pena. ff. de
confeſs. Maſcard. concl. 368. nu. 21.* Rot. *in recent.
par. 2. deciſ. 779. num. 2. & notauimus deciſ. 70.
num. 5.*

Præterea non nocet, quia non continet con-
feſſionem concludentem poſseſſionis illorum de
Campianis; Nam licet regulariter Saluianum non
detur niſi contra poſſidentem, vt dictum fuit ta-
37 men † de facto potuit intentari contra non poſ-
ſidentem, vt aliquando euenire ſolet, iuxta no-
tata *in l. ſi dte, §. 1. vbi Bart.* & alij *Doct. ff. de
excep. rei iudic.* Vel potuit intentari contra Fœli-
cem Campianum, qui emerat à Bracha, & for-
taſse ſolus poſſidebat, non autem Ioſephus, &
Victorius, prout ipſimet actores fatentur in eo-
38 rum libello, qui † probat contra eos, *l. cum
precum, vbi Doct. C. de lib. cauſ. Iaſ. in §. ſi minus,
num. 4. Inſt. de act. Surd. conſ. 61. num. 32. Mar.
Ant. Var. lib. 2. reſol. 11. num. 49. Mart. vot.
5. num. 10. vot. 86. num. 4. & vot. 134. num. 6.
Gratian. deciſ. 19. num. 21. Rot. in recent. par. 2.
deciſ. 353. num. 2.* Propterea non nocent dictæ
39 poſitiones, quia † probatio primi extremi in
hoc remedio recuperandæ debet eſſe non ſolum
concludens, vt dictum fuit, ſed etiam omnino
certa, vt releuet, *Maſcard. var. lib. 1. cap. 59.
num. 33. & ſeqq. Gratian. diſcept. 700. num. 63.
& 64. Rot. diuerſ. par. 2. deciſ. 165. num. 1. &*
40 *ſeq.* Prout dicimus † de omni probatione, quæ
debet concludere per neceſſe, non autem per ve-
riſimile, *cap. in præſentia, de probat. l. non hoc. C.
vnde cog. & l. matrem, vbi Bal. in princ. C. de
probat. Parp. conſ. 455. num. 32. Mantic. deciſ.*
41 *111. num. 5.* Alioquin dubia, vt † in hoc præſen-
ti caſu, non ſuffragatur, *d. cap. in præſenti de pro-
bat. l. vlt. in fin. ſi minor. ſe maior. dix. Alex. conſ.
152. num. 2. lib. 5. Mantic. d. deciſ. 111. num. 8.*
42 etiamſi † materia eſſet fauorabilis, *Soc. Sen. conſ.*
43 *8. num. 8. lib. 1. Dec. conſ. 152. num. 2.* Ita † vt
ſi ſit dubia intelligi debeat contra eos, quibus in-
cumbit onus probandi primum extremum, *Man-
tic. deciſ. 149. num. 12. & deciſ. 285. num. 3.*

Nec pariter releuat, quod fides teſtium vbi
eſt veriſimilis, & adminiculata, plenè probet, vt
44 dicebatur *num. 10.* Quoniam † id procedit, quan-
do teſtes depoſuerunt cum iuramento, & citata
parte, iuxta tradita per *Fœlin. in cap. de teſtib. n.
7. fallent. 1. de teſtib. Farinac. quæſt. 80. num. 54.
Mantic. deciſ. 177. num. 4.* vbi quoq; fides, ſeu at-
teſtatio abſque iuramento, & parte non citata,
nihil probat, & tradit explicitè, *Rot. in recent.
part. 1. deciſ. 122. num. 7. & part. 2. deciſ. 318.*
45 *num. 4.* Cùm † teſtibus iuratis, non autem teſti-
monijs, fides ſit adhibenda, *Mantic. deciſ. 51. n. 6.*
46 Vlterius † adminicula huiuſmodi eſſe debe-
rent, quæ iuncta cum fide plenè probarent. Et
tamen in caſu noſtro non videntur eſſe huiuſmo-
47 di, ex quo † probationes primi extremi in ſpolio
requiruntur plenè, & omnino concludentes, *Ma-
reſc. var. lib. 1. cap. 59. num. 30. Grat. dec. 192.
numer. 7 Seraphin. deciſion. 31. numer. 1.* cum
alijs ſupra latè deductis, *num. 30. & 39.*

Tandem non obſtant, quæ dicebantur de nul-
litate ſubhaſtationis. Quia quidquid ſit de præ-
48 dictis, cum † ius metiamur ex parte actoris, *l. 1.
in princ. ff. ſi pars hered. pet. Surd. conſ. 183. n.
14. Hond. conſ. 20. num. 13. lib. 1.* Menoch. *conſ.
1123. num. 9. Ægid. deciſ. 617. num. 1. Caſſad.
deciſ. 3. num. 2. de Iudic. Greg. deciſ. 335. num.
13. & 20. & deciſ. 470. num. 6.* Satis eſt, quod
49 reus, & † poſſeſſor vincere poſſit, & abſolui de-
beat, ex non iure agentis, *Roman. conſ. 347. ſub
num. 4. Siman. de Prat. conſ. 204. num. 6. Surd.
conſ. 150. num. 89. Seraph. deciſ. 871. num. 5.
Cocc. deciſ. 111. num. 6. deciſ. 158. num. 1. dec.
259. num. 4. deciſ. 281. num. 3. & deciſ. 385. n. 1.*
50 Quod eſt adeò verum, vt procedat etiam in
beneficialibus, ne detur vitioſus ingreſſus, *cap.
1. de reg. iur. in 6. Capataqae deciſ. 345. lib. 2.
Mantic. deciſ. 364. num. 2.* Quamobrem conclu-
ſum fuit ſtandum eſſe in deciſis, & ſententiam
Rotalem eſſe confirmandam, prout factum fuit.

AL

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Societas vniuerſalis omnium bonorum contrahi poteſt tacitè, ſicut expreſsè in illaque veniunt non tantum ea, quæ acquiruntur ex actibus quæſtuarijs, ſed etiam quæ proueniunt ex legato, aut hæreditate, vel ſimilibus.

SVMMARIVM.

1 *Societas omnium bonorum contrahi poteſt inter fratrem, & ſororem.*
2 *Societas ex quibus inducatur, & quę ſint probanda.*
3 *Societas omnium bonorum facilius inter fratres præſumitur, quam inter alios.*
4 *Societas quoddam ius fraternitatis habere dicitur.*
5 *Societas omnium bonorum poteſt expreſsè, & tacitè iniri.*
6 *Socij omnium bonorum quidquid etiam proprio nomine acquirunt.*
7 *Communicare debent, & num. 8.*
9 *Æquitate ſic ſuadente.*
10 *Quia ex cõmuni pecunia acquiſitio facta pręſumitur.*
11 *Societas morte vnius ex ſocijs extinguitur.*
12 *Et acquiritur actio communi diuidundo alteri ſocio ſuperuiuenti.*
13 *Ita vt ſocietatis commoda diuidi poſſint.*
14 *Bona propria non tenetur hæres in inuentario adnotare.*
15 *Quod commune eſt, meum eſſe dicitur, quo ad diſpoſitionem partis meæ.*
16 *Hæres cum inuentario, vel ſine, poteſt implorare officium Iudicis pro ſeparatione bonorum.*
17 *Scripta in inuentario faciunt fidem contra hæredẽ.*
18 *Inuentarium probat deſcripta in eo fuiſſe in bonis, & de bonis teſtatoris.*
19 *Cautela eſt hæredis, bona ponere in inuentario, cum proteſtatione de iure ſuo.*
20 *Proteſtatio præſeruat ius etiam futurum.*
21 *Antequam conficiatur inuentarium bonorum ſocij defuncti.*
22 *Bona vndecunque quæſita, etiã extra cauſam ſocietatis, vt ſunt legata, hæreditates, vel ſimilia, veniunt communicanda, non tantum in expreſſa, quã tacita ſocietate vniuerſorum bonorum, ſecundum verã, & magis communem Doctorum ſententiã.*

DECISIO CXXIV.

1 Cum vniuerſalis omnium bonorum ſocietas inter fratres, & ſorores contrahi poſſit, *l. ex diuerſo, §. item ſi mulier* (ibi) *cum ſocia fuerit, ff. ſolut. matr.* Franc. *Mar. deciſ.* 508. *num.* 3. *par.* 1. *Caual. de-*
2 *ciſ.* 11. *alias* 57. *num.* 5. *par.* 2. Fuit † pro maiori parte Dominorum reſolutum, illam tacitè contractam fuiſſe inter D. Oliuerium fratrem, & D. Luciam ſororem de S. Seuerino, vt probant teſtes in cauſa examinati deponentes ſuper 14. & 15. articulo de tribus requiſitis, nempè de communi habitatione, vſque ad obitum Oliuerij, de communicatione lucrorum, & de non reddita ratione expenſarum, circa res, & perſonas; ex quibus vtique ſocietas contracta intelligitur, *Bar. in l. ſi patruus, num.* 14. *C. comm. vtriuſque iud.* cum alijs latè adductis per *Maſcard, concl.* 1315. *num.* 23. *Gratian. diſcept.* 993. *num.* 1. & 2, *Mantic. de tac. lib.* 6. *tit.* 10. *num.* 2. *Caual. deciſ.* 10. *num.* 3. & *deciſ.* 11. *num.* 1. *par.* 2. *Rot. diuerſ. par.* 2. *deciſ.* 169. *num.* 10. & *coram Coccin. deciſ.* 411. *num.* 3 & *coram Buratt. deciſ.* 397. *num.* 1.
3 & *deciſ.* 908. *num.* 6. Præſertim † inter fratres, inter quos facilius præſumitur, *Bald. conſ.* 483. *lib.* 5. *Alex. conſ.* 49. *lib.* 1. *Soc. conſ.* 291. *in princ. lib.* 2. *Mantic. cod. lib.* 6. *tit* 12. *num.* 9. *Rot in recent. par.* 7. *deciſ.* 18. *num.* 10. Ex quo
4 illa † ius quoddam fraternitatis habere dicitur, *l. verum in princ. ff. pro ſoc. Mantic. d. lib.* 6. *tit.* 4.
5 *num* 3. & *t. t.* 10. *n.* 3. Id quod procedit † etiamſi de prædictis non appareat ſcriptura, cum ſit ſocietas de contractibus, qui ſolo conſenſu tam expreſſo, quàm tacito perficiuntur, *l. cont., ff. pro ſoc. l. conſenſu, de act. & oblig. Gratian d. cap.* 993. *num.* 23. *Mantic. vbi ſuprà, tit* 1. *num.* 1. *tit.* 2. *num.* 2. *tit.* 3. *num.* 10. *tit.* 9. *num.* 1. *tit.* 14. *num.* 39. & *tit.* 15. *num.* 10 *Canal. d. deciſ.* 11. *num.* 27. *Cocc. d. deciſ.* 411. *num.* 2. Nec
6 illa excluditur † ex inſtrumento particularis emptionis bonorum proprio nomine Oliuerij celebrato. Quoniam actione pro ſocio id, quod emptum eſt nomine proprio, communicare tenetur, *l. ſi quis ſocietatem contraxerit, ff. pro ſoc. Bal. conſ.* 452. *lib.* 3 *Soc. conſ.* 160 *num.* 6. & 10. *l.* 2. *Gab. conſ.* 51. *num* 13. *lib.* 2. *Mantic. loc. cit.*
7 *tit.* 10. *num.* 22. & *tit.* 15. *num.* 21. Idque † tanquam commune prout re vera commune eſt,
8 quamuis † appareat emptum nomine proprio Oliuerij, *Alex. conſ.* 49. *num.* 10. *lib.* 1. *Anch. conſ.* 302. *num.* 8. *Cran. conſ.* 159. *in fin. Roman. conſ.* 291. *num.* 10. *Natt. conſ.* 91. *num.* 1. *Lancell. Gall. d. conſ.* 21. *num.* 46. *Mantic. d. tit.* 10. *num.* 22. *tit.* 15. *num.* 1. & *tit.* 16. *num.* 21. Prout
9 ſanè † omnis æquitas poſtulat, *Gratian. diſ-*
10 *cept.* 7.4. *num.* 17. Cum † ex pecunia communi emiſſe præſumatur, *Mantic. qui teſtatur de communi*, & quem ſufficit allegare pro multis, *eod. lib.* 6. *tit.* 18. *num* 8. Quamobrem conſen-
11 taneum eſt, vt † diſſoluta ſocietate per mortem Oliuerij fratris ſocij, §. *ſoluitur, Inſt. de ſociet. l. actione, §. morte, & l. verum, §. ſocietas, ff. pro ſoc. Ang. conſ.* 112. *num.* 1. *Tib. Nun. conſ.* 64. *num.* 10. *Bell. Rut. Iannea. deciſ.* 71. *num.* 1. *Maſtrill. deciſ.* 135. *num.* 26. & *ſeqq. Theſ. deciſ.* 242. *num.* 1. *Rot. in recent. par.* 1. *deciſ.* 279. *n.* 1.
12 & *par.* 2. *deciſ.* 90. *num.* 1. Et acquiſita † actione

Digitized by Google

ne communi diuidundo per Luciam ſororem ſo-
ciam, *l. 2. in princ. ff. com. diuid. l. ſi actum. & l.*
quibus caſibus, ff. pro Soc. Marant. par. 4. diſt. 17.
13 *num. 4. Seraph. deciſ. 340. num. 2* Bona † com-
munia ſint diuidenda, *l. 1. & l. filiæ, C. famil. er-*
ciſc. Bott. deciſ. 214. num. 1. Theſ. d. deciſ. 242.
num. 4. Et quidem antequam conficiatur inuen-
tarium bonorum hæreditariorum ipſius Oliuerij
14 defuncti; In quo ipſa † Lucia non tenetur adno-
tare bona propria, *Surd. conſ. 6. ante num. 9. verſ.*
15 *non enim debuit.* Prout † ſunt communia quoad
diſpoſitionem partis ſuæ, *l. ſerui electione, §. La-*
beo ait, vbi Doctor. ff. de legat. 1. Bart. in l. 1. C.
qui teſtam. fac. poſſ. Bott. d. deciſ. 214. in princ.
16 *Rot. in recent. par. 7. d. deciſ. 28. num. 1.* Sed †
rectè potuit implorato Iudicis officio petere bo-
norum ſeparationem, ſiue ſit hæres beneficiata,
ſiue non, *Rot. in recent. par. 2. deciſ. 528. num. 16*
17 Ne † alioquin ſequatur, vt deſcripta in illo pro-
bent contra illam, *l. fin. in princ. C. arb. tutel.*
Bart. conſ. 239. num. 1. lib. 1. Gratian. diſcep. 71.
18 *num. 8.* Siquidem ipſa † videretur ex huiuſmodi
deſcriptione fateri omnia bona inuentariata eſſe
hæreditaria Oliuerij, *d. l. fin. C. arb. tutel. l. fin.*
C. de iure delib. l. tutor, qui repertorium, ff. de adm.
tutor. Gratian. diſcept. 767. num. 65. Greg. deciſ.
575. num. 3. Rot. in antiq. tit. donat. inter vir. &
vxor. deciſ. 1. num. 10. fol. 108. vbi in fortiori-
bus terminis loquitur: nempe in vxore, quæ cum
fuiſſet à viro conſtituta tutrix, & conſequenter
inuentarium facere teneretur, dubitareturque,
an ipſa obligata eſſet ponere in inuentario loca-
lia, & bona alia ſibi tradita à viro, & ab alijs
contemplatione viri, decidit *Rota*, quod ſimpli-
citer ponendo res ſimiles in inuentario videretur
confiteri eas ad virum, vel eius hæredes pertinuiſ-
19 ſe, & pertinere. Et proinde † quod cautius eſ-
ſet vxori omnia ponere in inuentario cum prote-
ſtatione de iure ſuo, & quod propter hoc non
intendit confiteri illas res ad maritum, vel eius
hæredes pertinere, ſed ſi apparebit eſſe ſuas pro-
prias, quod valeat illas obtinere, quia hoc mo-
do nullatenus videtur confiteri rem alienam, *arg.*
l. ſi debitor, §. 1. ff. quib. mod. pig. vel hypoth.
20 *ſolu.* Imo † per ſimilem proteſtationem ſibi con-
ſeruat ius etiam futurum, *Rot. in recent. par. 1.*
deciſ. 567. num. 7. & apud Seraph. deciſ. 1168.
num. 9. cum alijs per nos citatis, *deciſ. 94. num.*
45. A que ideo cum ex his, & alijs deductis per
informantes pro hac parte conſtet, bona de qui-
21 bus agitur, eſſe communia, concluſum † pari-
ter fuit locum eſſe diuiſioni illorum antequam
conficiatur inuentarium bonorum ipſius ſocij de-
functi per ipſam Luciam hæredem vſufructua-
riam. Et hanc diuiſionem æqualiter faciendam
22 eſſe non attenta opinione illa, quod † in tacita
ſocietate veniant tantummodo ea, quæ acquirun-
tur ex actibus quæſtuarijs, non autem quæ ex le-
gato, aut hæreditate proueniunt. Nam conſide-
ratum fuit, quod illa differentia non eſt vera, quia
ſocietas ſolo conſenſu contrahitur, vt dictum eſt,
& talis conſenſus declaratur ex actibus promiſ-
cuis, qui citra ius, & nomen ſocietatis tacitè fie-
ri non poſſunt, vt per *Bart. in l. Titium, §. altero,*
ff. de adminiſt. tutor. & in l. ſi patruus, C. com.
vtriuſ. iud. Et propterea firmandum, quod in-
ter ſocietatem expreſſam, & tacitam, data pa-
ritate terminorum, non ſit differentia, & quod
ita tacita, ſicut expreſſa contrahi poſſit in omni-
bus bonis vndecunque prouenientibus; quodque
hoc caſu par ſit virtus taciti ſicut expreſſi, vt fir-
marunt *Rimnal. Iun. conſ. 466. num. 29. lib. 4.*
Tob. Non. conſ. 64. num. 7. & ſeqq. Anch. conſ.
303. Corn. conſ. 58. vol. 4. Mart. Laud. conſ. 34.
Crau. conſ. 26. num. 8. Dec. conſ. 68. col. 1. conſ.
304. col. fin. conſ. 548. col. 2. & conſ. 628. col.
1. Purp. conſ. 403. num. 19. & 20. lib. 2. Cephal.
conſ. 340. num. 6. Rol. conſ. 91. num. 28. & 29.
Decian. conſ. 36. num. 4. lib. 1. Menoch. conſ. 12.
vol. 1. Ioſeph. Lud. concl. 53. col. 3. Maſcard. con-
cluſ. 1315. num. 20. & ſeqq. Gratian. diſcep. 643.
num. 9. & diſcept. 993. num. 22. & 23. Idem Gra-
tian. deciſ. 127. num. 2. Surd. de aliment. tit. 1.
quæſt. 85. num. 3. & 4. Mantic. d. lib. 6. tit. 15.
num. 1. & ſeqq. Caualc. deciſ. 11. num. 26. & 27.
par. 2. fol. 57. Nec debent attendi Doctores in
contrarium allegati, cum perfunctoriè, & inci-
denter loquantur *Iaſ. conſ. 51. col. 3. lib. 4. Pariſ.*
conſ. 91. num. 49. lib. 3. Soc. Iun. conſ. 1. num.
143. lib. 1. Surd. deciſ. 322. num. 82. Alex. ve-
rò, qui ex profeſſo talem tuebatur ſententiam in
conſ. 49. nu. 2. lib. 1. pariter ab omnibus repro-
batur, & præſertim à *Rol. in d. conſ. 91. num. 30.*
& 51. vbi dicit, quod iura allegata per eum non
loquuntur de tacita ſocietate omnium bonorum,
ſed de ſimplici, hoc eſt de illa, quæ inter aliquos
contrahitur, & expreſsè; ſed non exprimitur ſu-
per quo contrahatur, & hoc in caſu dubio con-
trahi dicitur ex cauſa quæſtuaria, ſed in ſocietate
tacita omnium bonorum veniunt omnia, quæ venire
poſſunt in expreſſa, cum ſit contractus, qui ſolo con-
ſenſu perficitur, vt firmant omnes præcitati Do-
ctores, præſertim *Mant. d. tit. 15. n. 10.* qui dicit ab
hac opinione communi non eſſe recedendum.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo, quando ſit reuocandum per ſententiam diffinitiuam.

SVMMARIVM.

1 *Vbi duo contendunt de hæreditate, conſilium eſt Pauli de Caſtr. quod quis præueniat in occupando bona.*

2 *Poſſeſſio inſtrumentalis ſuffragatur alio non exiſtente in poſſeſſione.*

3 *Poſſeſſio iudicis decreto capta manutenibilis eſt.*
4 *Poſſeſſor lite, & appellatione pendente manutẽneri debet.*
5 *Poſſeſſor in ſummariiſſimo non tenetur docere de titulo.*
6 *Amplia.*
7 *Spoliator pendente Iudicio ſpolij manutenetur.*
8 *In ſummariiſſimo nuda poſſeſſio attenditur, non autem titulus.*
9 *In ſummariiſſimo, non datur appellatio.*
10 *Decretum manutentionis, quando reuocandum ſit per ſententiam diffinitiuam, & num. 32.*
11 *Poſſeſſor ſuſtinet partes rei, & conſtituit aduerſarium actorem, & num. 20. & 21.*
12 *Poſſeſſio, quæ eſt apud aliquem pendente lite non poteſt tolli niſi per ſententiam diffinitiuam, & num. 22.*
13 *Poſſeſſio decreta cum clauſula ſine præiudicio habentium meliora, & potiora iura, dicitur eſſe ſub conditione, quæ nihil ponit in eſſe.*
14 *Quod intellige, & declara, vt num. 15. & 16.*
17 *Hæreditas ante aditionem repræſentat defunctum, non autem hæredem.*
18 *Clauſula, ſine præiudicio, præſeruat poſſeſſionem alterius plenam.*
19 *Poſſeſſio tradita cum clauſula ſine præiudicio, durat tantum donec per euentum conditionis reſoluatur.*
23 *Nec poſſeſſionem reſtituere tenetur, niſi ei, qui docet de iure ſuo.*
24 *Mandatum de manutenendo vni datum Rota ad libitum reuocat detecta poſſeſſione alterius.*
25 *Quod intellige.*

DECISIO CXXV.

MAnutentionis prætenſæ dubium hodie Dominis meis propoſitum, fuit vnanimiter reſolutum, vtraque parte informante contra D. Antoniam Marignanam ad fauorem Dominorum de Stephanis: Nam cum poſſeſſio bonorum de quibus agitur, vacans per obitum Ægidij de Beluederio Exij occupata fuiſſet ab vtraq; par-
1 te prætendente hæreditatem, Dominique † de Stephanis præuenerint Antoniam per aliquot dies antea (fortaſſe) iuxta cautelam *Pauli de Caſt. in l. fin. num. 1. C. de edicto Diui Ad. tollen.* & conſequenter de eorum anteriori poſſeſſione conſtet ex inſtromento illius adeptionis de an-
2 no 1638. *die 1. Martij.* Quod † alio tunc non exiſtente in poſſeſſione ſuffragatur, *l. prædia, vbi Bar. ff. de acq. poſ. l. non idcirco, C. de fide inſtr. Put. deciſ. 360. num. 8. lib. 1. Caput. deciſ. 334. num. 5. par. 2.* cum ſimilibus per nos deductis
3 *deciſ. 35. num. 8. & ſeqq.* Accedente maximè † decreto D Locũtenentis Exij. qui eoſdem in poſſeſſionem miſit, *Menoch. de retin. rem 3. nu. 575.*
4 *Rot. in recent. par. 1. deciſ. 513. num. 2.* Vtiq; † lite, & appellatione pendente, ipſis manutentio rectè decreta fuit per D. Iudicem Exinum aduerſus Antoniam citatam, & auditam, *§. retinendæ, Inſt. de interd. cap. cum teneamus, & ibi commun. Doct. de appellat. cap. 1. & 2. vt lite pend. Barz. deciſ. 47. num. 5. Greg. deciſ. 582. num. 2.* cum alijs per nos cumulatis, *deciſ. 12. n. 5. 6. & 11.*
5 *& deciſ. 39. num. 7.* Quod procedit † etiamſi de illo tempore dd. de Stephanis non docuiſſent de titulo hæreditatis, *Put. deciſ. 463. num. 5. lib. 2.*
6 cum alijs per nos citatis *d. dec. 35. num. 16.* Ac † etiamſi eorum poſſeſſio eſſet contra ius, *Franc. in cap. cum teneamus, de appellat. Gabr. tit. de acq. vel amitt. poſ. concl. 6. nu. 3. Rot. ex impreſſ. per*
7 *Zacch. de oblig. Cam. deciſ. 56. num. 2.* Quia † nec etiam ſpoliatori in iudicio ſpolij ſolet manutentio negari, *l. fin. C. ſi per vim, cap. licet, & ibi Doct. de præb. in 6. Rot. d. deciſ. 56 num. 3.* Ex
8 quo nuda † poſſeſſio, non autem titulus in hoc ſummariiſſimo debent attendi, *Rot. coram Greg. deciſ. 323. num. 1. coram Caual. deciſ. 630. num. 6. & in recent. par. 2. deciſ. 650. num. 11. & diximus deciſ. 15. num. 19. & 31. & d. deciſ. 35. nu. 30.* Proinde cum ſuccubuerit Antonia in ſumma-
9 riiſſimo, quod † non admittit appellationem, *Scac. de appellat. quæſt. 17. lim. 6. mem. 2. num. 1. et 2 Barz. deciſ. 71. num. 1. et 2, Ioſeph. Luc. Peruſ. deciſ. 20. num. 9.* quos ſecuti ſumus, *dec. 7. num. 18. et 19. et deciſ. 35. num 1.* Et pendente eadem lite in Rota noſtra, vbi fuit per ambas partes deductum omne ius non ſolum in poſſeſſorio, ſed etiam in petitorio; Sicut non po-
10 teſt † decretum præfatum reuocari abſque ſententia diffinitiua, vt per *Mantic. deciſ. 202. nu. 1.*
11 *et 2.* Ita † pariter firmatum fuit, eandem Antoniam non poſſe iuuari alio remedio, quam poſſeſſorio ordinario, vel petitorio, cauſa plene, & ordinariè cognita, ſuſtinendo partes actoris, & ſic porrecto libello ſuper decreti reuocatione, vt poſt *Speculat. Natt. Menoch. Contard. Rugiell.* & alios firmat *Scac. d. mem. 2. num. 5. 6. et 7. Marc. de com. par. 1. fol. 932. num. 95. Mantic. d. dec.*
12 *per totam.* Vnde † cum iam ſit datus, & elapſus terminus conſtitutionis ad iuſtificandum, & impugnandum, ipſa tenetur expectare exitum iudicij circa prædicta; quoniam ſi apparebit eius poſſeſſionem inſtrumentalem eſſe potiorem, vel illorum de Stephanis nullam, vt captam contra formam ſtatuti Exini; vel conſtabit de notorio non iure eorum, vti prætenditur, & conſequenter apparebit mandatum de manutenendo eſſe iniuſtum; declarabitur eoſdem de Stephanis legitime non poſſidere, ſed ipſam D. Antoniam, quæ melius probauit intentionem ſuam, manutenendam, & tuendam eſſe in poſſeſſione, iuxta praxim, quam docent *Scac. et Mantic. in locis citatis.*
13 Neque obſtat, quod in decreto immiſſionis ad fauorem dd. de Stephanis adſit clauſula, ſine præiudicio habentium meliora, & potiora iura, & quatenus poſſeſſio ſit vacans; quæ operatur vt poſſeſſio tradita cenſeatur ſub conditione, quæ

nihil

Digitized by Google

nihil ponit in eſſe, vt per *Put. deciſ. 32. lib. 2.*
cum alijs copioſè deductis per nos *d. deciſ. 35.*
14 *num. 18.* Nam † cum huiuſmodi conditio inhæ-
reat actui immiſſionis, vbi vtraque pars, prout
hic, prætendit ſe eſſe hæredem, vt tradit *Bal. in*
l. fin. num. 41. verſ. tamen Iudex, C. de edict. Diu.
Adr. toll. quem ſequitur *Rot. in recent. par. 1. de-*
ciſ. 513. num. 3. quod non probatur; fuit pro-
15 pterea reſponſum † illam conditionem non ſu-
ſpendere acquiſitionem poſſeſſionis, licet per
euentum conditionis reſoluatur, vt diximus *dict.*
16 *deciſ. 35. num. 21.* Quapropter † debet intelligi,
vt procedat vbi conſtaret alium tunc tempore
poſſediſſe, vt ſentit *Bal. in d. l. fin. num. 41. verſ.*
tamen Iudex, & eum ſequuntur *Peregr. de fideic.*
art. 48. num. 18. Hond. conſ. 86. num. 51. et ſeq.
lib. 2. Arg. de leg. cont. quæſt. 10. art. 13. num.
9. Put. deciſ. 183. lib. 3. Rot. in recent. par. 1. d.
deciſ. 513. num. 3. verſ. quia fuit reſponſum, vbi
quod ita eſt intelligendus, *Put. in allegata deciſ. 32.*
Et ideò poſſeſſio, quæ die 2. Martij erat vacans,
& ius Antoniæ dici non poterat in eſſe deductum,
17 quia † ante aditionem hæreditatis repræſentat
defunctum, non hæredem, *l. hæreditas, de acq.*
rerum domin. §. ſeruus autem, Inſt. de hæred. inſt.
ipſi autem Antoniæ decreta fuit immiſſio die 3.
capta verò poſſeſſio die 13. eiuſdem menſis; in-
de ſequitur, vt, ſecundùm etiam informantes
pro ipſa Antonia, manutentio competat dictis
18 de Stephanis, quoniam † dicta clauſula non ope-
ratur effectum ſuſpenſiuum, vel reſolutiuum, ni-
ſi ad fauorem eorum quibus tempore reſeruatio-
nis erat ius in eſſe deductum, vel de præterito,
vel de præſenti, non autem de futuro, & ſic præ-
ſeruat tantùm poſſeſſionem alterius plenam,
Belt. ad Greg. deciſ. 332. num. 6. verſ. et ideo, Se-
raph. deciſ. 877. num. 2. et 3. Rot. *ex impr. per*
Zacch. de oblig. Cam. deciſ. 144. num. 5. et d. de-
19 *ciſ. noſtra 35. nu. 19. et 20.* Quæ † quidem poſ-
ſeſſio tantùm durat donec per euentum condi-
20 tionis reſoluatur, quod † eſt cognoſcendum in
plenario, vt dictum eſt, in quo DD. de Stepha-
nis gerere debent partes reorum in commodo
poſſeſſionis, quod habent, *Mart. de ſucceſs. par.*
3. quæſt. 13. art. 5. num. 29. fol. 1115. & D.
21 Antonia, quæ † non poſſidet, gerere debet per-
ſonam actoris, *Menoch. de recup. rem. vlt. num. 1.*
et ſeqq. Scac. d. mem. 2. num. 11. Barz. deciſ. 47.
num. 1. et 2. Beniut. deciſ. 73. num. 10. Et inte-
22 rea † poſſeſſores nullatenus debent ſimplici de-
creto ſpoliari, *Mantic. d. deciſ. 202. num. 4. verſ.*
23 *et ideò.* Cum † etiamſi nullam cauſam haberent
poſſidenti, non teneantur reſtituere poſſeſſionem
bonorum niſi ei, qui docet de iure ſuo, *cap. ſæpè*
de reſt. ſpoliat. Mart. de ſucceſſ. par. 4. quæſt. 16.
art. 3. num. 8. Gregor. deciſ. 107. num. 1.
24 Neque pariter obſtat, quod mandatum de
manutenendo iam vni datum Rota ad libitum
reuocare ſoleat detecta poſſeſſione alterius, *Gre-*
gor. deciſ. 275. num. 15. et 24. Seraph. dec. 1295.
num. 5. Rot. in recent. par. 2. deciſ. 404. num. 2.
25 *et ſeqq.* Quia † allegata ibi ſunt intelligenda
præſuppoſitis terminis habilibus, nempe cum
ſeruatione terminorum, & cauſa pleoè, & ordi-
natè cognita, vt diximus, *Scac. d. mem. 2. num.*
7. verſ. quia reſpondeo, Rotæ deciſionem eſſe in-
telligendam, & tunc illa ſententia amplius non
erit interlocutoria, ſed diffinitiua, *Scac. d. num.*
7. verſ. quia reſpondeo, et mem. 3. n. 5. Et ita, &c.

ARGVMENTVM.

Quando poſſit dominus cenſus compelli inuitus ad accipiendum pro cenſus extinctione fundum cenſuatum, vel alia bona debitoris cenſus. Cum alijs de quibus infrà.

SVMMARIVM.

1 *Natura cauſæ decretum facit appellabile.*
2 *Iudicium liquidatarium, dicitur ordinarium.*
3 *Decretum liquidatorium eſt appellabile, etiam in materia executiua.*
4 *Obligatio Cameralis poſita in inſtrumento de ſoluendo iudicatum ad omne mandatum D. Iudicis, non tollit appellationem.*
5 *Quæ appellatio ſuſpenditur iudicatum.*
6 *Et conſequenter vires obligationis Cameralis.*
7 *Obligatio Cameralis regulatur ſecundum terminos in quibus loquitur.*
8 *Iuſtificata appellatione à mera interlocutoria deuoluit totum negotium principale.*
9 *Et Iudex ad quem loco Iudicis à quo ſubrogatur, et de cauſa principali cognoſcit.*
10 *Tacita pronuncia quando ſufficiat.*
11 *Expreſſio remiſſionis cauſæ, vel incompetentiæ per proceſſum ad vlteriora videtur reiecta, et n. 12.*
13 *Super competentia, vel incompetentia Iudex expreſſe pronunciare debet.*
14 *Limita, vt num. 15.*
16 *Exiſtentiam crediti neceſſe eſt iuſtificare, nec ſufficit eſſe creditorem.*
17 *Creditum cenſus probatur per inſtrumentum publicum.*
18 *Sententia, à qua non fuit appellatum infra decem facit rem iudicatam, & pro varietate habetur, & num. 29.*
19 *Sententiam acceptare dicitur, qui adimplet contenta in ea.*
20 *Sententia facit ius inter partes.*
21 *Inſtrumentum probat debitum.*
22 *Sententia iuſtificata eſt confirmanda, & executioni demandanda.*
23 *Pro ſorte cenſus perpetui ex parte imponentis, nulla, competit actio ementi.*
24 *Quod limita.*

25 In-

Digitized by Google

25 *Iudex quando poſſit cogere dominum cenſus ad accipiendum in ſolutum fundum cenſuatum.*
26 *Notarius valide atteſtatur de actu à ſe geſto, & per eum rogato.*
27 *Præſentia partis defunctum citationis ſupplet.*
28 *Summarius proceſſus ſufficit in liquidatione facienda virtute executionis rei iudicatæ.*
30 *Vel qui non appellat.*
31 *Nullitates, poſt rē iudicatam, non ſunt attendendæ.*
32 *Vbi adeſt obligatio rei reſtituendæ, ad æſtimationem deueniri poteſt re ipſa non viſa.*
33 *Æſtimatio potius ad iudicium, quam ad ſenſum corporis pertinet.*
34 *Iudices præſertim appellationum debent abſoluere abſoluendum, & condemnare condemnandum, non attenta nullitate proceſſus.*
35 *Limita.*

DECISIO CXXVI.

1 DEcretum D. Locumtenentis Exini, in quo relaxatur mandatum contra Vincentiam quondam Menci Galeotti pro ſcutis 104. ratione mobilium eius viri deſcriptorum in Inſtrumento cartæ dotalis, & per eam detentorum, videtur omninò eſſe appellabile quoad vtrumque effectum, ex natura ipſius cauſæ, quæ ſemper inſpicitur, vt diximus *dec iſ. 57. num. 1. & 15.* Quia tanquam latum poſt mobilium æſtimationem factam, dicitur liquidatorium ſummæ calculatæ ex eademmet æſtimatione debita vigore inſtrumenti exhibiti, in quo ipſa Vincentia ſe obligauit reddere computa-
2 llorum: Quæ ſanè † liquidatio operatur, vt cauſa eſſe debeat ordinaria, *Surd. deciſ. 27. num. 8. & 9. Giurb. deciſ. 59. num. 20.* cum alijs per nos adductis, *d. deciſ. 57. num. 4.* Et conſequen-
3 ter † appellabilia, quamuis materia videatur executiua propter obligationem Cameralem, vt latius, *ex Gall. Zacch. Menoch. Laderch Afflict. Grat.* & alijs firmauimus *in alleg. deciſ. 57. num. 5. & ſeqq. & in deciſ. 103. num. 2.* quibus addimus, *Gregor. deciſ. 232. num. 2.* vbi etiam *Addeo.*
4 *nu. 5.* Preterea decretum eſt appellabile, † quia hæc forma Cameræ appoſita in eodem Inſtrumento obligationis Vincentiæ de ſoluendo cui de iure, quidquid per D. Locumtenentem iudicatum fuerit, non tollit appellationem à ſententia deſuper lata, quia obligatio ſimilis non mutat naturam promiſſionis, licet arctiorem reddat, *Zacc. ad Galleſ. de oblig. Cam. quæſt. 28. num. 2. Rot. apud eundem, deciſ. 17. num. 5. & deciſ. 83. n. 10.*
5 Quæ quidē † appellatio ſicut iudicatum ſuſpendit, *l. 1. §. vlt. ff. ad Sen. conſ. Turpil. Oſaſch. dec. 5. num. 1. Grat. deciſ. 9. num. 11.* cum alijs per
6 nos allegatis, *deciſ. 82. num. 13.* Ita † ſuſpendere debet vires oblig. Cameralis, *Scacc. de appellat. quæſt. 17. lim. 2. num. 73.* circa finem, *Zacch. d.*
7 *quæſt. 28. n. 10.* Quæ † regulatur ſecundùm terminos ſuos, *d. deciſ. 57. n. 6.* Quare decreto appellabili exiſtente quoad vtrumque effectum, firmandum venit, quod Iudex à quo grauauerit, dū inhibitionem, quam conceſſerat vigore appellationis coram eo interpoſitæ ab eodē decreto moderatus fuit, quoad effectum ſuſpenſiuum; Et conſequens eſt, vt introducta cauſa appellationis in Rota, benè proceſſum fuerit ad vlteriora in negotio principalis, ſecundum ſtylum huius tribu-
8 nalis, qui habet etiam fomentum iuris. Nam † quādo ex mera interlocutoria introducta eſt appellatio, quæ continet grauamen iuſtificatum coram Iudice ad quem per productionem actorum, vt hic, ad ipſum deuoluit totum negotium principale, *cap. dilecti filij, & cap. vt debitus, vb. gloſ. & Doct. de appellat. cap. cordi, eod. tit. in 6. cap. 1. §. 1. de for. com. cod. lib. 6. Borell. in ſum. dec. par. 2. tit. 33. n. 308. & n. 1167. Scacc. de appell. q. 17. lim. 47. mem. 3 num. 1. & ſeq. Gratian. diſcept. 6.*
9 *num. 3. verſ. neque obſtat.* Ita vt † ipſe omninò ſubrogetur loco Iudicis à quo, & de cauſa principali cognoſcat, vt ex *Bart. Dec.* & alijs diximus,
10 *deciſ. 8. num. 10* Abſque eò quòd † pronunciet benè appellatum, & malè proceſſum per D. Iudicem à quo; ſi quidem iuſtificato grauamine per exhibitionem actorum, vt diximus, nunquam fuit expreſſe pronunciatum ſuper interlocuto-
11 ria, ſed † tacitè per proceſſum ad vlteriora in negotio principali, quod operatur, vt exceptio remiſſionis cauſæ oppoſita videatur reiecta, *cap. ex parte il 2.* vbi etiam *Abb. de appell. cap. cordi, eodem tit. in 6. Vant. de nullit. ex def. iuriſ. ord. num. 64.* vbi dantur concordantes, *Scacc. d. tract.*
12 *quæſt. 12. num. 85.* Et † perinde eſt, ac ſi pronunciatum eſſet ſuper competentia, *Bart. in l. à procedente, 0.4. C. de dilat. & de communi, Ruin. conſ. 114. num. 18. & ſeqq. & conſ. 18. num. 18. lib. 5. Becc. conſ. 31. num. 6. Scacc. d. tract. quæſt. 17. lim. 6. mem. 7. num. 51. Grat. diſc. 76. nu. 16.*
13 Nec obſtare viſū fuit, quod in exceptione huiuſmodi pronunciatio tacita non ſufficiat, cū expreſſe requiratur, quod pronuncietur ſuper cōpetentia, vt per *Inn. in c. 2. de dilat. & per Oſaſ. dec. 5. n. 8.*
14 Quia † hæc opinio procedit in Iudice delegato,
15 vt inquit *Gab. tit. de excep. concl. 1. n. 3.* Vel † vbi de incompetentia non eſt oppoſitum, ſecus verò vbi oppoſitū, & de illa eſt cognitum, vt in præſenti caſo, per productionem actorum, ex quibus iuſtificatur grauamen, & neceſſario cognoſcitur ſuper deuolutione cauſæ, quia tunc non requiritur pronunciatio expreſſis verbis facta, cum ſufficiat procedi ad vlteria in negotio principali, vt declarat *Ang. in l. 2. n. 10. ff. ſi quis in ius vocat. Ruin. & Becc. in loc. ſuprà cit. Grat. d. diſcep. 76. n. 18 Greg. deciſ. 470. num. 10. & ſeqq.* & notauimus *deciſ. 21 num. 17.* Quamobrem benè videtur procedere dubium propoſitum circa negotiū principale, an decretum D. Locumtenentis Exini primi Iudicis, de quo ſuprà, ſit confirmandum.
16 Quod vtique cenſetur confirmandum, quoniam

ſi exiſtentiam crediti iuſtificare, & liquidare debent Antonia, & Io: Dominicus Recordati iugales, cum non ſufficiat eos eſſe creditores, *l. ſi nomen vbi Doct. C. de hæred. vel act. vend. Grat. diſcept. 688. num. 27. Rot. penes Zacch. de oblig.*
17 *Cam. deciſ. 136. num. 7.* In præſentiarum † de credito eorum ſatis conſtare dicitur non tantum ex inſtrumento impoſitionum cenſuum, *Cenc. de Cenſ. par. 1. cap. 4. num. 7.* vbi dantur concor-
18 dantes, quam † etiam ex graduatione in ſententia graduatoria, quæ non ſolum tranſiuit in iudicatum, ex quo non fuit ab ea appellatum, *Auth. hodie, C. de appellat. cap. quoad conſultationem, de re Iudic. Greg. deciſ. 492. num. 2. Mantic. de-*
19 *ciſ. 361. num. 6.* Sed † etiam apparet accepta, cum ipſa Vincentia adimpleuerit contenta in ea, *l. quædam, ff. fam. erciſc. Gabr. de appellat. concluſ. 3. num. 1. Surd. conſ. 12. num. 52. & conſ. 43. num. 7. Mor. Ant. Var. lib. 2. reſol. 16. n. 1.*
20 *Rot. in recent. par. 2. deciſ. 138. num. 3.* De † cuius Vincentiæ debito cauſa, & occaſione dictorum mobilium pariter conſtare dicitur, non tantum ex eadem ſententia graduatoria, quæ condemnando ipſam ad reſtituendum, ſeu excomputandum mobilia eius mariti cum credito ſuarum dotium dicitur facere ius inter partes, *l. ingenuum, ff. de ſtat. hom. l. res iudicata, ff. de reg.*
21 *Iur. Surd. deciſ. 260. num. 27.* Sed † etiam ex inſtrumento obligatione Camerali vallato, in quo ipſa receptis dotibus ſuis in numerata pecunia, ſe obligauit iuxta ſeriem illius ſententiæ reddere computa illorum adnotatorum in ſua carta dotali, & ſoluere promiſit cui de iure, quidquid per eundem D. Iudicem decretum fuiſset ad fauorem creditorum Menci Galeotti eius viri, vt latius in ipſo inſtrumento: Igitur ſequuta æſti-
22 matione † videtur decretum iuſtificatum ex actis, & conſequenter confirmandum, & executioni demandandum, *Amat. deciſ. 41. ante num. 31. Mohed. deciſ. 18. de re iudic. Put. deciſ. 401. lib. 1. Tocc. deciſ. 77. num. 16.* cum alijs, quos
23 allegauimus *deciſ. 92. num. 1.* Quamuis enim † pro ſorte cenſuum regulariter non competat actio, vt diximus *deciſ. 123. num. 16.* ex quo illi pro parte ementis debent eſſe perpetui iuxta Pianam conſtit, vt probat *Cenc. de Cenſ. quæſt. 2.* & rurſus *quæſt. 107. num. 1. Seraph. deciſ. 890.*
24 *num. 3.* Attamen † attenta dicta ſubhaſtatione bonorum cenſuatorum vigore concurſus pro ſatiſfaciendo omnibus creditoribus, qui concurrerunt, & petierunt aſſignari ſibi locum iuxta prioritatem, & potioritatem, cenſus dicuntur extincti, *Cenc. d. tract. quæſt. 107. num. 25. & ſeqq. præſertim num. 29. vbi latè Milanenſ. deciſ. Sicil. 2. num. 16. & 17. lib. 2. Seraph. deciſ. 1333. num. 1. & ſeqq.* & conferunt dicta per Rotam ex impreſſ. per d. *Cenc. deciſ. 106. num. 3. & deciſ. 182. num. 4. & deciſ. 283. num. 6.* Et Iudex po-
25 teſt † ex dicta, vel ſimili cauſa iuſta, & legitima, vt eſt diſcuſſio bonorum ad inſtantiam omnium creditorum, cogere dominum cenſus pro illius extinctione, capere fundum cenſuatum, vel alia bona debitoris cenſus, *Bon. tract. de cenſ. par. 2. n. 97. Menoch. de arb. caſ. 183. n. 25. & 28. Cenc. d. tract. & quæſt. 107. ſub num. 29. verſ. & licet non deſint. & quæſt. 108. num. 13. & 14.* vbi copioſè comprobat, & faciunt notata per *Cyriac. forenſ. lib. 1. controuerſ. 24. per totum.*

Neque obſtat nullitas allegata ex defectu citationis ad ſententiam; quia ſubmouetur ex actu,
26 & rogitu Notarij cauſæ, † qui firmat terminum habitum fuiſſe pro ſeruato de conſenſu partium, cui ſanè in ſimilibus creditur, quippè, cum atteſtetur de actu à ſe geſto, & per eum rogato, vt multis citatis firmat *Grat. diſcept. 907. num. 43.* & latius comprobat *Maſcard. de prob. concl. 1101. n. 10.* vbi quod fidem adhibetur Notario dicenti in actis, teſtis iuratus, & examinatus parte præſẽte, hac videlicet ratione, quia tempore actus interuenire potuit illa præſentia, ſeu conſenſus, & ideò circa talem conſenſum aſſertioni eius ſtandũ eſt, niſi contrarium probetur, *Rot. in rec. par. 2. deciſ. 463. n. 2.* Prout dicimus eſſe credendum Notario atteſtanti partes fuiſſe præſentes in prolatione
27 ſententiæ, *Rot. in rec. par. 1. dec. 412. n. 2.* Quæ † præſentia partis ſolemnitatem citationis ſupplet, *Abb. in cap. præſentia, n. 5. de dilat. Bart. & alij in l. 1. ff. de in ius vocand. Capic. dec. 8. n. 37. Rot. coram Seraph. deciſ. 1493. num. 1. coram Greg. deciſ. 127. num. 6. & in recent. par. 1. deciſ. 393. n. 16.*

Neq; poteſt officere allegata nullitas æſtimationis mobilium, quia eſt animaduertendũ, quod illa faciẽda erat vigore executionis ſẽtentiæ gra-
28 duatoriæ, Et † proinde verſantibus nobis in executione rei iudicatæ, ſatis fuit, ſummariè proceſſum fuiſſe per Iudicem in liquidatione, ſecundùm formam legis, *à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, vbi Bar. n. 1. & Iaſ. n. 4. ff. de re iudic. idem Bart. in l. creditores, n. 26. verſ. ſuper tertio autem membro, C. de pig. Gail. de pig. oblig. Cam. quæſt. 35. n. 5. Menoch. de Adip. remed. 5. num. 71. Carol. de Graſſ. except. 36. n. 11. Scacc. de appellat. quæſt. 17. lim. 9. num. 35. Surd. de alim. tit. 3. quæſt. 9. n. 14. Gail. lib. 1. obſeruat. 113. n. 10. Oſaſch. deciſ. 1. n. 3.* Id quod non deficit in caſu noſtro. Nam Carraria procurator Recordati, die 8. Maij 1631. coram præfato Locumtenente elegit in æſtimatorem Io: Baptiſtam Bonafidem, qui fuit per Iudicem confirmatus ad præſentiam Peregrini procuratoris partis aduerſæ, cui pariter aſſignatus fuit terminus trium dierum ad alium pro parte ſua eligendum, cuius electionis non factæ accuſata contumacia die 13. eiuſdem inſtetit Carraria pro æſtimatione facienda, quæ ſucceſſiuè facta fuit ſub die 20. Maij eiuſdem anni, & eius copia in Iudicio producta, decretaque Peregrino cum termino ad primam ad opponendum, intra quem terminum cum nihil oppoſuerit, fuit æſtimatio appro-
29 bata per Iudicis decretum, à quo † ſicut non fuit appellatum infra decem, vt opportebat

quam-

Digitized by Google

quamuis ſit interlocutorium, *Salyc. in Auth. hodie, in princ. C. de appellat. Lancell. de attent. part 2. cap. 12. lim. 50. num. 64. Scacc. de appellat. quæſt. 12. num. 84. prope finem, Rol. conſ. 33. n. 5. lib. 4 Becc. conſ. 31. num. 3. in fin. & num. 6.* cum alijs per nos deductis ſuprà *num. 18.* Etenim

30 nim † ſententiam contra ſe latam intelligitur approbare, qui non appellat ab ea, *l. ab eo, C. quom. & quand. Iudex, l. fin. C. de ſent. quæ in cert. quant. l. 1. & ibi gloſ. in verb. obtempera, C. de poſtul. Mantic. deciſ. 126. n. 6. Greg. deciſ 552.*

31 *num. 4* Ita † de æſtimationis nullitate amplius dicere non poteſt, *Menoch de Arb. quæſt. 33. num. 3.* & in puncto æſtimationis ex mente *Munoz. de ratioc. firmant Grattan. diſcept. 228. num. 5. Gregor. deciſ. 508. num 1.*

Neque debet attendi, quod vlterius dicebatur æſtimationem factam fuiſſe de rebus non viſis, nec inſpectis. Quia id gratis dicitur. Et in om-

32 nem euentum reſpondetur, † quod vbi adeſt obligatio rerum reſtituendarum, vt in hoc præſenti caſu, deueniri poteſt ad æſtimationem ipſis rebus non viſis, vel non apparentibus, *l. in re furtiua de cond. furtiu. l. rerum amatorum, ff. de act. rer. amot. l. cum res, verſ. item ſi res, ff. de leg. 1. Bart. in l. ſi conſtante, §. ſi vxor, ff. ſolut. mat. Capell. Tholoſ. deciſ. 203. Affl. deciſ. 347.*

33 *num. 5.* Cum † æſtimatio potius ad iudicium, quam ad ſenſum corporis pertineat, *Alex. in l. pretia rerum, ad l. Falc. Grattan. d. diſcep. 228. num. 25.*

Atque ita ex his cenſuimus dubium eſſe reſoluendum ad fauorem creditorum, non obſtanti-

34 bus ex aduerſo excitatis nullitatibus; quoniam † Iudex præſertim appellationum debet abſoluere abſoluendum, & condemnare condemnandum, non attentata nullitate proceſſus, *Miſing. obſeruat. 93. in prin. Vinc. deciſ. 31. & diximus deciſ. 185. num. 18. Canalc. deciſ. 25. num. 16. lib. 1.* vbi hanc opinionem vocat ſanctam, æquam, & valde honeſtam, eo quia parcat ſumptibus, & abbreuiet lites alioquin immortales; Ideoque libentius eſſe amplectendam per Iudices Eccleſiaſticos, in ſtatu, & dominio Eccleſiaſtico. Dum-

35 modo tamen † nullitates non ſint de tribus, nempè iuriſdictionis, citationis, & mandati, reſeruatis à Conſtitutione Piana, & Clementina, quia tunc non ſunt reijciendæ, ſed attendendæ, *Greg. deciſ. 492. nu. 5. & deciſ. 508. num. 2.* quem ſecuti ſumus, *deciſ. 92. num. 23. & d. deciſ. 115. num. 29.*

ARGVMENTVM,

An, & quando fructus meliorationum licitè percipiantur, & non compenſentur cum pretio melioramentorum. Et de intereſſe quando valide taxetur à principio.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca tacita inducitur pro impenſis factis in re aliena.*
2 *Stipulatio eſt ſtricti iuris.*
3 *Intereſſe non venit in contractibus ſtricti iuris.*
4 *Cum quidquid lucri illæ ſummæ accedit, vſura ſit.*
5 *Vſura indebitè ſoluta repet. poteſt, ſi non computàtur in ſortem.*
6 *Fructus rei pignoratæ tunc percipi poſſunt, quando pignus realiter eſt traditum pro debito.*
7 *Lucrum ab initio taxari non poteſt, etiam in contractibus bonæ fidei, niſi conſtet de mora, & de intereſſe liquido.*
8 *Obligari, & in mora conſtitui, vno, & eodem tempore, iniquum eſt.*
9 *Pactum de ſoluendo fructus pendente dilatione incerta, & indeterminata, quando, & inter quos locum habeat.*
10 *Creditor, qui ad ſui beneplacitum poteſt habere ſortem, recipiendo fructus committit vſuram.*
11 *Intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis non debetur niſi data mora debitoris.*
12 *Quod procedit etiamſi fuiſſet promiſſum.*
13 *Et etiam ſi verſaremur in perſona ſolita negotiari.*
14 *Mora non datur abſque interpellatione.*
15 *Intereſſe non debetur niſi probatis requiſitis à Paulo de Caſt. in l. 3. §. fin. ff. de eo, quod cer. loc.*
16 *Amplia.*
17 *Intereſſe proportionabile, & veriſimile poteſt aliquando ab initio taxari.*
18 *Limita.*
19 *Quæ requirantur, vt talis taxatio dicatur licita.*
20 *Diſpoſitio l. Curabit, C. act. empt. locum habet in omni contractu correſpectiuo, tàm nominato, quàm innominato.*
21 *Diſpoſitio dict. l. Curabit quando ceſſet, & nume 25.*
22 *Conuentio de fructibus pendente dilatione data ad ſoluendum, eſt inualida, ſecundùm magis communem opinionem.*
23 *Amplia.*
24 *Omnis negotiatio, & lucri acquiſito, eſt interdicta Clerico.*
26 *Fructus melioramentorum licitè percipiuntur per eum, in quem translatum eſt dominium, ſeu poſſeſſio rei melioratæ.*

27 *Reſeruatio non tribuit Ius, quibus non competit.*
28 *Verba intelliguntur ſecundùm naturam cuiuſq; rei.*
29 *Diſpoſitio ibi conuenit, vbi conueniunt verba.*
30 *Traditio rei præſupponit dominium.*
31 *Inſtrumentum locationis non probat poſſeſſionem, niſi inter ipſos cotrahentes.*
32 *Et multo minus probat dominium.*
33 *Aſſertio procuratoris contra dominum, non probat niſi cum ſpeciali mandato.*
34 *Aſſertio venditoris poſt venditionem, non præiudicat emptori.*
35 *Aſſertio famulæ, non probat pro domino contra tertium.*
36 *Teſtis mendax in ſubſtantialibus, non probat.*
37 *Limita.*
38 *Teſtis deponens inueriſimilia, non probat.*
39 *Debitor poteſt eligere in quam cauſam velit compenſare debitum.*

DECISIO CXXVII.

Bartholomea, & Fauſtina ſorores filiæ q. Ludouici Salui Ciuitatis Firmi, de anno 1625. die 5. Iulij vendiderunt, tradideruntque Franciſco Gentili vnam earum domum, cum furno, pretio florenorum 390. ſoluendorum infrà nouem annos; modo, & forma prout in Inſtrumento deſuper confecto. Et quia in eadem domo, & furno, Reuerendus Dominus Doria habebat ius pro florenis ſeptuaginta vno, per ipſum impenſis in refectione parietis à fundamentis, & alia faciendo domui neceſſaria, vt venditrices aſſeruerunt; propterea Franciſcus emptor ſoluere promiſit ad omnem ipſius Doriæ præſentis, & ſtipulantis requiſitionem; dictam ſummam vltra pretium conuentum cum mulieribus, quæ vna cum dicto Doria reſeruarunt ſibi ius, & dominium ſuper domo, donec, & quouſque eſſent de pretio, & credito reſpectiuè ſatisfacti, pro quibus obſeruandis obligauerunt ſeſe partes in forma Cam. Apo. Cuius obligationis vigore Doria de anno 1631. die 8. Auguſti obtinuit ab Illuſtriſſimo A. C. mandatum executiuum pro ſuo credito florenorum 71. & expenſis contra eundem Franciſcum Gentilem, qui ſtatim ſoluit, & quietationem obtinuit. Et deinde coram Domino Vicario Firmano egit contra Doriam pro mercede cocturæ panis trium annorum cum dimidio, & Doria vice verſa reconueniendo Franciſcum petijt, quod ſibi per eum ſolueretur portio lucri facti ex furnaria, quam exercuit pro eodem tempore, & pro portione eiuſdem ſummæ erogatæ in reparatione, vt ſuprà, quod per viam recompenſationis obtinuit per decretum D. Vicarij, reuocatum tamen in ſecunda inſtantia. Vndè cum dubitetur coram nobis de prædictis in tertia inſtantia, vtraque parte informante credimus lucrum huiuſmodi nullatenus deberi, & Doriam eſſe in caſu

ſuccumbentiæ. Nam cum ex prænarratis conſtet, quod tempore venditionis, & poſtea, ipſe Doria
nõ habebat dominium, neq; poſſeſſionem rei vẽ-
1 ditæ per mulieres, ſed † tantummodo ius tacitæ
hypothecæ pro dicta ſumma impenſa, *ex l. interdum, cum l. ſeq. ff. qui pot. in pig. hab. l. 1. quibus mod. pig. vel hypoth. tac. cont. Maut. de tacit. lib. 5. tit. 11. num. 14. Grat. diſcep. 670. num. 8. & 9.* Sibiq. promiſſa in quantitate, quam ad ſui bene-
2 placitum exigere poterat ex ſtipulatione ſua, †
quæ eſt ſtricti iuris, *l. quidquid adſtringendæ, in prin. & l. ita ſtipulatus, §. Chryſogonus, de verb. oblig. l. quia tantundem, ff. de neg. geſt. Mantic. de*
3 *tacit. lib. 1. tit. 9. nu. 3.* Conſequens † eſt, vt nihil lucri percipere poſſit, *l. vbi autem, C. de verb. oblig. l. ſi quis ab alio, de re iudic. Maut. d. tit. 9.*
4 *num. 19. & ſeq.* Cum † quidquid locri illi ſummæ accedit, vſura ſit, *cap. 1. & 2. de vſur. can. vſura, cap. conſuluit, & cap. plerig; 14. quæſt. 3. l. 1. & 2. C. de vſur.* Rot. *coram Greg. dec. 80. num. 1. & 2. & in recent. par. 2. dec. 72. num. 1.* In tantùm
5 vt † quod ratione dictæ ſtipulationis fuiſſet ſolutum pro lucro, computari potuiſſet in ſortem, vel repeti, cum promittens vſuras, & ſoluens, dici non poſſit, quod ſciens indebitè ſoluerit, vnde merito daretur repetitio, *Alex.* qui alios citat, *cons. 80. num. 11. & ſeqq. lib. 3. Grat. diſcep. 911. num. 3. Bell. Rot. Ianuen. deciſ. 193. num. 6. & 7.*
6 Tunc † enim ſolummodo fructus ex pignore percipi poſſunt, quando pignus realiter eſt traditum pro debito; nec ſufficit ad hunc effectum ſola pignoratio, niſi etiam ſequatur traditio, & poſſeſſio pignoris, vt poſt *Abb. Anan. But. Hoſt. Neguſ. & alios firmat Gratian. diſcept. 848. num. 21. & ſeqq. Put. deciſ. 312. num. 1. & deciſ. 324. num. 1. lib. 1.*

Neque lucrum prætendere poteſt Doria, tanquam conuentum à principio cum Franciſco; quia vltra quod ex inſtrumento apparet tantummodo dictam ſummam fuiſſe promiſſam, & de
7 intereſſe nullum verbum: Reſpondetur vlterius, †
quod lucrum ab initio taxari non poterat, niſi prius conſtaret de mora, & de intereſſe liquido, etiamſi verſaremur in contractu bonæ fidei, vt poſt *Alex. Dec. Purp.* & alios firmant pariter *Grat. diſcep. 911. num. 1.* & *ſeqq. & Mantic. eod.*
8 *tract. de tac. lib. 4. tit. 24. num. 16. & 17.* Eſt †
enim valde iniquum, vno, & eodem tempore aliquem obligare, & in mora conſtituere, vt poſt *Bart. Caſt. Cag.* & alios firmauit *Rot. ex impreſſ. per Zacch. de oblig. Cam. deciſ. 20. num. 10.*
9 Et quamuis validum videatur pactum de ſoluẽdo fructus, pendente dilatione incerta, & indeterminata ad ſoluendum, vt per *Grat. diſcept. 588. num. 25. & ſeqq. & per Bell. ad* Gregor. *in deciſ. 297. num. 10. in fin. vbi allegatur deciſ. Rota in vna* Romana *Caſaletti, qua eſt impreſſ. in rec. par. 3. dec. 370. nu. 5.* & in alia eiuſdem cauſæ ibidem impreſſa, *deciſ. 397. num. 1.* Id tamen non applicatur caſui noſtro, & procedit tantummo-

do

do inter venditorem, & emptorem, qui pretium
rei emptæ promiſit ſoluere (puta) facta menſu-
ratione, vel impletis quibuſdam alijs per vendi-
torem implendis, vt in modo allegatis deciſio-
nibus, Similis namque dilatio non impedit, quia
dentur fructus recompenſatiui, cum aliàs non
afferat ſecum tempus conſiderabile, & dilatio ſit
talis, quæ debet quanto citius ceſſare, vt pul-
chrè declarat *Grat. d. diſcep.* 588. *num.* 28. *&*
ſeqq. At verò in caſu noſtro Doria, non fuit do-
minus, nec vendidit domum cum furno, nec mi-
nus dedit dilationem aliquam, ſed ſimpliciter
10 tanquam † creditor ſibi reſeruauit ius exigendi
dictam ſummam ad eius beneplacitum, & per
conſequens recipiendo fructus vſuram commit-
teret, iuribus ſuprà deductis quibus addimus, *l.* 1.
& 3. C. de vſur. Lup. ad l. curabit., tom 1. §. 4.
num. 73. *verſ. nam ſi per eum ſtarit. Caſtren. conſ.*
81. *num.* 4. *lib.* 1. *Dec. conſ.* 119. *num.* 7. *Men.*
conſ. 441. *num.* 25. *lib.* 5. *Mantic. d. lib.* 1. *tit.* 9.
num. 19. *Gratian. diſcep.* 34. *num.* 48. *& diſcep.*
853. *num.* 18. *Rot. in recent. par.* 1. *deciſ.* 471.
11 *num.* 4. Ratio videtur eſſe, † quia nec intereſſe
damni emergentis, ſeu lucri ceſſantis debetur ni-
ſi data mora debitoris, *l. ſocium, qui, ff. pro ſoc.*
gloſ. in l. quod te, ff. ſi certum pet. vbi Bart. *num.*
12. *& Iaſ. num.* 5. *Honded, conſ.* 50. *num.* 13. *lib.*
3. *Cran. conſ.* 87. *num.* 5. *Gab. tit. de ſolut. concl.*
80. *num.* 6. *Gratian. diſcept.* 142. *num.* 1. *Surd.*
deciſ. 129. *num.* 21. *Rot. penes Zacch. de oblig.*
Cam. deciſ. 20. *num.* 2. *& deciſ.* 140. *num.* 2. *&*
coram Mantic. deciſ. 283. *num.* 6. *& diximus de-*
12 *ciſ.* 88. *num.* 56. Quod procedit † etiamſi fuiſſet
promiſſum, *Rot. penes Zacch. dict. deciſ.* 20.
num. 30.

13 Ac etiamſi verſaremur in perſona ſolita nego-
tiari, *Hond. conſ* 36. *num.* 29. *lib.* 1. *Mantic. d.*
deciſ. 283. *num.* 6. *verſ. vnde ſi pecunia, d. deciſ.*
14 *noſtra* 88. *num.* 58 Quæ quidem † mora Franciſ-
co Gentili imputari non poteſt ante interpellat-
tionem, *Surd. deciſ.* 80. *num.* 1. *& deciſ.* 281
num. 2. *Rot. penes Zacch. dict. deciſ.* 20. *num.* 2.
15 *& coram Mantic. deciſ.* 171. *num.* 5. Et † conſe-
quenter ceſſare debet intereſſe, quod non debe-
tur, niſi probatis requiſitis à *Caſt. in l.* 3. *§. fin.*
ff. de eo quod cer. loc. cum alijs cumulatis per nos,
d. deciſ. 88. *num.* 59. *& deciſ.* 93. *num.* 1. *&* 2.
16 etiamſi † verſaremur in caſu fauorabili, puta
dotis, vel ſimili, *Cran. conſ.* 912. *num.* 11. *Me-*
noch. conſ. 7. *num.* 16. *Gratian. diſcep.* 726. *num.* 5.
& d. diſcep. 911. *num.* 23. *Mantic. d. deciſ.* 171.
num. 3. *Rot. in recent. par.* 1. *deciſ.* 471. *num* 4.

17 Nec obſtat, quod dicebatur potuiſſe etiam
ab initio taxari illud intereſſe, quando eſt pro-
portionabile, & veriſimile, *Bal. in l. rogaſti, §.*
ſi tibi, ff. ſi cert. pet. Scacc. de com. §. 1. *par.* 2.
Amp. 8. *num.* 33. *Rot. diuerſ. par.* 1. *deciſ.* 340.
num. 1. *&* 2. & prout aliàs tenuit hæc Rota no-
ſtra in vna Firmana ſocietatis, 4. *Maij* 1632. quæ
eſt *deciſ.* 132. *num.* 35. *& ſeq.*

18 Quia prædicta non procedunt in contractibus
ſtricti iuris, vbi verſamur, vt dictum eſt *n.* 3. ſed in
contractibus bonæ fidei, vbi verè probaretur hu-
19 iuſmodi intereſſe; Ad hoc enim, vt † pactum con-
tinens certum, & taxatum lucrum, non dicatur
vſurarium, debet conſtare de conuentione iuſtifi-
cata, & de veriſimili, & proportionato intereſſe,
vt in allegata Firmana ſocietatis, quæ de iure præ-
ſumitur lucroſa, prout illa re vera apparebat;
quod tunc facit taxationem licitam; quo non pro-
bato, nunquam admittitur talis taxatio, ad late
deducta per *Grat.* quem ſufficit allegare pro mul-
tis, *d. diſcept.* 911. *num.* 19. *& ſeqq.*

Quod autem obijcitur, fuiſſe licitam conuen-
tionem de fructibus, vt ipſe Doria creditor ſerua-
20 retur indemnis † ſecundum diſpoſitionem, *l. cura-*
bit, C. de act. emp. quæ locum habet in omni con-
tractu correſpectiuo, tàm nominato, quam inno-
minato, vt per *Rot. diuerſ. par* 1. *d. deciſ.* 340. *n.* 6.
21 Ex † co colligitur, quod non verſamur in contractu
correſpectiuo, cùm Doria domum non vendiderit,
nec tradiderit, nec minus poſſederit, cui conſe-
quens eſt, vt ceſſet æquitas, *d. l. curabit*, vt in ſpe-
cie notat *Gab conſ.* 151. *n.* 9. *verſ. æquitati verò, lib.*
1. *Grat. d. diſc.* 911. *n.* 9. Vltra quod de tali conuen-
22 tione non côſtat, vt diximus, † & ſi de illa conſta-
ret certû eſt, quod eſſet inualida, & omninò reij-
cienda tanquam iniqua, ſecundùm magis verâ, &
communem ſententiam, de qua teſtantur *Hond.*
conſ. 30. *n.* 28 *lib.* 1. *Grat.* qui alios refert, *d. diſ-*
23 *cep.* 918. *n.* 4. Et † magis in caſu iſto, vbi verſamur
24 in côtractu ſtricti iuris, vt dictû eſt. † Et in perſo-
na Sacerdotis, cui eſt interdicta omnis negotiatio,
& lucri acquiſitio, *cap. Eijciens, cap. negotiatorē, &*
per tot. 88 *diſt, c. fin. de vit. & honeſt. cleric. Prax.*
Arch Genuen. cap. 77. *n.* 1. *&* 2. *fol* 393. *Diaz in*
Prax. crim. can. cap. 58. *n.* 1. *&* 2. *Ricc. dec* 16 *n.* 4.
25 *& ſeqq. lib.* 3 *Sperel. dec.* 94. *n.* 1. *& ſeq.* Inſuper †
ceſſat æquitas *d. l. curabit*, quando prout hic ſum-
ma promiſſa eſt vltra pretium collonicum cum
mulieribus, quæ vendiderunt, vt poſt *Soc. & Dec.*
notat Rot. coram Caval. deciſ. 270. *num.* 4.

Nec ſimiliter officit quod dicebatur Doriam
pro melioratione domus, & furni percipere poſ-
ſe fructus rei melioratæ pro rata pecuniarum im-
26 penſarû; Quia † hæc ſententia non procedit niſi
in illo, qui rem melioratam apud ſe habet iure
dominij, & bona fide poſſidet, vt poſt *gloſ. in l.*
emptor in verb. ſuperfluū in fine de rei vend. ad lit-
teram firmant, Gratian. diſcept. 195. *num.* 7. *&*
ſeqq & diſcept. 848. *num.* 26. *Mareſc. lib.* 2.
reſolut. 112. *num.* 53. *& ſeqq. Bonn. deciſ.* 44. *nu.*
20. *&* 21. quos ſequitur *Rot. coram Put. deciſ.*
236. *in fin. lib.* 3. *& diuerſ. par.* 2. *deciſ.* 115.
num. 1. Et conſequenter non applicatur concluſio
ad fauorem Doriæ, qui non poſſedit, nec
vendidit, prout ſanè vendidiſſet vna cum mulie-
ribus, ſi poſſediſſet, cum eſſet præſens, & ſti-
pulatus ſit dictam ſummam florenorum ſeptua-
geſimo primo.

Nec prædicta aduerſatur reſeruatio iuris, & dominij, vſque ad totalem ſolutionem, vt in inſtrumento venditionis ad fauorem dictarum mulierum, quæ vendiderunt, ac etiam ad fauorem
27 dicti Doriæ. Nam † cum reſeruatio non tribuat ius, ſi aliàs non competeret, *Bert. conſ. 74. num. 6. Surd. conſ. 482. num. 9. Menoch. conſ. 2. num. 57. Marca clauſ. 66. num. 4. par. 2.* Greg. dec. 347.
28 *num. 16.* Illa vtique † verba inſtrumenti intelligenda ſunt ſecundum naturam cuiuſque rei, *Fel.*
29 *in 14. ſedes, num. 14. de reſcript.* vt conueniant, † vbi conuenit diſpoſitio, *l. 4. §. toties, ff. de dam. inf. Marc. Ant. var. lib. 3. reſol. 9. num. 4. Affl. deciſ. 355. num.* 8. Nempè, vt reſeruatio iuris intelligatur quoad Doriam pro ſuo credito ſtipulato florenorum 71. Et reſeruatio dominij intelligatur quoad mulieres creditores de pretio flo-
30 renorum 390. rei venditæ, & traditæ, cuius † traditio præſupponit earum dominium, *Maſcar. concl. 538. num. 11. Mar. Ant. var. lib. 2. reſol. 11. num. 90. verſ. & vlterius.*

31 Neque eſt curandum de inſtrumento locationis domus, de qua agitur, factæ per Doriam ante venditionem: Quoniam ex eo non probatur poſſeſſio ſua in præiudicium Franciſci tertij, ſed tantum inter ipſos contrahentes, *cap. inter dilectos, vbi Fælin. num.* 8. *de fid. inſt. Gab. de locat. concl. 4. num. 5. Gratian. diſcept. 502. num. 8. & 9. Boer. deciſ. 105. num. 15. Greg. deciſ. 6. num. 2. & ſeq.* cum alijs per nos citatis, *deciſ. 13. n. 11.*
32 *& deciſ. 60. num. 46.* Et † multo minus probatur dominium, *l. ad probationem, C. loc.* cum alijs cumulatis per *Maſcard. concl. 542. num. 1. & ſeqq.*

Nec ſufficit, quod Procurator Franciſci dixerit hanc ſummam florenorum 71. eſſe rei pre-
33 tium. Quia † hæc eius aſſertio eſt omninò contraria inſtrumento, de quo ſuprà, propterea firmandum venit, quod obeſſe non poſſit domino, niſi cum ſpeciali mandato, de quo non conſtat, *l. certum, §. penult. ff. de confeſſ. Rota in recent. par. 2. deciſ. 779. num. 2. & diximus deciſ. 70. num. 5. & deciſ. 123. num. 36.*

Demum non obſtant teſtes vltimo loco, & coram nobis examinati pro parte ipſius Doriæ prætendentis probare dictam conuentionem, & poſſeſſionem. Quia illis nulla prorſus eſt adhibenda fides. Nam Fauſtina eſt illa, quæ vna cum ſorore
34 vendidit Franciſco, cuius propterea † aſſertio poſt venditionem, non præiudicat emptori, vt poſt *Cumao. Caſt.* & alios firmat, *Surd. conſ. 22. num. 31. & deciſ. 256. num. 8. Mareſc. lib. 1. reſolut. 82. num. 56. Gratian. diſcept. 287. num. 12. Caput. deciſ. 95. num. 4. par. 1. Put. deciſ. 79. lib. 2. Greg. deciſ. 157. nu. 9. & 10. & deciſ. 311. num. 15.* cum alijs per nos citatis, *deciſ. 123. num. 3.* Bellona verò fuit, & eſt de præſenti famula dicti
35 Doriæ, & † proinde non probat pro domino contra Franciſcum, *Farinac. quæſt. 55. num. 12. & quæſt. 57. num. 4. Rot. diuerſ. par. 2. deciſ. 536. num. 1.* & notauimus *deciſ. 50. num. 40. & 46.* Vlterius eſt mendax, prout quoque mendaces ſunt alij duo teſtes, nempè Theodora filia ipſius Bellonæ, & Io: Baptiſta filius dictæ Theodoræ, qui omnes, & vniformiter ſuper quinto ſubſtantiali articulo dixerunt eſſe veriſſimum, quod ipſe Doria cum dictis mulieribus vendidit domum, & furnum Franciſco Gentili, & nihilominus ex inſtrumento non controuerſo apparet
36 contrarium, & ſic † tanquam mendaces in ſubſtantialibus, & contrarij inſtrumento non controuerſo repelluntur, *Mantic. deciſ. 142. nu. 15. & deciſ. noſtra 50. num. 37.* Neque numerus ſupplet defectum verſantem circa perſonam, & dictum eorum, *Ruin. conſ. 149. num. 37. & conſ. 150. num. 18. lib. 1. Gabr. de teſtib. concluſ. 6. nu. 9. Farinac. quæſt. 62. num. 322. & 324.* Præſertim quia deponunt omninò inueriſimilia, nempè quod Doria conuenerit cum Franciſco de certo lucro pro dicta ſumma, id quod non legitur in inſtrumento, & eſt à iure reprobatum, nec ipſæ
37 mulieres dominæ id fecerunt, † quamuis vendiderint dilata pretij ſolutione, ex qua vtique ſic paciſcendo moderatna fructus percipere valuiſſent, ſtante dominij reſeruatione, *Mantic. de tac. lib. 4. tit. 24. num. 19. Lup. ad l. curabit, C. act. emp. com. 1. §. 7. num. 148. & ſeqq. Gratian. diſcept. 206. num. 9. & diſcept. 911. num. 9. & 10.* Et conſequenter multo minus ſunt admittendi te-
38 ſtes † ad probandum, quod eſt omninò inveriſimile, *cap. ſuper eo, de renunc. l. ob carmen, §. fin. ff. de teſtib. Rolan. conſ. 7. nu. 17. lib. 1. Surd. conſ. 1. num. 10. Greg. deciſ. 414. num. 5. & deciſ. 510. num. 4.* Quamobrem dubio extra Rotam communicato cum duobus alijs coauditoribus idem ſentientibus, credidimus ex his nullum lucrum, ſiue intereſſe debitum eſſe Doriæ, quem declarauimus obligatum ad ſolutionem mercedis furnariæ pro dicto tempo[illegible] re, pro quo [illegible] ſi tacuit Franciſcus furnariam exercens, credendũ eſt id feciſſe animo compenſandi cum dicta ſumma florenorum
39 71. Quod † facere potuiſſet ſi ſumma quæſtus præfati liquida fuiſſet, *Bart. in l. cum ex pluribus, in fin. ff. de ſol. Surd. dec. 117. n. 10.* cum ſimilibus.

Et ita &c.

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Conſtitutio Ægidiana, quę prohibet appellationem in Statu Eccleſiaſtico, an reſpiciat deciſoria, vel ordinaria, ita vt comprehendere valeat perſonas Clericorum.

SVMMARIVM.

1 Ægidiana mens eſt, vt poſſeſſorium vnica ſententia terminetur.
2 Ægidiana reſpectu appellationis ius canonicum ad ius ciuile reduxit.
3 Ægidiana non habet locum, quando agitur de bonis, ſeu perſonis Eccleſiaſticis, vel in foro Eccleſiaſtico, & num. 26.
4 Siue Eccleſiaſtici ſint actores, ſiue rei, ſiue ad eorum fauorem, ſiue contra eos feratur ſententia.
5 Eccleſiaſtici ſequuntur ius canonicum, quo inſpectu à quocumque grauamine datur appellatio.
6 Sententia lata in poſſeſſorio eſt appellabilis de iure canonico, ſiue agatur de recuperanda, ſiue adipiſcenda, ſiue retinenda poſſeſſione, num. 7.
8 Tam ad effectum deuolutiuum, quam ſuſpenſiuum.
9 Ægidiana ſicut non comprehendit perſonas Eccleſiaſticas in eorum præiudicium, ita nec etiam in eorum fauorem, vt ſeruetur æqualitas.
10 Conſtitutio laicalis in ordinatorijs ligat Clericos litigantes coram Iudice ſeculari, & num. 34.
11 Conſtitutio, ſeu ſtatutum prohibendo ſimpliciter appellationem cenſetur illam in dubio prohibere, tàm quo ad effectum ſuſpenſiuum, quàm deuolutiuum.
12 Vt pluris quid vltra ius commune contineat.
13 Conſtitutio prohibendo Iudici ad quem ne appellationem recipiat, & Iudici à quo ne illi, in aliquo deferat, cenſetur prohibere ſuſpenſiuum, & deuolutiuum.
14 Conſtitutio, ſeù ſtatutum in totum prohibens appellationem dicitur reſpicere deciſoria Iudicij, non autem ordinatoria.
15 Limita.
16 Conſtitutio deciſoria non ligat clericos, & nu. 35.
17 Iudex facere non poteſt cauſam appellabilem, vel inappellabilem ex capite ſuo.
18 Priuilegium litis pendente ſuperueniens rei forum non immutat.
19 Limita, vt num. 20. & 21.
22 Sententia in vna ſui parte appellabilis, quando ad ſe aliam partem non appellabilem trahat.
23 Appellatio vnius prodeſt alteri in connexis.
24 Appellabilis ſententia remanet ſuſpenſa per appellationem.
25 Appellatio reducit cauſam ad terminos litis conteſtatæ.
27 Appellatione pendente poſſeſſor eſt manutenendus, nec priuandus commodo ſuæ poſſeſſionis, & num. 28. & 47.
29 Poſſeſſio capta pendente termino ad appellandum, dicitur attentata.
30 Nec eſt manutenibilis.
31 Sed dicitur vitioſa, & nullius conſiderationis.
32 Pendente termino ad appellandum, aliquid innouari non poteſt; nec à Iudice, nec à parte, & attentatum ante omnia reuocatur.
33 Auctor laudatus, qui venit ad alium defendendum, non poteſt partem trahere ad iudicem ſuum.
36 Fictio plus non operatur quam veritas, & nu. 39.
37 Lex non poteſt fingere, vbi quod fingitur, in veritate eſſe non poteſt ſecundùm naturam.
38 Fictio, vt locum habeat requiritur habilitas duorum extremorum à quo, & ad quem.
40 Manutentio non impeditur ſub prætextu non iuris, niſi de illo conſtet per confeſſionem partis, vel per rem iudicatam, non controuerſam.
41 Exceptio ſolutionis turbida non obſtat.
42 Creditor immiſſus in poſſeſſionem tenetur, quo ad fructus de dolo, & culpa ſua.
43 Regula, non deducta deducam, non probata probabo, procedit in cauſa appellationis.
44 Probatio non excludit probationem.
45 Probatio præſumptiua, quæ fundatur in eo, quod poteſt eſſe, & non eſſe, non releuat.
46 Iniuſtitia operatur, vt non ſit locus Ægidianæ.

DECISIO CXXVIII.

SEntentia D. Locumtenentis Curię Generalis Maceraten. lata ad fauorem R. D. Fuluij Clarignani, & Iacobi Sebaſtij contra hæredes Armenzæ, eſt appellabilis, quamuis lata in poſſeſſorio reintegrandæ. Quia † Ægidiana, cuius mens eſt, vt poſſeſſorium vnica ſententia terminetur, Put. deciſ. 480. num. 11. lib. 2. Rot. Macerat. in noſtris impreſſis, deciſ. 3. num. 1. Sublato de medio † iure canonico, & reducto illud ad ius ciuile ſecundùm diſpoſitionem, l. vnica, C. ſi de moment. poſſ. fuerit appellat. vbi Contar. in qu. 1. de Ægidiana, num. 1. & ſeqq. Grat. deciſ. 55. num. 1. & 4. Rot. coram Greg. deciſ. 491. num. 3. & in recent. par. 2. deciſ. 150. num. 3. & deciſ. 324. nu. 2. cum alijs per nos cumulatis d. deciſ. 3. num. 2. deciſ. 58. num. 3. deciſ. 71. nu. 11. & dec. 111. num. 3. Non habet locum, † quando agitur de bonis, ſeu perſonis Eccleſiaſticis, vel in foro Eccleſiaſtico, Hond. conſ. 20. num. 6. & 7. lib. 2. Scacc. de appellat. quæſt. 17. lim. 6. mem. 3. num. 14. & 15. Mareſc. var. lib. 2. cap. 75. num. 33. & 39. Gratian. diſcept. 421. num. 76. Rot. ex impreſſ. penes March. de com. par. 1. tit. de Sal. §. 2. deciſ. 31. num. 2. & par. 2. tit. de Ægidiana, ſ. vnic. deciſ. 7. num. 1. cum ſeqq. & coram Seraph. deciſ. 424. coram Cocc. deciſ. 150. num. 5. & in recent.

4 *recent. par. 1. deciſ. 32. num. 2.* Siue † ſint Eccle-
ſiaſtici actores, ſiue rei, ſiue ad eorum fauorem,
ſiue contra eos feratur ſententia, cum non ligen-
tur à dicta conſtitutione omninò ſeculari, *Hond.*
d. conſ. 20. num. 5. & 7. ac 11. Mareſc. d. reſol.
75. num. 39. Gratian. *d. cap. 421. num. 76. Belt.*
ad Greg. deciſ. 581. num. 8. Put. deciſ. 307. lib. 2.
5 Sed ſequuntur ius Canonicum, † quo inſpecto, ab
omni grauamine, & à quacunque ſententia da-
tur appellatio, *cap. cum ſit Romana, cap. ſuper*
eo, vbi Canoniſtæ de appellat. can. quicunque 11.
quæſt. 1. Contard. ad d. l. vnic. lim. 3. num. 4. Mar.
Ant. var. lib. 1. reſol. 52. num. 6. Gratian. diſcep.
383. num. 10. Giurb. deciſ. 56. num. 5. Amat. de-
ciſ. 59. num. 2. cum alijs per nos allegatis, *d. de-*
6 *ciſ. 3. num. 8.* Etiam † ſententia lata eſſet in poſ-
ſeſſorio, *Clem. 1. de ſequeſt. poſſ. & fruct. gloſ.*
in cap. ad ſedem, vbi Abb. & cæteri Canoniſtæ, de
7 *reſt. ſpol.* Siue † agatur de adipiſcenda, vel recu-
peranda, ſeu retinenda poſſeſſione, *Gratian. deciſ.*
55. num. 7. Ioſeph Lud. Peruſ. deciſ. 20. num. 21.
8 Tam † ad effectum deuolutiuum, quam ſuſpen-
ſiuum, ſecundùm communem, de qua per *Abb.*
in d. cap. ad ſedem, Honded. d. conſ. 20. num. 4.
Conar. pract. quæſt. cap. 23. num. 8. cum alijs per
9 non deductis, *d. deciſ. 3. num. 9. in fin.* Igitur †
ſicut licuiſſet R. D. Fuluio Clarignano appellare
in caſu ſuccumbentiæ, eo quia non ligatur à di-
cta conſtitutione ſeculari, vt dictum eſt, ita pa-
riter appellare potuit altera pars laica, quæ ſuc-
cubuit in Iudicio, vt ſeruetur æqualitas, *Hond.*
d. conſ. 20. num. 2. Scapuc. de Sal. lib. 3. quæſt. 2.
num. 7. Bel. ad Greg. 581. num. 8. Bellam. deciſ.
617. Rot. coram Baratt. 315. num. 12. & ſeqq.
Sperell. deciſ. 11. num. 3.

Non obſtat, quod dicebatur, Ægidianam tol-
lere appellationem ſuſpenſiuam, non autem de-
uolutiuam, & conſequenter non reſpicere deci-
10 ſoria, ſed ordinatoria iudicij, quæ † quicē ordi-
natoria ligant Clericos litigantes in foro ſeculari,
ad latè notata per nos *deciſ. 6. n. 23. & deciſ. 96.*
11 *num. 4. & 5.* Quia † reſpondetur, quod prohi-
bendo conſtitutio appellationem ſimpliciter cen-
ſetur vtique prohibita, tàm quoad effectum ſu-
ſpenſiuum, quàm deuolutiuum, vt poſt *Franc.*
Dec. Contard. & alios firmat in ſpecie *Hond. conſ.*
29. num. 38. lib. 2. Capic. deciſ. 34. num. 3. Qui-
12 nimò † vtranque appellationem per neceſſe tol-
lere debet ad hoc, vt ipſa, quæ iuris iam con-
ceſſi continet diſpoſitionem, pluris quid vltra
dictum ius commune operari videatur, alias ſi
diſponeret idem, videretur ſuperflua, vt notat
Neguſ. de pign. 1. mem. 8. par. num. 3. Menoch.
de adip. rem. 4. num. 878. in fin. Veſt. in prax. lib.
7. cap. 3. num. 38. Hond. d. conſ. 20. lib. 2. Beoin.
deciſ. 17. in fin. Capic. d. deciſ. 34. num. 3. Lud.
13 *deciſ. Peruſ. 20. num. 22. & 23.* Quod ſanè †
comprobatur, dum vlterius ipſa conſtitutio pro-
hibet Iudici ad quem, ne eam aliqualiter recipiat,
& Iudici à quo ne illi in aliquo deferat; ſignum

euidens, quod prohibet etiam deuolutiuum, quia
recipere appellationem deuolutiuam eſſet ali-
qualiter eam recipere, vt conſiderat *Scacc. de ap-*
pell. quæſt. 17. lim. 6. mem. 7. num. 26. Atque
14 ideò † cum in totum prohibeat appellationem,
verius videtur, quod reſpiciat deciſoria, vt ex
mente *Aret. Soc. Dec. Gozad. & aliorum firmaui-*
mus deciſ. 71. num. 15. quibus addimus *Scacc.*
in d. tract. quæſt. 16. num. 68. in fin. & num. 69.
& quæſt. 18. num. 15. verſ. ſecus, Hond. conſ. 29.
num. 21. verſ. in caſu iſto, lib. 2. Barz. deciſ. 41.
num. 16. Rot. in recent. par. 2. deciſ. 529. num. 2.
15 *& par. 3. deciſ. 552. num. 8.* Tunc enim † ſolum-
modo videretur reſpicere ordinatoria, ſi diſpo-
neret ſimpliciter de tempore, quo quis poſſit
appellare, vel intra quantum tempus, vt pluri-
bus citatis firmauimus *d. deciſ. 6. num. 25. verſ.*
16 *prout quoque.* Et proinde in caſu noſtro † tan-
quam conſtitutio deciſoria, non ligat Clericos,
Abb. in cap. fin. num. 3. de rebus Eccleſ. non alien.
& in cap. quod Clericus, num. 6. & ſeqq. de foro
competen. cum alijs per nos relatis *d. deciſ. 71.*
num. 17.

Neque obſtat, quod ſecundo loco dicebatur,
non conſtare de Clericatu: Quoniam de illo tan-
quam notorio dubitari non poteſt, & quando
appellationi non eſſe locum dicere velimus, ex
quo ſententia nomen Clerici non continent, eſſet
17 vtique in poteſtate Iudicis † omittendo qualita-
tem Clericatus, facere cauſam appellabilem ex
capite ſuo, quod eſſet abſurdum, & non feren-
dum, vt inquit *Mar. Ant. Var. lib. 1. reſolut. 32.*
num. 9. & ſeqq. quem alias ſecuti ſumus, *deciſ.*
57. num. 18. & ſeq.

18 Prætereà non obſtat, quod priuilegium Cleri-
catus ſuperuenerit pendente Iudicio, quod pro-
deſſe non poteſt Domino Fuluio, *ad tex. in l. ſi*
quis poſtea quam, ff. de iudic. cum alijs per nos
allegatis, *deciſ. 98. num. 10. & ſeqq.* Quia regula
eſt vera, ſed non militat in præſenti caſu, vbi non
intentatur declinatoria fori ex priuilegio Cleri-
catus ſuperueniente: Imò cauſa ſemel cepta pro-
ſequitur, & continuatur coram Iudice appella-
tionis in Rota, vbi tamen dum opponitur de
Ægidiana Conſtitutione generali in toto Statu
Eccleſiaſtico, quæ non habet locum in cauſis Cle-
ricorum, vt ſuprà dictum eſt, videre neſcimus
quomodo id à parte appellãte allegari nõ poſſit.
19 Eo magis cum verſemur † in priuilegio reſpi-
ciente publicam vtilitatem, quando prodeſſe de-
bet etiam quoad lites cœptas, vt per *Gratian.*
20 *diſcept. 421. num. 65.* Quibus accedit, † quod
vbi perſona eſt cauſa priuilegij, mutata perſona,
extinguitur priuilegium, *l. 1. C. de impon. lucr.*
deſc. lib. 10. l. Paulus, §. 1. ff. de acquir. hered.
Natt. conſ. 118. num. 7. & 8. & conſ. 311. num.
5. & 6. Sperell. deciſ. 28. num. 4. & melius deciſ.
35. num. 32. At in caſu noſtro perſona ſecularis
eſt cauſa, quod in poſſeſſorijs non detur appel-
latio in hoc Statu Eccleſiaſtico reſpectu Ægidianæ,
quæ

Digitized by Google

quæ reduxit nos ad terminos iuris communia,
21 nempè *l. vnicæ, C. ſi de moment. poſſ.* Igitur †
mutata perſona laicali in Eccleſiaſticam, extin-
guitur priuilegium Ægidianæ, iuribus ſuprà de-
ductis.

Pariter non obſtat, quod dicebatur, non fuiſ-
ſe datam executionem ſententiæ, quo ad Cleri-
cum, ſed tantummodo, quo ad laicum. Quia li-
cet ex parte laici cauſa non videatur appellabilis
22 in iudicio reintegrationis, in quo verſamur, †
attamen cum ſit idem negotium, eadem cauſa
defenſionis, & vna eademque ſententia reinte-
grationis, tàm ad fauorem laici, quàm clerici,
ſtante vnione, & connexitate cauſæ, pars ſenten-
tiæ appellabilis, ad ſe non appellabilem trahit,
*Franc. in cap. 51. duobus, num. 7. de appellat. Bal.
in l. poſt ſententiam, num. 6. C. de ſentent. & inter.
om. Iud. Contard. ad l. vnic. de moment. poſſeſ. li-
mit. 24. num. 27. Mar. Ant. var. lib. 2. reſolut.
9. num. 5. Menoch. de recup. rem. 9. nu. 32. Marc.
de com. par. 1. tit. de Saluian. §. 2. num. 97. Scac.
de appellat. quæſt. 17. lim. 6. mem. 9. num. 32. &
84. Grat. deciſ. 60. num. 13. & 14. Gurb. deciſ.
101. num. 1. & 2. Rot. diuerſ. par. 1. deciſ. 323.*
23 *num. 1.* Vt in † ſimili dicimus, quod in conne-
xis, appellatio vnius prodeſt alteri, *cap. vna ſen-
tentia, de appellat. Lancell. de attentat. par. 2.
cap. 12. amp. 11. num. 1. & ſeqq. Scac. de appell.
quæſt. 12. num. 77. Grat. deciſ. 141. num. 2. &*
24 *ſeqq.* Proinde † cum ex allegatis, & deductis,
ſententia D. Locumtenentis ſit appellabilis, ſu-
ſpenſaque remaneat per interpoſitam appellatio-
nem pro parte hæredum Armeniæ, *cap. 1. de iu-
dic. cap. veniens, de iure iurand. Lancell. d. tract.
par. 2. cap. 12. in præfat. num. 108. & ſeq. Mar.
Ant. var. lib. 1. reſolut. 26. num. 13. Ludou. de-
ciſ. Lucenſ. 59. num. 1.* cum alijs per nos citatis
25 *deciſ. 82. num. 13.* Ita vt † cauſa dicatur reducta
ad terminos litis conteſtatæ, *l. ita demum, C. de
procurat. Olaſcb. deciſ. 5. in princ. Franch. deciſ.
370 num. 17. Capic. deciſ. 28. num. 6. Gratr. de-*
26 *ciſ. 19. num. 8.* Eo quia non intrat Ægidiana †
reſpectu perſonæ Eccleſiaſticæ interuenientis in
iudicio, *Scac. d. quæſt. 17. lim. 6. mem. 3. num.
15. Hond. d. conſ. 20. num. 15. & per tot. lib. 2.
Rot. in recent. par. 2. deciſ. 391. num. 5. & ſeqq.
cum alijs per nos allegatis, deciſ. 3. num. 4. & 5.
& deciſ. 26. num. 2.* & alibi ſepè diximus, ſequi-
27 tur propterea, quod † hæredibus Armeniæ, qui
legitimam appellationem à dicta ſententia inter-
poſuerunt, ſit concedendum mandatum de ma-
nutenendo, in domo de qua agitur, donec per
trinam ſententiam quæſtio prætenſæ ſolutionis
inter ipſas partes terminetur, *cap. 1. vt lit. pend.
Hond. conſ. 17. num. 45. lib. 2. Gratian. diſcept.
113. num. 28. & diſcept. 796. num. 39. Rot. co-
ram Greg. deciſ. 275. num. 11. & deciſ. 365. nu.
3. coram Cocc. deciſ. 286. num. 6. & coram Canal.
deciſ. 228. num. 4. & in recent. par. 2. deciſ. 147.*
28 *num. 5. & diximus deciſ. 120. nu. 7. & 8.* Cum †
poſſeſſor pendente appellatione à ſententia con-
tra ſe lata non ſit ſuæ poſſeſſionis commodo pri-
uandus, *cap. cum teneamus, vbi com. Doct. de ap-
pellat. cap. 1. & 2. vt lite pend. l. furti, ff. de
iis, qui not. infam. Cocc. deciſ. 286. num. 6. Rot.
ex impreſſ. per Zacch. de oblig. Cam. deciſ. 56. nu.
1. & 2.* vbi ait id procedere, etiamſi poſſeſſio eſ-
ſet contra ius.

Quibus ſanè non aduerſatur poſſeſſio in conti-
nenti capta per Clarignanum, & Sellarium vigo-
29 re dictæ ſententię latę ad eorum fauorem; Nam †
cum illa ſit attentata, tanquam capta pendente
termino ad appellandum; immò pendente appel-
latione legitimè interpoſita, *cap. cum non ſolum
de appellat. in 6. Greg. deciſ. 513. num 1. & 2.*
30 Non eſt vtique manutenibilis, *Cocc. dec. 492.*
31 *num. 1. Greg. deciſ. 305. num. 1.* Sed † dicitur
vitioſa, & nullius conſiderationis, *cap. licet cau-
ſam, de probat. Bar. in l. ſi duo in prin. ff. vti poſſ.
Arch. in cap. quæres, num. 9. verſ. ex quibus, 11.
quæſt. 1. Cocc. deciſ. 14 num. 7.* cum alijs per
nos allegatis, *d. deciſ. 120. num. 11.* Et eſt reuo-
32 canda, † quoniam pendente termino ad appel-
landum, aliquid innouari non poteſt, nec à Iu-
dice, nec à parte appellata, & ſi quid attente-
tur, ante omnia reuocatur, *tot. tit. ff. & C. nil
noui appell. pend. Veſt. in prax. lib. 8. cap. 2. num.
1. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. amp. 1. num.
1. cum ſeqq. Scacc. de appellat. quæſt. 3. num. 47.
& 48. Afflict. deciſ. 352. num. 2. Mantic. deciſ.
31. num 3. & 4. cum ſimilibus.*

Neque obſtat, quod dicebatur R. D. Fuluium
33 Clarignanum tanquam † auctorem laudatum, &
defenſorem neceſſarium, qui non mutat iudi-
cium, neque perſonam, non poſſe trahere liti-
gantes ad ſuum forum Eccleſiaſticum, vt dictum
34 eſt ex *l. venditor, ff. de iudic.* Et † conſequenter,
quod Ægidiana, quæ reſpicit ordinatoria ex
Cont. de moment. lib. 4. num. 11. cum ſeqq. ha-
beat locum etiam inter Clericos litigantes in fo-
ro ſeculari. Quoniam reſpondetur, quod Clari-
gnanus Clericus venit ad cauſam principaliter,
vt actor, & in eo ſubſtantiatum fuit iudicium, ex
quo obtinuit ſententiam fauorabilem reintegra-
tionis domus, cuius dominium poſt ſatisfactio-
nem empturis ad ipſum ſpectabat, & proinde
dici non poteſt defenſor neceſſarius, nec impedi-
re poteſt appellationem, per iura ſuperius dedu-
cta, & multo minus allegare Ægidianam, ſiue il-
la reſpiciat ordinatoria, ſecundùm vnam opi-
35 nionem, ſiue reſpiciat deciſoria † ſecundùm al-
teram magis veram, quam nos firmauimus in
præſenti *deciſ. num. 24. & ſeqq. & in deciſ. 78.
num. 17.*

Nec pariter obſtat exceptio ſolutionis oppoſi-
ta, ex qua deducitur non eſſe locum appellatio-
ni, nec manutentioni, cum hæredes Armeniæ ob-
tinuerint immiſſionem conditionalem, nempe
donec, & quouſque fuerint ſatisfacti de eorum
credito florenorum 250. quæ ſatisfactio deduci-
tur

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

tur præſupponendo, quod Iacobus Sellarius vti
conductor olim ſoluerit pro penſione domus an-
nuos florenos 27. & quod ſi ab illo peteepiſſent
quolibet anno dictam ſummam, prout percipere
potuiſſent, conſequenter teneantur excomputa-
re tot partitas florenorum 27. quot ſunt anni de-
curſi à die immiſſionis, quæ quidem partitæ, ſi
perceptæ fuiſſent æquarent, & ſuperarent credi-
tum pro, quo obtinuerunt immiſſionem in Sal-
uiano. Quia reſpondetur, quod præſuppoſitum
corruit, ex quo non probatur in toto proceſſu,
quod hæredes Armeniæ perceperint à Sellario il-
los florenos 27. nedum pro vna vice, ideò ceſ-
36 ſat allegata ſolutio ficta, † quæ plus non opera-
tur, quam veritas, *l. adoptio, la prima, ff. de adop.*
l. qui ad certum, ff. locat. Bar. in l. ſi, §. qui pro
emptore, num. 22. ff. de vſucap. Natt. conſ. 201.
num. 2. Grat. diſcept. 709. num. 6. Surd. dec. 262.
num. 8. Rot. in recent. par. 1. deciſ. 104. num. 3.
Preterea conſtat Matthæum Fenochium mari-
tum Armeniæ poſt reintegrationem ad domum
ſtatim deceſſiſse; quo ſtante, firmandum venit,
quod ficta eius habitatio, ex qua deſumitur inte-
gralis ſolutio per præſuppoſita prædicta, non ha-
beat locum, vbi non potuit per mortem vera ha-
37 bitatio interuenire. Quoniam † lex non poteſt
fingere, vbi non poſset illud, quod fingitur in
veritate, eſſe ſecundùm naturam, *d. l. qui ad cer-*
tum, ff. locat. Iaſ. in d. l. ſi is, qui pro emptore,
num. 117 & num. 212. ff. de vſucap. Coſt. tract.
de retrotr. cap. 2. reg. 4. num. 2. Surd. deciſ. 230.
38 *num. 3.* Sed ad hoc, † vt fictio locum habeat, re-
quiritur habilitas duorum extremorum à quo, &
ad quem, & ob id in caſu noſtro requiritur rein-
tegratio ad domum, & quod reintegratus habi-
tare potuerit ſecundùm naturam, *l. bonorum, ff.*
rem rat. hab. Iaſ. in d. l. ſi quis, num. 8. ff. de vſu-
39 *cap.* Itque † ne plus operetur habitatio ficta, &
interpretatiua, quam vera, quod eſset abſurdum,
l. filio quem, de lib. & poſt. l. ſi filius, ff. ſi cert.
petat. Gabr. conſ. 15. num. 14. lib. 2. Grat. diſcep.
243. num. 13. & 14. Ex quibus ſane videtur non
40 eſse impediendam † manutentionem, debitam
ipſis hæredibus ſub prætextu non iuris, niſi in ca-
ſu, vbi conſtaret de non iure, vel per confeſſionē
partis omninò claram, & liquidam, vel per rem
iudicatam non controuerſam, *Lancell. de attent.*
par. 3. cap. 24. num. 65. Belt. ad Greg. deciſ. 107.
num. 5. Seraph. deciſ. 73. num. 1. & deciſ. 983.
num. 7. Rot. diuer. par. 2. deciſ. 269. num. 7. & in
recent. par. 1. deciſ. 409. num. 5. & par. 2. deciſ.
433. num. 3. & deciſ. 741. num. 4. cum ſeqq. &
41 *diximus deciſ. 116. num. 39.* Quæ † requiſita con-
feſſionis, vel rei iudicatæ non adſunt in caſu no-
ſtro, & conſequenter talis exceptio ſolutionis
non obſtat, *Rot. in Recent. par. 2. d. deciſ. 741.*
num. 8. verſ. quo verò. Et cum verſemur in cau-
42 ſa appellabili ex deductis, etiam quod † hære-
des Armeniæ poſſeſſores nondum probaſſent cau-
ſam ob quam non teneantur ad fructus, qui per-
cipi potuiſſent, cum teneantur ſolum de dolo, &
negligentia, *Neguſ. de pig. 5. mem. 5. par. num. 5.*
& 6. Surd. deciſ. 270. num. 6. & ſeq. Statil. de
43 *Sal. inſpect. 4. cap. 1. num. 851. & ſeq.* Vtique †
iuuari debent regula vulgata, non deducta dedu-
cam, & non probata probabo, quæ in cauſa
appellationis ſemper locum habet, *Scacc. de ap-*
44 *pellat. quaeſt. 11. num. 84. & 102.* Cum † pro-
batio probationem non excludat, *Bellam. de-*
45 *ciſ. 624. num. 2.* Præſertim † quando probatio
partis eſt præſumptiua, & fundatur in eo, quod
poteſt eſſe, & non eſſe, quæ non releuat, *Rot. in*
recent. par. 2. deciſ. 519. num. 10. Quare ex his
luculenter apparet, locum eſſe appellationi ad
fauorem hæredum Armeniæ, eo magis acceden-
te notoria iniuſtitia, quæ ex actis deducitur, ex
quibus non apparet de integrali ſolutione hære-
46 dum, quæ quidem † iniuſtitia pariter operatur,
vt non ſit locus Ægidianæ, neque executioni,
Contard. ad d. l. vnic. lim. 2. num. 45. & quaeſt.
4. num. 6. Mareſc. Var. lib. 2. cap. 75. num. 27.
Eug. conſ. 71. num. 25. lib. 1. Grat. deciſ. 9. num.
1. & deciſ. 136. num. 1. Greg. deciſ. 251. num. 10.
Caual. deciſ. 505. num. 1. Rot. in recent. par. 2.
deciſ. 324. num. 3. & deciſ. 391. num. 1. & di-
ximus deciſ. 38. num. 1. deciſ. 49. num. 8. & de-
47 *ciſ. 55. num. 1.* Et proinde † concludendum, lo-
cum eſſe manutentioni petitæ, poſt ſententiam
latam, quæ eſt ſuſpenſa per appellationem, vt
dictum eſt.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio Plebani anteceſſoris iuuat ſucceſſorem, qui nomine Eccleſiæ intentare poteſt quæcunque remedia poſſeſſoria. Et de clauſula conſtituti poſita in contractu conditionali, quæ non transfert poſſeſſionem pendente conditione.

SVMMARIVM.

1 *Iniuſtitia notoria cauſam facit appellabilem, etiam in poſſeſſorio.*
2 *Fides non facit fidem, etiam in mero poſſeſſorio, vbi contrariæ adſunt probationes concludentes.*
3 *Inſtrumenti narratiua probat inter contrahentes.*
4 *Amplia.*
5 *Poſſeſſio bonorum Eccleſiæ, non dicitur vacare per mortem Plebani, ſed remanet penes Eccleſiam, quæ nunquam moritur, & num. 6.*
7 *Poſſeſſio Eccleſiæ probatur per inſtrumentum relationis executoris à tergo bullarum.*
8 *Poſſeſſio Eccleſiæ trahit ad ſe poſſeſſionem omnium rerum pertinentium ad illam;*

9 *Poſ-*

Digitized by Google

9 *Poſſeſſio Plebani anteceſſoris iuuat ſucceſſorem.*
10 *Titularis nomine Eccleſiæ, poteſt intentare remedia quæcunque poſſeſſoria.*
11 *Etiamſi ipſe habuiſſet ſe pro ſpoliato.*
12 *Clauſula conſtituti transfert vtranque poſſeſſionem, tàm ciuilem, quàm naturalem.*
13 *Poſſeſſa à tertio, non veniunt ſub generali poſſeſſione Plebaniæ acquiſita.*
14 *Poſſeſſio transfertur ex actu puro, non autem conditionali.*
15 *Clauſula non alias, aliter, nec alio modo conditionem induit, & ſuſpendit, & num. 16.*
17 *Donec conſtet de implemento.*
18 *Clauſula conſtituti in contractu conditionali poſita, poſſeſſionem non transfert, pendente conditione.*
19 *Et Plebanus, qui ſic contrahit alienando bona Eccleſiæ, non dicitur conſentire antequàm impleatur conditio.*
20 *Nec in aliquo præiudicat Eccleſiæ, cui fructus debentur dum contractus eſt in pendenti.*
21 *Nec antea contractus intelligitur celebratus.*
22 *Et interea locus eſt pœnitentiæ.*
23 *Plebanus tradens poſſeſſionem pendente conditione impetrandi aſſenſum, incurrit cenſuras, & pœnas.*
24 *Et quando talis conditio purificata dicatur.*
25 *Sententia lata ſine citatione, eſt nulla.*
26 *Clauſula, conſtito tibi, importat citationem.*
27 *Sententia nulla, nullum operatur effectum, etiam reſpectu obligationis Cameralis, num. 28.*
29 *Sententia dicitur ſuſpenſa per appellationem legitimè interpoſitam.*
30 *Appellatio deuoluit iuriſdictionem, extinguit iudicatum, quoad ſtatum præſentem, & ſuſpendit quoad futurum.*
31 *Obligatio Cameralis regulatur ſecundum terminos in quibus loquitur, & ſuſpenditur per appellationem legitime interpoſitam.*
32 *Appellatio conſeruat appellantem in ſtatu, in quo erat ante ſententiam.*
33 *Etiam per viam manutentionis ne ipſe priuetur commodo ſuæ poſſeſſionis, & num. 42.*
34 *Et lata contra formam reſcripti eſt appellabilis.*
35 *Verba ſententiæ, licuiſſe, & licere, faciunt cauſam appellabilem.*
36 *Clauſula, vt ſe informet, & clauſula conſtito, faciunt executorem mixtum, à cuius ſententia datur appellatio.*
37 *Appellatio vbi non reperitur expreſſe prohibita, cenſetur permiſſa.*
38 *Clauſula, ſi in euidentem, non reddit beneplacitum conditionale, nec ſuſpendit illius effectum quoad reſcripti ſubſtantiam.*
39 *Vicarius non poteſt ſine Epiſcopo interponere auctoritatem ſuper alienatione rei Eccleſiæ.*
40 *Epiſcopi auctoritas requiritur in alienatione rei Eccleſiæ modici valoris.*
41 *Appellatio facit, vt cauſa reducta videatur ad terminos litis conteſtatæ.*
43 *Donec per triuam ſententiam quæſtio terminetur.*
44 *Poſſeſſori rei Eccleſiaſticæ emptæ cum reſeruatione beneplaciti, eſt dandum mandatum de manutenendo.*
45 *Manutentio datur poſſeſſori.*
46 *Poſſeſſio capta pendente appellatione, non eſt manutenibilis.*
47 *Poſſeſſio dum eſt tradita ſub conditione, non dicitur acquiſita, niſi conditio impleatur.*
48 *Spiritualia non nituntur traditione rei, ſed pendent à conſenſu ſuperioris.*

DECISIO CXXIX.

Reuerendus D. Ioannes Milanus olim Terræ, & Eccleſiæ S. Quirici Camerinen. Diœc. Plebanus, anno Domini 1632. die 9 Februarij deuenit ad permutationis Inſtrumentum cum D. Nicolao Rubeo, de cannis 100. terræ araticæ exigui valoris, quæ erant in dominio, & poſſeſſione Plebaniæ, cum horto ipſius Rubei, reſeruato tamen beneplacito Illuſtriſſimi Epiſcopi expediendo vna cum toto negotio ſumptibus eiuſdem Rubei, cui ipſe Plebanus obtento beneplacito, & non alias, aliter, nec alio modo ex nunc, prout ex tunc dedit per clauſulam conſtituti poſſeſſionem dicti terreni; poſt cuius inſtrumenti celebrationem fuerunt porrectæ preces Epiſcopo, qui reſcripſit, quod D. eius Vicarius Generalis de prædictis ſe informaret, & conſtito de veritate narratorum, quodque permutatio huiuſmodi ſi fiat, in euidentem dictæ Eccleſiæ ceſſurum ſit vtilitatem, petitam licentiam oratori concederet auctoritate Epiſcopali; Quod reſcriptum præſentatum fuit Vicario, qui dum cœpiſſet de cauſa cognoſcere, deceſſit Milanus in cuius Plebania ſucceſſit R. D. Philippus Capeccius, qui die 26. Februarij 1633. actualem poſſeſſionem Eccleſiæ cum pertinentijs eius adeptus fuit, & ſucceſſiuè habita notitia de prædictis induxit teſtes examinandos ſuper articulis iam productis, & de menſe Aprilis eiuſdem anni inſtetit ad vlteriora in cauſa procedi.

Sed audita incontinenti ſententia eiuſdem Vicarij declarantis licuiſſe Milano anteceſſori ſuo permutationis contractum celebrare appellationem in Rota interpoſuit coram R. P. D. Gudiscono, qui Domino Nicolao Rubeo in terreno cum horto permutato conceſſit manutentionis decretum, ſiue ſententiam, à qua idem Capeccius iterum ſentiens ſe grauatum, nouam appellationem coram nobis interpoſuit; Vnde cum dubitaretur, An illa eſſet admittenda reſolutum
1 fuit, affirmatiuè. Idque † ratione notoriæ iniuſtitiæ, quæ illam ſemper adiuuit, etiam in mero poſſeſſorio, *vt ex Bal. Contard. Menoch. Scacc. Grat. & alijs deduximus, deciſ. 35. num. 2. & 3.* Iniuſtitia autem deſumitur ex eo, quia de actuali

li poſſeſſione Domini Nicolai Rubei, cui decre-
ta fuit manutentio, non docetur, niſi per quaſ-
2 dam ſimplices, & non recognitas fides, † quæ
etiam in poſſeſſorio manutentionis nullam fa-
ciunt fidem, vbi contrariæ adſunt probationes
concludentes, vt hîc, quo caſu ferri debet ſen-
tentia, ſiue decretum pro eo, qui melius probat:
Nam tunc minor, & infirmior probatio habetur
pro non facta, *l. ob carmen, §. ſi teſtes, ff. de teſt.* & in
terminis notant *Bart. in l. ſi duo, ff. vti poſſ. Soc.
Sen. conſ. 54. num. 13. lib. 4. Soc. Iun. conſ. 159.
num. 13. lib. 3. Crau. conſ. 6. num. 50. Ruin. conſ.
28. num. 5. & conſ. 92. num. 7. lib. 4. Natt. conſ.
373. num. 44. Menoch. de retin. rem. 3. num. 718.
Rot. recent. par. 1. deciſ. 494. nu. 11. & deciſ. 509.*
3 *num. 9.* Et è conuerſo † apertiſſimè conſtat de
poſſeſſione Eccleſiæ S. Quirici, ac ipſius Plebani
Milani dum viuebat, ex narratiua inſtrumentis
permutationis, quæ concludenter probat inter
ipſas partes, *l. optimam, C. de cont. empt. Alex.
in l. ſtipulandum, num. 9. ff. de verb. oblig. Gratian.
diſcept. 693. num. 4. Rot. in recentior. par. 2. de-*
4 *ciſ. 717. num. 5.* Præſertim † in Iudicio manu-
tentionis, vbi verſamur, *Gregor. deciſ. 458. ante
num. 6. verſ. quæ confeſſiones, deciſ. noſtra 15.
num. 9.* Inſuper probatur aperte poſſeſſio Eccle-
ſiæ, & Plebanorum Milani nempè anteceſſoris,
& Capeccij ſucceſſoris, ex clara, concludenti, &
approbata depoſitione duorum teſtium in Iudi-
cio ſirmiter examinatorum die 4. & 5. Aprilis
1633. ſuper primo (ibi) *è la verità, che la Chie-
ſa di S. Chirico, e per eſſa li Pievani pro tempore
ſempre hanno pacificamente poſſeduto l'articolato
terreno, ſicome di preſente poſſiede il moderno Si-*
5 *gnor Pievano.* Quæ ſanè † poſſeſſio ſicut non di-
citur vacaſſe per mortem Milani Plebani, ex quo
remanſit penes Eccleſiam, quæ nunquam deſinit
poſſidere, vt notant *Abb. & Innoc. in cap. cum
ſuper, num. 18. de cauſ. poſſ. & prop. Sperell. de-
ciſ. 96. num. 19. Rot. in recent. par. 2. deciſ. 271.*
6 *num. 2.* Et † nunquam moritur, *cap. liberet, 12.
quæſt. 2. Pariſ. conſ. 24. num. 8. lib. 1. Surd. conſ.
183. num. 37. Franch. deciſ. 163. num. 14. Rot.
diuerſ. par. 2. deciſ. 19. num. 11. & in recent. par.
2. deciſ. 170. num. 1. & ex impreſſ. per Lud. Poſt.
tract. de manut. deciſ. 327. num. 5. & 6. Sperell.*
7 *d. deciſ. 96. num. 19.* Conſequens † eſt, vt D.
Capeccius ſucceſſor, qui poſſeſſionem actualem
Plebaniæ cum pertinentijs ſuis adeptus fuit, vt
conſtat per inſtrumentum relationis Notarij exe-
cutoris à tergo Bullarum, quæ illam probat, *l.
prædia, vbi Bart. Alex. & alij, ff. de acq. poſſ.
Couar. in reg. poſſeſſor. par. 2. §. 3. num. 8. verſ.
nempe ſi de traditione fuerit facta ſcriptura, Natt.
conſ. 572. num. 15. Menoch. de retinend. d. rem.
3. num. 575.* cum alijs allegatis, *deciſ. 15. num. 1.*
8 *& deciſ. 39. num. 1.* traxerit propterea ad ſe †
poſſeſſionem actualem omnium rerum annexa-
rum, quæ pertinet ad illam, *Innoc. & Abb. in d.
cap. cum ſuper, de cauſ. poſſ. & prop. Lambert. de
iure pat. par. 3. art. 11. quæſt. princ. 3. fol. 252.
Couar. var. lib. 3. cap. 16. num. 13. Mantic. deciſ.
105. num. 4. Greg. deciſ. 44. num. 3. & deciſ. 364.
num. 1. Rot. in recent. par. 2. d. deciſ. 171. num. 2.*
9 *deciſ. 199. num. 6. & deciſ. 658. num. 2.* Ita vt †
ſine noua omnium rerum ſigillatim apprehenſio-
ne poſſit iuuari, non tantum poſſeſſione ſua pro-
pria per dictos teſtes probata, ſed etiam poſſeſ-
ſione ſui prædeceſſoris, *Bart. & alij in l. cum hæ-
redes, ff. de acq. poſſ. Pariſ. d. conſ. 54. num. 7.
Becc. qui alios citat, conſ. 77. num. 3. Surd. dict.
conſ. 183. num. 38. Cocc. deciſ. 26. num. 3. deciſ.
86. num. 1. deciſ. 155. num. 3. deciſ. 161. num. 1.
deciſ. 308. num. 1. & deciſ. 452. num. 5.* Inten-
10 tando † remedia quæcunque poſſeſſoria nomine
ſuæ Eccleſiæ, *Tiraq. de mort. ſaiſit, p. 1. declar.
5. Garz. de benef. p. 5. cap. 5. num. 73. & ſeqq.
Gratian. diſcept. 405. num. 9. & ſeqq. Caput. de-
ciſ. 182. num. 1. par. 3. Greg. deciſ. 246. num. 1.
Rot. in recent. par. 1. deciſ. 326. & par. 5. deciſ.
199. num. 6. & deciſ. 623. num. 2. Sperell. dict.*
11 *deciſ. 96. num. 20. & 21.* Etiamſi † ipſe habuiſ-
ſet ſe aliquo modo pro ſpoliato, dummodo pe-
tat manuteneri nomine Eccleſiæ, vt factum eſt,
*Seraph. deciſ. 1427. num. 3. Belt. ad Greg. deciſ.
216. num. 5. in fin. & deciſ. 246. num. 5. & di-
ximus deciſ. 41. num. 11.* Et nouiſſime *Rot. ex im-
preſſ. per Lud. Poſt. in tract. de manut. deciſ. 357.
num. 5. & ſeqq. deciſ. 330. num. 36. & ſeqq. & in
recent. par. 6. deciſ. 288. num. 17. Sperell. d. de-
ciſ. 96. num. 20.*

Non obſtat modo, quod dicebatur, Milanum
Plebanum defunctum ſuam amiſiſſe poſſeſſio-
nem, illamque ceſſiſſe D. Nicolao Rubeo per
clauſulam conſtituti in allegato permutationis
12 Inſtrumento inſertam, † quæ transfert vtramq;
poſſeſſionem, tàm ciuilem, quàm naturalem,
*l. interdum, & l. quod meo, ff. acq. poſſ. cap. cum
venis. 1, de reſt. ſpoliat.* cum alijs per nos dedu-
ctis, *deciſ. 15. num. 5. deciſ. 30. num. 7. deciſ. 9.
num. 43. deciſ. 112. num. 3. & deciſ. 120. num. 1.*
Et proinde quod D. Capeccius nouiter prouiſus
de Plebania, capiendo illius poſſeſſionem cum
bonis annexis intelligatur cepiſse de bonis tunc
13 temporis ab alio non poſſeſſis, Cum † poſſeſſa
à tertio non veniant ſub illa Plebaniæ poſſeſſione
accepta, ad latè tradita *per Rot. in recen. par. 5. de-
ciſ. 171. num. 3.* vbi dantur concordantes. Quia
14 hæc † opinio procedit in actu traditionis puro,
non autem conditionali, prout fuit hæc permu-
tatio, & poſſeſſionis traditio, vt in ſpecie docet,
& declarat *Rot. diuerſ. par. 3. lib. 3. deciſ. 565.
num. 9. & 10. & in recent. par. 3. deciſ. 567.*
15 *num. 14. & par. 4. deciſ. 343. num. 2.* Etenim †
per conſtitutum tranſlata fuit poſſeſſio condi-
tionaliter, nempè expedito beneplacito, & non
alias, aliter, nec alio modo, quæ verba ſicut im-
portant conditionem, *gloſ. in l. ſi quidem cum ibi
notat. C. de except.* Ruin. *conſ. 181. num. 1. lib. 1.
Ruland. conſ. 63. num. 29. lib. 4.* Ricc. *in prax.
alien.*

Digitized by Google

alien. rer. Eccl. deciſ. 36. n. 1. Caput. dec. 82. n. 3. p. 3.
Caſſad. dec. 2. n. 7. de Sim. Seraph. dec. 724. n. 2. Rot.
16 ex imp. poſt d. tract. de man. dec. 215. n. 4. & ſeq. Et †
quidẽ ſuſpenſiuam, Bal. in auth. ingreſſi, n. 22. C. de
ſac. ſanct. Eccl. Grat. diſ. 730. nu. 50. Boer. dec. 243.
n. 11. Caput. d. dec. 82. n. 3. & 4. Giur. dec. 80. n. 32.
17 Donec † doceatur de implemento eorum, quæ in
conuentionem deducta fuerunt, Bal. in l. quidam, n.
5. C. de except. Pariſ. conſ. 19. n. 15. lib. 2. Seraph. d.
deciſ. 724. n. 3. Rot. d. dec. 215. n. 7. & 8. Propterea
18 firmandum venit, † quod conſtitutũ in contractu
conditionali appoſitum, de quo ſuprà, nullã poſ-
ſeſſionem in permutantem tranſtulerit, niſi condi-
tione impleta, quia conditio huiuſmodi impedit
effectum ipſius contractus ante eius conditionis
euentum, l. hac venditio, in princ. ff. de cont. emp. l.
grege, §. ſi ſub cõditione, ff. de pig. l. qui abſenti, §. 1. l.
quod meo, & l. ſi me innacuam, in fi. ff. de acq. poſſ. l.
conditionalis, l. cedere diem, ff. de verb. ſig. l. ſub cõ-
ditione, ff. de condit. indeb. Tir. de conſt. amp. 25. n. 3.
& 4. & amp. 17. n. 1. & 2. Hon. conſ. 18. n. 53. lib. 2.
Mag. dec. Luc. 21. n. 11. Ric. d. dec. 56. n. 1. Rot. ex im-
preſſ. poſt tract. Lud. Poſt. de manuten. deciſ. 316.
19 num. 1. in fin. Et † antequam impleatur, qui con-
trahit non dicitur conſentire, cap. vnic. in fin. de
ſponſ. l. qui promiſit, ff. de cond. indeb. Rot. in Nea-
politana ſpolij, coram Lanccll. Mercurij 3. Iunij
1608. ex imp. per Marcb. de com. par. 1. fol. 104.
num. 4. & in recent. par. 3. d. deciſ. 567. num. 9.
20 Neque † in aliquo præiudicat Eccleſiæ, cui fru-
ctus debentur medio tempore, dum permutatio
eſt in pendenti cum talis reſeruatio operetur, vt
actus antea geſtus nullum producat effectũ, Grat.
diſcept. 514. num. 5. & 7. Caput. deciſ. 205. nu.
3. par. 1. Moed. deciſ. 1. de Simon. Præterquam
21 † oppoſitum eius, quod actum eſt, videlicet
quod contractus non intelligatur celebratus, l. ſi
is qui ducenta, §. cæterum, de reb. dubijs, l. pecu-
niam, verſ. perinde, ff. ſi cert. pet. Ricc. d. deciſ.
36. num. 1. verſ. ideò hac clauſula, & deciſ. 85.
num. 1. & ſeqq. Mantic. deciſ. 27. num. 3. Rot. in
22 recent. par. 3. d. deciſ. 567. num. 9. Ita vt † Ple-
nus alienans cum dictis clauſulis pœnitere poſſit
antequam beneplacitum obtineatur, Gratian. d.
diſcept. 514. num. 7. & 8. Ricc. in d. prax. deciſ.
33. num. 1. vbi dantur concordantes. Quinimo
23 tradens † poſſeſſionem ante impetratum aſſen-
ſum incurrit cenſuras, & pœnas contentas in ex-
trauaganti, Ambitioſa de reb. Eccl. non alien.
Prax. Arch. Gennenſ. cap. 52. num. 1. vbi teſtatur
ita S. D. N. Clementem Octauum declaraſſe die
17. Decembris 1599. Quarant. in ſum. bullar. verb.
alienatio rerum Eccleſiæ ſub num. 8. verſ. caueant.
24 Quæ ſanè † cõditio purificata diceretur per ſen-
tentiam D. Vicarij approbantis dictum permu-
25 tationis contractum, niſi illa † eſſet euidenter
nulla tanquam lata ſine citatione, l. 1. §. item cum
ex edicto, ff. quæ ſent. ſine appell. reſcind. l. de vino
quoque, ff. de re ind. Greg. deciſ. 4. num. 1. Mant.
deciſ. 231. num. 5. deciſ. 232. num. 4. & deciſ.

291. num. 1. cum alijs per nos deductis, deciſ. 99.
26 num. 5. Quæ quidem † citatio erat omninò ne-
ceſſaria vigore clauſulæ illius reſcripti, conſtito
tibi, gloſ. in cap. præſenti, in verb. conſtiterit, de
cenſib. Seraph. deciſ. 608. num. fin. Rot. in recent.
27 par. 1. deciſ. 624. num. 4. Et † propterea nul-
lum poteſt operari iuris effectu 2 contra Capec-
cium non citatum, Rot. penes Zacch. de oblig.
Cam. deciſ. 56. num. 6. in fin. Greg. deciſ. 486. n.
12. & diximus deciſ. 40. num. 22. & deciſ. 108.
28 num. 3. Etiam † reſpectu obligationis Camera-
lis, Rot. penes Zacch. vbi ſuprà, deciſ. 22. num. 2.
29 & deciſ. 46. num. 6. præſertim † cum ſit quoq;
ſuſpenſa per appellationem ſtatim interpoſitam
pro parte Capeccij, & per Iudicem admiſſa, quæ
30 † operatur, vt iuriſdictio ad ſuperiorem deuol-
uatur, & vires ſententiæ quoad ſtatum præſen-
tem extinguantur, & reſpectu futuri in omnibus
ſuſpendantur, Giurb. quem ſufficit allegare pro
31 multis, deciſ. 89. num. 2. Etiam † reſpectu obli-
gationis Cameralis in inſtrumento permutatio-
nis inſertæ, quæ per appellationis delationem,
non dicitur vulnerata, cum reguletur, & intelli-
gatur iuxta terminos in quibus loquitur, nempè,
vt ſortiatur effectum ſuum firmato beneplacito,
aduotata per Scac. in d. tract. de appellat. quæſt.
17. lim. 2. num. 73. prope finem, verſ. & ita vi-
deo paſſim ſeruari, Zacch. de oblig. Cam. quæſt. 28.
num. 10. & quæſt. 37. nu. 30. & diximus, dec. 57.
32 num. 6. deciſ. 126. num. 6. & 7. Et † conſequen-
ter conſeruet Capeccium appellantem in ſtatu
poſſeſſionis, in quo erat ante prolationem il-
lius, vt notauimus deciſ. 39. num. 7. & ſeqq. &
33 deciſ. 62. num. 12. Etiam † per viam manuten-
tionis, ne priuetur commodo ſuæ poſſeſſionis,
cap. cum teneamus, & ibi com. Doct. de appellat.
cap. 1. & 2. vt lit. pend. Rot. in impreſſ. per Zac.
de oblig. Cam. deciſ. 56. num. 1. Cocc. deciſ. 286.
num. 6. cum alijs per nos citatis, deciſ. 41. num.
1. & 2. Quod autem ſententia ſit appellabilis,
dubitari non poteſt etiam circũſcripta nullitate.
34 Tum Quia † lata apparet contra formam reſcri-
pti, cap. cum dilecta, & ibi Doct. de reſcript. Rot.
in recent. par. 1. d. deciſ. 624. num. 1. In reſcripto
enim obtento die 26. Iunij 1632. committitur Vi-
cario, quod conſtito de vtilitate Eccleſiæ impar-
tiatur licentia permutandi; in ſententia verò non
concedit talem licentiam, ſed inſtrumentum per-
mutationis celebratum die 9. Februarij eiuſdem
35 anni approbbat. Tum ex illis verbis, † diffinitiuè
decreuit, & pronunciauit Ioanni Milano olim Ple-
bano licuiſſe, & licere permutare, & inſtrumen
tũ permutationis fore, & eſſe approbandũ. Scacc.
36 de app. q. 17. lim. 47. mem. 1. n. 201. Tum etiã † ex
verbis commiſſionis, ſeu reſcripti D. Epiſcopi, vt
ſe informet, &c. & conſtito, &c. quæ faciunt exe-
cutorem mixtum à cuius ſententia datur pariter
appellatio, Scac. d. q. 17. l. 11. n. 11. Rot. corã Greg.
deci. 69. n. 4. deciſ. 91. nu. 3. & dec. 307. num. 5. &
Seraph. deciſ. 1041. num. 2. cum ſimilibus. ceram.

Digitized by Google

37 Ac etiam † ex regula communi, quod in omnibus admittitur appellatio, vbi non reperitur expreſſe prohibita, *gloſ. in l. qui reſtituere, in fin. ff. de rei vend. Franc. in rub. de appellat. col. 4. Seac. d. quæſt. 17. num. 4. & ſeqq. Vinc. de Franch. deciſ. 120. num. 4. Giurb. deciſ. 49. num. 1. Surd. deciſ. 36. num. 2.*

Neque obſtat, quod dicebatur, conditionem transferendi poſſeſſionem fuiſſe impletam ſtatim
38 obtento reſcripto D. Epiſcopi, ex quo clauſula † ſi in euidentem non reddit beneplacitum conditionale, nec ſuſpendit ipſius effectum, quo ad reſcripti ſubſtantiam. Quoniam licet impedita ſit executio beneplaciti, quæ eſt dilata in tempus poſtquàm de euidenti vtilitate conſtiterit, nihilominus effectus reſcripti ſtatim ab initio operatur. Nam quod cedat, vel non cedat in euidentem Eccleſiæ vtilitatem, eſt omninò certum in rerum natura, quamuis nobis incognitum, & proinde eius liquidatio non ſuſpendit effectum beneplaciti, vt declarat *Gratian. d. diſcep. 514. num. 11. & ſequitur Riec. in d. prax. deciſ. 33. n. 3. Rot. in vna Romana reſciſſionis contractus, coram Blancherto, & in nullius emphyteuſis de Guaſtalla ex imp. per Marcb. de com. par. 1. fol. 98. num. 100.* Quia reſpondetur, quod non verſamur in beneplacito Apoſtol. obtento cum clauſula, ſi in euidentem, in quibus terminis procedunt iura allegata: Sed in ſimplici reſcripto Epiſcopi commiſſionis cauſæ Vicario ſuo generali, vt ex illius
39 forma clare patet, qui Vicarius † ex ſe non potuiſſet interponere authoritatem ſuper alienatione rei Eccleſiæ, vt firmant *Rod. de reb. Eccleſ. non alien. Rub. de Authorit. Prælat. quæſt. 41. num. 60. Marc. Ant. Var. lib. 1. reſolut. 25. num. 7. & reſol. 38. num. 11. Sbroz. de off. vic. quæſt. 118. num. 2. lib. 2. Capell. Tholoſ. deciſ. 97. Caual. de-*
40 *ciſ. 45. num. 40. par. 1.* Quæ vtique † licentia, ſeu authoritas Epiſcopi in alienatione rei Eccleſiæ modici valoris requiritur, *Rod. eod. tract. Rub. de immob. rerum Eccl. quæſt. 51. cap. 20. num. 6. & Rub. de rerum exiguar. immob. Eccl. quæſt. 13. num. 19. Marc. Ant. d. reſol. 25. num. 13. & reſol. 50. num. 42. Theſ. for. Eccl. par. 1. cap. 15. num. 6.* Quare nullum eſt faciendum fundamentum ſuper dicta commiſſione cauſæ, ſed tantummodo ſuper ſententia Vicarij, quæ tanquam nul-
41 la, & inualida, ſuſpenſaque per † appellationem, quæ operatur, vt cauſa reducta videatur ad terminos litis conteſtatæ, *Giurb. d. deciſ. 19.*
42 *num. 8.* Non impedit † quin D. Capeccius poſſeſſor manuteneatur, *Caſ. de Graſſ. deciſ. 4. num. 4. de cauſ. poſſ. & prop. cum alijs*, pleno calamo per non allegatis, *deciſ. 39. num. 7. & ſeqq. &*
43 *deciſ. 120. num. 7.* Quæ manutentio † durare debet donec per trinam ſententiam quæſtio inter partes terminetur, vt pariter diximus *d. deciſ. 120. num. 8.*

44 Minus obſtat *deciſ. Franch. 163. num. 4.* vbi firmat, quod poſſeſſori rei Eccleſiæ emptæ cum reſeruatione beneplaciti Apoſtol. ſit dandum præſidium regale, hoc eſt mandatum de manutenendo, etiam quod venditor mortuus fuerit ante impetrationem beneplaciti, & ſucceſſor alienationem reuocauerit. Quia quidquid ſit de hac opinione, reſpondetur, quod illa eſt extra terminos quæſtionis noſtræ, ex quo ibi emptor habuerat actualem poſſeſſionem rei venditæ, & propreteà de facto non poterat moleſtari à ſucceſſore in Eccleſia. In caſu autem noſtro non conſtat de actuali poſſeſſione Nicolai Rubei, vt dictum eſt, ſed de poſſeſſione D. Capecei), qui in iudicio comparendo petijt ratione ſuæ ciuilis, & naturalis poſſeſſionis bonorum Plebaniæ manu-
45 teneri, quæ † manutentio non eſt illi deneganda, vt ſuprà firmauimus, etiamſi Rubeus aliquo modo naturalem poſſeſſionem dicti terreni ade-
46 ptus fuiſſet. Quia talis poſſeſſio † tanquam capta pendente appellatione, & alio exiſtente in poſſeſſione, non diceretur manutenibilis, ſed præſumeretur vitioſa, clandeſtina, & nullius conſiderationis, ac ſine iuris fomento, vt diximus *d. deciſ. 35. num. 65. deciſ. 110. num. 11. & deciſ. 120. num. 11. Mantic. deciſ. 207. num. 10. Rot. diuerſ. par. 1. deciſ. 100. num. 23.* Vel potius diceretur capta per vim expulſiuam, & ſpoliatiuam, *Greg. deciſ. 336. num. 2.* Quod non noceret Capeccio vero poſſeſſori, *deciſ. noſtra 62. num. 15.*

Nec prorſus aliquod fundamentum facere poteſt Rebus in allegata traditione poſſeſſionis per
47 clauſulam conſtituti. Quia † non dicitur acquiſiuiſſe poſſeſſionem, quæ ſub conditione fuit ſibi tradita, niſi conditio impleatur, iuribus ſuprà deductis, quibus addimus, *Put. deciſ. 32. num. 1. & ſeq. lib. 2. Mantic. deciſ. 37. num. 6. Rot. in allegata Neapolitana Spolij, coram Lancell. ex imp. per Marcb. par. 1. de com. fol. 103. num. 2. Et in recent. par. 4. deciſ. 244. num. 2. & poſt dictum tractat. de manut. in allegata deciſ. 215. num. 8. & per totam.*

48 Præterea videtur reſponderi poſſe vltimo loco, quod regula traditionis poſſeſſionis allegata pro parte Rubei procedit in profanis, vbi poſſeſſio pẽdet à voluntate tradentis; ſecus autem in ſpiritualibus, quæ non nituntur traditione rei, ſed illa pendet à conſenſu, & gratia ſuperioris, vt pulchre notat *Rot. diuerſ. par. 3. lib. 3. d. deciſ. 565. num. 11. & 12. & in recen. par. 3. deciſ. 266. nu. 1. verſ. quia ſpiritualia, & p. 4. deciſ. 244. num. 5.*

AR-

ARGVMENTVM.

Laudum nullum, & iniuſtum executionem non meretur.

SVMMARIVM.

1 *Laudum latum, non citata parte, nullius eſt momenti.*
2 *Victus victori, condemnatur in expenſis.*
3 *Ceſſio litis, condemnationem expenſarum operatur.*
4 *Expenſæ veniunt neceſſario ad litem, & cauſam.*
5 *Scriptura priuata, nihil probat.*
6 *Laudum nullum, & inualidum, exequi non debet.*
7 *Sententia iuſta, confirmanda venit.*

DECISIO CXXX.

Vm nullum, & iniuſtum appareat laudum latum inter Reuerendum D. Laurum, ex vna, & Ronchonum, ex alia;
1 † Nullum quidem, quia eſt ſine citatione, *l. diem proferre, §. ſi quis litigatorum, ff. de arb. Clement. ſæpè, cum gloſ. in verb. ad id, de verb. ſignif. Doct. in cap. Quintanallis, de iure iur. Grattan. diſcept. 162. num. 6. Mantic. deciſ. 258. num.* 3. Iniuſtum verò, quia Laurus, qui contrariam ſententiam per prius ab Illuſtriſs. Epiſcopo S. Seuerini cum condemnatione in expenſis reportauerat, & in gradu appellationis liti ceſſerat, non erat per arbitrum ab ipſis expenſis ab-
2 ſoluendus, non ſolum, quia † victus victori condemnatur in expenſis, *cap. finem litibus, de dol. & cont. l. properandum, §. ſin autem, C. de iudic. Theſ. deciſ. 67. num. 8. Franc. Mar. deciſ. 198. num. 1. par. 2. Amat. deciſ. 24. num.* 14. Sed
3 etiam, † quia ceſſio litis condemnationem expenſarum operatur, *Bald. in l. poſtquam liti, C. de pact. Gab. qui alios citat conſ. 19. num. 5. lib. 1.*
4 Quæ ſanè † expenſæ veniunt acceſſoriè ad litem, & cauſam, *Conſt. de port. rat. quæſt. 138. num. 2. & notauimus deciſ. 47. num. 17.* Et quidem iure merito, nam conſtat ex actis de ipſius Lauri temeritate litigandi, ex quo Ronchonus ſuam grantiam iuſtificauit, & vice verſa non liquet de nominatione patronorum ad beneficio de quo age-
5 batur in fauorem ipſius Lauri, niſi ex quadam † notula patronorum, qui eum nominarunt, quæ nihil prorſus probat, tanquam ſimplex carta, & ſcriptura priuata, omni fide, & legalitate carens, *cap. 2. vbi gloſ. & doct. in verbo Authentica, de fid. inſt. l. ſcripturas, vbi Bart. & alij Doct. C. qui pot. in pig. hab. Rot. in recent. par. 1. deciſ. 111. num. 1. & par. 2. deciſ. 158. num.* 7. cum alijs per nos deductis, *deciſ. 16. nu. 13.* Ex quibus ſequi-
6 tur † laudum executionem non mereri, *l. 4. §. condemnatum, & l. ſi cum nulla, ff. de re iudic. l. quoties, ff. qui ſatiſd. cog. Roman. conſ. 141. in princ. Grattan. diſcept. 379. num. 17. verſ. ſtante igitur, Rot. diuerſ. par. 1. deciſ. 361. num. 3. & in recent. par. 1. deciſ. 515. num. 25. & par. 2. deciſ. 540. num 1. & deciſ. 588. num. 4.* Et proin-
7 de † ſententiam D. Iudicis à quo reuocatoriam ipſius Laudi, & condemnatoriam expenſarum, tanquam iuſtam fore, & eſſe confirmandam, vt in ſimili firmauimus, *deciſ. 92. num. 1.* Non obſtantibus ex aduerſo deductis, quia re vera non obſtant. Et ita decreuimus, nec amplius reclamatum fuit.

ARGVMENTVM.

Decima an debeatur Rectori de prædijs, & terrenis exiſtentibus intra limites ſuæ Parochiæ, vel potius Eccleſiæ in qua domini prædiorum audiunt diuina, & Sacramenta recipiunt.

SVMMARIVM.

1 *In probatione confinium magis probant teſtes vicini deſcribentes terminos per circuitum, quam alij.*
2 *In probatione confinium leuiores probationes ſufficiunt, vt ſunt præſumptiones, indicia, & coniectura ſimul iuncta, & num. 3.*
4 *Vel teſtes de auditu.*
5. *Dummodo tamen de finibus principaliter non agatur, ſed incidenter ad effectum decimandi, & num. 6.*
7 *Decima perſonalis ſoluitur, ex induſtria, & contemplatione perſonæ.*
8 *Decima prædialis ſoluitur de fructibus ex fundo.*
9 *Et debetur Eccleſiæ Parochiali, intra cuius fines colliguntur fructus, & num. 58.*
10 *Rector fundatam habet intentionem in decimis prædiorum intra limites parochiæ exiſtentium.*
11 *Tributum ſoluitur Ciuitati, vbi ſita ſunt prædia.*
12 *Munera patrimonialia ſoluuntur per mulieres in loco vbi illa habent patrimonium.*
13 *Teſtis deponens per verba vaga, & generalia, nihil probat.*
14 *Negatiua non probatur per teſtes, niſi ſit loco, & tempore coarctata.*
15 *Et teſtes dixerint id ſieri non poſſe, quin viderint.*
16 *Poſſeſſio vniuerſalis acquiritur per actus particulares, quando cauſa poſſidendi eſt vniuerſalis.*
17 *Teſtis deponens de facto proprio ſine commodo, præfertur.*
18 *Idem ſi deponat ſuper affirmatiua.*
19 *Idem ſi habeat pro ſe iuris communis aſſiſtentiam.*

20 *Immemorabilis præſcriptio debet probari iuxta requiſita, per gloſ. in cap. 1. de præſcr. in 6.*
21 *Immemorabilis, vt dicatur probata, teſtes deponere debent de viſu per quadraginta annos completos, detracta tempore litis mota.*
22 *Et teſtes vti debent dictione (ſemper) vel alia ſimili.*
23 *Nec non ſe ita audiuiſſe à ſuis maioribus.*
24 *Et quod fuit, & eſt publica vox, & fama.*
25 *Et quod non eſt hominum memoria in contrarium.*
26 *Teſtes deponentes de immemorabili, debent eſſe annorum quinquaginta quatuor.*
27 *Immemorabilis, non dicitur probata, niſi ſinguli teſtes deponant explicitè de requiſitis ad illam probandam.*
28 *Immemorabilis ſolet parere effectus mirabiles. & habens illam, poteſt allegare meliorem titulum de mundo.*
29 *Decimarum exemptio ſola immemorabili preſcriptione, non inducitur ſine Apoſtolico priuilegio.*
30 *Ius decimandi eſt quid ſpirituale.*
31 *Cuius laici ſunt incapaces.*
32 *Limites præſcribi non poſſunt, ne fines confundantur.*
33 *Conſuetudo attenditur, vbi eſt controuerſia de decimis inter duas Parochiales.*
34 *Conſuetudo probari debet per eum, qui ſe fundat in illa.*
35 *Et in caſu indiuiduo de quo agitur.*
36 *Et cum eiſdem qualitatibus, de quibus in facto controuertitur.*
37 *Conſuetudo dicitur tantum habere in potentia, quantum de viſu.*
38 *Maximè quando eſt contra ius.*
39 *Conſuetudo eſt ſtricti iuris, & non extenditur de caſu ad caſum.*
40 *Neque de loco ad locum.*
41 *Nec de perſona ad perſonam.*
42 *Et quando eſt dubium intra cuius limites ſita ſunt prædia.*
43 *Vel quando quæſtio eſt inter Eccleſiam Parochialem, ex vna, & baptiſmalem, ſeu ſacramentalem, ex alia, & agitur de decimis ſoluendis per colonos.*
44 *Conſuetudo, quæ eſt contra ius, inducitur ſpatio decem annorum.*
45 *Præſcriptio exemptionis decimarum aduerſus Parochialem, non ſuffragatur laico, niſi ſit quadraginta annorum. cum tituli probatione, vel temporis immemorabilis.*
46 *Nemo regulariter excipit de iure tertij;*
47 *Niſi de ipſius mandato, & voluntate, & num. 48.*
49 *Vel niſi excipiens poſſideat, & excludere velit actorem ex non iure ipſius.*
50 *Vel niſi cauſam habeat ab illo, de cuius iure excipitur.*
51 *Vel niſi ius tertij eſſet excluſiuum totius iuris agentis ipſo iure.*
52 *Duplex decima, ſolui non debet de vna, & eadem re, & num. 54.*
53 *Redecima eſt contra ius.*
55 *Decimam perſonalem Eccleſiæ Sacramentali ſoluens, & prædialem Eccleſiæ Parochiali, non dicitur duplici onere grauari, cum de iure vtraque decima debeatur.*
56 *Amplia.*
57 *Illique Eccleſiæ, in qua quis audit diuina, & recipit Sacramenta;*

DECISIO CXXXI.

CVm R.D. Ioannes Petrus Brunacionus Rector Parochialis Eccleſiæ Sancti Cæſarei, obtinuerit Mandatum de manutenendo ab eius Ordinario Fanenſi ſuper decimis prædialibus, contra omnes intra limites ſuæ Parochiæ poſſidentes, & ſignanter contra Flaminium, & Bernardinum de Vicis, Frãcaloſſium de Francaloſſis, & Euſebium Fabium habitatores Caſtri Cartoceti; Idque per ſententiam diffinitiuam, à qua fuit appellatio introducta in Rota, vbi examinatis hinc inde teſtibus ſuper plenario poſſeſſorio, & ſeruatis terminis ſubſtantialibus de more ſeruandis, & tandẽ propoſito dubio, an præfati D. Iudicis, a quo ſententia eſſet confirmanda, illud fuit de vnanimi Auditorum voto reſolutum affirmatiuè. Siquidem prædia de quibus agitur probantur per teſtes, & quidem tres conformes, eſſe intra limites eius Parochiæ habentis territorium diſtinctum, & ſepa-
1 ratum à Parochia Cartoceti, † quibus teſtibus tanquam vicinis, & practicis, ac benè deſcribentibus terminos per circuitum, dubio procul eſt credendum, *Pariſ. conſ. 107. n. 6. lib. 1. Maſcar. alios cumulans, concl. 395. n. 1. & ſeqq.* Grattan. *diſcept. 595. n. 4 Guidop. deciſ. 193. n. 2.* Quam-
2 uis † in ſimili materia leuiores probationes ſufficiant, *cap. cum cauſa, vbi Doct. de probat, Card. in clem. 1. in 3. oppoſit. de probat. Soc. conſ. 89. n. 3. lib. 1. Dec. conſ. 42. num. 10. Natt. conſ. 672. num. 15. Grat. d. diſcep. 595. num. 7. Rot. in rec.*
3 *par. 1. deciſ. 405. nu* 8. Etiam † per indicia, præſumptiones, & coniecturas, quas ſimul iunctas facere plenam probationem, tradunt *Bart. in Auth. quas actiones, num. 16. C. de Sac. Sanct. Eccl. Pariſ. d. conſ. 107. num. 7. & 8. Dec. d. conſ. 42. n. 10. & conſ. 109. num. 1. Hier. de Mant. in tract. de fin. cap. 13. num. 1. & ſeq. Seraph. deciſ. 441.*
4 *num. 3. Corc. deciſ. 460. num. 6.* Immò † per teſtes de auditu, maximè in antiquis, *Abb. in d. c. cum cauſa, in 2. notab. vbi etiam Dec. n. 2. de prob. Siluan. conſil. 17. num. 6.* Rot. *diuerſor. part. 2.*
5 *deciſ. 104. num. 14. & 15.* Præſertim, † quando non adeſt alius Parochus, qui prætendat loca decimanda eſſe intra limites ſuæ Parochiæ, vt in præſenti caſu, vbi Parochus Cartoceti per ipſius confeſſionem dat manus, quod prædia de quibus agitur, nõ ſint intra limites ſuæ Parochiæ, ſed

6 ſed intra limites Parochiæ Sancti Cæſarei: Ideò †
eò magis leuiores probationes ſufficiunt, cum
principaliter de finibus non quæratur, ſed inci-
denter tantum ad effectum decimandi, Bart. in l.
quidam in ſuo, ff. de cond. indeb. Gratian. d. diſ-
cept. 595. num. 24. Cum igitur non verſemur in
7 decima † perſonali, quæ ex induſtria, vel con-
templationem perſonæ ſoluitur, cap. ad Apoſto-
licæ Sedis, vbi etiam gloſ. in verb. perſonales, de
decim. cap. decima, 16. quæſt. 1. Monet. de decim.
cap. 3. num. 7. Rebuff. eod. tract. quæſt. 3. nu. 29.
Barboſ. de offic. & poteſt. Paroch. cap. 28. §. 1.
8 num. 9. & §. 2. num. 26. Sed in † decima prædia-
li, ſeu reali, quæ de fructibus ex fundo ſolui de-
bet, cap. decimam, & cap. peruenit, de decim.
Rebuff. d. quæſt. 3. num. 32. Monet. d. cap. 3. n. 6.
9 Barb. d. cap. & num. 9. Et † certi iuris ſit, de-
cimas deberi Eccleſiæ Parochiali, intra cuius fi-
nes colliguntur fructus, cap. quoniam, de decim.
cap. fin. & ibi gloſ. in verb. prædiorum, gloſ. in cap.
ad Apoſtolicæ, §. nouerit is, in verb. conſuetudo,
eod. tit. Rot. in recent. par. 3. deciſ. 270. num. 2.
10 verſ. primus eſt. Propterea Rector S. Cæſarei, †
quo ad exactionem illarum fundatam habet in-
citur intentionem contra omnes in ſua Parochia
poſſidentes, cap. fin. de Paroch. & alien. Paroc. vbi
gloſ. in verbo prædiorum, c. pen. de pact. c. quoniam,
cap. ad Apoſtolicam, & cap. cum in tua, de dec.
cap. ad decimas, de reſtit. ſpoliat. in 6. cap. Eccle-
ſias, 13. quæſt. 1. & cap. ſi laicus, 16. quæſt. 1.
Rebuff. d. tract. quæſt. 6. num. 19. & quæſt. 7. nu.
3. & 4. Monet. eod. tract. cap. 7. num. 17. Ant.
Scap. de iure ſcripto, lib. 1. cap. 83. num. 13. Gra-
tian. d. diſcep. 595. num. 5. Franch. Mar. deciſ. 17.
num. 1. par. 1. Capic. deciſ. 20. num. 1. & ſeqq.
Ludou. Peruſ. deciſ. 72. num. 3. 9. & 10. Put. de-
ciſ. 371. num. 2. lib. 1. Seraph. deciſ. 908. num. 5.
Greg. deciſ. 440. num. 1. Cocc. deciſ. 16. num. 1.
deciſ. 55. num. 8. & deciſ. 187. num. 1. Rot. in
recent. par. 1. deciſ. 178. num. 5. deciſ. 371. nu.
4. & deciſ. 541. num. 4. & par. 2. deciſ. 135. &
192. num. 5. Barb. d. cap. 28. §. 2. nu. 8. Prout in
11 ſimili dicimus † de tributo agrorum, quod Prin-
cipi ſolui debet in ea Ciuitate, in cuius territo-
rio poſſidetur, l. forma, §. ſi verò quis agrum, ff.
de cenſib. gloſ. in d. cap. fin. de Paroch. in verb.
prædiorum, Ægid. Thomat. gentilis noſter, in tract.
de collect. & mun. partim. §. ſanè, num. 13. verſ.
quinto facit, Galg. de iure publ. lib. 4. tit. 8. n. 11.
12 Nec non ad ſimilitudinem † munerum patrimo-
nialium, quæ per mulieres ſoluuntur in loco, vbi
habent, & poſſident eorum patrimonium, l. eam
quam, C. de mul. in quo loc. mun. agnoſc. lib. 10. Bal.
in l. cum quædam puella, nu. 1. ff. de iuriſd. om. iud.
Non obſtat modo allegata immemorabilis præ-
ſcriptio, nempè quod incolæ Cartoceti poſſiden-
tes in Parochia S. Cæſarei, ibidem ab imme-
morabili tempore, non ſoluerint decimas, ſed il-
las tantummodo ſoluerint Parocho Cartoceti, à
13 quo recipiunt Sacramenta. Nam † vltra quod ex
teſtibus ad hunc effectum examinatis, non elicitur
aliqua concludens probatio, cum ſolum deponãt
per verba vaga, & generalia, quæ non releuant,
14 Grat. d. diſc. 595. n. 24. Neque † coarctant eorum
negatiuam, loco, & tempore, vt oportet, Mantic.
dec. 350. n. 7. & 8. Remouendo actum à ſenſu in
15 hunc modum, quia † aliter eſſe non poſſit quin
ipſi vidiſſent, aut ſciuiſſent, qui eſt optimus mo-
dus probandi negatiuam, gloſ. in §. hinc nobis in
verb. & vidiſſe, Auth. de hæred. & falcid. Bart. in l.
1. §. hoc interdicto, n. 8. ff. de itin. act. priuat. Bal. in l.
1. n. 7. C. de bon. poſ. ſecund. tab. Alex. conſ. 43. n. 15.
lib. 4. Decian. conſ. 4. n. 24. lib. 3. Surd. conſ. 484. n.
49. Rot. diuerſ. par. 2. dec. 134. n. 3. & coram Mart.
Andrea, dec. 55. n. 6. & corã Mant. dec. 341. n. 5. &
d. deciſ. 350. n. 7. Nec aliter reddunt ſufficientem
rationem eorum depoſitionum, prout ſanè ne-
ceſſe erat, Bal. in l. cum ſi, §. nihil, ff. de tranſact. Se-
raph. dec. 1102. n. 8. Mant. d. dec. 350. n. 8. Et præ-
ter id etiã, quod ex teſtibus examinatis pro parte
16 Rectoris S. Cæſarei conſtat, † exactas fuiſſe de-
cimas ab eodem Rectore ab aliquibus de vniuer-
ſitate Cartoceti, poſſidentibus intra limites ſuæ
Parochiæ, quod operatur, vt acquiſita dicatur
vniuerſalis poſſeſſio, quoad alios omnes ibidem
poſſidentes, cum cauſa poſſidendi ſit vniuerſalis,
vt latius deduximus, dec. 41. n. 6. quibus addimus,
Rot. in rec. p. 3. dec. 484. n. 2. Et quidquid quoque
dici poſſet circa examen factum ab vtraque par-
17 te, videlicet † quod ſint præferendi teſtes dicti
Rectoris S. Cæſarei, tum quia deponunt de facto
proprio, & abſque intereſſe, Gab. de teſtib. concl.
4. num. 20. Greg. deciſ. 449. nu. 7. Mantic. deciſ. 6.
18 num. 10. Cocc. deciſ. 48. num. 2. Tum † etiam,
quia deponunt ſuper affirmatiua, gloſ. in l. diem
proferre, §. ſi plures, ff. de arb. Far. quæſt. 65. n. 106.
& ſeqq. Greg. deciſ. allegata 449. num. 3. Mant. de-
19 ciſ. 215. n. 4. Tum demum, † quia pro ſe habent
iuris communis aſſiſtentiam, Dec. conſ. 448. nu.
11. & 35. Ruin. conſ. 147. n. 5. lib. 5. Greg. deciſ.
51. n. 2. deciſ. 317. n. 14. & deciſ. 419. n. 5. Re-
ſpondetur, quod teſtes Cartoceti, non probant
20 immemorabilem, cum † non deponunt iuxta re-
quiſita, per gloſ. in cap. 1. in verb. memoria, de præſ.
in 6. quæ communiter recipitur teſte, Gab. de preſc.
concl. 1. n. 81. & in Rot. ſæpè, & ſemper canoniza-
ta, vt inter diuerſ. par. 1. deciſ. 27. n. 2. & dec. 28.
n. 5. coram Mant. dec. 48. n. 7. coram Cocc. dec. 466.
n. 2. & in rec. par. 2. dec. 248. n. 2. & dec. 272. n. 4.
21 & par. 4. dec. 10. n. 24. Non enim † dicitur pro-
bata immemorabilis, niſi teſtes deponant de vi-
ſu, per quadraginta annos completos, detracto
tempore litis motæ, Bar. in l. Celſus, n. 27. de vſuc.
Put. dec. 348. n. 1. lib. 2. Cocc. deciſ. 345. num. 3. &
22 dec. 448. n. 13. Et † niſi vſi fuerint dictione (ſem-
per) vel alia ſimili, Bart. vbi ſuprà, nu. 24. Alex.
conſ. 173. n. 24. lib. 6. Greg. dec. 196. n. 1. Nec non
23 ſe † ita audiuiſſe à ſuis maioribus, & antiquiori-
bus, neque ſe ipſos, neque eorum maiores con-
trarium vidiſſe, Couarr. in reg. poſſeſſor, par. 2. §. 3.

Digitized by Google

num. 7. Rebuff. de decim. quæſt. 13. num. 94. Capuc. deciſ. 71. par. 2. Seraph. deciſ. 1012. num. 4. Mantic. deciſ. 289. num. 3. Greg. d. deciſ. 196. n. 1.
24 Et quod fuit, & eſt † publica vox, & fama, per verbum fuit, Gab. de præſcrit. concl. 1. num. 74. Mantic. d. deciſ. 289. num. 3. verſ. & hanc eſſe, Greg. d. deciſ. 196. num. 1. verſ. & de publica vo-
25 ce, ſicuti etiam, † quod non eſt hominum memoria in contrarium, vt poſt Gemin. in d. cap. 1. num. 16. de præſcr. in 6. Ancar. num. 9. Franch. num. 16. dixerunt Alex. conſ. 177. num. 7. lib. 6. & Rot. in recent. par. 1. deciſ. 445. num. 2. Et quod ipſi nunquam contrarium viderint, vel audiuerint. Couarr. in d. reg. poſſeſſor, §. 3. num. 3. Rot. in recent. par. 1. d. deciſ. 445. num. 2. & co-
26 ram Greg. d. deciſ. 196. num. 1. Et teſtes eſſe † debuiſſent ætatis annorum quinquaginta quatuor ad minus, Abb. Franch. Anch. & Gemin. in d. cap. 1. de præſcr. in 6. Greg. deciſ. 298. num. 1. & ibi Adden. num. 12. Rot. in recent. par. 1. deciſ. 76. num. 3. & deciſ. 254. num. 1. & par. 2. deciſ. 360.
27 nu. 13. Et † deficiente vno ex his requiſitis omninò neceſſarijs, non poſſit dici probata immemorabilis, Mantic. d. deciſ. 289. num. 3. verſ. verum planè, & num. 4. Greg. deciſ. 449. num. 9. Et
28 in omnem euentum licèt † immemorabilis parere ſoleat mirabiles effectus, ita vt habens illam poſſit allegare pro ſe titulum, quem voluerit, & quodcunque priuilegium ſibi magis proficuum. cap. ſuper quibuſdam, §. præterea, vbi gloſ. in verb. non extat memoria, de verb. ſig. Gozad. conſ. 8. num. 37. Pariſ. conſ. 11. num. 43. & 49. lib. 1. cum alijs, per Gab. concl. 1. de præſc. Gratian. diſcept. 871. num. 19. Put. deciſ. 205. num. 2. & 3. lib. 1. Achil. deciſ. 4. de iure pat. Rot. in recen. par. 1. deciſ. 677. nu. 4. ad fin. & par. 2. dec. 614.
29 num. 1. Attamen in materia † exemptionis decimarum à toto, ſola immemorabilis non ſuffragatur, niſi vltra curſum temporis immemorabilis concurrat exhibitio priuilegij Apoſtolici, vel probatio famæ illius, ſecundùm magis communem opinionem, de qua per Abb. Innoc. Fælin. & alios, quos refert, & ſequitur Rot. in recent. par. 1. deciſ. 474. num. 3. & par. 2. deciſ. 11.
30 num. 4. & deciſ. 614. num. 2. Quia † cum ius decimandi ſit, quid ſpirituale, Abb. in cap. ad hæc, num. 4. de decim. & in cap. quanto, num. 2. de
31 conſuet. Non poteſt † laicus tanquam incapax aliqua conſuetudine etiam longiſſimi temporis ſe defendere, cap. meſſana, & cap. ſacroſancta, de elect. cap. cauſam, de præſc. cap. fin. de rer. perm. cap. decimas, & ibi doct. 16. quæſt. 6. Sperell. deciſ. 37. num. 59. Ricc. de cap. cur. Arch. Neap.
32 par. 4. deciſ. 170. num. 5. Quibus † accedit, quod verſamur in decimis bonorum, quæ limitibus adhærent, hoc eſt in prædijs, quæ limitibus proxima ſunt, vt dicunt teſtes, quo caſu præſcriptio allegata non procedit, adnotata per gloſ. & Doct. in cap. cum ſint homines, de decim. & in cap. fin. de Paroch. limites enim præſcribi non poſſunt, ne finea confundantur, cap. quicunque, & cap. licet, 16. quæſt. 3. Monet. d. tract. de decim. cap. 5. num. 98. & ſeqq.

Minus etiam iuuari poſſunt rei conuenti prætenſa conſuetudine, ſoluendi tantummodo decimas Eccleſiæ Cartocceti, vbi recipiunt Sacramenta, tanquam dubium ſit in iure, an decimæ ſpectent ad Eccleſiam ſacramentalem, vel prædia-
33 lem, Caualer. deciſ. 107. num. 1. Et † ex conſuetudine induci potuiſſe, vt vni potius, quam alteri Eccleſiæ ſoluerentur, d. cap. cum ſint homines, & cap. ad Apoſtolica, de decim. Rebuff. d. quæſt. 13. num. 47. & 48. Mareſcott. var. cap. 95. lib. 2. Barb. d. cap. 28. §. 2. num. 33. & 34. Put. deciſ. 154. lib. 1. Achil. deciſ. 3. de decim. Seraph. deciſ. 802. num. 3. Rot. diuerſ. par. 2. deciſ. 163. & in recent. par. 2. deciſ. 289. & coram Caualer. deciſ. 73. per totam. Quia reſpondetur, quod huiuſmodi conſuetudo, nedum probata fuit, ſed nec articulata. Nam ex probatione, quod homines poſſidentes prædia in Parochia S. Cæſarei, non ſoluerint decimas illius Rectori, ſed Rectori Cartoceti, probata non dicitur huiuſmodi cõſuetudo in caſu ſpecifico, cum ſolutio decimarum facta appareat dicto Rectori ex alia cauſa, quam pro prædijs ſitis in Parochia S. Cæſarei. Et ta-
34 men † conſuetudo debet concludenter probari per eum, qui ſe fundat in illa, Cranet. conſ. 325. num. 1. Rol. conſ. 71. num. 20. lib. 1. Pariſ. conſ. 25. num. 18. lib. 1. Dec. conſ. 402. num. 12. Nat. conſ. 554. num. 25. Crot. conſ. 64. num. 12. lib. 1.
35 Mantic. deciſ. 8. nu. 1. Et † quidem in caſu indiuiduo, de quo agitur, Alex. conſ. 196. num. 14. lib. 2. Cran. conſ. 171. num. 14. & conſ. 197. num. 12. Curt. Iun. conſ. 26. num. 10. Natt. conſ. 600. num. 20. Rol. conſ. 53. num. 39. lib. 2. Gratian. diſcept. 909. num. 21. & diſcept. 956. num. 24. Surd. deciſ. 87. num. 12. Cæſar. de Graſſ. deciſ. 6. num. 5. de præb. Rat. coram Mantic. deciſ. 56. num. 7. deciſ. 159. num. 4. & deciſ. 184. num. 7. & coram Greg. deciſ. 45. num. 6. & ibi Adden. num. 8. & coram Mar. Andr. deciſ. 56. num. 3. & di-
36 ximus deciſ. 36. num. 12. Nec non † cum eiſdem qualitatibus, de quibus in facto controuertitur, Cran. conſ. 96. num. 4. Cur. Iun. conſ. 26. num. 10. Surd. conſ. 377. num. 2. & deciſ. 232. num. 20. Ægid. Thomat. d. tract. de coll. §. ſanè, num. 18. verſ. oppoſita ſententia videtur verior,
37 fol. 469. Greg. deciſ. 162. num. 2. Cum † dicatur tantùm habere in potentia, quantùm de vſu, & nihil amplius, l. quod verò, l. quod non ratione, ff. de legib. Bald. in cap. 1. num. 11. qui feud. dar. poſſ. & in l. vltima, num. 19. C. com. vtr. Iudic. & conſ. 27. lib. 2. Sperell. deciſ. 76. num. 7. Seraphin. deciſ. 1040. num. 2. Cæſar. de Graſſ. deciſ. 6. num. 5. de præben. Mantic. deciſ. 159. num. 3. Rot. in recent. par. 1. deciſ. 789. num. 3. & par. 2. de-
38 ciſ. 188. num. 8. Maximè quando † eſt contrarius, vt in præſenti caſu, l. ius ſingulare, ff. de legib. Aret. con. 4. num. 1. Dec. conſ. 379. nu. 10
Cran.

Crati conſ. 30. num. 5. Surd. conſ. 332. num. 9.
Mantic. deciſ. 284. num. 9. Rot. in recent. par. 2.
39 deciſ. 504. num. 7. Etenim cum ſit † ſtricti iuris
non extenditur de caſu ad caſum, Bart. in Auth.
qui rem, C. de ſac. ſanct. Eccl. Bal. conſ. 257. num.
2. lib. 2. Soc. Iun. conſ. 101. num. 14. lib. 2. Ri-
minal. Iun. conſ. 313. num. 54. lib. 3. Capb. conſ.
338. num. 2. Seraph. deciſ. 326. num. 2. Rot. di-
uerſ. par. 2. deciſ. 72. num. 1. & 2. & in recent.
40 par. 5. deciſ. 124. num. 18. Neque † de loco ad
locum, Innoc. in cap. in litteris, num. 7. de reſtit.
ſpoliat. Dec. conſ. 483. num. 22. Aret. conſ. 132.
num. 4. Cocc. deciſ. 30. num. 3. & deciſ. 187. nu.
2. Mantic. deciſ. 284. nu. 6. & diximus d. dec. 36.
41 num. 11. Sicut † nec de perſona ad perſonam, l.
3. §. ſi quis hoc interdicto, vbi Bart. de itin. act.
priuat, l. ius ſingulare, & l. quod verò. ff. de leg.
Purpur. conſil. 522. numer. 12. Dec. conſil. 483.
num. 22. Alex. conſ. 68. num. 5. lib. 2. Cocc. dec.
72. num. 1. Rot. in recent. par. 5. d. deciſ. 124.
num. 18. Mantic. d. deciſ. 248. num. 6. cum alijs
per nos relatis, d. deciſ. 36. num. 11.
42 Inſuper reſpondetur, quod prætenſa conſue-
tudo locum ſibi tantùm vendicet. quando con-
trouerſia eſt inter duas Eccleſias parochiales,
& dubium vertitur intra cuius limites ſita ſint
prædia decimanda. Seraph. deciſ. 805. num. 3. &
propterea in earum ſolutione iuris obſcuritatem
reperiri, vt fatetur Pontifex, in d. cap. cum ſint
homines, & in d. cap. ad Apoſtolicæ. Quod pro-
cedit etiamſi ageretur de tota decima præſeri-
benda per vnum Parochum ad fauorem ſuæ Ec-
cleſiæ in aliena Parochia. d. cap. cum contingat,
vbi etiam gloſ. & cap. cum in tua, de decim. cap.
ad audientiam, de praſcr. Monet. d. cap. 5. n. 107.
43 Rebuff. d. quæſt. 13. num 6. Vel quando † quæ-
ſtio eſt inter Eccleſiam Parochialem, ex vna, &
Baptiſmalem, ſeu Sacramentalem. ex alia, vt in
d. cap. ad Apoſtolicæ, de decim. vbi coloni prædia
colebant in aliena Parochia, & in alia habitabant,
dubiumque erat cui Eccleſiæ Parochiali perſol-
uendæ forent, & deciditur conſuetudini ſtandum
eſſe, ex quo in illo caſu non erat diſpoſitum cui
illarum eſſet magis debita. Barboſ. d. cap. 28. §.
2. num. 33. & 34. Rot. in recent. par. 5. deciſ.
124. num. 15. in quibus terminis loquuntur, Re-
buff. Mareſcot. Put. & Achil. in contrarium alle-
gati. Et ſic etiam procedunt aliæ deciſ. Rotæ pa-
riter in contrarium allegatæ. Nam quando co-
loni in vna Parochia habitant, & in alia prædia
colunt, & vterque Parochus concurrit ad deci-
mam, tunc illæ non dicuntur proprie prædiales,
ſed mixtæ, quia habent mixturam operum, &
portionem fructuum colonicam prouenire. ex
induſtria declarat Io: And. & Abb. in d. c. cum ſint
homines, quo caſu nihil de iure reperitur cautum,
& nullus ex dictis Parochis de iure dicitur funda-
tam habere ſuam intentionem, ſed attenditur in
hac dubietate conſuetudo, vt ſecurius proceda-
44 tur, † quæ cum non ſit contra ius expreſſum,
ſed magis præter ius cenſeatur, propter obſcuri-
tatem illius ſufficiunt decem anni ad illam indu-
cendam, iuxta gloſ. receptam, in cap. vlt. verb.
conſuetudine, de conſuet. lib. 6. Caſ. de Graſſ. &
Put. in locis ſuprà citatis, Rot. diuerſ. par. 2. dec.
165. num. 4. Canaler. d. deciſ. 107. num. 2. Man-
tic. deciſ. 51. num. 3. & deciſ. 56. num. 9. Id quod
45 in præſenti caſu non procedit, † vbi controuer-
ſia eſt inter Rectorem Parochialis Eccleſiæ S. Cæ-
ſarei, & homines particulares Cartoceti domi-
nos prædiorum de quorum decimatione agitur,
quibus ius reſiſtit, cum ſatagant excludere Paro-
cum à decima ſibi de iure debita, Monet. d. cap.
5. num. 102. verſ. ſecus ſi ageretur. Barb. in d. cap.
28. num. 35. in fin. verſ. ſecus ſi ageretur, Rot. in
recent. par. 6. deciſ. 30. num. 13. vbi dantur alij
concordantes. Vndè cum dicta Parochia habeat
limites ſeparatos, & omnino diſtinctos ab illa
Cartoceti, & cum quæſtio non ſit inter Eccle-
ſiam, & Eccleſiam, ſeu inter Parochum, & Pa-
rochum, neque agatur de colonis, qui in vna
Parochia habitent, & in alia prædia colant, proin-
de homines Cartoceti domini prædiorum con-
uenti ad ſoluendum dicuntur contra ſe habere ius
commune, quo inſpecto tenentur ſoluere deci-
mas illi Parocho intra cuius limites ſita ſunt eo-
rum bona, ex ſupra allegatis, & ſic illis nequa-
quam ſuffragari poteſt prætenſa conſuetudo, tan-
quam contra ius, quo caſu neceſſe eſt, quod ſit
præſcripta, vel per quadragenariam cum titulo,
vel per immemorabilem, cap. 1. de praſcr. in 6.
Couar. var. lib. 1. cap. 17. num. 10. verſ. hinc igi-
tur ſit, Mareſcot. var. lib. 2. cap. 95. num. 22. Re-
buff. d. tract. quæſt. 13. num. 81. Gratian. d. diſc.
595. num. 16. & ſeqq. Mantic. d. deciſ. 284. num.
9. verſ. & ideo debet probari, Cocc. deciſ. 485.
num. 2. & 6. quæ omnia ceſſat in præſenti caſu,
vt dictum eſt.

Neque dictis incolis ſuffragatur exceptio de
iure tertij, nempè Rectoris Cartoceti, qui non
46 venit ad cauſam. Quoniam † nemo regulariter
excipere poteſt de iure alieno, l. loci corpus, §.
competit, ff. ſi ſeruit. vend. Salyc. in l. cum ſeruum,
num. 4. verſ. ſed tunc obſtat, C. de ſer. fugit. Ol-
47 drad. conſ. 139. num. 8. verſ. nec enim. Nam †
cum excipiens dicatur in exceptione agere, non
poteſt id facere ſine mandato, l. 1. in prin. ff. ſi
pare hered. pet. Salyc. in d. l. cum ſeruum, num. 4.
48 C. de ſer. fugit. Nec admittitur † ad excipiendum
niſi tertio volente, & declarante, Bart. in l. 2. n.
1. & ſeqq. ff. de except. rei iudic. Bal. in Auth. qui
rem, num. 6. C. de ſac. ſanct. Eccleſ. Gratian. di-
ſcept. 526. num. 50. & diſcept. 599. num. 24. Theſ.
deciſ. 4. num. 3. Rot. in recent. par. 1. deciſ. 265.
49 num. 3. & deciſ. 390. num. 4. Vel niſi † exci-
piens poſſideret, & excludere vellet actorem ex
non iure ipſius, vt per Rot. coram Pamph. in Sa-
binen. decimarum ex impreſſ. per Marcb. de com-
par. 1. fol. 681. & in recent. par. 3. deciſ. 612.
50 num. 4. Vel niſi † cauſam haberet ab illo de cuius
iure

iure excipitur, *Seraph. deciſ. 649. num. 2. Mant.*
deciſ. 77 num. 1. Rot. in recent. par. 1. deciſ. 265.
51 *num. 3.* Vel denique † niſi ius tertij eſſet exclu-
ſiuum totius iuris agentis ipſo iure, etiam tertio
contradicente, *Bart. communiter receptus in l. 2.*
num. 1. ff. de except. rei iud. vbi etiam *Soc. Sen.*
num. 6. Bald. in Auth. qui rem, num. 8. C. de ſacr.
ſanct. Eccl. Aret. in l. cum ſeruum, num. 2. verſ.
ex quibus omnibus, de ſeru. fugit. vbi quoque Saryc.
num. 4. Caſt. conſ. 376. num. 2. lib. 1. Alex. conſ.
11. num. 20. lib. 7. Corn. conſ. 102. num. 23. lib.
2. Bero. deci. 264. num. 17. Quæ in caſu noſtro
cum non concurrant, propterea applicari non
poſſunt.

Demum non obſtat, quod dicebatur reos con-
uentos ad ſoluendum decimam prædialem, ſol-
uiſſe ſemper, & modo ſoluere perſonalem, vel
Sacramentalem Eccleſiæ Cartoceti, vbi recipiunt
Sacramenta, & conſequenter non poſſe grauari
52 duplici onere. Quia † reſpondetur verum eſſe,
quod de vna, & eadem re non debet ſolui duplex
decima, *gloſ. in cap. paſtoralis, de decim. Gigas,*
de penſ. quæſt. 59. num 3. Cocc. deciſ. 372. num.
1. & ſeq. Seraph. deciſ. 1047. num. 9. Barb. d. tract.
de off. & poteſt. Paroch. cap. 28. §. 1. num. 44.
53 Quæ † redecima vocatur, & eſt contra ius, *gloſ.*
in d. cap. paſtoralis, in verb. deducendus, in fin.
quam communiter ſequuntur, *Doct. & ſignanter*
But. num. 99. Card. quæſt. 5. Seraph. deciſ. 148.
num. 9. Rot. in Corduben. decimarum, 19. Nouem-
bris 1607. & 27. Martij, & 10. Maij 1613. co-
54 *ram R. P. D. Cocc Decano,* ſiquidem † res ſemel
decimata, amplius decimari non debet, *Abb. in*
cap. cum ſint, num. 6 de decim. Lapus allegat. 35.
55 *num 6. & 9.* Verum non propterea † ſoluendo,
quis decimas perſonales Eccleſiæ Baptiſmali, ſeu
Sacramentali, & prædiales Parochiali, vbi ſita
ſunt prædia, dicitur duplici onere grauari, cum
de iure vtraque, tàm perſonalis, quàm prædia-
lis debeatur, *cap. paſtoralis, vbi Doct. de decim.*
Innoc. in cap. fin. de Paroch. Rebuff. d. quæſt. 3.
num. 30. Monet. d. cap. 3. num. 10. Quod pro-
56 cedit † non tantùm reſpectu laicorum, ſed etiam
Clericorum, & Prælatorum, *Rebuff. d. quæſt. 5.*
num. 3. & ſeqq. Monet. d. cap. 5. num. 34. Quare
57 decima perſonalis † debetur, & ſoluitur Eccle-
ſiæ in qua quis audit diuina, & recipit Sacramen-
58 ta, *cap. ſtatuimus, 16. quæſt. 1.* prædialis † verò
Eccleſiæ in qua prædia ſunt ſita, *cap. cum ſint ho-*
mines, cap. cum in tua, cap. cum contingat, cap.
commiſſum, de decim. d. cap. fin. de Paroch. Re-
buff. d. quæſt. 6. num. 1. Monet. d. cap. num. 16.
Rot. in recent. par. 3. deciſ. 270. num 2. in fin. &
par. 5. deciſ 124. num. 1. Hinc gloſ. in cap. cum
ſint homines, in verbo diuerſæ, de decim. & gloſ.
in d cap. fin. in verbo prætiorum, de Paroch. dum
conciliant iura, quæ ſuper hoc videntur ambi-
gua, cum *in 16. quæſt. 1. cap. quæſti, & in cap.*
nonum genus, in fin. de decim. diſponatur perſol-
uendam eſſe decimam, vbi recipiuntur Sacramen-
tà, in allegatis verò, *cap. fin. de Paroch. & cap.*
quoniam, de decim. & cap. ſi quis laicus, 16. quæſt.
1. ſtatuitur illas deberi Eccleſiæ intra cuius limi-
tes ſita ſunt prædia, propterea ſupradictæ gloſ.
concordantes, allegato iura declarant, quod pri-
mo caſu debeantur perſonales decimæ, vbi quis
recipit Sacramenta, altero verò nempe prædia-
les, Parochiæ intra cuius limites poſſidentur, &
ſic deciditur vtramque decimam, tàm perſona-
lem, quàm prædialem eſſe debitam, &c.

ARGVMENTVM.

Lucrum incertum ſocietatis poteſt ſta-
biliri, ſeu vendi inter conſocios pro
determinato pretio, proportionato
tamen ad dubium lucri euentum.
Cum alijs multis in materia ſocie-
tatis.

SVMMARIVM.

1 *Carcerati contractus valet, quando carceratio eſt iuſta.*
2 *Inſtrumentum calculationis liquidum exequi poteſt.*
3 *Talis eſt iudicandus contractus, qualis ex forma ipſius apparet.*
4 *Societatis contractus celebratur conſenſu, non tantum expreſſo, quam tacito.*
5 *Conſenſus, qui ſermonibus continetur, clarus eſſe dicitur.*
6 *Conſenſus, non tantum verbis, ſed etiam factis declaratur.*
7 *Societas dicitur contracta inter eos, qui territorium ſimul conduxerunt.*
8 *Societas probatur per participationem negotij.*
9 *Inſtrumentum præſumitur validum, & ſolemne.*
10 *Contractus in dubio validus, non autem illicitus eſt iudicandus, & num. 16.*
11 *Et contrarium alleganti onus probandi incumbit.*
12 *Pacta inter ſocios æqua, & iuſta præſumuntur.*
13 *Et ſunt ſeruanda donec conſtet de iniuſtitia.*
14 *Et qualiter iniuſtitia probetur.*
15 *Qui iuris præſumptionem pro ſe habet, dicitur liquidiſſimam probationem habere.*
17 *Vſura non cadit niſi in mutuo vero, vel palliato.*
18 *Conuentio ſimplex de reſtituendo capitale, non intelligitur, quod capitale, ſit ſaluum.*
19 *Pactum de capitale ſaluo eſt omnino prohibitum.*
20 *Quoniam in inſtrumentum nullum adeſt Verbum de toto, aut integro capitali.*
21 *Capitale, quod remanet veait in obligatione reſtitutionis ſecundum naturam contractus, & numero 22.*
23 *Capitale præſumitur de iure ſaluum, niſi illius*

amiſſio

amiſſio probetur.

24 *Sed de illo, quod ſupereſt ſocietate finita.*

25 *Verba formiter non determinata, naturaliter determinantur, ſecundùm naturam contractus.*

26 *Verborum ſignificatio eſt applicanda ad intellectum bonum, & ſanum, & num. 64.*

27 *Verba,* ſtare al bene, & al male, *poſita in inſtrumento ſocietatis, veram arguunt ſocietatem.*

28 *Et excludunt, quod capitale ſit ſaluum.*

29 *Sed denotant damnum, & lucrum.*

30 *Vbi damnum, & lucrum eſt commune, ibi quoque adeſt ſocietas.*

31 *Verba (factis computis) reſpiciunt damnum, & lucrum euentuale.*

32 *Probare debet vnuſquiſque fundamentum ſuæ intentionis.*

33 *Probatio concludere debet per neceſſe, non per veriſimile.*

34 *Probatio dubia non releuat, etiamſi materia eſſet fauorabilis.*

35 *Intereſſe veriſimile, & proportionabile in ſocietate taxari poteſt ab initio, & num. 36 46. 47. 48. & 49.*

37 *Intereſſe veriſimile, & proportionabile qualiter probetur, & num. 38.*

39 *Societatis æqualitas, non conſiſtit in puncto indiuiſibili, ſed habet ſuam latitudinem, ex quantitate capitalis, ex induſtria ſociorum, ex periculo, & alijs, quæ pendent ex arbitrio prudentis, & num. 54. 55. 56. 57. & 58.*

40 *Pactum eſt validum, vt vnus ex ſocijs habeat onus adminiſtrationis, & alter nullum laborem ſuſcipiat, ſed ſolum pecuniam ponat.*

42 *Dum tamen non ſit renunciatum computis, quod eſt prohibitum.*

43 *Societatis natura eſt, vt damnum, & lucrum, ſecundùm legem dictam in coeunda ſocietate communicetur.*

44 *Societas fructifera, & lucroſa de iure præſumitur.*

45 *Lucrum taxatum ex pecunia mutuo tradita vſura eſt.*

50 *Qui in ſocietate allegat iniuſtitiam, vel exceſſiuitatem, illam probare debet.*

51 *Socius ſoluens pecuniam conſocio, præſumitur ſoluere de pecunijs ex ſocietate redactis.*

52 *Taxatio exceſſiua, non reddit contractum vſurarium, ſed datur reductio, & contractus eſt validus vitiatis pactis à iure prohibitis.*

53 *Taxatio ad octo pro centenario in caſu de quo agitur, an ſit licita.*

59 *In ſocietate omnium bonorum capitale à lucro, non diſtinguitur, nec attenditur, quod vnus plus altero ponat, ſed omnia veniunt æqualiter diuidenda, & num. 61.*

60 *Et hoc ratione dubij euentus.*

62 *Contrarium verò ſeruatur in ſocietate rerum particularium.*

63 *Amplia.*

65 *Verbum (coegerit) intelligitur in dubio de coactione iuridica, hoc eſt quæ fit iure mediante,*

66 *Quæ procedunt à iuſtitia, non inferunt metum, vel coactionem aliquam, ſed præſumuntur voluntariè geſta, & num. 67.*

68 *Verbum (vnanimiter) liberam voluntatem importat,*

DECISIO CXXXII.

DE anno 1606. contracta fuit ſocietas inter quondam Dominum Marcum Antonium Giluccium, ex vna, & Flaminium Polidori, ex altera parte, pro annis octo ſuper conductione bonorum communitatis Contraguerre ſtatus Regni Neapolitani, in qua Giluccius expoſuit ſcuta 742. pro capitali. Et tranſactis duobus annis deuentum fuit ad inſtrumentum inter ipſos, cum pactis adiectis, quod diſſoluta ſocietate Flaminius pro ſe, & Blãchino conſocio, teneretur reſtituere Giluccio dicta ſcuta 742. de ſuo capitali, & interim quod de lucris ſocietatis ſolueretur ſcuta octo pro quolibet centenario, de ſemeſtre in ſemeſtre, ac finita ſocietate, factiſque computis, dempta prius ſorte principali pro ipſo Giluccio, reſiduum lucri diuideretur pro medietate, nempè, quod vna portio aſſignetur D. Giluccio, alia verò Flaminio, & Blanchino; Sed interea cum Flaminius circa pacta conuenta deficeret, & Giluccius remaneret creditor in notabili ſumma, factis computis inter eoſdem, de vnanimi conſenſu ab illa receſſum fuit, & per tranſactionem deuentum ad concordiam, cuius vigore Flaminius dedit in ſolutum pro ſumma debita Giluccio prædium, & domum de quibus agitur, & verſa vice Giluccius ceſſit, & renunciauit Flaminio omne ius ſocietatis, ac in eum tranſtulit omnes vices, & voces ſuas, eundemque quietauit de omnibus huculque geſtis, ſicut hæc omnia firmata fuerunt per inſtrumentum obligatione Cameræ; & iuramento valatum de anno 1614. Verum quia Flaminius poſt tractum temporis intentauit Iudicium reintegrationis ad poſſeſſionem prædictæ domus, & prædij contra filios, & hæredes D. Giluccij coram D. Vicario Firmano, qui per ſententiam declarauit inſtrumentum ſupradictæ ſocietatis iniuſtum, & illicitum, & proptereà fore, & eſſe reſcindendum, cum omnibus inde ſequutis, eidemque Flaminio reſtituendam eſſe domum, & prædium datum in ſolutum Giluccio. Et cauſa per appellationem in Rota introducta, datoque dubio, an ſententia D. Iudicis à quo eſſet confirmanda, vel infirmanda, fuit per Dominos Auditores pro maiori parte reſolutum infirmandam eſſe, ratione iniuſtitiæ notoriæ, ſiquidem † valet, & tenent datio in ſolutum 1
facta per Flaminium carceratum, dummodo carceratio ſit iuſta etiam ad fauorem illius ad cuius inſtantiam detinetur, ita vt non dicatur interueniſſe aliquis metus, *Bart. in l. qui, num. 1. ff. de*

eo,

to, quod meti conſ. Caſt. in l. qui à latronibus, nu.
3. ff. de teſtam. Alex. conſ. 241. in fin. lib. 6. Fulg.
conſ. 177. col. 1. verſ. cæterum his non obſtantibus,
Mandoſ. ad Ruma, conſ. 316. in verb. iniuſta, Fa-
rinacc. qui multos citat, quæſt. 35. num. 28. &
29. Pet. Pecch. de iure ſiſtend. cap. 29. fol. 423.
Gratian. diſcept. 479. num. 30. & 31. vbi in ſpe-
2 cie teſtatur de obſeruantia Rotæ. Iuſtitia † au-
tem carcerationis patet ex publico inſtrumento
tranſactionis, & calculationis factæ inter ipſos
conſocios, cum aſſignatione dictorum bonorum
facta per Flaminium, cum obligatione Camerali,
quod vti liquidum exequi potuit, vt factum fuit,
Gratian. diſcept. 391. num. 1. & diſcep. 852. num.
25. & 26. Giurb. deciſ. 15. num. 4. & 5. Rot. in
recent. par. 1. deciſ. 205. num. 4. & deciſ. 478.
num. 2. & par. 6. deciſ. 161. num. 1.

Non obſtat, modo quod dicebatur contra-
ctum primo loco inter partes celebratum, nempè
de anno 1606. fuiſſe mutuum pallio ſocietatis
inuolutum, & propterea illicitum, & reſcinden-
dum, cum omnibus inde ſequutis, prout decla-
3 rauit D. Iudex à quo. Quia reſpondetur, † quod
talis eſt iudicandus contractus, qualis ex forma
ipſius apparet, cap. in ciuitate, de vſuris, Bal. in
cap. 1. qui feud. dar. poſſ. Pariſ. conſ. 54. num. 2.
lib. 1. Soc. conſ. 90. col. 3. lib. 3. Becc. conſ. 35.
num. 1. & conſ. 94. num. 2. Turret. conſ. 98. nu.
9. lib. 1. Menoch. lib. 3. præſ. 122. num. 2. Marc.
Ant. Var. lib. 3. reſol. 17. num. 6. Rot. in recent.
par. 2. deciſ. 304. num. 10. verſ. & talis præſumi-
4 tur in dubio. Societas autem † eſt contractus, qui
conſenſu celebratur, nedum expreſſo, ſed etiam
tacito, l. conſenſu, de act. & oblig. l. qui admit-
titur, ff. pro ſoc. Ancb. conſ. 302. num. 2. Con-
5 ſenſuſque, † qui ſermonibus continetur clarus eſ-
ſe dicitur, l. 4. ff. pro ſoc. Bald. conſ. 452. num. 2.
lib. 3. Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 4. num. 1. verſ.
6 vnde ſocietas. Et declaratur † non tantum verbis,
ſed etiam factis can. cauete, 22 quæſt. 5. l. paulus
reſpondit, ff. rem ratam, hab. l. de quibus, in fin.
ff. de leg. Bart. in l. falſo, num. 7. C. de furt. Cran.
conſ. 298. num. 15. & conſ. 301. num. 3. Mantic.
7 deciſ. 313. num. 7. & ſeqq. Quamobrem † cum
verbis, & factis ipſi appareat de ſociorum con-
ſenſu, qui ſimul certum territorium conduxe-
runt, dicitur inter ipſos vera contracta ſocietas,
Bart. Salyc. & alij, in l. 2. C. pro ſoc. Bal. in l. 14.
num. 13. C. eod. tit. Decian. conſ. 97. num. 35. lib.
2. Gratian. diſcept. 320. num. 14. & diſcep. 874.
8 num. 1. Prout † etiam ex participatione negotij
idem comprobatur, l. cum in ſocietatis, & ibi
gloſ. in verb. participaſſe, C. pro ſoc. l. ſi non fue-
rint, ff. eod. tit. Gratian. diſcept. 547. num. 25.
Bel. Rot. Ianuen. deciſ. 141 num. 55. & deciſ. 46.
num. 1. Rot. diuerſ. par. 2. deciſ. 169. num. 6. & 7.
9 Præterea † vltra præſumptionem, quod inſtru-
mentum ſit verum, validum, & ſolemne, Socc.
conſ. 12. num. 24. lib. 1. Ruyn. conſ. 219. num. 1.
lib. 1. Cran. conſ. 48. num. 8. & conſ. 145. num. 2.
10 Seraph. deciſ. 940. num. 9. Stat etiam † præſum-
ptio pro validitate contractus, qui ſemper in du-
bio validus, & iuſtus, non autem iniuſtus, & il-
licitus eſt iudicandus, Alex. conſ. 221. num. 6.
lib. 2. Pariſ. conſ. 54. num. 1. lib. 1. Gratian. conſ.
157. num. 12. lib. 2. Surd. conſ. 184. num. 8. Me-
noch. d. præſumpt. 122. num. 33. lib. 3. Marc. Ant.
d. reſol. 17. num. 5. verſ. tum quia, Barz. deciſ.
123. num. 28. Rot. diuerſ. par. 1. deciſ. 340. num.
1. & coram Cocc. deciſ. 302. num. 6. & deciſ. 408.
num. 5. & in recent. par. 2. deciſ. 304. num. 6. In
11 tantùm † vt contrarium allegati onus probandi
incumbat, Cran. conſ. 48. num. 8. Bald. conſ. 18.
num. 7. in fin. lib. 1. Rot. ex imp. lib. 2. conſ. Fa-
rinacc. deciſ. 16. num. 7. verſ. idque tanto magis.
12 Prout † iuſtitiæ, & æquitatis præſumptionem
habent pacta inter ipſos ſocios inita, Felici de
ſociet. cap. 9. num. 18. vbi dantur concordantes,
Rot. diuerſ. par. 1. deciſ. 340. num. 1. & in recen.
13 par. 2. deciſ. 304. num. 6. Et † omninò ſunt ſer-
uanda donec de iniuſtitia conſtet, §. 1. Inſt. de
ſociet. l. ſi non fuerint, l. mutius, & l. cum duo-
bus, §. quidam, ff. pro ſoc. cap. per veſtras, de
14 donat. inter vir. & vxor. Quæ † iniuſtitia ſicut
per Flaminium illam allegantem non fuit proba-
ta, vt oportebat, Surd. deciſ. 104. num. 5. Rot.
poſt conſ. Farinac. lib. 2. deciſ. 137. num. 9. cum
alijs in noſtra deciſ. 53. num. 12. Conſequens eſt,
vt dicamus conſtare de illius inſtrumenti iuſtitia,
& validitate contractus ad fauorem Giluccij, qui
15 † etiam ex ſupradictis iuris præſumptionibus,
dicitur habere pro ſe liquidiſſimam probationē,
l. licet Imperator, ff. de legat. 1. l. ſi quis locuples,
ff. de manum. teſt. Dec. in l. 3. num. 7. C. qui ad
16 mit. & conſ. 54. num. 3. Præſertim † ad exclu-
dendum prauitatem vſurariam, Bal. in l. rogaſti,
§. ſi tibi, num. 19. ff. ſi cert. pet. Cran. d. conſ. 48.
num. 8. Farinacc. conſ. 54 num. 2. & 24. Rot. di-
uerſ. par. 1. deciſ. 340. num. 1. & in recent. par.
2. d. deciſ. 304. num. 6. Quare de vſura redargui
non poteſt contractus, cum in eo agatur de ve-
ra ſocietate, in qua non cadit aliqua præſumptio
17 veri, ſeu palliati mutui, † ſine quo non datur vſu-
ra, cap. conſuluit, de vſur. Abb. in cap. nauiganti,
num. 6. eod. tit. Dec. in l. 2. in tertio not. ad fin.
ff. ſi cert. pet. Cran. conſ. 145. num. 6. & 17. Rot.
diuer. par. 2. deciſ. 197. num. 3. & coram Seraph.
deciſ. 599. num. 3. Gomeſ. deciſ. 26. num. 2. ex
impreſſ. per Coccin.

Neque obſtat pactum reſtituendi capitale ſo-
18 cietate finita; Quia ſimplex † conuentio de ca-
pitale reſtituendo non intelligitur de capitali ſal-
uo, Rot. in recent. par. 2. d. deciſ. 304. num. 6.
& poſt conſ. Farinacc. lib. 2. deciſ. 137. num. 3.
19 Non enim voluit Giluccius ſuum † capitale om-
ninò ſaluum fore, quod eſſet de iure prohibi-
tum, vt per gloſ. in cap. plerique, 14. quæſt. 3. cap.
per veſtras, & ibi Abb. num. 7. & 8. Præp. num.
4. de donat. int. vir. & vxor. Bull. Sixti V. ſuper
ſocietate, ad caput ſaluum relatam per Gratian.
diſcept.

Digitized by Google

20 *diſcept. 589. num.* 11. Quoniam † in inſtrumen-
to nullum adeſt verbum de toto, aut integro ca-
pitali. Sed ſimpliciter de capitali, quod pro-
pterea debet intelligi ſecundùm iuris diſpoſitio-
nem, videlicet de remanente, vt ſæpè deciſum
fuit per Auditorium Rotæ Romanæ, & ſignan-
ter inter *imp. diuerſ. par.* 1. *deciſ.* 763. *num.* 13. *&*
ſeqq. & in recent. par. 2. *d. deciſ.* 304. *num.* 5. *in*
21 *fin. & num.* 6. Nam venit † capitale in obliga-
tione reſtituitionis ſecundùm naturam contra-
ctus, quando ſcilicet in negotiatione nullum
damnum ſit paſſum, *ad tex. in §. illud explicitum,*
inſt. de ſociet. Farinac. d. conſ. 54. *num.* 24. *verſ.*
22 *quia ſtipulatio*. Conuenit namque ſocietati, †
quod dum illa terminatur, capitale ſi extat ſa-
luum extrahatur, *Bal. in l. ſi non fuerint, in prin.*
ff. pro ſoc. & conſ. 463. *num.* 4. *lib.* 1. *ſoc. conſ.*
24. *num.* 33. *lib.* 1. *Cocc. deciſ.* 310. *num.* 1.
23 prout ſanè de iure ſemper ſaluum † præſumitur,
niſi amiſſio illius probetur, *l.* 1. *vbi Bart. & alij,*
C. ſi aduer. rem. iudic. l. ſemper, §. negotiatio, ff.
de reg. iur. Mantic. de tacit. d. lib. 6. *tit.* 5. *num.*
7. *&* 8. *Extob. de ratiocin. admin. cap.* 21. *num.* 7.
Carth. deciſ. Iannen. 74. *num.* 25. *& Bell. deciſ.*
24. *num.* 5. *&* 6. *Giur. deciſ.* 15. *num.* 1. *verſ.*
tum quia, Fælic. de ſociet. cap. 20. *num.* 12. *&*
24 *cap.* 24. *num.* 33. Quæ quidem interpretatio †
facilius eſt recipienda, quamuis verba eſſent du-
bia, propter generalitatem reſtituendi capitale,
quia nihilominus ſemper interpretari debet, de
reſtitutione capitalis, quod ſupereſt ſocietate fi-
25 nita, quia † quando verba non ſunt formaliter
determinata, interpretari debent ſecundùm na-
turam contractus, *Menoch. conſ.* 37. *num.* 28. *Coc.*
deciſ. 76. *num.* 15. Cum quod naturaliter ineſt
pro expreſſo haberi debeat, quaſi ipſa natura lo-
quente, vt inquit, *Bal. conſ.* 330. *num.* 2. *circa*
med. lib. 3. quem refert, & ſequitur, *Greg. de-*
26 *ciſ.* 581. *num.* 5. Et omnis † verborum ſignifi-
catio ad intellectum bonum, ſanum, ciuilem, ac
vitio carentem eſt applicanda, *Alex. conſ.* 191.
num. 6. *verſ. erga debet intelligi, lib.* 2. *Rot. in ant.*
deciſ. 10. *num.* 4. *&* 5. *de teſtib. & diuerſ. par.* 1.
d. deciſ. 763. *num.* 16. *& coram Cocc. deciſ.* 70.
num. 6. *& in recent. par.* 2. *d. deciſ.* 304. *num.* 6.
& ex impreſſ. per Farinacc. vbi ſuprà, deciſ. 137.
num. 3. *verſ. quia verborum ſignificatio.*

Denique tollitur omnis difficultas ex verbis in
27 inſtrumento ſocietatis appoſitis, nempè † ſocie-
tatem eſſe debere, vt dicitur, *al bene, & al ma-*
le, hoc eſt ad commodum, & incommodum,
quæ verba conueniunt veræ ſocietati, *Alex. conſ.*
47. *lib.* 1. *Natt. conſ.* 554. *num.* 7. *Moz. de con-*
28 *tract. tit. de ſoc. c. de natur. ſoc. n.* 6. Et † excludunt,
quod capitale dici poſſit ſaluum, *l. ſi non fuerint,*
ff. pro ſoc. Mart. de clauſ. par. 1. *clauſ.* 183. *num.*
1. *Gratian. diſcept.* 547. *num.* 15. *&* 16. *Rot. di-*
29 *uerſ. par.* 1. *d. deciſ.* 763. *num.* 4. Quinimò † de-
notant damnum, & lucrum, *Gratian. d. cap.* 547.
num. 15. *& diſcept.* 948. *num.* 30. *Rot. diuerſ.*
30 *par.* 1. *d. deciſ.* 763. *num.* 4. Et conſequenter †
vbi damnum, & lucrum eſt commune, ibi quo-
que neceſſe eſt, quod adſit ſocietas, *l. coiri, &*
l. quæſtus, ff. pro ſociet. Maſcard. de prob. concl.
1310. *num.* 12. *Gratian. d. cap.* 547. *num.* 16.

Neque obſtat, quod ex quo ſocietas terrarum
fuit contracta per annos octo cum perceptione
lucri, de ſemeſtre in ſemeſtre, videatur, quo-
dammodo aſſecuratum capitale ipſius Giliuccij.
31 Quia † dum ſocij conuenerunt, *di ſtare al bene, &*
al male, vt dictum eſt, & ad faciendis computia
ad effectum diuidendi lucrum ſocietatis inter ip-
ſos, idque per modum conditionis, ibi (*factis*
computis) quæ verba reſpiciunt damnum, &
lucrum euentuale, *Rot in recent. par.* 1. *deciſ.*
478. *num.* 2. Sequitur neceſſario capitale non eſ-
ſe ſaluum, ſicuti nec lucrum, cum alias ſocij non
ſtetiſſent, *al bene, & al male*. Nec opus fuiſſet in-
ter eos facere computa, ſi capitale, & lucrum
32 eſſet certum, & ſaluum. Nec † vllibi probatur
Giliuccium non ſtetiſſe periculo ſocietatis, quod
vti fundamentum intentionis Flaminij erat con-
cludenter probandum, quamuis in negatiua con-
ſiſteret, *l. ei qui dicit, ff de probat. l. actor, C.*
eod. Surd. deciſ. 104. *num.* 5. *& deciſ.* 260. *nu.* 8.
cum alijs per eos citatis, *deciſ.* 53. *nu.* 12. *&* 13.
33 Idque † per neceſſe non per veriſimile, *cap. in*
præſentia, de probat. l. non hoc, C. vnde cog. Man-
tic. deciſ. 111. *num.* 5. *& diximus, deciſ.* 93.
34 *num.* 12 *& ſeqq.* Cum † dubia probatio non ſuf-
fragetur etiamſi materia eſſet fauorabilis, *Socc.*
conſ. 8. *num.* 8. *lib.* 1. *Dec. conſ.* 152. *num.* 2.
Mantic. d. deciſ. 111. *num.* 8. *Cocc. deciſ.* 68. *nu.*
24. *deciſ.* 104. *num.* 15. *deciſ.* 203. *num.* 16. *&*
deciſ. 289. *num.* 2. *&* 5.

Neque ex ſequentibus pactis in inſtrumento
contentis ſocietas dici poteſt vſuraria, videli-
cet, extrahendi ſcuta octo pro centinario ſingu-
lo anno, ex lucro ſocietatis, illaque ſoluend. Gi-
liuccio, ac etiam ſocietate finita, factis compu-
tis, & extracta ſorte principali reſiduum lucri di-
uideretur modo, & forma, vt dictum eſt in prin-
35 cipio. Quia † intereſſe veriſimile, & proportio-
nabile poteſt taxari ab initio, *Scac. de comm.*
fol. 170. *num.* 25. *Gratian. diſcep.* 387. *num.* 1.
& ſeqq. & diſcept. 912. *num.* 19. *Cæſ. de Graſſ.*
deciſ. 1. *num.* 4. *tit. de vſur. Rot. diuerſ. par.* 1.
deciſ. 340. *num.* 1. *&* 2. *& apud Canal. deciſ.* 314.
num. 4. *& ex imp. apud Farinac. vbi ſuprà, de-*
36 *ciſ.* 137. *num.* 5. Præſertim † vbi ſocius, qui de
ſuo impêdit in communi negotio ſit ſolitus dare
pecuniam ad honeſtum lucrum, vt videtur eſſe in
caſu noſtro, *l. ſi vnus ex ſocijs, §. ſi quis, ff. pro ſoc.*
Canalc. deciſ. 10. *num.* 11. *par.* 1. Quod quidem
37 † ſolitum probari poteſt ex coniecturis, *Scacc.*
num. 61. *Gionag. conſ.* 46. *num.* 6. *lib.* 1. *Gatt. de*
cred. ſal. 104. *num.* 1689. *Gratian. d. diſcep* 387.
num. 6. *Chriſt. med. deciſ. Senen.* 14. *num.* 21. Et
38 inter cæteras † adducitur ea, quæ haberi poteſt
ex re fructifera, vt in hac ſocietate, vbi Flami-
nius

tiua per multum temporis ſpatium ante conuen-
tionem de certo intereſſe, expertus fuerat qua-
les, & quanti erant fructus bonorum conducto-
rum. Vnde ex hac experientia veriſimilis dedu-
citur coniectura intereſſe taxati, Scacc. vbi ſuprà
num. 52. Rot. deciſ. 180. num. 4. & 5. poſt. 2.
vol. conſ. Farinac. Et non poteſt taxatio dici ex-
ceſſiua propter inæqualitatem inter ſocios. Quia
39 † æqualitas ſocietatis, non conſiſtit in puncto
indiuiſibili; Cum habeat latitudinem, quæ ſtatui-
tur ex quantitate capitalis, ex induſtria ſocio-
rum, ex periculo, & alijs quæ pendent ex pru-
dentis arbitrio, l. quod enim, §. 1. l. propoſita,
l. ſi ſocietatem, & l. ſi non fuerint, ff. pro ſoc. Co-
uar. lib. 3. var. cap. 2. num. 3. verſ. ſecundo con-
ſtat, Gratian. diſcept. 768. num. 24. & ſeqq. Bo-
nac. de contractib. & reſtit. quæſt. 6. prop. 2. verſ.
eſt aduertendum, Falic. d. tract. de ſociet. cap. 9.
40 num. 33. Adeò vt † ſocietati non contradicat pa-
ctum, vt alter ex ſocijs nullum laborem ſuſcipiat,
ſed ſolum pecuniam ponat, lucrum verò ſit com-
mune habito reſpectu ad dictam latitudinem
contractus, d. l. ſi non fuerint, ff. pro ſoc. §. non
ita, Iaſt. de ſociet. Gail. lib. 2. obſeruat. 24. num.
1. & 2. Grat. d. cap. 768. num. 30. & 31. Caua-
ler. deciſ. 57. num. 4.

41 Et probatio facienda per ſocium allegantem
iniuſtitiam contractus verſari debet circa ſupra-
dictas qualitates, & conditiones latitudinis con-
tractus, Bonac. & Falic. in locis ſuprà citatis,
quam probationem per Flaminium factam fuiſſe
nullibi apparet.

42 Vlterius taxatio ab initio in vim dictæ Bullæ
Sixti V. præſertim eſt prohibita, quatenus fuerit
renunciatum computis. Hic autem non ſolum
renunciatum non fuit computis, ſed potius ex-
43 preſsè cautum, vt illam fierent. Et † de natura
ſocietatis eſt, vt damna, & lucra ſecundùm le-
gem dictam in coeunda ſocietate communicen-
tur, l. 2. C. pro ſoc. l. mutius, ff. eod. Giurb. qui
alius cumulat, deciſ. 15. num. 3. verſ. cum ea ſit
44 ſocietatis natura. Et † cum illa fructifera, & lu-
croſa de iure præſumatur, vt dictum eſt, Soc.
conſ. 25. num. 36. lib. 1. Beron. conſ. 191. num.
48. vol. 1. Turret. conſ. 3. num. 20. lib. 3. Falic.
d. tract. cap. 31. num. 66. Mag. deciſ. lucen. 1. nu.
36. Giurb. d. deciſ. 15. num. 1. verſ. maximè quod,
Bell. Rot. Ianuen. deciſ. 173. num. 10. & ſeqq.
Rot. in recent. par. 3. deciſ. 711. num. 3. in fin. Se-
quitur potuiſſe lucrum veriſimile, & proportio-
nabile taxari ab initio ex ſuprà latè deductis, &
45 allegatis. Non enim † fuit taxatum ex dicto ca-
pitali prout eſſet pecunia mutuo tradita, quod
eſſet vſura, cap. vſura, cap. conſuluit, cap. quia
plerique, 14. quæſt. 3. Purp. conſ. 117. num. 14.
Mart. vot. 165. per tot. Rot. in recent. par. 2. de-
46 ciſ. 72. num. 1. Sed † pro vt fuit expoſita nego-
tiationi, & ſocietati periculo ipſius Giliuccij ſub
adminiſtratione, & gubernio Flaminij, quo ca-
ſu fructuoſa dicitur abſque labe vſuræ, tanquam
inſtrumentum ſocietatis, Syluest. in verb. ſocietas,
num. 1. Nauar. in Manual. cap. 17. num. 251. &
253. Bonac. d. tract. diſput. 3. quæſt. 6. punct. 3.
num. 4. fol. 490. Rol. conſ. 55. num. 31. & 32.
lib. 2. Gratian. diſcept. 387. ferè per totam. Ac
47 proinde † licita videtur lucri taxatio, vt in pun-
cto ſocietatis firmat Rot. coram Coec. deciſ. 70.
48 num. 4. Ea nempè ratione, quia † ſicut fructus
agri incerti vendi, vel locari poſſunt pro certo
pretio, ita etiam vendi poteſt lucrum incertum
ſocietatis, Sylueſt. vbi ſuprà, n. 18. Arm. eod. verb.
ſocietas, n. 17. Couar. de cont. q. 96. n. 1. & 2. Nau. cõſ.
24. de vſur. Bonac. d. diſ. 3. quæſt. 6. punct. 3. n. 8.
49 Coec. d. deciſ. 70. num. 4. Etenim † hæc omnia
pendent ab incerto futuro euentu exiſtentis lu-
cri, non autem reſpectu capitalis, & proinde
conuentiones huiuſmodi non poſſunt dici illicitæ
in re, quæ certitudinaliter ſit fructifera, l. ſi ex
lege, C. de vſur. Dec. in cap. cum venerabilis, nu.
14. in fin. de except. Tiraquell. de retract. conuent.
in fin. tit. num. 135. Mantic. de tacit. lib. 8. tit.
21. num. 20. & tit. 29. num. 30. Rot. ex impreſſ.
per Farinac. poſt. 2. vol. conciliorum, d. deciſ. 137.
num. 5. & 8.

Et quamuis ſupradicta procedant, quando
quantitas ab initio taxata eſt proportionabilis
ad dubium euentum lucri, vt dictum eſt, hoc ta-
50 men non officit in præſenti caſu, † quia onus
probandi exceſſiuitatem incumbit Flaminio,
Purp. in l. ſi paſcenda, num. 29. C. de pact. Coec.
d. deciſ. 70. num. 5. Quæ exceſſiuitas tantum
abeſt, vt à Flaminio fuerit probata, quod potius
dictum lucrum conuentum videtur ab ipſo ap-
51 probatum agnoſcendo debitum, † quod præſu-
mitur ſoluiſſe de pecunijs redactis ex ſocietate,
quam ipſe adminiſtrauit, Dec. conſ. 6. nu. 2. & 3.
52 Greg. deciſ. 554. num. 5. Immò † quamuis adeſ-
ſet exceſſiuitas, quæ ex prænarratis excluditur
non tamen concluderet has conuentiones vſura-
rias eſſe, ſocietatemque nullam remanſiſſe, ſed
ſolummodo ad illius iuſtitiam pertineret, ita vt
locus eſſet reductioni, vel pactum haberetur pro
non appoſito, Crauet. conſil. 189. num. 8. Dec.
conſ. 181. num. 7. Surd. conſ. 227. num. 18. Hond.
conſ. 17. num. 25. lib. 2. Gail. obſeruat. 4. lib. 2.
Falic. d. tract. cap. 1. num. 19. Gratian. diſcept.
589. num. 17. & 18. & diſcept. 768. num. 5. &
6. Rot. ex impreſſ. per Farinac. d. deciſ. 137. num.
9. & in recent. par. 2. d. deciſ. 304. num. 9. Ve-
53 runtamen hic potius † probatur taxationem
non eſſe exceſſiuam, nec participationem lucri
inæqualem, tum quia cum in iſtis partibus ca-
piantur, & dentur reſpectiuè in cenſibus octo pro
centenario, multò fortius videtur dicẽdum in ſo-
cietate magis obnoxia periculis amiſſionis capi-
talis fuiſſe iuſtam dictam taxationem ad octo
pro centenario, vt in ſimili conſiderat, Gratian.
d. diſcept. 589. num. 14. & ſeqq. Tum etiam, quia
ad hanc taxationem fuit deuentum poſt plures
menſes decurſos à tempore contractæ ſocietatis,

ac

ac ad inſtantiam Flaminii, qui cum veriſimiliter
certus eſſet de qualitate lucri, quod percipi ſo-
lebat, attento quod iam per biennium negotium
adminiſtraſſet, non eſt præſumendum, quod ma-
iorem partem lucri aſſignaſſet, Giliuccio ſi illud
ad capitale non fuiſſet proportionabile, vt in his
terminis conſiderat *Rot.* in modo, & ſepè allega-
ta *deciſ. 137. num. 5. in fin.* Tum pariter, quia
dum idem Giliuccius poſuerat ſcuta 742. pro ca-
pitali, cuius periculum ipſe ſolus currebat, &
Flaminius ſolam induſtriam ponebat, vtique nec
illicitum fuit, quod ab eodem Giliuccio maior
para lucri perciperetur, *Purp. in d. l. ſi paſcenda,*
num. 25. & 26. Couar. var. lib. 3. cap. 2. num. 2.
verſ. contingit, Rot. d. deciſ. 137. num. 4. & d.
54 *deciſ. 304. num. 3.* Ex quo † æqualitas, quæ in
ſocietate requiritur, habere debet ſuam propor-
tionalitatem cum ijs, quæ appoſita fuerunt, *d. l.*
ſi non fuerint, & ibi gloſ. ff. pro ſoc. Mantic. de Tac.
lib. 6. tit. 4. num. 9. & 10. Gratian. diſcept. 622.
num. 1. & 2. & diſcep. 768. num. 23. & 24. Et
55 hanc † eſſe communem omnium ſententiam fir-
marunt, *Couar. d. cap. 2. num. 3. Mantic. d. l. 6.*
tit. 4. num. 13. Gratian. d. diſcept. 768. num. 28.
56 *& ſeqq.* Et regulariter † ille plus conſequi debet
de lucro, qui plus communicauit de capitali, *l.*
quid enim ſi nerua, ff. pro ſoc. Bal. in l. 1. num. 22.
C. pro ſoc. Cor. conſ. 239. num. 1. verſ. & ideò,
lib. 1. cum alijs relatis per Menoch. de arb. caſ. 125.
57 *num. 3.* Partes enim † lucri, & damni debent eſſe
correſpectiuæ ad id quod in ſocietate confertur,
§. 1. inſtit. de ſociet. Cor. conſ. 243. num. 5. lib. 1.
Couar. d. cap. 2. verſ. hinc primo apparet. Et in
58 hac materia ſemper † ad Iudicis arbitrium eſt
recurrendum, *Bal. in l. 1. num. 3. verſ. quarto quæ-*
ro, C. pro ſoc. Corn. d. conſ. 123. num. 1. Menoch.
d. caſ. 125. num. 4. in fin.

Nec ad præſentem caſum pertinet, quod capi-
59 tale regulariter non diſtinguatur à lucro, quia †
id ſolum habet locum in ſocietate vniuerſali om-
nium bonorum, in qua non attenditur æqualitas,
etiamſi vnus minus cõmunicet, ſeu magis expen-
dat, & diſſipet, quam alter, vel quod vnus mi-
nus lucretur, quam alter, ſed omnia æqualiter ſũt
diuidenda, *Cur. conſ. 183. num. 6. lib. 3. Iaſ. conſ.*
3. num. 25. lib. 3. Cran. conſ. 173. num. 1. Couar.
d. cap. 2. num. 3. verſ. quintus eſt caſus, Felic. de
ſoc. cap. 15. num. 1. Grat. diſcept. 768. num. 35.
60 *& diſcept. 904. num. 13. & ſeqq.* Idque † ratio-
ne dubij euentus; nam poteſt eſſe, quod à princi-
pio vnus minus ponat, & nihilominus curſu tem-
poris magis lucretur, ita vt ab iſto dubio euentu
61 ſocietas iuſtificari poſſit, vnde † merito omnia
ſunt communicanda, *d. l. ſi fratres, §. idem Papi-*
nianus, ff. eod. tit. Grat. d. cap. 622. num. 12. &
cap. 768. num. 35. Caualer. d. dec. 57. per totam.
62 Contrarium † verò procedit in ſocietate rerum
particularium, vt in ſpe præſenti caſu, vbi ſunt
valida pacta inæqualia, cum vnus ſociorum con-
tulerit in ſocietate maiorem partem ſortis, *d. l. ſi*
non fuerint, §. 1. vbi doct. Couar. d. cap. 2. num. 3.
verſ. ſecundo conſtat, Grat. d. cap. 768. num. 29.
63 Adeò vt † ſi imparia conferant ſocij, & paciſcã-
tur parem portionem lucri dicatur iniqua partiũ
diſtributio, quippe cum non congruat partibus
in ſocietate collatis, *Purp. vbi ſuprà num. 37. Man-*
tic. eod. tit. 4. num. 18 & 19. Grat. d. cap. 768.
num. 32.

Tandem non obſtat, quod dicebatur tranſactio-
nes ſupradictas fuiſſe factas coactè per Flaminiũ,
propter verbum coegerit, quod eſt appoſitum in
64 Inſtrumento. Quia † cum ipſe Flaminius non
obſeruaret promiſſa, vt patet ex computis de
quibus in inſtrumentis trãſactionum, dictum ver-
bũ coegerit, intelligi debet iuxta intellectum bo-
num, verum, & vitio carentem, *l. merito, ff. pro*
ſoc. Rot. *in recent. par. 2. d. deciſ. 304. numer. 6.*
65 Et † ſic de coactione iuridica, quæ fit iure medi-
ante, *l. 1. §. neceſſario, ff. ſi vent. nom. mul. in*
66 *poſſ. mit. Soc. conſ. 151. num. 8. lib. 1.* Ea † verò,
quæ à iuſtitia procedunt non inferunt metum,
ſeu coactionem, quæ obligationem inficiant,
67 *Farinac. quæſt. 35. num. 28.* Vnde † ex hoc tolli-
tur coactio illicita cum potius omnia voluntariè
geſta præſumãtur, ex relatis *per Berlaz. clauſ. 11.*
gloſ. 1. per tot. Quod idem ſuadet ſubſequens ver-
68 bum † vnanimiter, contentum in eodem tranſa-
ctionis inſtrumento, ibi dictæ partes vnanimiter
venerunt ad computa, & concordiam prædictam,
quod quidem verbum (vnanimiter) liberum con-
ſenſum importat, *c. bonæ memoriæ, in verſ. vnani-*
miter, de poſt. prælat. cap. vnanimiter, eod. tit. &
in cap. cum dilecti, de elect. & in cap. tertio loco,
de probat. & latius comprobant *Albericus in ſuo*
diction. in verb. vnanimiter, & Aug. Grat. in tract.
de dictionibus, in verbo vnanimiter, fol. 357. At-
que ex his concluſum fuit non tantùm pro iuſti-
tia contractus, quam pro validitate executio-
nis, & propterea non eſſe locum reintegrationi
petitæ.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio Eccleſiæ ad ſe trahit poſſeſſio-
nem omnium rerum, quæ pertinent
ad illam, dum tamen non poſſidean-
tur ab alio tertio, quia tunc non ve-
niunt ſub generali poſſeſſione Eccle-
ſiæ adepta.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio Eccleſiæ, trahit ad ſe poſſeſſionem omnium rerum pertinentium ad illam.*
2 *Titularis nomine Eccleſiæ, intentare poteſt reme-dia quæcumque poſſeſſoria.*

3 *Poſſeſſa à tertio, non veniunt ſub generali poſſeſſione Eccleſiæ adepta, & num. 4.*
5 *Poſſeſſio probatur per teſtes.*
6 *Ac etiam per confeſſionem partis emanatam in precibus ſuperiori porrectis.*
7 *Spoliatus, non dicitur, qui nunquam poſſedit.*
8 *Poſſeſſionem adipiſcimur, quam nunquam habuimus.*
9 *Verba tradidit, ceſſit, & conceſſit, importãt licentiam de ingrediendo auctoritate propria.*
10 *Qui poteſt poſſeſſionem propria auctoritate ingredi ex pacto debitoris, vrbanius agit Iudicis officium implorando.*
11 *Remedium, l. creditores, C. de pig. eſt adipiſcendæ.*
12 *Clauſula ad habendum, tenendum, alienandum, & quidquid voluerit faciendum, importat dominij translationem.*
13 *Contractus claudicare poteſt ad fauorem minoris, qui ad ſui beneplacitum approbat contractum nullum, inuita altera parte.*
14 *Subſtitutio pupillaris, excludit matrem, etiam à legitima.*

DECISIO CXXXIII.

1 QVamuis poſſeſſio Eccleſiæ capta trahat ad ſe poſſeſſionem omnium rerum, quæ pertinent ad illam, *Innoc. & Abb. in cap. ſuper de cauſ. poſſ. & prop. Bart. & Aret. in l. cum hæredes, in prin. ff. de acq. poſſ. Lamb. de iure pat. lib. 2. par. 3. quæſt. prin. 11. art. 9. n. 3. Couarr. lib. 3. variar. cap. 16. num. 19. Parif. de reſig. lib. 10. quæſt. 6. num. 53. Menoch. de retinen. rem. 3. num. 135. Rot. coram Mantic. deciſ. 105. num. 4. & coram Cucc. deciſ. 14. num. 6. deciſ. 30. num. 2. deciſ. 51. num. 5. deciſ. 212. num. 8. & in recent. par. 2. deciſ. 19. num. 8. cum alijs per nos deductis, deciſ. 129. num. 8.* Ita vt titula-
2 ris nomine Eccleſiæ, poſſit remedia quæcumq; poſſeſſoria intentare, *Garz. de benef. par. 5. num. 73. & 74. Gratian. diſcept. 402. num. 9. & ſeqq. Caput. deciſ. 181. num. 1. par. 3. Greg. deciſ. 246. num. 1. Rot. in recent. par. 1. deciſ. 326. num. 1. & par. 2. deciſ. 199. num. 6. cum alijs, per nos allegatis, d. deciſ. 129. num. 10.* Et proinde dici poſſe videatur Reu. D. Feriotium de Feriotijs ex poſſeſſione Capellæ adeptæ, vt in proceſſu fol. 27. acquiſiuiſſe poſſeſſionem prædij de quo quæritur ſpectantem ad Capellam, vt per inuentarium, & diuiſionem bonorum in actis conſtat: Attamen
3 reſolutum fuit † omnium votis concluſionem locum non habere in bonis per alium poſſeſſis, *Abb. in cap. 1. num. 3. de relig. dom. & conſ. 71. num. 3. lib. 3. Aret. in d. l. cum hæredes, num. 8. de acq. poſſ. Rot. in nou. deciſ. 2. de reſt. ſpoliat. & coram Achill. de Graſſ. deciſ. 4. de praeſcr. & coram Seraph. deciſ. 1127. num. 2. & 4. & in recent. par. 2. deciſ. 171. num. 3. d. deciſ. noſtra 129. num. 13.* Et propterea in caſu, & ad effectum de
4 quo agitur † poſſeſſionem Capellæ Feriotio ſuffragari minimè poſſe, quo ad prædium poſſeſſum per Dominum Franciſcum Bartolinum, de cuius
5 † poſſeſſione conſtat expreſsè ex teſtibus in cauſa examinatis, qui explicant actum poſſeſſionis, quamuis per verba iuris, quod ſufficit, *Innoc. in cap. cum cauſam, num. 3. verſ. ſicut eſt ſi dicit, de teſtibus, Felin. in proœm. decret. num. 2. Abb. in cap. cum ad ſedem, num. 21. de reſt. ſpoliat. Rot. in recent. par. 3. deciſ. 323. num. 1.* Ac etiam ex
6 † precibus porrectis per eundem Feriotium Illuſtriſſimo Epiſcopo Montis Alti, *l. cum precum, C. de lib. cauſ. Crau. conſ. 201. num. 5. Mar. Ant. Vac. lib. 2. reſol. 57. num. 65. Cocc. deciſ. 14. n. 4.*
7 Et conſequenter † ipſi titulari, qui nunquam poſſedit, ſicut nec poſſedit eius prædeceſſor, vel Eccleſia, non competere mandatum de reintegrando per Iudicem à quo relaxatum ad eius fauorem, *ad tex. in cap. vltimo, §. obijcitur, in verb. non enim probatur, 3. quæſt. 1. & in l. 1. §. deijcitur, ff. de vi, & vi armat. §. recuperandæ, inſtit. de interdictis, Menoch. de recup. in prælud. num. 1.*
8 *& ſeqq.* Sed † potius illi fuiſſe, & eſſe concedendam immiſſionem in bonis prædictis ex remedio adipiſcendæ, nam cum Bartolinus tutor Ioſephi pupilli, pro eò quòd erat illi debitor, videlicet in ſumma florenorum 333. ratione adminiſtrationis, tradiderit, ceſſerit, & conceſſerit in ſo-
9 lutum prædium de quo agitur, per † quæ verba cenſetur data licentia ingrediendi fundum propria auctoritate, vt notant *Bart. in l. prædia, ff. de acq. poſſ. Papien. in forma libelli, in cauſa venditionis, in verbo vendidit, & tradidit, num. 5. Mart. par. 1. clauſ. 189. nu. 2. & par. 2. clauſ. 16.*
10 *num. 4.* Proinde † ſtante dicta clauſula, potuit Feriotius ex perſona Ioſephi cui in dictis bonis ſucceſſit, ad Iudicem habere recurſum pro acquiſitione illorum, *l. pignoris cauſa, in fin. vbi etiam gloſ. in verb. præſidialem, C. de pignor. act. Bart. in l. creditores, num. 27. C. de pig. Affl. dec. 386.*
11 *per totam.* Qui ſanè Iudex † tenebatur decernere illi immiſſionem petitam, *ex tex. in d. l. creditores*, quod eſt adipiſcendæ, & habet locum, non tantùm in pignoribus, ſed etiam in omnibus cõtractibus, ad latè notata per *Menoch. de adip. rem. 5. num. 34. & ſeqq.* Præſertim cum de dominio illorum, nõ ſit dubitandum, propter clau-
12 ſulam † ad habendum, tenendum, alienandum, vendendum, donandum, & quidquid placuerit faciendum, inſertam in inſtrumento dationis in ſolutum, quæ quidem clauſula de ſui natura importat dominij translationem, *Rol. conſ. 61. nu. 48. lib. 2. Becc. conſ. 88. num. 15. & ſeqq. Menoc. præſ. 35. num. 38. lib. 3. Grat. diſcep. 96. num. 2. Oſaſch. deciſ. 164.*
Non obſtat nullitas inſtrumenti oppoſita per
13 Bartolinum. † Quia cum illa ſit introducta ad fauorem minoris ab eò tantùm, & non ab alijs allegari poteſt, vt diximus, *deciſ. 68. n. 51. & 98.*

cx

ex quo minor, & Eccleſia poſſunt ſtare contractu etiam nullo, inuita altera parte, *l. Iulianus, § ſi quis à pupillo, ff. de act. empt. Iaſ. & alij, in l. cum ſi, § cum tranſactionem, num. 2. ff. de tranſact. Mantic. de tacit. lib. 25. tit. 6. num. 48. & ſeq. Pat. deciſ. 365. num. 5. lib. 2. Gregor. deciſ. 467. num. 5. & 16. & deciſ. 574. num. 4. Rot. ex imp. per Zacch. de oblig. Cam. deciſ. 5. num. 3. cum alijs allegatis per Pic. ad ſtat. Vrb. lib. 1. cap. 151. gloſ. 7. num. 188.*

Neque pariter obſtat, quod dicto pupillo ab inteſtato ſucceſſerit Orientia eius mater, qua defuncta ſucceſſit Bartolinus Auus maternus;
14 quia † cum pupillus in pupillari ætate deceſſerit, vt conſtat ex actis, ſtante ſubſtitutione pupillari, de qua in teſtamento Comitis Plebi Aui paterni, qui habebat Ioſephum in ſua poteſtate, Orientia mater dicitur excluſa etiam à legitima, *ad tex. in l. papinianus, §. ſed nec impuber, vbi Bart. Caſt. & alij, ff. de inof. teſtament. & Canoniſtæ, in cap. ſi pater, de teſtam. in 6. Trentac. de ſub. par. 2. cap. 16. per tot. Mantic. de coniect. lib. 5. tit. 11. num. 14. Graſſi de ſucceſſionibus, §. ſubſtitutio, quæſt. 30. num. 2. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 156. num. 1. & ſeqq. & quæſt. 240. num. 1. 2. & 12. Surd. deciſ. 273. nu. 2. Rot. coram Greg. deciſ. 495. num. 2. vbi etiam Bele. & in recent. par. 1. deciſ. 639. num. 4. & par. 7. deciſ. 120. num. 1. & ſeqq. vbi latè.*

A R G V M E N T V M.

Reſeruatio dominij, quem effectum operetur.

S V M M A R I V M.

1 *Permutanti datur regreſſus ad rem permutatam, exiſtentem etiam penes tertium, ſi res ſibi data fuit euicta.*
2 *Reſeruatio dominij habet vim pacti manus iniectionis afficiendo rem ipſam, quæ à quocunque poſſeſſore poteſt auferri.*
3 *Ceſſionarius ſuccedit in locum, & ius cedentis, cenſeturque vna, & eadem perſona.*

D E C I S I O CXXXIV.

STante pacto reſeruationis dominij, & regreſſus ad bona propria ad inuicē permutata in caſu euictionis, quod appoſitum in inſtrumento afficit rem ipſam, Reſolutum fuit ſententiam, de qua quæritur eſſe confirmandam,
1 quia de euictione dubitari non poteſt ex qua † datur intelligi licitum eſſe redire ad bona permutata, etiam penes tertium exiſtentia, ad latè firmata *per Surd. deciſ. 273. per totam, & per Gra-*
2 *tian. diſcept. 30. num. 19. & 20.* Præſertim † habita ratione dictæ reſeruationis dominij, quæ habet vim pacti manus iniectionis, ita vt à quocunque poſſeſſore poſſint auferri, *vt poſt Bar. Bal. Neguz. & alios, firmat Grat. diſc. 730. num. 1. & diſc. 946. num. 4. Rot. diuerſ. par. 1. deciſ. 262. num 4. & 6. & in recent. par. 2. deciſ. 305. num. 2. verſ. quia iſte eſt præcipuus effectus reſeruationis dominij.*

Neque obſtat, quod tale pactum fuerit appoſitum ad fauorem M. Antonij permutantis, non
3 autem R. D. Rinaldi. Quia cum † ipſe iura ceſſa habeat à filijs, & hæredibus M. Ant. & conſequenter ſuccedat in ius, & locum cedentium, cenſeaturque, vna, & eadem perſona, vt diximus *dec. 13. num. 3. & 4. deciſ. 44. num. 8. deciſ. 51. n. 4. deciſ. 55. num. 6. & deciſ. 61. num. 4.* potuit habere regreſſum ad bona permutata, prout potuiſſet cedens, *ad tex. in l. emptor. vbi Bal. C. de hæred. vel act. vend. & in l. ſi ager, vbi Bart. & alij, ff. de rei vendic. Rot. coram Greg. deciſ. 228. num. 1. & 2. & deciſ. 502. num. 1. & in recenti par. 2. deciſ. 524. num. 1. & deciſ. 551. num. 1. cum ſimilibus.*

A R G V M E N T V M.

Patet ex Summario:

S V M M A R I V M.

1 *Sententia lata ſuper deſertione eſt conformis, facitque numerum ſi concernat merita, & ſit confirmatoria aliarum, prout quando productis actis pronunciatur cauſa deſerta, & ſententias exequendas eſſe.*
2 *Secus verò quando ſimpliciter declaratur cauſa appellationis deſerta.*

DECISIO CXXXV.

EX quadam reſolutione D. Aloyſij Locũtenentis Curiæ generalis Marchiæ edita in lucem die 5. Iunij 1632. in qua firmatum fuit, quod ſententia lata ſuper deſertione, non dicitur diffinire idem negotium, nec concordare cum alijs, proptereaq; non facere numerum, nec conformitatem. Cum dubitatum fuerit in hoc Auditorio Maceraten. de ſimili reſolutione diſcuſſo articulo ſemel, & iterum in vna Tolen-
1 tinata, reſolutum fuit cum hac diſtinctione, † quod quando prima, & ſecunda ſententia ſunt latæ ſuper negotio principali, & tertia ſuper deſertione appellationis interpoſitæ, hanc tertiam facere numerum, ita vt dicantur tres conformes, vt firmarunt *Regin. de appell. §. 12. gloſ. 1. n. 13. Scacc. eod. tract. q. 17. lim. 1. n. 22.* Dummodo ta-

men tertiá concernat merita, & ſit confirmatoria aliarum, ſicut quando productis, & viſis actis inſtantiarum pronunciatur cauſa appellationis deſerta, & ſententias exequendas, prout eſt de ſtylo huius tribunalis, qui eſt conformia iuri communi, adnotatur per *Theſ. deciſ. 122. num. 12.* vbi dantur plures concordantes: Secus verò, quan-
2 do † appellatio eſt ſimpliciter declarata deſerta, quia hoc caſu ſententiæ ſunt difformes, & proinde non habet locum, *cap. 1. de ſent. & re iudic.* Sed ab illa datur appellatio, vt decreuimus in cauſa Folentinata, quoniam illud cap. habet locum, quando tres ſententiæ ſunt latæ conformes, & in omnibus eſt cognitum de iuſtitia, quod non eſt in caſu nostro, quando vltima eſt lata ſolummodo ſuper deſertione, vt individuo firmauit etiam *Rot. Roman. in antiq. deciſ. 3. alias 21. tit. de ſent. & re iudic. fol. 41.* & ita reſolutum, & ſæpè practicatum præſcripta reſolutione D. Locumtenentis non obſtante.

ARGVMENTVM.

Emptor qui poſſidet rem, & non ſoluit pretium, tenetur ad fructus recompenſatiuos, iuxta l. curabit, C. de act. empt: Etiam quod venditor non adimpleuerit promiſſa ex parte ſua.

SVMMARIVM.

1 *Emptor poſſidens rem, & pretium tenetur ad fructus recompenſatiuos.*
2 *Amplia etiam, quod venditor non adimpleuerit promiſſa ex parte ſua, & num. 6. & 10.*
3 *Menſuratio, ſeu liquidatio, non ſtatim facta, ſed ſuperueniens retrotrahitur, & operatur, ac ſi ab initio facta eſſet.*
4 *Menſuratione facta venditor conſequi debet pretium non ſolutum, vnà cum fructibus recompenſatiuis, & num. 14.*
5 *Emptor qui habet rem, & pretium, tenetur ad fructus recompenſatiuos, etiam ſine mora.*
7 *Per non implementum venditionis, non minuitur vſus rei venditæ, & traditæ.*
8 *Fructus recompenſatiui, debentur ex vſu rei venditæ.*
9 *Emptor locupletari, non debet cum aliena iactura.*
11 *Fructus recompenſatiui, non dicitur vſuræ, ſed damni reparatio.*
12 *Venditor ſatis dicitur, impleuiſſe ex parte ſua, tradendo rem liberam ad effectum, vt conſequi poſſit fructus pretij non ſoluti.*
13 *Emptor recipiens prædium non menſuratum, ſibi imputare debet, quia poterat abſtinere, donec menſuraretur.*
15 *Exceptio non implementi, non competit, vbi nullum reſultat damnum ex non implemento.*
16 *Emptor cui data eſt certa dilatio ad ſoluendum pretium, non tenetur ad fructus recompenſatiuos.*
17 *Secus ſi dilatio ſit incerta, quæ de ſui natura, quanto citius venit adimplenda.*

DECISIO CXXXVI.

1 CVm RR. PP. S. Auguſtini Ciuitatis N. per aliquot annos † habuerint penes ſe prædium emptum, & pretium non ſolutum venditori tempore debito, niſi pro medietate, fuit dictum, quod tenentur ad fructus recompenſatiuos pro rata pretij non ſoluti, ſecundùm diſpoſitionem *tex. in l. curabit, C. de act. empt. cum ibi notatis præſertim per Cagnol. num. 31. & ſeqq.* Non obſtante, quod venditor fuerit in mora implendi promiſſa pro parte ſua circa menſurationem terrarum vltimo loco tantummodo factam. Quia aut hoc deducunt emptores ad inducendam culpam in ipſo venditore; Et ob
2 id † non ſequitur, quod debeat venditor amittere fructus recompenſatiuos, cum hoc nullo iure cautum reperiatur, vt in ſpecie determinat *Rot. in recent. par. 3. deciſ. 370. num. 1. verſ. quia*
3 *fuit reſponſum.* Immò † menſuratio ſuperueniens retrotrahitur, & operatur, ac ſi ab initio facta eſſet, *Menoch. conſ. 858. num. 9. Coſt. de retrotract. cap. 8. q. 9. num. 10. fol. 110.* Ita vt
4 † illa adimpleta debeantur termini pecuniarum non ſolutarum cum fructibus recompenſatiuis, *Dec. conſ. 119. num. 1. in fin. Caphal. conſ. 609. num. 8. lib. 4. Hond. conſ. 44. num 26. lib. 1.* Aut verò hoc deducunt emptores ad excludendam eorum moram pretij non ſoluti ſtatuto tempore,
5 & non ſuffragatur, quia illi fructus † debentur etiam ſine mora, vt ſunt verba expreſſa, *tex. in d. l. curabit, vbi præſertim Cag. qui teſtatur de comm. num. 33. Surd. conſ. 101. num. 23. Gabr. conſ. 57. num. 3. lib. 1. Hond. d. conſ. 44. num. 29. Rot. in recent. d. deciſ. 370. num. 1. verſ. & fuit dictum.*

6 Et quod fructus recompenſatiui debeantur etiam pro tempore, pro quo non fuit impletum pro parte venditoris, tenent *Bal. & Paul. de Caſt. in l. 2. C. de vſur. ille, num. 4. iſte num. 1. Alex. conſ. 147. n. 4. lib. 5. Soc. Sen. conſ. 176. num. 4. lib. 2. Goz. conſ. 55. num. 14. Natt. conſ. 384. num. 11. Caphal. d. conſ. 609. num. 8. & ſeqq. Honded. d. conſ. 44. num. 25. & ſeqq. Surd. d. conſ. 101. num. 7. & 26. Gab. tit. de empt. & vend. concluſ. 4. num. 9. alter Gab. dict. conſ. 57. per tot. lib. 1. Couarr. var. lib. 3. cap. 4. num. 6. Mag. deciſ. Lucen. 17. num. 30. & fuit deciſum per Rot. coram Coccin. deciſ. 320. num. 2. & coram Greg. deciſ. 297. num. 2. & ibi Addeu. num. 12. & deciſ. 347. num. 10. & in recentior. part. 3. dict. deciſion. 370. numer. 2. & deciſion. 397. numer. 2. verſ.*

nam

Digitized by Google

nam aut emptor prætendi. Et ratio prædictorum
7 eſſe videtur, † quia per non implementum venditoris non minuitur vſus rei venditæ, & traditæ,
8 *Surd. d. conſ. 101. num. 23. in prin.* Cuius † vſus contemplatione debentur ſimiles fructus recompenſatiui, *Bal. in d. l. 2. num. 4. verſ. denuo quæritur, C. de vſur. Gab. d. conſ. 57. num. 5.* Ne em-
9 ptor † locupletetur cum aliena iactura contra *l. nam hoc natura, ff. de cond. indeb.* Nec ceſſat æquitas ob perceptionem fructuum, & propte-
10 rea, † non impeditur venditor quin fructus recompenſatiuos conſequi poſſit, licet menſuratio ſtatim non fuerit ſequuta, vt notat *Bal. in d. l. 2. num. 7. C. de vſur. & ſequuntur Alex. conſ. 31. num. 18. lib. 6. Hond. d. conſ. 44. num. 30. Rot. in recent. d. deciſ. 370. num. 3.* Non enim di-
11 cuntur † illi fructus vſuræ, ſed potius damni reparatio, *Surd. d. conſ. 101. num. 26* Et propre-
12 rea † ad hunc effectum recipiendi fructus recompenſatiuos, venditor ſatis impleuiſſe videtur, tradendo rem liberam quoad perceptionem fructuum, quod ſufficit, quamuis in cæteris non impleuerit, vt in puncto menſurationis docet *Caphal. d. conſ. 609. num. 9.* Eò magis, quia nihil deperit, quod menſuratio fuerit dilata, cum adhuc emptores remaneant debitoria pretij innu-
13 tabili ſumma. Sibique † imputare debent ſi prædium acceptauerant non menſuratum, quia poterant abſtinere, donec per venditorem totaliter impleretur, *Surd. d. conſ. 101. nu. 24. & ſeq.* vbi alios allegat *Hond. d. conſ. 44. num. 17. Rot. in ſepè allegata deciſ. 370. num. 3. prope finem.* Qua-
14 re † facta hodie menſuratione de qua legitimè conſtat, ceſſat profectò omnis amaritudo, & fructus recompenſatiui, vnà cum paghis maturatis, ſine difficultate ſunt ſoluendi, *Caph. d. conſ. 609. num. 9. verſ. qua relatione expedita*, cum aliis iuribus ſuprà copioſè deductis.

15 Nec poſſunt dicere emptores de non implemento, quando nullum reſultat intereſſe, ſeu damnum ex non implemento, *Surd. d. conſ. num. 24. & deciſ. 165. num. 39. Seraph. deciſ. 1243. num. 2. & 3. Greg. d. deciſ. 347. num. 11. & 20.*

16 Benè verum eſt, quod pro ea parte pretii, pro qua fuit data dilatio ad ſoluendum emptores faciunt fructus ſuos, nec tenentur ad fructus recompenſatiuos, dum tamen dilatio contineat certum, & determinatum tempus ab initio, *Gab. de emp. & vend. d. concl. 4. num. 21. alter Gab. conſ. 57. num. 5. lib. 1. Dec. d. conſ. 119. num. 3. Soc. Sen. conſ. 176. num. 11. lib. 2. Hond. d. conſ. 44. num. 4. Belt. ad Greg. d. deciſ. 297. num. 10. Cocc. d. deciſ. 320. num. 4. verſ. non tamen pro ea par-
17 te.* Secus autem † in dilatione incerta, & indeterminata, quæ de ſui natura venit quanto citius adimplenda, *Belt. vbi ſuprà, nu. 10. in fin. Rot. in rec. par. 3. dec. 397. num. 2. & 3.*

ARGVMENTVM.

Nomen debitoris in ſolutum cedens, & promittens de euictione, ac etiam de exigibilitate, ad quid teneatur, & quando dicatur ſequuta euictio.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſio ſimplex illa dicitur, quæ fit ad commodum cedentis, ſolutionis cauſa, & hæc liberationem, non operatur ante factam ſolutionem, & periculum eſt cedentis.*
2 *Ceſſio illa, dicitur vera, & habetur loco ſolutionis, cum nomina debitorum venduntur, in ſolutum dantur, vel ſubdelegantur.*
3 *Ceſſionarius, dicitur principalis creditor debitoris.*
4 *Periculum nominis, ceſſi in ſolutum ad quem pertineat.*
5 *Ceſſionarius, antequam agat contra cedentem, qui promiſit de euictione, & de exigibilitate, quas diligentias facere teneatur, & num. 16. & 19.*
6 *Ceſſionarius, dicitur procurator cedentis, ad commodum tamen proprium.*
7 *Procurator ſuſceptum mandatum ad finem producere debet.*
8 *Ceſſionarius tanquam procurator cedentis, poteſt contra debitorem ceſſum proponere omne ius, quod principali competebat.*
9 *Alias dicitur eſſe in dolo.*
10 *Et tenetur ad damna, & intereſſe mandantis.*
11 *Poſſeſſio cedentis transfertur in ceſſionarium, per clauſulam, ponens illum in locum ſuum.*
12 *Ceſſio in corporalibus idem operatur, quod traditio in corporalibus.*
13 *Negligentia ceſſionarij in exigendo nomen ceſſum ſibi imputatur.*
14 *Actio directa, quæ remanet penes cedentem, dicitur effecta inefficax, ſi ceſſionarius cœpit exigere vel litem aduerſus debitorem ceſſum conteſtatus fuit.*
15 *Executori creditur quoad actum executionis, & num. 20.*
17 *Ceſſionarius dicitur eſſe in culpa, ſi non exequitur contra quem exequi poteſt.*
18 *Dolus imputatur ei, qui contrarium facit eius, quod facere oportet.*
21 *Negligentia arguitur contra eum, qui non eſt vſus remedijs opportunis cum poſſet.*
22 *Promiſſio exigibilitatis, non trahitur ad perpetuitatem, cui natura dationis in ſolutum, & veriſimilis mens contrahentium reſiſtit.*

DECISIO CXXXVII.

Ontrauerti non poteſt duplicem eſ-
ſe nominis ceſſionem vnam ſimpli-
cem, qualis eſt illa, quæ fit ad com-
modum cedentis ſolutionis cauſa,
1 et † cum quis cedit iura ſua alteri
ad exigendum ab aliquo certam
quantitatem, vt de ea ſibi de credito ſatisfaciat,
& hæc ceſſio non habetur loco ſolutionis, aut ſa-
tisfactionis, ſed ſolum importat mandatum ſim-
plex, ita vt nullo modo contingat liberatio ante
factam ſolutionem, ſed cedentis ſit periculum,
non autem ceſſionarij, iuxta *gloſ. in l. legani, ad
fin. ff. de lib. leg. Alex. in l. ſi cum emptare, num.
4. verſ. vnde teneat, ff. de pact. Imol. in l. facta,
§. ſi hares, num. 4. ff. ad trebell. Soc. Sen. conſ.
37. per tot. lib. 4. Gab. conſ. 115. per totum, Eug.
conſ. 73. num. 16. lib. 1. Bec. conſ. 105. num. 16.
Cancer. variar. lib. 2. cap. 16. num. 168. Oſaſch.
deciſ. 62. num. 7. Maſtrill. deciſ. 179. ferè per to-
tam.* Et de hac ceſſione loquitur *tex. in l. 3. in
princ. C. de non.* dum ibi dicitur, quod poteſt re-
uocari, aut debitum exigi à cedente, dum non
concurrit vnum trium requiſitorum de quibus
ibi, in qua etiam procedunt quæſtiones, quas
firmat *Gratian. diſcep. 356.*

Alia verò ceſſio eſt cum nomina debitorum
venduntur, in ſolutum dantur aut delegantur,
2 & † hæc habetur loco ſolutionis, ita vt ex tunc
debitor cedens liberetur, dum debitor nominis
ceſſione contentatur, & de hac ceſſione loquun-
tur iura, *in l. ſi mandato meo, §. quod mihi debebas,
ff. mand. l. pupillus, §. ſoror. ff. de ſolut. l. inter
cauſas, §. abeſſe, ff. mand. l. delegare, ff. de nou.
& in d. l. 3. §. quod ſi, C. mand. Bal. in l. pro debi-
to, C. de bon. auct. Iud. poſſid. Gozad. conſ. 38.
Canc. d. cap. 15. num. 174. Soc. Gab. Oſaſch. &
Maſtrill. vbi ſuprà.* Qua diſtinctione ſic præmiſ-
ſa pro iuſtitia ſententiarum de quibus agitur,
3 concluſum fuit à maiori parte: ſiquidem † per
ceſſionem cenſus factam in ſolutum pro parte
DD. de Peregrinis, fuit abdicatum à ſe ipſis om-
ne ius, & transfuſum in perſonas Dominorum
de Baldaſſinis ceſſionariorum, qui propterea di-
cuntur principales creditores debitoris, iuxta
*tex. in l. 2. C. de donat. & in l. quaritur, §. remit-
tentibus, ff. de edil. edict. & in d. l. pupilli, §. ſo-
ror. ff. de ſolut. Cram. conſ. 191. num. 3. Bel. Rot.
Iannen. deciſ. 104. num. 11. Barz. deciſ. 110. nu.
2. & 3. Rot. ex impreſſ. penes Zacch. de oblig. Cam.
deciſ. 1. num. 8. & in recent. par. 3. deciſ. 133.
num. 1. deciſ. 465. num. 1. & deciſ. 535. num. 1.
& par. 4. deciſ. 373. num. 33.* cum alijs per nos
4 citatis, *deciſ. 55. num. 6.* Quod † ſtante ad ip-
ſos Baldaſſinos periculum nominis ceſſi ſpectare
videtur, ita vt non detur, nec dari poſſit regreſ-
ſus contra cedentes, niſi ſaltim conſtito, quod
cenſus ſit inexigibilis, & non poſſit fieri execu-
tio contra debitorem illius, adnotata *per Dec. in
conſ. 99. num. 4. Scac. de commerc. §. 2. gloſ. 5.
n. 252. cum alijs congeſtis, per Maſtrill. deciſ. 179.
5 num. 21.* Vnde † etiamſi cedentes promiſſerint
de euictione, & de exigibilitate, vt ſatisfiant cum
effectu Dominis de Baldaſſinis ceſſionarijs, ipſi
adhuc, qui mandatum ſuſceperunt tenentur vti
diligentia debita contra debitorem ceſſum, illam-
que ad finem perducere, conſequendo ſolutio-
nem in quantum fieri poteſt, *Amat. deciſ. Ferra.
16. num. 14.* & poſt illam declarationem Iudicis
obtinere, quod debitor ſit excuſſus, & repertus
non ſoluendo, cum non ſufficiat diligentia, vſ-
que ad ſententiam, niſi feratur interlocutoria ſu-
per excuſſione, *Scacc. d. §. 2. gloſ. 5. num. 255.*
6 Quoniam † ceſſionarius dicitur procurator ce-
dentis ad commodum tamen proprium, *l. plane,
vbi gloſ. & Bart. ff. fam. hercisc. Iaſ. in l. qui qua-
draginta, num. 2. ad trebell. Iac. de Aren. in tract.
de ceſſ. iurium, & act. num. 25. Mart. de clauſ.
par. 1. clauſ. 232. num. 1. & ſeqq. Rot. ex impreſſ.
7 per Zacch. d. tract. deciſ. 8. num. 4* Qui † procu-
rator ſuſceptum mandatum dubio procul tene-
tur ad finem perducere, *§. mandatum, Inſtit. de
mandat. Ruin. conſ. 44. vol. 1. Pariſ. conſ. 91. n.
10. lib. 1. Strac. de mercat. tit. de mandato, num.
51. Surd. deciſ. 304. nu. 4. & 5. Bell. Rot. Iannen.
deciſ. 9. num. 5. & 6. & rurſus, deciſ. 68. num. 5.*
8 Proponendo ſcilicet † contra debitorem, quod
competebat principali cedenti, *Soc. Iun. conſ. 27.
num. 7. lib. 2. Mantic. deciſ. 80. num. 4.* Alioquin
9 † dicitur eſſe in dolo, *l. dolus, ff. mand. Scac. gloſ. 5.
10 num. 27.* Et mandanti † datetur actio contra
mandatarium, ad damna ſcilicet, & intereſſe, *l.
ſi mandauero tibi, §. ſi cui, l. ſi quis alicui, §. qui
mandat, & l. ſi nuure, §. dedi tibi, ff. mandat. l.
ad comparendos, & l. in re mandata, C. eod. tit.
Dec. conſ. 68. num. 5. Surd. d. deciſ. 304. num. 6.
& 7. Bellon. d. deciſ. 9. num. 6.* Peregrini enim
11 cedentes † dicuntur transtuliſſe poſſeſſionem no-
minis debitoris ceſſi, in ipſos ceſſionarios po-
nendo illos in locum eorum, cum ceſſio actionum
in incorporalibus vim habeat traditionis, *Oſaſch.
deciſ. 50. num. 5. Rot. in recent. par. 1. deciſ. 614.
12 num. 2.* Operetur que idem, † quod traditio in
corporalibus, *gloſ. & doct. in l. fin. C. quando ad
fiſc. vel priuat. Bart. in l. ad eum quem, num. 1.
ff. de donat. Bal. conſ. 341. in fin. lib. 2. Surd.
conſ. 145. num. 37. & 38. Menoch. de retin. rem.
3. num. 259. & ſeq. Scacc. d. §. 2. gloſ. 5. nu. 263.*
13 Quamobrem † tenentur ceſſionarij ad dictas di-
ligentias, alioquin omnes negligentiæ ſibi impu-
tantur, vt poſt *Soc. Ruin. Gozad. Burſat.* & alios
firmat *Becc. conſ. 105. num. 25. & 26. Gratian. di-
ſcept. 527. num. 7. & ſeqq.* Præſertim in caſu pro-
14 poſito, † vbi ceſſionarij per plures annos exige-
runt cenſum, & deinde litem mouerunt, & man-
datum obtinuerunt contra debitorem ceſſum, &
conſequenter res non eſt amplius integra, quia li-
cet apud cedentes remaneat actio directa, illa

tamen

tamen dicitur effecta ineffıcax, & inanis, *Surd. cõſ. 22. num. 35. Bertaz. clauſ. 29. gloſ. 4. num. 5. & 8. Soc. conſ. 18. num. 15. & 16. lib. 1. Scac. dict. gloſ. 5. num. 265. Rot. in recent. par. 4. deciſ. 373. num. 38.* & diximus *deciſ. 29. num. 29.* Idcoque dicendum videtur, quod defecerint ceſſionarij, in ſalutari ſuo, dum ſuſcipiendo ceſſionem, & ſic mandatum non vſi fuerunt diligentijs neceſſarijs, prout alias in ſimilibus dictum fuit. Conſtat
15 enim † per relationem executorum, quibus in hoc creditur, *Tiraquell. de retract. conuent. gloſ. 9. num. 22. Gratian. diſcep. 527. num. 10. Greg. deciſ. 402. num. 2.* quod aderant bona ipſius debitoris ceſſi, in quibus etiam fuit executum man-
16 datum de quo agitur, propterea tenebantur † ceſſionarij dicta bona ſubhaſtari facere citatis citandis. Nec non impedimenta vxoris Bartholomæi Sabbatini remouere, inſtando coram Iudice pro moderatione inhibitionis obtentæ, ad euitandum negligentias, *Scacc. loc. citat. num. 260.* quam quidem moderationem de facili obtinere potuiſſent, ex quo ipſa mulier non eſt vxor Sabbatini Marci debitoris ceſſi, & inhibitio eſt reſtricta ad bona propria in dotem tradita, quæ conſiſtit in mobilibus, & non comprehendit bona ſtabilia de quibus agitur, & eſt conditionalis, dummodo infra certum tempus conficiat inuentarium de ipſis bonis dotalibus, & doceat coram Iudice ordinario de ſuo bono iure, quod in tempore factum non apparet, proinde dicuntur ceſ-
17 ſionarij † in culpa, & dolo, quia noluerunt exequi quod poterant, & tenebantur, *cap. licet, de*
18 *probat. in l. 6. l. dolo, ff. mand.* Dolus † autem imputatur ei, qui contrarium facit eius, quod facere debet, *l. ſi procuratorem, §. dolo, ff. mand. cum alijs per nos citatis, d. deciſ. 29. num. 32.*

Non obſtat modò, quod dicebatur ſufficere creditum ceſſum eſſe intricatum ad effectum habendi regreſſum contra cedentem, ex quo nomen non fuit ſimpliciter datum in ſolutum, ſed potius ceſſat actio ſolutionis cauſa, quo caſu periculum nominis non ſpectat ad Baldaſſines ceſſio-
19 narios, vt ſuprà in principio dictum eſt. † Quia Rota, & Doctores communiter, qui hanc ſectantur opinionem, volunt, quod per ceſſionarium non ſolum oſtendantur bona debitoris ceſſi eſſe intricata, ſed etiam, quod de facili extricari non poſſint, & ſic requirunt diligentias prænarratas, *Scacc. d. §. 2. gloſ. 5. num. 268. Cenc. de Cenſib. in addit. fol. 59. num. 58. Bellon. Rot. Iannen. deciſ. 156. num. 7. & 8. Rot. in Forolinien. ceſſionis coram Sacrato 29. May 1626.* cum alijs per nos deductis, *deciſ. 61. num. 11. & ſeqq.*

Neque releuat fides executorum facta ſub die 15. Ianuarij 1630. in qua dicitur eos non inueniſſe bona Bartholomæi Sabbatini, ad effectum exequendi mandatum, quod præ manibus habebant ex quo deducitur inexigibilitas dicti cenſus. Quia præterquam, quod fides non percutit perſonam Sabbatini Marci debitoris ceſſi, re-
20 ſpondetur, † quod ipſa tollitur ex alia probatione, & atteſtatione eorundem ſubſequutam die prima Februarii eiuſdem anni, in qua firmant executionem feciſſe in vna poſſeſſione Sabbatini Marci, & certi iuris eſt, quod creditur nuncio referenti ſe miſiſſe in poſſeſſionem bonorum debitoris, deſignando bona per confinia, vt poſt *Caſt. Dec. Salicet. & alios, docent Menoch. de adip. rem. 4. num. 932. & Greg. d. deciſ. 402. num. 2.*

Nec eſt curandum, quod cedentes promiſſe-
21 rint manutenere cenſum exigibilem. Quia † cum non reperiantur diligentiæ prædictæ; videtur ſanè in caſu noſtro, culpa, & facto ceſſionariorum cenſum fuiſſe effectum inexigibilem, ex quo ipſi tandiù fuerunt negligentes in petendo, & exigendo fructus: in faciendo exequi mandatum prædictum, & in faciendo ſubhaſtari bona capta in tenutam. Vnde cum ipſi à principio, & per multos annos exegerint fructus, vt dictum eſt, & conſequenter appareat cenſum in ſolutum datum, non ſolum fuiſſe exigibilem de tempore dationis, ſed etiam poſtea vixiſſe ſufficere adhoc, vt dica-
22 tur adimpleta exigibilitatis promiſſio, quæ † non debet trahi ad perpetuitatem, cui natura dationis in ſolutum, & veriſimilis mens contrahentium reſiſtit, vt benè ponderat *Bicc. d. conſ. 305. num. 25. & 32.* vbi dicit non eſſe veriſimilem quenquam eſſe adeo ſtupidum, vt voluerit perpetuo teneri ad exigibilitatem crediti dati in ſolutum, quam quidem opinionem vti æquam ſequitur, *Rot. coram Cocc. in Romana cenſus, veneris 5. Martij 1627.* Et ita deciſum. Verum quia conſtat alteram ex duabus ſententijs de quibus agitur, nempè ſecundam eſſe nullam ex defectu omiſſionis terminorum ſubſtantialium, fuit dictum nullitatem fore, & eſſe declarandam, cum condemnatione in expenſis ad fauorem DD. de Baldaſinis, & primam quoad merita confirmandam, iuxta praxim, quam docent, *Vant. de nullit. ex p. vlt. n. 133. & Scac. de appell. quæſt. 11. n. 13.* cum *alijs ſimilibus, qui allegare poſſent.* Et ita, &c. vtraque parte, &c.

AR;

ARGVMENTVM.

Teſtamentum primum habẽs clauſulam derogatoriam, non tollitur per ſecundum, niſi in eo facta ſit mentio ſpecialis clauſulæ derogatoriæ.

SVMMARIVM.

1 *Legata pia debentur etiam hæreditate non adita.*
2 *Et eorum dominium ipſo iure in Eccleſiam transfertur, abſque traditione aliquâ.*
3 *Locus pius legatarius, qui non tenetur ad Falcidium, poteſt capere poſſeſſionem rei legatæ auctoritate propria.*
4 *Teſtamentum primum in quo continetur clauſula derogatoria, non tollitur per ſecundum, niſi facta ſpeciali mentione illius clauſulæ.*
5 *Et generalis derogatio non ſufficit, ſed ſpecialis requiritur.*
6 *Teſtamentum factum ad pias cauſas ſi cõtinet clauſulam derogatoriam, duplicem derogationem continere dicitur, vnam à iure ſubintellectum, alteram verbis expreſſam.*
7 *Amplia.*
8 *Specialiter quando dicatur reuocata clauſula derogatoria.*
9 *Voluntas imperfecta probat voluntatem.*
10 *Vltima voluntas de iure Canonico, & in terris Eccleſiæ ſuſtinetur coram duobus teſtibus, & Parocho, vel cum quatuor teſtibus ſine Parocho.*
11 *Et ad pias cauſas cum duobus.*
12 *Legata nutu relinqui poſſunt.*
13 *Codicillum conditum coram Parocho & teſtibus, vt fidem faciant illi teſtes debent coram competenti Iudice deponere de illius tenore.*
14 *Limita.*
15 *Releuatio, & publicatio teſtamenti, vbi adſunt legata pia, poſſunt fieri coram Iudice Eccleſiaſtico, valebitque etiam reſpectu ſæcularium ob priuilegij communicationem.*
16 *Sententia contra ſententiam remanet nulla.*

DECISIO CXXXVIII.

DOmina Fiordiana de S. Geneſio duo condidit teſtamenta, primum de anno 1623. in quo inſtituto herede eius marito, tres modios terræ de ſua dote, poſitos in pertinentijs riparum iuxta ſua notiſſima latera, in ipſo teſtamento expreſſa, relinquit Venerabili ſocietati Sanctiſs. Roſarij erectæ in Eccleſia S. Mariæ Immaculatæ dicti loci, cum clauſula derogatoria, ſeu declaratione facta per codicillum ſcriptum manu R. D. Vincentij Bernabei, & ſubſcriptum à tribus alijs ſacerdotibus teſtibus per infraſcripta verba, *che caſo ella faceſſe altro teſtamento, ſi dichiara adeſſo per all' hora, voler laſciare detto terreno, come di ſopra.* Secundum verò condidit de anno 1629. in quo nulla facta mentione legati, ſeu codicilli, hæredes inſtituit Ioannem Baptiſtam, & Venantiam Iugales de Graſſellis, apponendo in fine hæc verba, caſſans, irritans, & annullans omne aliud teſtamentum, quia hoc præſens voluit omnibus alijs præualere. Qua teſtatrice defuncta, ſocietas legataria exhibitis teſtamento, & codicillo primo loco factis, petijt, & obtinuit terreni legati immiſſionem à D. Vicario Foraneo S. Geneſij Iudice deputato, deinde D. Vicarius Generalis Camerinen. viſo vltimo teſtamento per Iugales hæredes inſtitutos exhibito, ſtatim alteram decreuit immiſſionem ad eorum fauorem, amotis exinde ſocietate, & eius officialibus, qui cum Rotam appellauerint, pronunciauimus ſeruatis ſeruandis benè appellatum pro parte, & ad inſtantiam ſocietatis, & officialium, & male iudicatum per D. Iudicem à quo ad fauorem Iugalium in
1 hac parte. Nam cum † ceſſet omnis ſolemnitas iuris ciuilis in legatis pijs, debitis etiam hæreditate non addita, *Bart. in rep. l. 1. num. 66. C. de ſacr. ſanct. Eccleſ. Abb. in cap. relatum., de teſtam. Alex. qui teſtatur, de com conſ. 220. lib. 2. Tiraquell. de pia cauſa, Priuileg. 33. Gratian. diſcep. 62. num. 23. & ſeqq. Capell Tholoſ. deciſ. 89.*
2 *num. 1. Boer. deciſ. 41. num. 8.* Quorum † dominium ipſo iure in Eccleſiam transfertur, abſque traditione aliqua ab hærede facienda, *l. fin. vbi Iaſ., & cæteri Doctores, C. de ſac. ſanct. Eccl. Pereg. qui alias cumulat, tract. de fideicom. art. 8. num. 61. Seraph deciſ. 1394. nu. 6.* Conſequens eſt, vt dicamus rectè fuiſſe decretam, & datam immiſſionem in poſſeſſione illius terreni per Iudicem primum, cuius officium imploratum fuit
3 per ſocietatem, quæ † etiam auctoritate propria poſſeſſionem legati pij Falcidiæ non ſubiecti, vt probat *Auth. ſimiliter, C. ad leg. Fal.* accipere poterat, *gloſ. Cyn. Bal. Salic. & alij in l. 1. C. quor. legat. Capra. conſ. 32. num. 13. & 14. Ripa obſeruat. 322. Menoch. de Adip. rem. 2. num. 27. & ſeqq. Gratian. diſcept. 771. num. 49.* Quoniam de validitate legati dubitandum non eſt, licet ſecundum adſit teſtamentum reuocatorium primi, *§. poſteriore, Inſtit. quibus modis teſtam.*
4 *infir.* Siquidem † ad hoc, vt primum tolleretur, vnà cum codicillo continente Clauſulam derogatoriam, ſequi debebat in vltimo ſpecialis derogatio prioris facti ad fauorem piæ cauſæ, *Alex. & Iaſ. in l. ſancimus ille, num. 6. iſte, num. 14. C. de teſtam. Soc. Sen. conſ. 229. num. 11. lib. 2. Gra-*
5 *tian. diſcept. 312. num. 61. & ſeq.* Ex quo † illa generalis caſſans, irritans, &c. quæ eſt clauſula communis, & acceſſoria, non ſufficit, *Curt. Ian. conſ. 169. num. 8. vbi de communi. Aldob. conſ. 84. num. 24. lib. 1. Rot. coram Bratt. deciſ. 901. num. 3. verſ. nec ſufficit, & num. 22.* licèt indiuidua non ſit neceſſaria, ſed requiratur ſpecialis

tan-

tantum, *Crau. conſ. 85. Iaſ. in l. ſi mihi, & tibi, §. in legatis, num. 12. ff. de legat. 1. Rot. in recen. par. 2. deciſ. 721. num. 1. & coram Buratt. d. de-*
6 *ciſ. 901. num. 23.* Præſertim † in caſu noſtro vbi
duplex derogatio poſita reperitur, vna nempè à
iure ſub intellecta in teſtamēto pio, *vt per Soc. in d.*
conſ. 229. altera verò verbis expreſſis in codicillo
7 facto de anno 1624. Ideò † multo magis in ſpe-
cie tollenda erat, *Soc. d. conſ. num. 11. Mantic.*
de coniect. lib. 12. tit. 8. num. 21. Cæſ. de Graſ.
deciſ. 1. de teſtam. Rot. in recentior. dict. deciſion.
721. num. 4. & coram Duran. deciſ. 178. num. 8.
Non tamen per indiuiduam expreſſionem teſta-
8 menti, & codicilli ad pias cauſas facti, ſed † per
ſpecialem, faciendo mentionem de clauſula de-
rogatoria, puta dicendo non obſtante alio teſta-
mento continente legatum pium, vel habente
clauſulam derogatoriam, vel alio ſimili modo,
quia tunc dicitur fieri ſpecialis mentio, vt in in-
ciuiduo firmant, *Cenall. quæſt. 281. num. 4. Gra-*
tian. diſcept. 48. num. 20. & ſeqq. Rot. in recent.
par. 2. d. deciſ. 721. num. 2. & 3. & par. 5. de-
ciſ. 233. num. 10. & coram Buratt. d. deciſ. num.
24. Quæ omnia ceſſant in caſu noſtro, vbi tan-
tummodo fuit inſerta Clauſula generalis. caſſans,
&c. quæ non operatur effectum ſpecialis dero-
gationis, vt requiritur, *teſte Rot. in ſepè allegata,*
deciſ. 721. num. 7.

Nec obſtant, quæ dicebantur de nullitate co-
9 dicilli. Quia vltra, quod † imperfecta voluntas
probat voluntatem, ex qua legatum debetur,
Bart. in l. gerit, num. 18. ff. de acq. hæred. Alexat.
conſ. 144. num. 6. lib. 5. Soc. conſ. 127. num. 15.
10 *lib. 3.* Reſpondetur, † quod quælibet vltima vo-
luntas de iure canonico, & in terris Eccleſiæ vbi
verſamur, ſuſtinetur coram duobus teſtibus, &
Parocho, vel coram quatuor teſtibus ſine Paro-
cho, *iuxta tex. in cap. cum eſſet, de teſtam. Hond.*
conſ. 77. num. 14. & ſeqq. lib. 1. & conſ. 26. n. 1.
11 *& ſeqq. lib. 2.* Et ad pias † cauſas ſufficiunt duo
teſtes, Canoniſtæ *in cap. relatum, de teſtam. Hon-*
ded. d. conſ. 26. num. 3. Mantic. de coniect. lib. 6.
12 *tit. 3. num. 4.* Vel etiam † nuda mens, & nutus
teſtatoris ex quibus legata relinquuntur, *l. nutu,*
de leg. 3. l. & in Epiſtola, C. de fideicom. l. in le-
gatis 2. C. de legat. gloſ. mag. in cap. cum tibi de
teſtam. vbi communiter doctores præſertim, *Co-*
uar. num. 6. Alex. conſ. 100. num. 7. lib. 4. Surd.
conſ. 456. num. 35. & conſ. 487. num. 39. Fuſ. de
ſubſtit. quæſt. 39. num. 60. Clar. in §. teſtamen-
tum, quæſt. 6. num. 7. Capell. Tholoſ. d. deciſ. 89.
num. 4. Rot. diuerſ. par. 2. deciſ. 74. forè per to-
13 *tum.* Immò etiam † releuatio codicilli, ſatis aper-
tam videtur, ex quo dicti teſtes examinati coram
Vicario depoſuerunt de tenore illius codicilli,
iuxta praxim de qua per *Honded. in d. conſ. 26.*
14 *num. 9. lib. 2.* Quamuis † in codicillo ad pias
cauſas id non ſit neceſſarium, iuxta notata per
Clar. in d. §. teſtamentum, quæſt. 7. num. 2. Ne-
15 que † contrauenit poteſt iuriſdictio Vicarij,
quod ſcilicet proceſſus examinis Parochi, & te-
ſtium fieri debuerit coram Iudice ſeculari, non
autem Eccleſiaſtico, *per l. conſulta diualia, C. de*
teſtam. Couarr. Pract. quæſt. cap. 8. num. 1. Carol.
de Graſſ. Primo eff. Cleric. num. 561. Graſſ. §. te-
ſtamentum, quæſt. 61. num. 2. Hond. d. conſ. 26.
num. 11. Quia cum in hoc teſtamento contineran-
tur legata pia potuit pro releuatione teſtamenti
adiri Iudex Eccleſiaſticus, etiam contra hære-
dem laicum, *cap. relatum, de teſtam. l. 1. C. de*
Epiſc. Aud. Tiraquell. de Pia cauſa, priuil. 149.
Gutier. Pract. quæſt. 44. num. 2. lib. 1. & pro alijs
legatarijs intrat priuilegij communicatio, pro-
pter communem cauſam, *l. ſi communem, ff. que-*
mad. ſeru. amitt. Natt. conſ. 590. num. 16. Theſ.
deciſ. 177. num. 5. Rot. quæ prædicta omnia com-
plectitur in vna Perusina releuationis teſtamenti,
veneris 7. Maij 1632. coram Pirouano, quæ eſt imp.
per Gilan. ad ſtat. Peruſ. in verò. teſtamentum, fol.
16 *273. num. 13. & ſeqq.* Quare † ſententia ſecun-
da de immittendo, lata ad fauorem Iugalium
contra primam non reuocatam, nec nominatam,
ſicut eſt ipſo iure nulla, *l. 1. C. quand. prouoc. non*
eſt neceſſ. Rot. in recent. par. 4. deciſ. 232. num. 1.
cum alijs per nos cumulatis, *deciſ. 80. num. 1.*
Ita firmandum venit, quod ſit vndequaque iniu-
ſta, & reuocanda ex ſuprà latè deductis prout,
ita, &c.

A R G V M E N T V M.

Poſſeſſio capta vigore ſententiæ nullæ, dicitur ſpoliatiua, & capta per vim expulſiuam, itaut competat manutentio ad fauorem antiqui poſſeſſoris, qui non habuit ſe pro ſpoliato.

S V M M A R I V M.

1 *Manutentio datur poſſeſſori tempore litis motæ.*
2 *Confeſſio facta in libello, nocet confitenti.*
3 *Amotio, & priuatio præſuppoint præxiſtentiam.*
4 *Ægidiana eſt locus, quando ſententia lata eſt in Salviano, non admittente appellationem.*
5 *Limita quando ſententia eſt nulla, quia tunc eſt appellabilis.*
6 *Nec executioni demandari poteſt.*
7 *Poſſeſſio nulliter tradita, non priuat poſſeſſorem ſua poſſeſſione.*
8 *Neque impedit manutentionem habentis anteriorem poſſeſſionem.*
9 *Dummodo ipſe non habeat ſe pro ſpoliato.*
10 *Terminus citationis ad ſententiam, intelligitur reuocatus eo ipſo, quod Iudex admittit noua iura, & ſi ſententia feratur, dicitur ſine citatione lata.*
11 *Manutenibilis non eſt poſſeſſio proueniens à Iudice, qui nulliter procedit.*

12 *Sed*

12 *Sed potius dicitur ſpoliatiua, & capta per vim expulſiuam.*

DECISIO CXXXIX.

1 QVoniam poſſeſſoribus dandum eſt
mandatum de manutenendo, vt
probant *tex. in §. retinendæ, & in*
§. hodie, Inſt. de interd. illud ſanè
concedendum venit Euandro, &
Clementiæ in poſſeſſione terrarum
villæ Colis, in qua exiſtebant tempore litis motæ,
2 vt liquet, non tantum ex † confeſſione Cellij An-
drozi Aduerſarij facta in libello, *l. cum precum,*
C. de lib. cauſ. l. 2. vbi Bal. num. 3. de inſtit. &
ſubſtit. Dec. in l. edita, num. 10. C. de eden. Soc.
Sen. conſ. 244. num. 11. lib. 2. Rot. in recent. par. 2.
deciſ. 353. num. 2. verſ. & confeſſio. Quam etiam
3 † ex ſententia deſuper lata (ibi) amotis exinde
Euandro, & Clementia, quæ quidem amotio,
& priuatio præſupponit habitum. *l. manumiſſio-*
nes, ff. de Iuſt. & Iur. Rot. *ex impreſs. apud Statil.*
deciſ. 101. num. 4. & penes Greg. deciſ. 402. nu.
1. & deciſ. 458. num. 2. & ſeq. cum alijs per nos
citatis, deciſ. 15. num. 10. & ſeq.
Neque obſtat, quod ad fauorem aduerſarij la-
4 ta ſit ſententia in Saluiano, † quæ vigore Ægi-
dianæ reſpuit appellationem in hoc Statu Eccle-
ſiaſtico, vt notiſſimum eſt, ſicut diximus *dec. 3.*
5 *num. 1. & ſeqq. & alibi ſæpè.* Quoniam † id mi-
nimè procedit, quando notoriè conſtat de nulli-
tate ipſius, quæ operatur appellationem, vt pro-
bat ipſamet Conſtit. Ægidiana, & millies firma-
uit *Rot. vt teſtantur Contard. ad l. vnic. C. ſi de*
moment. poſs. in verbo Ægidiana, quæſt. 4. num.
6. Mareſc. var. lib. 2. cap 75. num. 27. & ſeq.
Greg. deciſ. 491. num. 5. Coce. deciſ. 417. num. 1.
cum alijs per nos deductis, deciſ. 38. num. 1. de-
6 *ciſ. 49. num. 8. & deciſ. 55. num. 1.* Ita vt † non
poſſit executioni demandari, *ad tex. in l. 4. §.*
condemnatum, ff. de re Iudic. Coce. deciſ. 438.
7 *num. 1.* Ex quo poſſeſſio † nulliter tradita per Iu-
dicem, non priuat poſſeſſorem ſua poſſeſſione,
Rot. diuerſ. par. 1. deciſ. 801. num. 7. verſ. quia
pro reſponſione, & in recent. par. 4. deciſ. 562.
8 *num. 4.* Nec † impedit, quominus ipſi rei con-
uenti ab ipſa appellantes manuteneantur, *But. in*
cap. cum dilectus, in fin. de cauſ. poſs. & propriet.
Menoch. de retinend. rem. 3. num. 849. & ſeq.
Pariſ. conſ. 39. num. 3. & 6. lib. 1. Mareſc. var.
lib. 2. cap. 64. num. 9. Caſ. de Graſs. deciſ. 4. de
cauſ. poſs. & prop. Rot. in recent. par. 2. deciſ.
147. num. 5. in fin. & par. 4. d. deciſ. 562. num.
4. Greg. deciſ. 458. num. 8. vbi latè Adden. Serap.
deciſ. 555. num. 9. Caualer. deciſ. 228. num. 4. &
deciſ. 242. num. 2, Coce. deciſ. 125. num. 4. Cum
9 † non habuerint ſe pro ſpoliatis, *Greg. deciſ. 336.*
num. 3. Coce. deciſ. 314. num. fin.
10 Nullitas autem ſententiæ ex eo potiſſimè de-
prehenditur, quia Iudex vnico conteſtu iura
producta admiſſit, copiam parti decreuit, &
ſententiam tulit, quod implicat contradictio-
nem, et patet ad ſenſum. Nam eo ipſo, quo
iura fuerunt admiſſa, conſtat ſententiam non
fuiſse latam, & lata ſententia non potuiſſent ad-
mitti iura, quia tunc Iudex functus fuiſset offi-
cio ſuo: Vndè concludenter apparet, quod ter-
minus citationis ad ſententiam pro ſeruato habi-
tus, intelligitur reuocatus eo ipſo, quod Iudex
admittit noua iura, & ſic ſententia remanet ſine
citatione, ad late tradita *per Gratian. diſcept.*
438. num. 4. & ſeqq. & diſcept. 959. num. 17.
& ſeqq. & per Belt. ad Greg. deciſ. 140. num. 17.
& 18. & per Rot. *ex impreſs. per Marsb. par. 1.*
fol. 1222. deciſ. 9. num. 3. Quare ſtantibus præ-
dictis non releuat poſterior poſseſſio Cellij An-
11 drozi de mandato Iudicis capta, quia † tan-
quam proueniens ab illo, qui nulliter proceſſit,
non eſt manutenibilis, *Bart. in l. 1. §. huiuſmodi,*
num. 3. ff. vti poſſid. Caſt. conſ. 10. num. 9. lib. 1.
Greg. deciſ. 549. num. 5. & notauimus, deciſ. 62.
12 *num. 8.* Sed † eſt ſpoliatiua, & capta dicitur per
vim expulſiuam, *Greg. deciſ. 336. num. 2. & 3.*
cum alijs per nos allegatis, deciſ. 116. num. 25.
Propterea non debet impedire manutentionem
ad fauorem dictorum Euandri, & Clementiæ,
etiam contra factum Iudicis, *Rot. in recent. par.*
3. deciſ. 539. num. 5. Et ita reſolutum.

ARGVMENTVM.

Obligatus in forma Cameræ, & cum Iuramento, ad redimendum cenſum, non dicitur impleuiſſe per cautionem, ſed per redemptionem, ad quam faciendam cum præciſè compelli poſſit, contra eum executiue agitur pro implemento.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis de redimendo, non impletur cautione.*
2 *Promittens aliquid cum iuramento, vel cum obligatione Camerali, tenetur ad ipſum factum præciſè, quando illud præſtari poteſt.*
3 *Procurator qui mandatum ſuſcepit illud exequi debet.*
4 *Redemptio cenſus fieri poteſt à quocunque etiam extraneo, & ſine mandato.*
5 *Obligatio Cameralis executionem paratam habet pro ſententia in inſtrumento in quo eſt appoſita.*
6 *Mora committitur per lapſum diei, vbi adeſt obligatio Cameralis.*
7 *Mora commiſſa in non faciendo ſuccedit obligatio ad intereſſe.*

8 Lo-

Digitized by Google

8 *Loco damnorum, & intereſſe venit reſtitutio ſortis principalis, vt deponatur pro implemento inſtrumenti obligationis, num 9. & 20.*
10 *Promiſſio facti alieni reſoluitur in promiſſionem facti proprij de adhibendo omnem diligentiam.*
11 *Diligentiæ adhibendæ per procuratorem conſtitutum ad redimendum cenſum in quibus conſiſtant.*
12 *Obligatus ſoluere alienum debitum, petere poteſt ceſſionem, quando illa cedenti non nocet, & ſoluenti prodeſt, & num. 15.*
13 *Ius excipiendi, ſeu retinendi acquiritur emptori cuius pecunia ad priorem creditorem venditoris peruenit.*
14 *Soluens alienum debitum, vel redimens cenſum, petere poteſt ceſſionem iurium, ſi habet intereſſe, & num. 16. & 17.*
18 *Procurator conſtitutus ad redimendum cenſum, debet ad vnguem ſeruare formam mandati.*
19 *Mora committitur per contra factum, vel non licitè factum, ſicut per non factum.*

DECISIO CXL.

CÆſar Vagnotius de anno 1630. die
18. Ianuarij vendidit R.D. Aſtori Ca-
lucio vnã eius poſſeſſionem pro pre-
tio ſcutorum 700. de quo emptor cũ
conſenſu venditoris exburſauit ſcuta
375. Flaminio Lucio, ad effectum re-
dimendi annuum perpetuum cenſum impoſitum
ſuper eadem poſſeſſione, prout ipſe redimere
promiſit, & infra quatuor menſes reportare ceſ-
ſionem iurium talium qualium, & quatenus de
iure ad fauorem Aſtoris, vt conſtat ex publico
inſtrumento iurato, & camerali obligatione vela-
to, quod die 11. Februarij anni ſubſequentis
1631. fuit exhibitum coram D. Vicario Firmano
pro parte eiuſdem Aſtoris, qui petijt terminum
aſſignari Flaminio ad docendum de adimplemen-
to, alias videndum relaxari mandatum execu-
tiuum contra eum pro dicta ſumma habita, &
contenta in inſtrumento exequendo. Quibus non
attentis D. Vicarius mandauit per Flaminium
præſtari idoneam cautionem ad fauorem Aſto-
ris de reficiendo omnia damna, & intereſſe paſſa,
& patienda, ob non reportatam ceſſionem ab hæ-
redibus Ægidij patroni dicti cenſus, à quo de-
creto cum fuerit interpoſita appellatio in Rota,
& dato dubio poſt ſeruationem terminorum; An
decretum illud eſſet in melius reformandum, fuit
reſolutum affirmatiuè; & dictum omnibus votis
Inſtrumentum exequendum eſſe, iuxta petita.
1 Quoniam † talis obligatio Flaminij de redimen-
do cenſum ad fauorem Cæſaris, & Aſtoris contra-
hentium, non impletur cautione, *Carthan. deciſ.*
15. num. 3. & 8. Rot. ex impreſſ. per Zacch. de oblig.
2 *Cam. dec. 1. num. 12.* Sed † per factum præciſum,
quando illud præſtari poteſt, prout in præſenti ca-
ſu: *Marcſc. var. lib. 1. cap. 88. num. 20. & cap.*
90. num. 7. Rot. diuerſ. par. 4. dec. 367. num. 3.
cum alijs pleno calamo cumulatis in noſtra. dec. 95.
3 *numer. 19.* Nam tanquam † procurator, qui
mandatum ſuſcepit ad recipiendam retrouendi-
tionem cenſus ad ceſſionem iurium tenebatur il-
lud exequi, *l. ſi tibi mandauero, §. ſicut, ff. mand.*
l. ad comparandas, & l. in re mandata, C. mand.
Surd. qui alios allegat. deciſ. 304. num. 4. & ſeqq.
4 Eò magis in re facili, & fauorabili, prout eſt † re-
demptio cenſus, quæ per quemcunque fieri po-
teſt, etiam extraneum, & abſque mandato. *Cenc.*
de cenſ. par. 3. cap. 1. quæſt. 3. art. 3. per totum,
5 *Rot. apud eundem deciſ. 271. n. 5.* Vndè † vigore
illius obligationis poteſt executiuè agi contra
eum pro implemento ſine mora faciendi proceſ-
ſum ordinarium, *Zacch. ad Gall. de oblig. Cam. q.*
2. num. 1. cum ſeqq. Rot. ex impreſſ. apud eundem,
dec. 12. num. 1. dec. 70. num. 1. dec. 98. num. 1. &
6 *alibi ſæpè.* Si quidem lapſo termino † quatuor
menſium infra quem facienda erat redemptio
cenſus, iuxta formam inſtrumenti dicitur com-
miſſa mora, ſtante ipſa obligatione Camerali, *l.*
magnam, C. de cont. & com. ſtipulat. vbi Doct. com-
muniter, l. aut qui aliter, §. 1. ff. de verb. obligat.
Hond. conſ. 39. num. 8. lib. 2. Mantic. de tacit. lib.
12. tit. 5. num. 28. Afflict. dec. 316. num. 1. Caualc.
dec. 5. num. 1. par. 1. Bell. Rot. Ianuen. dec. 61.
num. 6. & 9. dec. 139. num. 1. & deciſ. 150. num.
1. Giurb. qui alios congerit, deciſ. 114. numer. 7.
Grat. diſcept. 42. num. 19. diſcept. 708. num. 33.
& 34. & diſcept. 1000. num. 24. Rot. ex impreſſ.
penes Cenc. dec. 197. num. 1. & coram Coce. deciſ.
7 *204. num. 4. & dec. 256. num. 6.* Qua † mora
ſtante, ſuccedit obligatio expreſſa ad damna, &
intereſſe; *Bart. in l. ſtipulationes non diuiduntur,*
num. 40. ad fin. de verb. obligat. Grat. d. diſcep. 42.
num. 15. & 16. Rot. ex impr. per Cenc. dec. 9. n. 10.
8 Quorum loco, ſine dubio venit executio In-
ſtrumenti pro ſumma, habita, & recepta, vt ex-
tingueret cenſum, *Salvſt. in prax. lib. 1. cap. 58.*
num. 3. Gratian. diſcep. 301. num. 5. & 6. Giurb.
alios commemorans, deciſ. 114. num. 12. Rot. di-
uerſ. par. 1. deciſ. 741. num. 1. & apud Greg. de-
ciſ. 88. num. 3. & 10. deciſ. 241. in prin. & dec.
464. num. 4. & 5. Et ex impreſſ. per Cenc. deciſ.
197. num. 1. & ſeqq. & notauimus d. deciſ. 95.
9 *num. 9. & 18.* Ad effectum † deponendi pro im-
plemento prædictorum, *Marcſc. var. lib. 2. cap.*
61. num. 6.

Neque obſtant, quæ dicebantur de promiſſio-
10 ne facti alieni. Quia † etſi promiſſio reportandi
ceſſionem, ſit facti alieni, reſoluitur tamen in
promiſſionem facti proprij de adhibẽdo omnem
diligentiam, *gloſ. in cap. ex literis, el ſecondo, de*
ſponſal. Surd. deciſ. 234. num. 16. Belt. ad Greg. d.
dec. 241. num. 8. Rot. penes Zacch. dec. 38. num. 1.
& in recent. part. 2. dec. 676. num. 11. & par. 4.
11 *dec. 67. num 1. & 2.* Quæ diligentiæ † conſiſtunt
in intimatione, & diſdicta cenſus, in depoſitione
pecuniarum, & ſimilibus, *Cenc. d. tract. par. 3.*
cap. 1. quæſt. 3. art. 1. num. 18. Seraph. dec. 1413.
num.

num. 2. Nec non in petitione ceſſionis iurium ta-
lium qualium, & quatenus de iure, iuxta formam
11 ſuæ obligationis. Cum † huiuſmodi ceſſio ad fa-
uorem Actoris emptoris, qui pactus eſt, vt pretiũ
ſolueretur creditoribus ipſius venditoris, non
videatur eſſe incongrua, & extranea, præſertim,
quando prodeſſe poteſt ſoluenti, & non nocet cre-
13 ditori, *Greg. dec. 347. num. 14. & 15.* Idque †
ad effectum, vt ipſe emptor ſubintret in locum
creditorum, & repellere poſſit poſteriores iuxta
ſeriem ſuæ conuentionis, *Grat. diſcept. 269. num.
8. 34. & 38. & diſcept. 963. num. 19. Mag. dec.
Florent. 59. num. 14. Mantic. dec. 69. num. 3. Rot.*
14 *diuerſ. par. 4. dec. 318.* Immò † generaliter cui-
cunque ſoluenti pro ſuo intereſſe debet fieri ceſ-
ſio, *Grat. diſcept. 49. num. 36 & diſcept. 793. num.
18. Roderiq. de annuis redit. lib. 2. quæſt. 16. num.*
15 *27. Giurb. dec. 87. num. 20. & ſeq.* maximè † cum
non prætendatur niſi talium qualium iurium, &
dummodo, &c. quæ cum cedentibus non noceat,
& ceſſionario proſit, & ſemper eſt facienda, *Grat.
d. diſcept. 793. num. 20. & dec. 215. num. 3. Greg.*
16 *d. dec. 347. num. 15.* Nec † creditores cenſus il-
lam recuſare poſſunt, ex quo redemptio illius fit
de pecunijs ipſius Actoris, qui dicitur dominus, &
poſſeſſor poſt emptionem, & ſua intereſt habere
iura cenſus antiqui in caſu moleſtiarum, vel eui-
ctionis, *Caſtrenſ. in l. ſi res obligata, num 4. & 5.
ff. de legat. 1. Grat. diſcept. 701. num. 4. Caſt. de
port. rat. quæſt. 115. num. 6. & 7. Scac. de com.*
17 *§. 2. gloſ. 5. num. 81.* Tanto magis, † quia cenſus
de quo agitur non eſt creatus, ſeu debitus ab
ipſo Cæſare Vagnotio venditore fundi, ſed ab
auctore illius, & ab alijs coobligatis, ad quos
ſpectat ſoluere cenſum, & liberare poſſeſſionem
venditam, ideoque deberet ceſſio contra eos,
*Grat. dec. 215. num. 2. & 10. Giurb. d. decis. 87.
num. 22.*

Neq; releuat inſtrumẽtum in Rota productum
pro parte Lucij Quia licet contineat redemptio-
nemq; cenſus vltimo loco factam, tamen non ap-
paret eundem adimpleuiſſe iuxta tenorem ſuæ
obligationis, cum retrouenditio, & ceſſio iurium
caueret ad fauorem ipſiuſmet Flaminij vti viri D.
Marchionæ hæredis Alexandri Barlocij, & conti-
neat tãtummodo liberationem dictæ Marchionæ
18 à iuribus cenſus, & tamen † vti procurator, qui
pecuniam ab Actore recepit ad redimendum, &
recipiendum ceſſionem, non poterat prædicta
facere nomine proprio, ad latè tradita per *Surd.
dec. 229. num. 28. & dec. 304. num. 12.* Sed te-
nebatur ad vnguem ſeruare formam ſui mandati,
l. diligenter, ff. mand. Cenc. de cenſ. par. 3. cap. 8.
19 *quæſt. 3. art. 7. num. 47. & ſeqq.* Et proinde † ſi-
cut, non dicitur purgata mora, quæ committitur
per contrafactum, vel malè factum, ſeu non licitè
factum, ſicut per non factum, *Aret. conſ. 156. in*
20 *fin. Cocc. decis. 204. num. 4.* Ita † per conſequẽs
rectè ſuccedit executio inſtrumenti pro ſumma
habita, & recepta ratione damnorum, & inte-
reſſe, vt dictum eſt ſupra, & ſignanter firmat *Rot.
in recent. par. 4. decis. 67. num. 7. & 10.* vbi quod
licet condemnatio facta ſit ad ipſum factum, ta-
men eius loco ſoluitur intereſſe, quia idem cenſe-
tur iuris interpretatione.

ARGVMENTVM.

Primum extremum in ſpolio plenè, & concludenter eſt probandum. Et de manutentione danda poſſeſſori, ſiue poſſeſſionem probet ex confeſſione partis enunciantis eum detentorem, & occupatorem, & petentis reintegrationem; ſiue ex verbis ſententiæ amoto, &c.

SVMMARIVM.

1. *Primum extremum in ſpolio, non probatur præ-
ſumptionibus.*
2. *Sed plenam, & concludentem probationem re-
quirit.*
3 *Probatio ſpolij dicitur impoſſibilis, ſine probatio-
ne poſſeſſionis.*
4 *Sine qua non competit actio ſpolij.*
5 *Teſtes parte non citata, nulliter examinantur.*
6 *Teſtes examinati ſine mandato Iudicis non probãt.*
7 *Fides gradum aliquem probationis non facit.*
8 *Teſtibus non teſtimonijs fides eſt adhibenda.*
9 *Maximè ſi facta ſit lite pendente.*
10 *Ceſſibile eſt, quidquid eſt tranſmiſſibile.*
11 *Immiſſus in poſſeſſionem ex primo decreto efficitur
detentor,*
12 *Pro qua detentione datur ſpoliato remedium rein-
tegrandæ.*
13 *Remedium reintegrandæ competit hæredi ex perſo-
na defuncti.*
14 *Inſtrumentum probat ſolum inter eos, qui interfue-
runt, & rogauerunt notarium.*
15 *Dum tamen conſtet illum cecidiſſe à poſſeſſione
per iniuſtas cauſas dum viuebat.*
16 *Reintegrationem petens contra aliquem fatetur il-
lum poſſeſſorem.*
17 *Poſſeſſio ad effectum manutentionis probatur ex
aſſertione partis nominantis aduerſariorum de-
tentorem.*
18 *Poſſeſſio in dubio præſumitur iuſta, & legitima.*
19 *Confeſſio poteſt acceptari in parte reiecta qualitate,
quæ eſt contra iuris præſumptionem.*
20 *Clauſula (amoto) in ſententia Iudicis probat poſ-
ſeſſionem ad effectum manutentionis, & nume-
ro 21.*

DE.

DECISIO CXLI.

Reſolutum fuit omnibus idem ſentien-
tibus, non fuiſſe probatum pro parte
DD. Didaci Caroli, & Alexandri de
Tholomæis primum extremum in re-
medio reintegrandæ petito, & obten-
to contra Catherinam Lazarinam de
1 S. Iuſto; Quod quidem † probandum erat non
præſumptiuè, *Rot. diuerſ. par. 2. deciſ. 165. num.
5. & par. 3. lib. 3. deciſ. 337. in fin. & deciſ. 543.
num. 3. & ex imp. per Pic. ad ſtat. Vrb. deciſ. 57.
num. 2. Belt. ad Greg. deciſ. 423. ſub num. 1.* Sed
2 † plenè, & omninò concludenter, *Plot. in l. ſi quan-
do, num. 185. C. vnd. vi, Menoch. de recup. re-
med. 15. num. 408. Rol. conſ. 50. num. 16. lib. 2.
Natt. conſ. 630. num. 5. & 6. Surd. conſ. 73. num. 1.
Gionag. conſ. 8. num. 91. & conſ. 11. num. 51. lib.
1. & conſ. 39. num. 22. lib. 2. Gratian. diſcep. 502.
num. 1. & 12. Caput. deciſ. 368. & deciſ. 370.
par. 2. Rot. diuerſ. par. 2. d. deciſ. 165. num. 1. &
in recent. part. 2. deciſ. 170. num. 9. par. 4. deciſ.
361. num. 1. & 8. part. 6. deciſ. 139. num. 4. &
par. 7. deciſ. 294. num. 5. & penes Greg. d. deciſ.
423. num. 1. & penes Canaler. deciſ. 240. num. 1.*
3 Quinimò † dicitur impoſſibilis probatio ſpolij ſi-
ne probatione poſſeſſionis, *Abb. in cap. olim, in
primo notab. de reſt. ſpoliat. Sol. ad conſtit. Sab. tit.
de reſt. ſpoliat. gloſ. vnic. num. 19. Dec. conſ. 671.
in prin.* Rol. *conſ. 6. num. 1. vol. 2. & in deciſ. no-*
4 *ſtra 60. num. 19. & 20.* Sine qua † poſſeſſione
non competit hoc remedium, *capit. cum ad ſe-
dem, de reſtit. ſpoliat. Soc. in l. rem, quæ nobis,
num. 16. ff. de acq. poſſ. Cocc. deciſ. 494. num. 3.*
5 Teſtes enim † quibus DD. de Tholomæis vtun-
tur ad hunc extremum probandum ſunt nulliter
examinati, non tantum ex defectu citationis par-
tis ad videndum illos iurare, *cap. in nomine do-
mini, vbi Fælin. & alij, de teſtib. l. ſi quando, C.
eod.* Rot. *in non. deciſ. 1. num. 1. de fid. inſtrumen.
Caput. deciſ. 274. num. 3. par. 3. Greg. deciſ. 268.
num. 2. Cocc. deciſ. 82. num. 4. Mantic. deciſ. 155.
num. 2. & 3. deciſ. 203. nu. 2. & deciſ. 206. nu. 1.*
6 *& ſeqq.* Sed etiam † ex defectu ipſius examinis
facti à Vicario foraneo Terræ S. Iuſti, ſine com-
miſſione Vicarij generalis Firmi Iudicis cauſæ, &
ſic nulliter, *gloſ. in l. iubemus, C. de lib. cauſ. gloſ.
antepen. in l. hac conſultiſſima, §. penult. vbi Bal.
num. 1. C. de teſtam. idem Bal. conſ. 481. num. 3.
lib. 4. Crot. de teſtib. num. 257. Farinac. eod. tract.
quæſt. 80. num. 118. Cocc. deciſ. 182. num. 6.* Nec
7 † fides in Rota producta gradum aliquem proba-
tionis facit, *Authen. ſi quis in aliquo, C. de eden.
Alex. conſ. 33. num. 3. lib. 3. Ceph. conſ. 384.
num. 21. Seraph. deciſ. 106. num. 3.* Rot. *in recent.*
8 *par. 2. deciſ. 692. num. 7.* Cum † teſtibus legiti-
mè examinatis, & non teſtimonijs fides ſit adhi-
benda, *l. 3. §. idem diuus, ff. de teſtib. Mantic. dec.
51. num. 6. & deciſ. 357. num. 5.* Præſertim quan-
9 do † apparet facta lite pendente, prout in præſen-
ti caſu, *Rot. in recent. par. 2. deciſ. 323. num. 4.*

Nec obſtat, quod R. D. Ludouicus Tholomæus
qui inſtituit hæredes prædictos Didacum, & con-
ſortes ſoluerit ſcuta 200. Petro Hieronymo Bra-
manti fideiuſſori Ioannis Mariæ Tholomæi, cuius
ipſa Catherina ſe dicit hæredem, & ab eo recipit
ceſſionem tenutæ captæ ad inſtantiam eiuſdem
fideiuſſoris ſuper domo, de qua agitur, vt per in-
10 ſtrumentum exhibitum; Quæ quidem ceſſio † te-
nutæ valide facta videtur, cum ceſſibile ſit, quid-
quid eſt tranſmiſſibile, *Tiraquell. de retract. con-
uent. §. 26. gloſ. 3. num. 21. cunctis alijs per nos*
11 *allegatis, deciſ. 46. num. 11. & ſeqq.* Ex qua † ſi
non acquiſita fuit poſſeſſio, ſaltem cenſetur ac-
quiſita detentatio, ſeu ſtatus in tenutam captam,
*l. 3. §. fin. ff. de acquir. poſſ. Menoch. de retinen. re-
med. 3. num. 225. Grat. qui alios allegat. deciſ. 12.*
12 *num. 11. & 12.* Pro qua † detentatione datur vti-
que remedium reintegrandæ, *cap. querelam, vbi
Abb. num. 12. de elect.* Rot. *in recentior. par. 2.*
13 *deciſ. 393. num. 3.* Quod ipſi † Didacus, & con-
ſortes de Tholomæis intentare potuiſſent, ex per-
ſona Ludouici defuncti cuius ſunt hæredes, *Put.
deciſ. 189. lib. 1. & deciſ. 176. nu. 1. & 2. lib. 2.*
Rot. *in recent. par. 2. deciſ. 9. num. 1.* Quia omiſ-
ſo, quod non conſtat de morte dicti R. D. Ludo-
14 uici. Reſpondetur † inſtrumentum illud minimè
nocere poſſe Catherinæ, cum non probet conten-
ta in eo, niſi inter ipſas partes, qui eius celebra-
tioni interfuerunt, & rogauerunt notarium, *Surd.
conſ. 60. num. 21. Grat. diſcept. 49. num. 6.* Rot.
in recent. par. 2. deciſ. 106. nu. 2. Inſuper reſpon-
15 detur, † quod pro parte dictorum Didaci, & con-
ſortum, non fuit probatum R. D. Ludouicum fuiſ-
ſe ſpoliatum dum viuebat, cum hæres agens re-
medio reintegrandæ ex perſona defuncti, tenea-
tur docere ipſum defunctum cecidiſſe à poſſeſſio-
ne, ſeu detentatione in vita ſua, *Beninten. deciſ.
12.* Rot. *Lucen. diu. deciſ. 130. Canal. deciſ. 531.
num. 3. & 4. cum alijs, quos retulimus, & ſequu-
ti ſumus, deciſ. 116. num. 4. & ſeq. & latius, de-
ciſ. 123. num. 22. & 26.* Propterea ex his dictum
fuit ſententiam de reintegrando latam per D. Vi-
carium Archiepiſcopatus Firmi Iudicem à quo-
ad fauorem R. Didaci, & Dominorum Caroli, &
Alexandri de Tholomæis eſſe reuocandam, & Ca-
therinam de Lazarinis, contra quam ſententia
lata fuit, manutenẽdam in poſſeſſione domus, de
16 qua agitur, ſiquidem † ipſi de Tholomæis inten-
tando contra eã actionem ſpolij per verbum rein-
tegrari, vt in proceſſu apparet, tacitè fatentur illã
poſſidere, *Barg. dec. 47. n. 26. Surd. dec. 70. n. 9. &
dec. 232. n. 2. Greg. dec. 200. n. 3. & 6. vbi dantur cõ-*
17 *cordantes:* Et † ex ſola nominatione detentionis,
occupationis, & ſimilium verborum probatur
poſſeſſio, ſufficiens ad manutentionem, vt ex
Greg. diximus deciſ. 62. num. 2. licet enim ex his
verbis videatur, quis confiteri poſſeſſionem vi-
18 tioſam; Attamen iſta † confeſſio, cum habeat
præſũptionem cõtra ſe, quia poſſeſſio præſumi-

tur iuſta, & legitimâ, *l. merito, ff. pro ſoc. Cravet. conſ. 550. nu. 5. cum alijs citatis, d. deciſ. 62.*
29 *num. 3.* poteſt † acceptari reſpectu poſſeſſionis reiecta illa qualitate vitij, quæ eſt contra iuris præſumptionem, *Bart. in l. Aurelius, §. idem quærit, ff. de lib. leg. Greg. deciſ. 200. num. 3. & 5. & deciſ. 458. num. 5. & d. deciſ. noſtra 62.*
30 *num. 5.* Stantibus † maximè verbis dictæ ſententiæ ibi (amota Catherina) ex quibus pariter eius poſſeſſio probatur ad effectum manutentionis,
31 *Coec. deciſ. 14. num. 3.* Eò quia † amotio præcedentem poſſeſſionem omninò includit, ſicut priuatio præſupponit habitum, *l. manumiſſiones, ff. de iuſt. & iure, l. decem, ff. de verb. oblig. Oſaſc. deciſ. 120. num. 7. Capel. Tholoſ. deciſ. 437. num. 2. Greg. deciſ. 402. num. 1. & deciſ. 458. num. 2. quos retulimus. deciſ. 15. n. 10. & ſeqq.* Et ita, &c.

ARGVMENTVM.

Decimæ, aliæ ſunt ſpirituales, aliæ temporales. Et quando, & cui debeantur ſpirituales, & temporales.

SVMMARIVM.

1 *Decima ſpiritualis eſt triplex, ſcilicet prædialis, perſonalis, & mixta.*
2 *Prædialis, eſt quæ ſoluitur de fundi fructibus collectis intra confines Parochiæ.*
3 *Perſonalis eſt, quæ ex opera, & induſtria perſonæ ſoluitur Eccleſiæ, vbi recipiuntur ſacramenta.*
4 *Mixta eſt, quæ de fructibus animalium ſoluitur, vbi illa paſcuntur.*
5 *Decimæ, aliæ ſunt ſpirituales, & aliæ temporales.*
6 *Decima temporalis eatenus debetur, quatenus docetur de exiſtentia, & contractu illius.*
7 *Conſenſus omnium requiritur in obligatione voluntaria, non neceſſaria.*
8 *Præſcriptio contra ius, tantum habet in potentia, quantum de vſu.*
9 *Et non extenditur de perſona ad perſonam, nec de re ad rem.*
10 *Sed militat tantum contra eos, qui ſubiecti reperiuntur per conſuetas præſtationes.*
11 *Obſeruantia optima eſt interpres cuiuſlibet diſpoſitionis.*
12 *Obſeruantia eſt attendenda, vbi dubitatur, an decima debeatur, vel non.*
13 *Obſeruantia arguit veritatem.*
14 *Et omnem remouet ambiguitatem.*
15 *Decimarum perceptio pertinet ad Capellam, quæ noniter, & legitimè in Parochiam fuerit erecta ſi Epiſcopus illas nouo Parocho ad præſcriptum Sac. Conc. aſſignauit.*

DECISIO CXLII.

Cathedralis Eccleſia Ciuitatis Aſculanæ habet intra limites Parochiæ, cuius Vicarius perpetuus eſt R. D. Maulus Vanarellus capellam in contrata vallis Aſſeuſanæ, ſub inuocatione S. Mariæ, cuius modernus Capellanus amouibilis eſt R. Bartholomæus Cauccius electus à dicto Vicario, & approbatus ab Illuſtriſſimo Epiſcopo; Parochiani autem dictæ vallis Sacramentum Baptiſmatis in dicta Eccleſia Cathedrali matrice ſuſcipiunt, & ibidem decimam prædialem perſoluunt; cetera verò Sacramenta recipiunt ferè omnes de manu ipſius Capellani, cui inhabitantes, & recipientes, ab eo Sacramenta, annuatim ſoluunt præbendas tres frumenti pro quolibet colono, & qualibet vinea, quæ ratione motus R. Bartholomæus Capellanus, die 4. Aprilis anni *1633.* iudicialiter cõuenit Ioannẽ q. Ioãnis Antonij Preti, colonũ vineę Camilli Antonelli, & vineę Ioannis Petri de Bellucijs, ad ſolutionem dicti frumenti, ſub aſſerto titulo decimarum perſonalium, ſiue focalium (vt verbis illius vtamur) pro tempore, & ſpatio quatuor annorum, quibus ipſe Bartholomæus fuit Capellanus, pro qua ſumma executionem obtinuit à D. Vicario Aſculano. Verum cauſa per appellationem introducta in Rota cum dubitaretur, An decretum eſſet confirmandum, diſcuſſo articulo duximus nega-
1 tiuè reſpondendum eſſe. Nam cum † triplex tantum decima ſpiritualis reperiatur, nempe prædialis, perſonalis, & mixta, *gloſ. in cap. nuncios, de decim. Azor. Inſtit. moral. lib. 7. cap. 23. verſ. tertio quæritur, Ricc. in prax. par. 2. reſol. 323. num. 2.* illam vtique quam prætendit Capellanus
2 à dicto Ioanne Colono, Prædialis non eſt, † prout ipſe met fatetur, & dat manus, quod ſoluatur, prout ſemper factum eſt Parocho Eccleſiæ Cathedralis, qui de iure intentionem fundatam habet in decimis prædiorum exiſtentium intra limites ſuæ Parochiæ, vbi fructus colliguntur, vt in præſenti caſu non controuerſo, *cap. fin. vbi doct. de Paroch. & alien. paroc. cap. quoniam, cap. ad Apoſtolica, & cap. cum in tua de decim. Rebuff. tract. de decim. quæſt. 6. num. 19. & quæſt. 7. n. 3. & ſeqq. Monet. eod. tract. cap. 7. num. 17. Grat. diſcept. 595. num. 1. Ricc. in prax. par. 4. reſolut. 294. num. 1. Barb. de off. & poteſt. Paroch. cap. 28. §. 2. num. 17. & 32.* cum innumeris alijs per
3 nos allegatis, *dec. 131. n. 9. 10. & 58.* Perſonalis † non eſt, quia hæc ſoluitur ratione Sacramentorum, & ſic Eccleſiæ, vbi ipſe Ioannes recepit, & recipit Sacramenta, *cap. ad Apoſtolicæ Sedis, vbi gloſ. in verbo perſonalis. de decim. Monet. d. tract. cap. 3. n. 7. & in puncto, Ricc. in d. prax. par. 2. reſ. 323. n. 2. in princ. & latiſſimè omnium Barb. d. ca. 28. §. 2. n. 26. & ſeqq.* Non autem Capellæ præfactæ S. Mariæ in qua nunquam recepit Sacramẽ-

tia,

ta, nec ab ipſo, nec ab alijs Capellania, vt con-
ſtat in proceſſu ſignanter ex depoſitione quatuor
Capellanorum anteceſſorum: Quod etiam com-
probatur ex qualitate rei prætenſæ, quia frumen-
tum petitum prouenit ex fundo, decima verò per-
ſonalis prouenit, & debetur ex induſtria, vel
opera perſonæ, nimirum, ex mercatura, opifi-
cio, negotiatione, venatione, piſcatione, & ſi-
milibus, *d. cap. ad Apoſtolicæ Sedis, vbi gloſ. in verb. perſonales, de decim. Rebuff. eod. tract. quæſt. 3. num. 29. Azor. d. cap. 23. verſ. 3. quæritur*. Mi-
4 xta † non eſt, quia de fructibus animalium ſol-
ueretur, vt puta de fæno, lana, vel animalibus,
ibidem paſcentibus, *cap. peruenit, de decim. Azor. loc. cit. verſ. mixta eſt decima, Monet. d. cap. 3. num. 9. Ricc. d. reſol. 323. num. 3. verſ. non eſt mixta*. Quamobrem cum decima ſpiritualis illi
nequaquam debeatur inſpecto iure communi,
multo minus illi quantitas petita debetur tan-
5 quam † decima temporalis, quæ quamuis repe-
riatur in rerum natura, ſecundum illam diſtin-
ctionem, quod aliæ ſint decimæ ſpirituales, aliæ
temporales, vt per *Bal. conſ. 419. vol. 1. & per Beron. conſ. 84. num. 41. & ſeq. vol. 1. Bellin. ad*
6 *Greg. deciſ. 404. ſub num. 2. lit. B.* Attamen in †
præſenti caſu non docetur per Capellanum de
exiſtentia illius per contractum, ſeu conuentio-
nem aliquam, ſine qua talis decima, ſeu potius
præſtatio annua non debetur, *Rot. in recent. par. 1. deciſ. 684. num. 1. & 2.*

Neque obſtare videbatur, ſi mutato propo-
ſito Capellanus affirmaret, quod hanc decimam,
ſeu annuam præſtationem non petit vti debitam
de iure communi, vel de iure ſpecialis contra-
ctus, ſed potius ex quodam beneplacito, & con-
ſenſu illius populi, vel virtute conſuetudinis, &
poſſeſſionis à tempore immemorabili, & ſic iure
7 præſcriptionis: Quoniam adhoc † vt debeatur
ex beneplacito omnium, conſenſus requiritur
tanquam obligatio ſit voluntaria, non neceſſaria,
iuxta *cap. fin. vbi Innoc. Abb. & alij de maiorit. & obed. Felin. in cap. cum omnes, num. 17. in fin. de conſtit. Rot. in recent. par. 2. deciſ. 755. num. 4 in fin.* Si verò virtute conſuetudinis præſcriptæ,
8 reſpondetur pariter, quod † huiuſmodi præſcri-
ptio, ſeu conſuetudo contra ius, tantum habet in
potentia, quantum de vſu, & nihil amplius, *l. ius ſingulare, l. quod vero, ff. de legib. Surd. conſ. 332.*
9 *num. 9. Mantic. deciſ. 284.* Et † non extenditur de
perſona ad perſonam, neque de re ad rem, *l. 3. §. ſi quis hoc interdicto, vbi Bart. de itin. act. priu. d. l. ius ſingulare, ff. de leg. Bal. conſ. 275. vol. 2. Purp. conſ. 522. num. 12. Mantic. d. deciſ. 284. n. 6. cum alijs per nos relatis, deciſ. 36. num. 11. & de-*
10 *ciſ. 131. nu. 40. & 41.* Sed † militat tantummo-
do reſpectu eorum, qui per ſolutiones factas ſu-
biecti reperiuntur dictæ præſtationis, *l. 1. §. hoc interdicto, ff. de itin. actuque priuat. & notatur in cap. cum contingat, vbi Abb. & alij, de decim. Rebuff. d. tract. quæſt. 14. num. 9. & 10.* Ricc. *d. re-*
ſol. 323. num. 3. verſ. replicabatur, & num. 4.
Non autem reſpectu ipſius Ioannis, qui nunquam
ſoluit, nec recepit Sacramenta in ipſa Capella, vt
de obſeruantia teſtantur præfati Capellani an-
11 teceſſores, quæ quidem obſeruantia, optima † eſt
interpres cuiuslibet diſpoſitionis, *l. quædam, ff. de reb. dub. l. ſi de interpretatione, l. minime, ff. de leg. Surd. conſ. 370. num. 18. Gab. conſ. 66. n. 4. lib. 2. Giurb. conſ. 92. nu. 14. Mantic. deciſ. 296.*
12 *nu. 3.* Et eſt † attendenda, vbi dubitatur, an deci-
ma debeatur, *Rot. in recent par. 1. deciſ. 448. n. 3.*
13 Ex quo † arguit veritatem, vt diximus, *deciſ. 50.*
14 *num. 427.* Et † omnem remouet ambiguitatem,
cap. cum dilectus, de conſuet. cap. cum veniſſent, de inſtit. Mantic. deciſ. 119. num. 12. Eſt tamen hic
15 animaduertendum † quamuis extra rem noſtrã,
decimarum perceptionem pertinere ad Capellã,
quæ nouiter, & legitimè in Parochiam fuerit ere-
cta, quantumcumque intra limites alterius Paro-
chiæ erigatur, vt in ſpecie firmat, *Abb. in cap cum contingat, num. 8. de decim.* dum tamen id fiat de
mandato Epiſcopi iuſſu, & neceſſaria cauſa inter-
ueniente, *gloſ. in cap quicunque, 16. quæſt. 1. in verb. antiquiores, Rot. diuerſ. par. 2. deciſ. 5. num. 2.*

Nec officitur *tex. in cap Eccleſia, & in cap. qui-cunque, 16. quæſt. 1.* dum dicunt nouas Eccleſias
conſtruendas non eſſe cum præiudicio antiquarũ,
ſaltem quoad decimas, quia pro reſponſione eſt
notandũ, iura illa non procedere, quando ex iu-
ſta rationabili, & neceſſaria cauſa ab Ordinario
examinata, & approbata nouo Parocho ad præ-
ſcriptum, *Sacr. Conc. Trid. ſeſſ. 21. cap. 4. de ref.*
aſſignantur, conſiderata qualitate, & circumſtan-
tia loci, beneficij perſonarum, & onerum, cum
alijs de quibus, per *Rebuff. de cong. Port. quæſt. 8.*
Prout ſignanter declarant *gloſ. in d. cap Eccleſia, Barb. d. cap. 28. §. 2. num. 16. Rot. in recent. par. 4. deciſ. 497. num. 1. & 6.*

A R G V M E N T V M.

Confeſſio ficta, & contumacialis, quid
operetur: Et de dote, cuius fauore
vnus hæredum promiſſoris poteſt
conueniri in ſolidum: Et quando in-
teruſuria dotis non ſolutæ remiſſa
cenſeantur per maritum.

S V M M A R I V M.

1 *Scriptura priuata non recognita, nihil probat.*
2 *Stante præſertim oppoſitione partis.*
3 *Confeſſio ficta, & contumacialis, non ſolet admitti à Rota Maceraten. niſi ſeruata forma cap. 2. de confeſſ. in 6.*

4 *Vel niſi ſeruata forma conſt. Marcb. lib. 5. cap. decimonono.*

5 *Citationis defectus, reddit ſententiam nullam.*

6 *Omnes quorum intereſt, & qui lædi poſſunt veniunt citandi;*

7 *Obligatio à duobus facta, intelligitur pro virili.*

8 *Fauorem dotis poteſt vnus hæredum promiſſoris conueniri in ſolidum.*

9 *Solutione illius, quod debetur, ſublata dicitur omnis actio.*

10 *Teſtes de auditu proprio à parte, probant.*

11 *Clauſula pro reſiduo, totam ſolutionis probationem concludit.*

12 *Nulla melior eſt probatio, quam confeſſio partis.*

13 *Solutio quoandoque probatur coniecturis.*

14 *Maritus præſumitur diligens in exactione dotis, propter onera matrimonij.*

15 *Præſertim ſi pauper ſit, quia tunc ſubeſt cauſa vtendi diligentia.*

16 *Solutio præſumitur ex diuturnitate temporis.*

17 *Confeſſio qualificata, quæ non habet contra ſe præſumptionem iuris, debet acceptari, prout iacet.*

18 *Interuſuria dotis non vxori, ſed viro debentur propter onera matrimonij.*

19 *Interuſuria dotis non ſoluta, hæredes mariti defuncti, petere non poſſunt, cum taciturnitate ipſius remiſſa videantur.*

20 *Limita duobus modis, & num. 21.*

DECISIO CXLIII.

MAriangela vxor Fabij Thomæ de Podio Bretæ, Comitatus Aſculi, poſt mortem viri productis capitulis matrimonialibus contra eius fratres Petrum, Gaſparem, & Magdalenam petijt, & obtinuit à Iudice executionem pro contentis in ipſis, necnon pro interuſurijs à die moræ, vſque ad diſſolutionem matrimonij, & pro expenſis. Cauſa autem per appellationem ad Rotam deuoluta, vbi dato dubio poſt ſeruationem terminorum, an ſententia D. Iudicis, à quo ſit confirmanda, vel potius infirmanda, reſolutum fuit illam eſſe infirmandam, tanquam nullam, & iniuſtam:

1 Nullitas deducitur, † quia data fuit executio folio capitulorum matrimonialium non recognito, prout oportebat, tanquam ſcriptuca priuata, *cap. 2. de fid. inſt. l. inſtrumenta, l. rationes, & l. exemplo, C. de probat. Auth. ſi quis, C. qui pot. in pign. hab. Pariſ. conſ. 115. num. 5. lib. 4. Riminald. Iun. conſ. 39. num. 9. & ſeq. Rot. in recent. par. 3. de-*
2 *ciſ. 145. num. 3.* Stante Præſertim † oppoſitione partis, *Gratian. diſcept. 677. num. 10. & ſeqq. Rot. in nou. deciſ. 2. de fid. inſt. & diuerſ. par. 3. lib. 3. deciſ. 151. num. 1. & in recent. par. 1. deciſ. 303. num. 1. & par. 2. deciſ. 143. num. 3. & par. 3. deciſ. 452. num. 1.* Neque releuat, quod ſubſtantia illorum contineatur, & probetur in poſitionibus exhibitis, & habitis pro creditis, & confeſſatis in contumaciam partis. Quoniam
3 † confeſſio hæc ficta, & contumacialis ita de facili non admittitur, *Grat. deciſ. 171. iuxta ſtylum Rotæ* Romanæ, *de quo teſtantur Veſt. in Prax. lib. 5. cap. 14. num. 4. Scac. de Iudic. par. 2. cap. 7. n. 502. Greg. deciſ. 460. num. 14. & 18. Rot. in rec. par. 3. deciſ. 558. num. 3. in fin.* Niſi præciſè ſeruata forma, *cap. 2. de confeſſ. in 6. vbi Franch. n. 5. & 9. Seraph. deciſ. 408. num. 4. Belt. ad Greg. d. deciſ. 460. n. 18.* Nempè, quod principali comperto in iudicio, poſitiones ſibi fuerint lectæ, quod in faciem fuerit monitus à Iudice reſpondere, & abſque rationabili cauſa id facere recuſauerit, quod accuſata fuerit ex parte ponentis contumacia in termino non reſpondendis, & quod ſequuta fuerit interlocutoria iudicialis facti declaratoria, *vt per Bell.* Rot. *Ianuen. dec. 161.*
4 *num. 10. & ſeq.* Vel † niſi præmiſſa citationibus, & alijs ad formam *conſtit. Marcb. lib. 5. cap. 19.* quæ omnia ceſſant in caſu noſtro.

5 Quibus accedit alia nullitas nempè ſententiæ reſpectu Perſij, & Gaſparis, qui fuerunt conuenti à principio, & non citati ad illam ſententiam, quæ propterea dicitur nulla, *l. 1. §. item cum ex edicto, ff. quæ ſent. ſin. appell. reſcin. l. de vno quoque, ff. de re Iudic. l. nam ita diuus, ff. de adopt. Grig. deciſ. 4. num. 1. Rot. in recent. par. 2. deciſ. 365. num. 2. & par. 4. deciſ. 272. num. 1. & deciſ. 558. num. 1. & 2.* Nequè obſtat, quod Dominus Locumtenens terminum habuerit pro ſeruato ad ſententiam præſente D. Vannino: Quia ille erat procurator Magdalenæ tantum, & nihil-
6 ominus † omnes quorum intereſt, quique lædi poſſunt, veniunt citandi, pro vt ſanè factum fuit à principio. iuxta tenore eorum obligationis,
7 quæ † facta ſimpliciter intelligenda eſt pro virili, *vt per tex. in l. reoe, §. cum in tabulis, ff. de duob. reis,* cum allegatis *per Surd. conſ. 150. num. 34. & conſ. 488. nu. 2. quem ſequitur Caualer. dec. 466.*
8 *num. 1.* Licet aliud † firmandum eſſet ſi verſaremur in hæredibus promiſſoris dotis, ob cuius fauorem vnus illorum conueniri poſſet in ſolidum; Nequè excipiet, quod actio diuidatur ſecundum communem, de qua per *Doct. in l. 2. ff. de hæred. act. pulchrè, Grat. diſc. 16. num. 15.* vbi reprobat in ſpecie *Surd.* contrarium tenentem *in deciſ. 90.* per totam.

Iniuſtitia verò deducitur, quia Iudex condemnauit ad illud, quod ſolutum apparet, per quam
9 † ſolutionem ſublata dicitur omnis actio, & obligatio, *l. nulla, & l. obligatione, C. de ſolut. §. 1. Inſtit. quib. mod. toll. obligat.* Rot. *in recent. par. 4. deciſ. 434. num. 1. in fin.* Teſtes enim adhuc effectum examinati deponunt fuiſſe ſolutos ad computum dotis florenos 96. quod comprobatur ex confeſſione eiuſdem Mariangelæ de auditu ab eius viro. Inſuper conſtat ex proceſſu fuiſſe emptum per reos conuentoa quoddam prædiolum pro florenis 121. & conſignatum dictis iugalibus pro implemento dotis conſtitutæ in florenis 200.

Et

Digitized by Google

10 Et licet teſtes † ſint de auditu, vt ex aduerſo opponebatur, tamen probant, quia deponunt de auditu proprio ab ipſis coniugibus, *cap. teſtes, vbi gloſ. in verb. audiuerunt, 3. quæſt. 9. cap. ſuper prudentia, 14. quæſt. 2. Borell. in ſum. deciſ. par. 2. tit. 13. num. 27.* Accedente maximè confeſſione Mariangelæ de florenis 9. pro reſiduo, & ſupple-
11 mento dotis, quæ † clauſula totam vtique, ac integram ſolutionis probationem concludit, *gloſ. in l. ſi ex pluribus, in verb. reliquum, ff. de ſolut. Mantua de ſolut. & oblat. cap. 4. num. 51. & cap. 26. per tot. Bellon. Rot. Iannen. deciſ. 27. num. 5. & deciſ. 60. num. 6. Vinc. de Franch. deciſ. 45. num. 1.*

12 Cum nulla melior ſit probatio, quam confeſſio partis, *l. cum te, C. de tranſ. l. generaliter, C. de non num. pec. Iaſ. in l. ſtita, num. 20. ff. de verb. oblig. Bal. conſ. 192. num. 8. lib. 2. Cur. Iun. conſ. 181. num. 5. Surd. conſ. 60. num. 1.* Rot. *in rec. par. 4. deciſ. 157. num. 2. & 4.* vbi quod eſt maior probatio omnibus alijs probationibus, & fortior inſtrumento, & ſuperat omnem defectum ſcripturæ. Ex quibus ſatis videtur conſtare de integrali ſolutione dotis, ſtantibus præſertim ali-
13 quibus † coniecturis ex abundanti deductis, *Maſcard. concluſ. 1318. nu. 26. Surd. d. deciſ. 105. nu. 10.* Rot. *in recent. par. 3. deciſ. 154. num. 4.* Qua-
14 rum prima eſt, † quod præſumitur Fabium maritum, tanquam ſuſtinentem onera matrimonij, fuiſſe diligentem in exactione, *Cean. conſ. 77. n. 10. & 11. Grat. diſcept. 581. num. 4. Surd. d. de-*
15 *ciſ. 105. num. 2.* Eò magis † cum ſubeſſet cauſa vtendi diligentia propter eius paupertatem, ob quam credendum non eſt, quod tale incommodum dilatæ ſolutionis æquo animo laturus eſſet, *Alex. conſ. 183. num. 19. lib. 6. Simon. de Pret. conſ. 68. num. 1. Surd. d. deciſ. num. 3.* Secunda
16 coniectura deſumitur † ex lapſu temporis in exactione crediti, *Dec. conſ. 596. num. 9. Cæph. conſ. 140. num. 8. & 9. Afflict. deciſ. 13. nu. 19.* Cum ſit regulare, quod ex diuturnitate temporis quo creditor diſtulit petere à debitore præſumatur ſolutio debiti, *Surd. conſ. 189. num. 5. Afflict. d. deciſ. 13. num. 2.*

Non obſtat, quod dicebatur de credito dotis Mariangelæ conſtare ex confeſſione Petrij vnius ex fratribus obligatis. Quia licet fateatur dotem,
17 dicit tamen illam ſolutam, & proinde † confeſſio qualificata, quæ non habet contra ſe præſumptionem iuris acceptari debet, prout iacet nulla facta diuiſione, *Bar. in l. Aurelius, §. idem, ff. de leg. Surd. conſ. 258. num. 4.* Rot. *in recent. par. 2. deciſ. 525. num. 2. & deciſ. 772. num. 12. cum alijs per nos citatis, deciſ. 75. num. 1. & 5.*

Demum pro iniuſtitia ſententiæ deducitur, quod Iudex condemnauit dictos fratres ad interuſuria dotis ſoluenda Mariangelæ à die moræ,
18 vſque ad obitum mariti; Et tamen illa † debentur viro, non autem vxori, propter onera matrimonij. *l. de diuiſione, vbi Bar. num. 4. & alij, ff. ſolut. mat. cap. ſalubriter, de vſur. idem Bart. conſ. 94. num. 8. lib. 1. Mag. deciſ. flor. 83. num. 1. & 2. Greg. deciſ. 80. num. 4. & 5. cum alijs per nos allegatis, deciſ. 83. nu. 1. & deciſ. 115. n. 11.* Et propterea quatenus ipſi fructus debeantur, actio ad illos exigendum, non vxori competeret,
19 ſed hæredibus Fabij eius mariti. Nam † quamuis ex communi ſententia doctorum, non liceat hæredibus mariti defuncti petere interuſuria dotis non ſolutæ, quæ per maritum dum viueret petita non fuerant, cum taciturnitate longi temporis ſubſecuta morte ipſius remiſſa, & donata præſumantur, vt diximus *deciſ. 83. num. 6.* Attamen
20 hæc † ſententia, ſeu regula ſuas habet limitationes, quarum vna deducta fuit *in d. deciſ. 83. n. 7.*
21 *& 8.* Alia verò † ad propoſitum facit nimirum, quod non procedat, quando dos fuit promiſſa marito ab alijs, quam ab ipſamet vxore, vt in præſentiarum, quia tunc non habet locum præſūpta remiſſio, *Alex. conſ. 63. num. 17. lib. 4. & conſ. 208. num. 10. lib. 7. Beron. conſ. 52. nu. 25. lib. 2. Rol. conſ. 65. num. 22. lib. 4. Surd. conſ. 290. num. 51. lib. 2.* Ac ideò concluſum fuit vndequaque ſententiam iniuſtam eſſe.

ARGVMENTVM.

Trāſactio ad ſpecificata tantùm reſtringitur, ſecundùm diſpoſitionem legis ſi de certa, C. de tranſactionibus.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio generalis reſtringitur ad rem expreſſam ſuper qua lis pendebat.*

2 *Tutor de geſtis, & adminiſtratis rationem reddere tenetur.*

DECISIO CXLIV.

MOrtuo Cyriaco Blancheſio in pupillari ætate, & hinc orta controuerſia reſpectu illius ſucceſſionis inter Perpetuā matrem, & Coſimum patruū, fuit aſſignata dos ipſi Perpetuæ, & in reliquis deuentum ad tranſactionem, ſob his verbis, ſcilicet: *per concluſione dell'accordo, le ſopradette parti di commun conſenſo conuengono, che tutti, e ſingoli altri beni hereditarij del detto q. Sig. Ciriaco, tanto mobili, quanto ſtabili, ò ſe mouenti, ragioni, crediti, debiti, & attioni di qualunque ſorte, in qualunque loco eſiſtenti, e donunque in futuro poſſi in qualunque tempo trouarſi, debbiano*
1 *diuiderſi per metà.* Quo ſtante † reſolutum fuit pro maiori parte omnia prædicta verba tranſactiona, & quæ poſtmodum ſubſequuntur infraſcripto modo, renunciando ad inuicem,

& viciſſim, *reſpettiuamente ad ogni altra ragione, pretenſione, che in qualſiuoglia mudo à l' vna, & all'altra delle parti, & in qualſiuoglia tempo, & per qualſiuoglia cauſa, ò titolo competente, ò poteſſe competere in futuro, per occaſione della ſudetta heredità, e beni, ſenza veruna riſeruatione, le quali tutte dette parti ſi condonano ad inuicem, & rimettono liberamente*; Eſſe inquam dicta verba intelligenda, regulanda, & reſtringenda ad ſpecificata, & ad ſuam cauſam, hoc eſt iuxta contentionem, & litem præcedentem, quæ erat tantum circà modum ſuccedendi, nec vlterius extendenda eſſe, *l. ſi de certa, vbi Bart. Bal. Salic. Caſt. Alex. Iaſ. & alij, C. de tranſact. l. quoties, C. fam. hercisc. l. cum dies, §. plenum, ff. de arb. Pariſ. conſ. 89. num. 45. lib. 1. Natt. conſ. 546. num. 6. & ſeqq. Lancell. Gall. conſ. 42. num. 6. & ſeq. Eug. conſ. 13. num. 39. lib. 2. Hond. conſ. 6. num. 35. & conſ. 49. num. 1. & ſeqq. lib. 1. Mar. de ſucceſſ. par. 4. quæſt. 21. art. 14. num. 43. & 45. Gratian. diſcep. 737. num. 11. & ſeqq. Surdi deciſ. 217. num. 1. & ſeqq. Greg. deciſ. 158. num. 1. & ſeqq. Mantic. deciſ. 245. num. 13. & in rec. par. 3.*
2 *deciſ. 108. nu. 1.* Propterea que † non poſſe tranſactione præſtare impedimentum quin Coſimus patruus, cogere poſſit Perpetuam matrem Cyriaci ad rationem reddendam, pro tempore, quo ipſa adminiſtrauit tanquam tutrix, prout ſanè de iure reddere tenetur, *l. 1. §. officio, ff. de tutel. & rat. diſt. l. rationes, & l. aduerſus, C. de adm. tutor. Menoch. de arb. caſ. 209. num. 1. & ſeqq. Munnac. de ratioc. cap. 3. num. 12. Seraph. deciſ. 1408. Rot. in recent. par. 1. deciſ. 690. num. 1.* Idque ad effectum, vt ipſe Patruus de reliquatu conſequi valeat portionem ſibi debitam in ipſis bonis Cyriaci, iuxta tenorem ſtatuti, & transactionis inter partes; Et conſequenter ſententiam D. Iudicis à quo abſolutoriam à petitis per Coſimum eſſe reuocandam; Et ita deciſum.

ARGVMENTVM.

Fiſcus eſt quaſi hęres delinquentis, eiuſque perſonam repręſentat, ita vt creditoribus ſuper bonis confiſcatis ſatisfacere cogatur.

SVMMARIVM.

1 *Iura fiſcalia Communitas habere poteſt ex Priuilegio Principis cui eſt ſubiecta.*
2 *Facta publicatione bonorum debitoris, ille amplius à creditoribus conueniri non poteſt.*
3 *Sed pro mortuo habetur.*
4 *Et ipſa ciuilis obligatio extinguitur.*
5 *Iniquum eſt actionem dari contra eum, cui ſunt ablata bona.*
6 *Fiſcus delinquentis eſt quaſi hæres.*
7 *Illumque repræſentat, & num. 8.*
9 *Et creditoribus illius de bonis confiſcatis ſatisfacere cogitur.*
10 *Quia in omnes condemnati actiones actiuas & paſſiuas ſuccedit.*
11 *Et omnes illius obligationes præſtare tenetur de bonis, quæ ad eum peruenerunt.*
12 *Hæres vnus volens redimere partem cenſus ſibi tangentem, poteſt compellere cohæredem ad alterum partem redimendam.*
13 *Agens ad rem libere tradendam, loco damnorum, & intereſſe petere poteſt ſortem, ad effectum liberandi rem eius ab altero obligatam.*
14 *Diſpoſitio l. hæreditatum, ff. ad l. Fal. non procedit, niſi vtraque parte conſentiente.*

DECISIO CXLV.

De anno 1627. DD. Franciſcus, & Hieronymus de Amianis germani fratres Ciuitatis Fani deuenerunt ad diuiſionem bonorum paternorum communium ſub diuerſis pactis, & conuentionibus, & ſignanter, quod in portione aſſignata Hieronymo comprehenderentur duo cenſus, vnus ſcutorum 883. monetæ Ducalis in ſorte, & alter ſcutorum 762. monetæ Papalis ſimiliter in ſorte, quorum vſusfructus, quia ex ordinatione paterna ſpectabat, & ſpectat, ad D. Eleonoram eorum matrem dum eſt in humanis, Franciſcus promiſit ſoluere Hieronymo in recompenſationem ſcuta 150. quolibet anno incipien. à die 7. Martij 1632. durante vita Eleonoræ matris vſufructuariæ. Inſuper conuenerunt, quod de cenſu ſcutorum 205. in ſorte fundato ab eorum Patre, & vendito D. Commendatario Marcolino, vnus quiſque ipſorum teneatur in ſe accollare, prout fecerunt medietatem. Nec non conuenerunt, quod alter alteri teneretur de euictione, & indemnitate bonorum receptorum. De anno verò 1631. Communitas dictæ Ciuitatis Fani habens iura fiſcalia ex priuilegio
1 Summorum Pontificum, ad quos † talis conceſſio ſpectat, *l. ſimile priuilegium, ff. ad munic. Galg de iure pub. lib. 4 tit. 5. num. 11.* omnia ipſius D. Franciſci bona publicauit ob aſſertum cō-
2 miſſum delictum, ex qua † publicatione factum eſt, vt ipſe Franciſcus debitor amplius à creditore conueniri non poſſit, *l. ſi debitor, C. de ſent. paſſ. l. 2. ff. eod. l. 2. vbi Bal. & Salyc. C. ad l. Iul. de vi pub. Rot. in recent. par. 3. deciſ. 365. num. 1.*
3 Publicatis † namque bonis omnibus pro mortuo habetur, *§. publicatione, Inſtit. de ſociet. Giurb.*
4 *conſ. crim. 45. num. 2.* Et ipſa † ciuilis obligatio, quo ad ipſum extinguitur, *l. ſi debitori, vbi Bar. num. 1. ff. de fideiuſ. l. fin. ff. de duob. reis, l. fin. ad fin. C. de ſent. paſſ. Pereg. de iure fiſc. lib. 5. tit. 1.*
5 *num. 53. Gram. deciſ. 85. in fin.* Iniquum enim † eſſet in eum actionem dari, cui ſunt ablata bona, *l. fin.*

l. fin. ff. quæ in fraud. cred. Herjag. de fideiuſſ. c. 20.
6 *§. 14. num. 5.* Et proinde † cum fiſcus ſit quaſi
hæres illius, *l. ſi tutorem, C. de vi pub. Gram. conſ.*
7. num. 1. Bertaz. conſ. crim. 489. num. 6 Giurb.
conſ. 55. num. 14. Pereg. vbi ſuprà, num. 53. &
54. Grivel. Dol. ſenat. deciſ. 3. num. 18. Cuius vi-
7 cea ſubſtinet, *l. fiſcus, ff. de vſur.* E † quem re-
preſentare videtur, *l. inter coe. §. fin. ff. de fideiuſſ.*
Dec. conſ. 442. num. 28. Ruin. conſ. 23. num. 24.
lib. 5. Capbi. conſ. 321. num. 58. Giurb. d. conſ. 55.
8 *num. 14. in fin.* Sitque † loco hæredis extranei,
ſeu anomali, *Pereg. d. num. 53. Caball. reſol. crim.*
40. num. 2. & 7. Menoch. conſ. 101. num. 15. &
16. & conſ. 1253. num. 7. & 8. Conſequens eſt,
9 vt dicamus præfatum † D. Hieronymum credi-
torem ex inſtrumento diuiſionis ſequutæ, poſſe
petere executionem pro contentis in illo aduer-
ſus fiſcum, ad quem ſolutio ſpectat, *l. cum fiſco,*
ff. ad ſillanian. gloſ. in l. non intelligitur, §. cum ex
cauſa, ff. de iure fiſc. Bart. in l. creditor, ff. de ſo-
lut. & in l. ſi verò pro condemnato, ff. qui ſatiſ. cog.
Boſſ. in prax. tit. de pub. bonor. num. 11. Decian.
pariter in prax. lib. 3. cap. 35. num. 78. Farinac.
10 *quæſt. 25. num. 169. & num. 177.* Cum † ſucce-
dat ipſe fiſcus in omnibus illius condemnati
actionibus actiuis, & paſſiuis, *Clar. in prax. §. fin.*
quæſt. 78. num. 7. vbi etiam *Baiar. num. 112.*
Guaz. de confeſſ. concl. 13. num. 9. Farinac. dict.
quæſt. 25. num. 51. Giurb. d. conſ. 55. num. 14.
11 *verſ. proinde.* Ita vt † teneatur præſtare ius, fa-
ctum, & omnem obligationem ipſius Franciſci,
de bonis eius, quæ ad eundem fiſcum peruene-
runt, *l. 2. C. ad l. Iul. de vi pub. l. ſi adeptis, C.*
de ſent. paſſ. Peregr. d. tit. 1. num. 53. Guaz. d.
tit. concl. 23. num. 14 Farinac. d. quæſt. 25. num.
169. Crau. conſ. 263. num. 7. Rol. conſ. 31. vol. 1.
Abb. conſ. 101. lib. 2. Gail. lib. 2. obſer. 86. Ca-
ball. par. 3. reſolut. 266. num. 1. Giurb. conſ. 45.
num. 3. verſ. adeo vt, Gratian. diſcept. 840. num.
36. Benint. deciſ. 91. num. 2. Propterea Domini
fuerunt in voto nomine diſcrepante, quod om-
nia promiſſa, & conuenta in ipſo inſtrumento
diuiſionis ſint per dictam Ciuitatem, & fiſcum
præſtanda, & adimplenda ad fauorem D. Hiero-
nymi actoris, non tamen iuxta formam decreto-
rum D. Iudicis à quo, quæ veniunt reformanda,
ſed ſecundum ſeriem, & tenorem inſtrumenti,
nempè ſoluendo d. D. Hieronymo ſcuta 150.
quolibet anno durante vita D. Eleonoræ vſufru-
ctuariæ dictorum cenſuum: Item extinguendo
medietatem dicti cenſus ſcutorum 205. accollati
12 per eundem Franciſcum. Nam † D. Hierony-
mus volens extinguere partem ſibi tangentem,
prout in actis declarauit, poteſt cogere cohære-
dem, & conſequenter fiſcum ad alteram partem
extinguendam, vt multis citatis firmat *Cenc. de*
Cenſ. par. 3. cap. 1. quæſt. 3. art. 2. num. 15. Nec
non extinguendo alium cenſum ſcutorum 250.
impoſitum per D. Franciſcum ſuper bonis ob-
13 uenientis in portione D. Hieronymi, qui † proinde
virtute Inſtrumenti diuiſionis, poteſt agere pro
liberatione dictorum bonorum. Et ſic ad reſti-
tutionem dictæ ſummæ ſortis principalis pro in-
tereſſe, ad effectum deponendi penes perſonam
idoneam, pro extinctione cenſus, *Gratian. diſc.*
301. num. 5. Rot. penes Cenc. deciſ. 139. num. 2.
coram Greg. deciſ. 88. num. 3. & 10. & deciſ. 564.
num. 5. & in recent. par. 2. deciſ. 77. num. 3. cum
ſimilibus.
14 Neque obſtare viſum fuit, quod dicebatur
executionem relaxatam à D. Iudice à quo pro
ſcutis 1800 procedere ſecundùm diſpoſitionem,
l. hæreditatum, ff. ad leg. fal. Quia reſpondeba-
tur diſpoſitionem illius tex. non procedere, niſi
vtraque parte, volente, & conſentiente, *Bar. ibi-*
dem, num. 4. Et ita deciſum.

ARGVMENTVM.

Mora poteſt quandocunque purgari de æquitate canonica, ſi ius partis non ſit factum deterius.

SVMMARIVM.

1 *Creditum cum hypotheca eſt primum, & neceſſarium antecedens in ſaluiano.*
2 *Quod tollitur ſublato credito.*
3 *Tertius poſſeſſor offerendo creditum liberatur à moleſtiye in ſaluiano.*
4 *In quo admittitur exceptio ſolutionis.*
5 *Solutione eius, quod debetur tollitur omnis obligatio.*
6 *Mora de æquitate Canonica purgari poteſt, etiam quod adeſſet iuramentum, ſi ius partis non ſit factum deterius.*
7 *Tàm in prima, quàm in ſecunda inſtantia, & in quacunque parte Iudicij.*
8 *Etiam ſi adeſſet obligatio Cameralis, ſi certa dies ab initio non eſt appoſita.*
9 *Et multo magis in eo, qui non tenetur ex facto proprio, ſed ex alieno.*
10 *Cuius alieni facti ignorantia eſt probabilis.*
11 *Mora non conſideratur niſi in eo, qui eſt dolo ſaltim præſumpto, ſeu lata culpa.*
12 *Ægidiana non militat in cauſis fori Eccleſiaſtici.*
13 *Non deducta in prima inſtantia, deduci poſſunt in cauſa appellationis.*
14 *Mora non conſideratur in eo, quod de iure eſt permiſſum.*
15 *Moræ purgatio admittitur etiam elapſo tempore à Iudice ſtatuto, ſi res eſt integra, ſecus ſi à lege.*
16 *Omnis interpellatio ſiue legis, ſiue hominis ſpatium quoddam continere debet ad Purgandam moram.*

DE

DECISIO CXLVI.

DOmini fuerunt in voto, quod reuo-
cata ſententia Iudicis à quo Zeffi-
rini de Monticulo tertij poſſeſſo-
res rei conuenti ex nouiter dedu-
ctis in Rota ſint ab impetitis ab-
1 ſoluendi: Nam † quemadmodum
in Saluiano principaliter conſtare debet de credi-
to cum hypotheca, quod eſt neceſſarium antece-
dens ad ſubſtantiandum Iudicium, vt in terminis
pluribus exornant, *Menoch. de ad p. rem. 3. num.
163. Rolan. conſ. 14. num. 13. lib. 1. quos ſequi-
tur Rot. diuerſ. par. 2. deciſ. 34. num. 15. & in re-
cent. par. 1. deciſ. 204. num. 3. & par. 3. deciſ.
331. num. 1. & deciſ. 731 num. 1.* cum alijs per
2 nos deductis, *deciſ. 13. num. 9.* Ita eodem † mo-
do ſublato credito, & ipſum remedium tolli ne-
ceſſe eſt, vt plenè notat *Scap. de Salu. lib. 2. quaeſt.
4. in prin. Rot. diuerſ. d. deciſ. 34. num. 25. & in
recent. par. 1. deciſ. 383. num. 2. in fin.* vbi am-
3 plius dicit, quod † poſſeſſor offerendo creditum
liberatur, iuxta *l. paulus, in fin. ff. quib. mod. pig.
vel hypoth. ſol. Rol. d. conſ. 14. num. 9. & 10.
lib. 1.* Etenim in caſu, & ad effectum de quo agi-
4 tur iuſtificata † ſolutione eius, quod debebatur
ab Attilio Baratto per facti præſentationem ab
eiſdem reis conuentis, hoc eſt per indicationem,
& exhibitionem inſtrumenti cenſus de quo age-
batur, & ad quod exhibendum ipſe Attilius ce-
dens tenebatur, vtique firmandum venit, quod
actio Saluiani intentata eliſdatur, & tollatur ip-
ſo iure, *ad l. conſentaneum, C. quom. & quand.
Iud. gloſ. in cap. 1. in verb. defenſionis, de litis
conteſt. in 6 Couarr. in reg. poſſeſſor. num. 5. de
5 reg. Iur. Scap. d. quaeſt. 4. num. 1.* Solutione †
enim, quod debetur tollitur omnis obligatio, *In-
ſtit. quib. mod. tollat. oblig. in prin. Mar. Ant.
var. lib. 2. reſolut. 88. num. 4. Scap. d. quaeſt. 4.
num. 2. & quaeſt. 5. in prin. Rot. diuerſ. d. deciſ.
34. num. 27. & in recentior. par. 1. d. deciſ. 383.
num. 2.*

Quibus non obſtant, quæ dicuntur de mora
6 commiſſa in exhibitione inſtrumenti: Quia † cù
ius partis non fuerit factam deterius. Domini
Auditores dixerunt de æquitate canonica moram
potuiſſe purgari, etiam quod adeſſet iuramen-
tum, vt expreſſe colligitur, *ex tex. in can. apud
miſericordiam, 32. quaeſt. 1. & in can. beatus, 22.
quaeſt. 2. & in cap. ex literis, de conſtit. per qua
iura,* idem affirmat *Bal. in l. qui crimen, num. 20.
C. de ijs, qui acc. non poſſ. & conſ. 127. lib. 1. Dec.
conſ. 138. num. 7. Goz. conſ. 66. num. 13. Surd.
conſ. 101. num. 24. & deciſ. 265. num. 38. Seraph.
de iuram. priuil. 48. num. 8. & ſeqq. Gram. deciſ.
95. in fin. Rot. in recent. par. 4. deciſ. 640. num. 4.*
7 Tàm † in prima, quàm in ſecunda inſtantia, &
in quacunque parte Iudicij, *Mareſc. var. lib. 2.
cap. 124. num. 31. in fin. & num. 43. Belt. ad
Greg. deciſ. 559. num. 10.* vbi lector habet multa
notanda in hac materia, *Seraph. deciſ. 1150. nu.
4. Rot. diuerſ. par. 4. deciſ. 728. num. 4.* Etiamſi
8 adeſſet † obligatio Cameralis, dum tamen cer-
ta dies ab initio non fuiſſet appoſita, *Zacch. de
oblig. Cam. quaeſt. 28. num. 11. Rot. in Romana
Vineæ, 3. Aprilis 1598. coram Orano, & in recent.
9 par. 4. d. deciſ. 640. num. 10.* Præſertim † qui à
Zeffirini rei conuenti non tenentur ex proprio,
ſed Attilij facto, quibus propterea multo magis
competit purgatio moræ, *Iaſ. & Alex. in l. ſi in-
ſulam, ille, num. 25. & iſte, num. 28. ff. de verb.
oblig. Mareſc. d. cap. 124. num. 29.* Cum ipſi ver-
10 ſentur in facti alieni ignorantia, quæ † ſicut eſt
probabilis, *l. fin. ff. pro ſoc. Rot. penes Zacch. de
oblig. Cam. deciſ. 20. num. 8. & deciſ. 124. n. 12.*
Ita pari modo operatur excluſionem moræ, quæ
11 non † committitur niſi in eo, qui eſt in dolo,
ſaltem præſumpto, ſeu lata culpa, *Rot. ex imp.
per Zacch. d. deciſ. 20. num. 5.*

Quibus accedit, quod cauſa eſt fori Eccleſia-
12 ſtici, in quo † non militat Ægidiana quamuis
verſemur in poſſeſſorio, ex deductis per nos *dec. 3.*
13 & alibi ſæpè, & proinde appellatio, † quæ ad-
mittitur operatur, vt non deducta, & exhibita
in prima inſtantia deduci, & exhiberi valeant in
ſecunda, & tertia, *Rot. in rec. par. 3. deciſ. 277.*
14 *num. 2.* Vndè non poteſt dici † contracta mora
in eò, quod de iure eſt permiſſum, *Mantic. dec.
270. num. 8.*

Nequè obſtat, quod dicebatur Zeffirinos fuiſ-
ſe in mora per aſſignationem termini triginta
dierum ad perquirendum dictum inſtrumentum:
15 Quia † à reſpondetur, quod etiã elapſo termino
à Iudice ſtatuto, adhuc purgatio moræ admitti-
tur ſi res eſt integra, *l. mancipiorum, ff. de oper.
liber. Oſaſch. deciſ. 71. num. 59.* Et doctrinæ in
contrarium allegatæ loquuntur in termino ſtatu-
to à lege ad purgandum moram, ideò nimirum
ſi non admittitur purgatio moræ, quia lex quan-
tumcunque dura, eſt ſeruanda, *l. proſpexit, ff.
qui & à quib.* ſecus autem ſi talis terminus eſt aſ-
ſignatus ab homine, etiam comminatoriæ, vt
poſt *Bal. Ruin.* & alios optimè diſtinguit *Oſaſch.*
16 *deciſ. 71. num. 63.* Immò † ſecundùm veriorem,
& æquiorem opinionem omnis interpellatio, ſi-
ue legis, ſiue hominis ſpatium quoddam conti-
nere debet ſaltem tacitum, ne ſtatim poſt inter-
pellationem moram, quis incurriſſe dicatur, *gloſ.
in leg. Æmilius, in verb. reſtitui, ff. de minor.*
quam ſequuntur, & *ſingularem appellant Bal. in
cap. 1. num. 5. verſ. hoc intellige de nou. form.
fidel. Parp. in l. vinum, col. 2. ff ſi cert.
petat. Gab. de ſolut. concluſ. 9. lim.
13. num. 30. Roman. conſ. 27.
in fin. Rot. in recentior.
par. 4. d. deciſ. 640.
numer. 2. ver-
ſic. & op-
time.*

AR

ARGVMENTVM.

Si vicinus aquam pluuiam decurrentem ad ſuum fundum opere manufacto diuertat, ita vt altero vicino noceat, cogitur opus deſtruere, & ad priſtinum ſtatum aquam reducere. Et quando licitum ſit ſulcos aquarios tranſuerſos facere.

SVMMARIVM.

1 *Qui viam publicam exarauit compellitur ad eius munitionem.*

2 *Qui cauſum damni dat, damnum reſarcire debet.*

3 *Qualibet res ad ſuum priſtinum ſtatum reducenda eſt.*

4 *Sic debet quis meliorem agrum ſuum facere, ne vicini deteriorem reddat.*

5 *Semper hæc eſt ſeruitus inferiorum prædiorum, vt natura profluentem aquam excipiunt.*

6 *Tria ſunt per quæ inferior locus ſuperiori ſeruit: Conuentio, natura loci, & vetuſtas.*

7 *Vicinus opere manufacto excludere poteſt aquam ne abſit, quamuis alteri noceat.*

8 *Intellige quando non tenetur illam recipere ex natura loci, vel iure ſeruitutis.*

9 *Nemo poteſt alterare naturam loci, nec facere contra ſeruitutem naturaliter debitam.*

10 *Inferior, qui ex natura loci tenetur recipere aquam defluentem ex agro ſuperiori, non poteſt opere manufacto impedire huiuſmodi naturalem curſum.*

11 *Aquam pluuiam cadentem in fundo meo poſſum retinere, & de illa diſponere ad libitum.*

12 *Vicinus opere manufacto poteſt flumen publicum auertere ad ſui vtilitatem, licet in conſequentiam noceat alteri, qui non poteſt conſequi illam vtilitatem.*

13 *Diuerſum tamen eſt in aqua pluuia, quam quis tenetur recipere ex natura loci, & num. 14.*

15 *Nemo debet adeò curioſus eſſe rerum ſuarum tuendarum, vt per hoc alijs iniuſtè noceat.*

16 *Poteſt quis arando ſulcos aquarios tranſuerſos facere, quando ager eſt ſuperior, & his ſulcis indiget.*

17 *Sed limita quando ager poteſt aque bene coli, arari, & ſeminari ſine ſulcis tranſuerſis.*

18 *Fauore agriculturæ, & fructuum colligendorum cauſa ſeruitus introducta reperitur, etiam contra regulas iuris.*

19 *Conſ. Ladereb. 146. quomodo procedat.*

DECISIO CXLVII.

FVit reſolutum pro D. Hieronymo Marchetto Æxio, nempè condemnandum eſſe Franciſconum ad reponendum viam in priſtinum, ad hoc, vt aquæ curſum poſſit decurrere, prout antiquitus decurrebat; Nec non ad remouendos aggeres, & impedimenta quæcunque facta per eum ſub ponte, & obturandos, ac reimplendos foueos deuiantes aquam à ſuo naturali curſu: Et verſa vice licitum eſſe D. Marchetto ſulcos aquarios tranſuerſos facere, dummodò ipſe in pede ſuarum terrarum prope viam foueos faciat capaces ad recipiendum aquas defluentes à ſuo prædio, iuxta ſententiam D. Iudicis Æxij, quam ipſe acceptauit.

1 Probatur enim, quod Franciſconus viam † occupauerit per nouem teſtes examinatos in proceſſu ciuili, & per quatuor in cauſa criminali, ac etiam ex inſpectione loci, & planta illius de conſenſu partium facta, ita vt locum ſibi vendicet diſpoſitio, *tex. in l. fin. §. qui viam publicam, ff. de via pub. reficien. & in l. 2. §. reſtituas, ff. ne quid in loc. pub.* Et tradit *Capol. de ſeruit. ruſtit. præd. cap. 3. num. 57. Carpan ad ſtat. Mediol. par. 2. cap. 148. num. 10.* Quod etiam expreſſe cauetur ſtatuto Ciuitatis Æxij, *lib. 3. Rub. 81. §. 1.* Et quamuis appareat, quod ipſe non occupauerit totam viam, quæ in quadam parte deſtructa videtur propter aquarum inundationem, cum tamen hæc deuaſtatio prouenerit ex mutatione

2 antiqui curſus aquæ facta ab eodem, qui congregauit ſimul omnes aquas prouenientes ab agris ſuperioribus, & quæ prius ſegregatæ per diuerſa loca currebant, & in diuerſas partes cadebant, eaſque per vnum foueum tranſuerſum dirigebat ad locum, vbi facta ſunt claſmata, prout de dicta mutatione deponunt ſeptem teſtes in proceſſu ciuili, & alij ſeptem in proceſſu criminali reproducto in caſu ciuili, & de ipſa ruina ex hac mutatione cauſata deponunt teſtes in proceſſu ciuili, propterea debet ipſemet damnum reſarcire, *ex l. 4. in fin. verſ. verum eſt enim, ff. vi bonor. rapt. & l. qui occidit, §. in hac quoque,*

3 *ff. ad l. aquil.* Reducendo † ſcilicet rem ad ſuum priſtinum ſtatum, *l. 2. in fin. C. ad l. aquil. vbi Bal. num. 3. & 4. & Ang. num. 2.* & ſequitur *Iaſ. Inſtit. de act. §. ex maleficijs, num. 102.* Concordatque ſtatum d. Ciuitatis, *lib. 3. rub. 82. in fin.* Prout nec dubitari poteſt, quin ipſe Franciſconus mutauerit antiquum curſum aquæ cum id probetur in proceſſu per vndecim teſtes examinatos pro Marchetto, & per tres examinatos per Franciſconum, & per ſeptem alios examinatos in cauſa criminali, & reproductos in ciuili;

4 Quod † facere non potuit in præiudicium agrorum ſuperiorum, & viæ publicæ intermediæ, quamuis hoc fecerit ad euitandum damnum, & conſeruandum proprium fundum; Nam ſic debet,

ARGVMENTVM.

Trebellianica intelligitur prohibita per verba reſtituas ſine aliqua diminutione, vel integrè.

SVMMARIVM.

1 *Trebellianica non dicitur prohibita, ſi relinquatur hæreditas pleno iure. Limita, vt num. 2.*
2 *Trebellianica cenſetur prohibita ſtantibus verbis (ſine diminutione aliqua) vel (integrè.)*

DECISIO CXLIX.

Vm autem ſecundo loco occaſione teſtamenti, de quo in præcedenti
1 deciſione, dubitatum fuerit. † An verba illa (pleno iure) importent prohibitionem trebellianicæ, & frequentiori calculo receptum ſit eam non eſſe prohibitam per dicta verba, vt teſtantur, *Gab. tit. de Trebell. concl. 4. Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 12. num. 18. Mareſc. var. lib. 1. cap. 100. numer. 11. & ſeq. Gratian. diſcept. 46. num. 16. & 17.* vbi dantur concordantes. Atta-
2 men † quando cum dictis verbis concurrunt alia denotantia teſtatorem voluiſſe omnia bona reſtitui, tunc cenſetur ſine difficultate prohibita trebellianica, vt ferunt doctores omnes inferius ci-
3 tandi, ſed in caſu noſtro Iacobus teſtator † vltra verba illa (pleno iure) ſubiunxit (integrè) quod ſanè verbum ſufficit pro inducenda tali prohibitione, *doct. in l. centurio, de vulg. & pupill. & de communi teſtantur, Surd. conſ. 458. num. 23. Hond. conſ. 66. num. 8. 9. & 31. lib. 2. Mareſc. var. d. cap. 100. num. 13. Grat. diſcept. 46. n. 18. diſc. 869. n. 18. & ſeq. diſc. 888. n. 7. & 9. & diſc. 889. num. 11.* Et neminem ab hac opinione diſcrepare dixerunt, *Crau. conſ. 174. num. 1. Gab. d. tit. de trebell. concl. 5. in prin. & concluſ. 7. pariter in prin. Mantic. d. tit. 12. num. 16. Et in indiuiduo ſæpè*, & ſemper firmauit *Rot. vt coram Put. deciſ. 448. num. 4. lib. 2. coram Mantic. dec. 348. num. 4. coram Greg. deciſ. 421. num. 13. & diuerſ. par. 4. deciſ. 433. nu. 1. & in recent. par. 1. deciſ. 453. num. 3. & par. 2. deciſ. 259. num. 5. p. 4. dec. 164. nu. 6. & p. 5. deciſ. 184. num. 9.* Et firmauimus *deciſ. 50. num.* 246. Et ita, &c.

ARGVMENTVM.

Ex ſummario num. 2. ſume Argumentum.

SVMMARIVM.

1 *Inter plures Iudices competentes ille dicitur præueniſſe, qui primus eſt in exercitio iuriſdictionis, vt poté citationem decernendo.*
2 *Limita vbicunque à diuerſis appellatur ad diuerſos Iudices, quorum vnus eſt ſuperior altero, quia tunc Iuriſdictio ſuperioris abſorbet iuriſdictionem inferioris.*

DECISIO CL.

Acripantes Groperius, & Siluius Crottus Iudices electi de conſenſu partium iuxta formam compromiſſi, die 19. Octobris 1633. eorum promulgarunt ſententiam, à qua Flaminius collecta de Patrignono vnus ex colitigantibus appellationem, & inhibitionem à D. Locumtenente Montis Alti, die 23. eiuſdem obtinuit. Et Iacobus Tancredus alter ex colitigantibus die 29. eiuſdem appellationem pariter interpoſuit, & inhibitionem in hoc Auditorio expediuit: Inſtabat autem Flaminius pro moderatione inhibitionis, & remiſſionis cauſæ ad Locumtenentem, coram quo prius fuerat appellatio interpoſita, & ceptus proceſ-
1 ſu, ex quibus † actibus iudicialibus videbatur locum eſſe præuentioni iuriſdictionis ad eius fauorem, *ad tex. in cap. vt debitæ, de appellat. in cap. capitulum, de reſcrip. gloſ. fin. in cap. propoſuiſti, de foro compet. Bar. & Alex. in l. ſi pluribus, ff. de leg. 1. cum aliis deductis per Veſt. in prax. lib. 3. cap. 11. num. 1. & ſeq.* Sed his non obſtantibus fuit reſolutum procedendum eſſe ad vl-
2 teriora in cauſa; ſiquidem † vbi diuerſæ perſonæ nempe actor, & reus diuerſos appellant Iudices infra decem, vt in præſenti caſu, appellatio interpoſita ad maiorem præualet, & elidit interpoſitam coram minore, etiam ſi minor appellationi prius detulerit, & de meritis cauſæ cognoſcere ceperit, *Abb. Franch. & alij Canoniſtæ in cap. ſi duobus de appellat. Specul. tit. de appellat. § nunc tractemus., verſ. quid ſi à ſententia ſuffraganei, num. 17. lib. 2. Berou. conſ. 6. num. 4. lib. 3. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. Amp. 15. num. 24. Scac. de appell. qui teſtatur de communi, quæſt. 10. num. 10. Oſaſch. deciſ. 131. num. 14.* Quod verò Auditores Rotæ Picenæ in cauſis appellationum ſint maiores, Iudices reſpectu loca tenentium, non videtur locus dubitationi, & ex abundanti probatur, ſignãter ex Bulla Conſtit. Rotalis *Sixti V. num. 21.* vbi cauſæ appellationum ipſo iure deuolutæ eſſe intelliguntur ad ipſos Auditores, ac

ſi ad Sanctam Sedē Apoſtolicam interpoſitæ fuiſſent, ex quo datur intelligi, quod ſint maiores, & conſequenter præferendi, ad notata per *Scacc. in d. q. 10. n. 10. & 11.* Et ita ſeruatum pluries;

A R G V M E N T V M.

Adminiſtrator tenetur edere libros rationum in Iudicio, non vt efficiantur de actis, ſed vt deponantur penes tertium ad effectum inſpiciendi, & calculandi.

S V M M A R I V M.

1 *Adminiſtrator non tenetur libros in actis producere, ita vt deueniant ad manus colligantis, ſed ſufficit, vt deponantur penes tertium eligendum à Iudice, & num. 2.*

3 *Adminiſtrator cogitur exhibere libros adminiſtrationis.*

4 *Quæ exhibitio differt à productione.*

5 *Producta in iudicio dicuntur de actis, ſecus autem exhibita Iudice pro animi informatione.*

6 *Adminiſtratori ſufficit libros edere, hoc eſt oſtendere ad effectum calculandi.*

7 *Productio nihil aliud eſt, quam animi certa declaratio vtendi iuribus productis.*

8 *In productione pars debet eſſe præſens, vel citata, & copia productorum per Iudicem ſibi decreta cum termino ad opponendum.*

9 *Iura producta efficiuntur communia.*

10 *Quæ debent reſtitui ſine dimiſſione copiæ, & ſine iactura expenſarum.*

11 *Redditio rationis in loco adminiſtrationis redditur.*

D E C I S I O CLI.

DOminus Thomas Leonardus adoleſcens tutricem, & curatricem pro tēpore habuit D Eliſabetham de Gēchis matrem, qua defuncta in Iudicio coram D. L. comitenente Fani pro redditione rationis vocauit D. Andream, & Leonardum fratres, & hæredes dictæ matres adminiſtratricis, cum quibus hæredibus fabricato proceſſu obtinuit per Iudicem eligi peritos ad calculandum, & illis electis libros adminiſtrationis conſignari, & poſt aliquot dies petijt eoſdem libros apud peritos exiſtentes exhiberi in Iudicio ſaltim ad effectum videndi, quod pariter obtinuit per decretum, à quo ipſi fratres, & hæredes appellationem interpoſuerunt in Rota, firmantes non teneri ad ſimilem exhibitionem quæ non differt a productione, & conſequenter decretum eſſe grauatorium, ex quo ipſi non tenentur facere libros de actis niſi, quo ad calculū,
& partitas controuerſas, nec poſſunt grauari onere expenſarum, quæ Notario cauſæ deberentur in regiſtratione ſcripturarum reſtituendarum cū dimiſſione copiæ collationatæ in acta. Vnde propoſito dubio, an decretum ſit appellabile,
1 fuit vnanimiter reſolutum negatiuè Nam † quāuis libri per hæredes dictæ adminiſtratricis non ſint producendi, ita vt deueniant ad manus colligantis; *Socc. conſ. 190. num. 5. lib. 2. Pariſ. conſ. 89. num. 17. lib. 1. Greg. deciſ. 151. num 3.*
2 Sed dumtaxat † deponendi penes tertium, *l. ſi quæ ſunt, ff. fam. l. herciſ. Greg. ead. deciſ. 151.*
3 *num. 4.* Rota tamen cenſuit, † quod qui adminiſtrationis rationem reddere tenentur, prout ſunt dicti fratres de quo non dubitatur, cogantur coram Iudice libros exhibere, *Bal. in l. rem teſtamento, num. 4 C. de teſtam. manum. Grat. diſc. 71.*
4 *num. 4. Greg. d. deciſ. num. 1.* Quæ quidem † exhibitio valde differt à productione, vt notabiliter refert *Sol. ad conſtit. Sabaud. tit. de donat. gloſ. 5. num. 1. fol. 186. & tit. de oppoſit. gloſ 1.*
5 *num. 1. fol. 206.* Differentia autem † in eò conſiſtit, quod exhibita Iudici pro animi informatione, non dicuntur de actis, nec in actis contineri; producta autem ſic, *Guidop. deciſ. 241. in*
6 *prin. Sol. loc. cit.* Quorum † ſic exhibitorum copia aduerſario non eſt decernenda, *Guidop. de-*
7 *ciſ. 242. Sol. vbi ſuprà.* Niſi † ad effectum legendi, inſpiciendi, & calculandi rationes, *l. 1 §. 1. & l. argentarius, § edi autem, ff. de eden. Greg. d. deciſ. 151. num. 2.* Et proinde in caſu noſtro libri non habentur pro producta, cum nihil aliud
8 ſit † productio, quā animi certa declaratio vtendi iuribus productis, *Caſt conſ. 281. num. 10. lib. 1. Sol. dicto titulo de oppoſitionibus, gloſ. 1. num. 2.*
9 Ad ſenem † productionis effectum pars debet eſſe præſens, vel citata, & copia per Iudicem decreta cum termino ad opponendum, *Bart. in extrauag. ad reprimendum, in verb. de plano*, Rom. *conſ. 156. Sol. d. tit. de donat. gloſ. 5. num. 2. & d. gloſ. 1. num. 3. Bels. ad Greg. deciſ. 59. num. 11.* Quo caſu producta efficiuntur communia, *l. ſi veteris, C. de fid. inſt. Sol d. gloſ. 1. num. 14. fol. 206.* Ideoquè ex his ceſſat motiuum expenſa-
10 rum, cum † Iudex mandauerit tantummodò libros exhiberi, ex qua exhibitione illi non ſunt facti de acta, ſed debent ſuis loco, & tempore reſtitui dictis hæredibus, abſque dimiſſione copiæ, & conſequenter ſine iactura expenſarum. Quare moderata fuit inhibitio, & cauſa remiſſa
11 ad Iudicem ſuum in Ciuitate Fani, vbi † ſicut adminiſtratio geſta fuit, ita, & ibi ratio adminiſtrationis reddi debet, *l. 1. & 2. C. vbi de ratioc. tàm pub. quàm priuat. Rot. Iannen. deciſ 98. num. 3.* cum regulariter extra locum adminiſtrationis non teneatur adminiſtrator libros exhibere, *l. prætor. ait, in fin. vbi Caſt. ff. de eden. Rot. Iann. d. deciſ. 98. num. 4.*

tur iuſta, & legitimã, *l. merito, ff. pro ſoc. Cravet. conſ. 150. nu. 5. cum alijs citatis, d. deciſ. 62.*
19 *num. 3.* poteſt † acceptari reſpectu poſſeſſionis reiecta illa qualitate vitij, quæ eſt contra iuris præſumptionem, *Bart. in l. Aurelius, §. idem quærit, ff. de lib. leg. Greg. deciſ. 200. num. 3. & 5. & deciſ. 458. num. 5. & d. deciſ. noſtra 62.*
20 *num. 5.* Stantibus † maximè verbis dictæ ſententiæ ibi (amota Catherina) ex quibus pariter eius poſſeſſio probatur ad effectum manutentionis,
21 *Coec. deciſ. 14. num. 3.* Eò quia † amotio præcedentem poſſeſſionem omninò includit, ſicut priuatio præſupponit habitum, *l. manumiſſiones, ff. de iuſt. & iure, l. decem, ff. de verb. oblig. Oſaſc. deciſ. 120. num. 7. Capel. Tholoſ. deciſ. 437. num. 2. Greg. deciſ. 402. num. 1. & deciſ. 458. num. 2. quos retulimus, deciſ. 15. n. 10. & ſeqq.* Et ita, &c.

ARGVMENTVM.

Decimæ, aliæ ſunt ſpirituales, aliæ temporales. Et quando, & cui debeantur ſpirituales, & temporales.

SVMMARIVM.

1 *Decima ſpiritualis eſt triplex, ſcilicet prædialis, perſonalis, & mixta.*
2 *Prædialis, eſt quæ ſoluitur de fundi fructibus collectis intra confines Parochiæ.*
3 *Perſonalis eſt, quæ ex opera, & induſtria perſonæ ſoluitur Eccleſiæ, vbi recipiuntur ſacramenta.*
4 *Mixta eſt, quæ de fructibus animalium ſoluitur, vbi illa paſcuntur.*
5 *Decimæ, aliæ ſunt ſpirituales, & aliæ temporales.*
6 *Decima temporalis eatenus debetur, quatenus docetur de exiſtentia, & contractu illius.*
7 *Conſenſus omnium requiritur in obligatione voluntaria, non neceſſaria.*
8 *Præſcriptio contra ius, tantum habet in potentia, quantum de vſu.*
9 *Et non extenditur de perſona ad perſonam, nec de re ad rem.*
10 *Sed militat tantum contra eos, qui ſubiecti reperiuntur per conſuetas præſtationes.*
11 *Obſeruantia optima eſt interpres cuiuslibet diſpoſitionis.*
12 *Obſeruantia eſt attendenda, vbi dubitatur, an decima debeatur, vel non.*
13 *Obſeruantia arguit veritatem.*
14 *Et omnem remouet ambiguitatem.*
15 *Decimarum perceptio pertinet ad Capellam, quæ noniter, & legitimè in Parochiam fuerit erecta ſi Epiſcopus illi nouo Parocho ad præſcriptum Sac. Conc. aſſignauit.*

DECISIO CXLII.

CAthedralis Eccleſia Ciuitatis Aſculanæ habet intra limites Parochiæ, cuius Vicarius perpetuus eſt R. D. Manlius Vanarellus capellam in contrata vallis Aſſenſanæ, ſub inuocatione S. Mariæ, cuius modernus Capellanus amouibilis eſt R. Bartholomæus Cauccius electus à dicto Vicario, & approbatus ab Illuſtriſſimo Epiſcopo; Parochiani autem dictæ vallis Sacramentum Baptiſmatis in dicta Eccleſia Cathedrali matrice ſuſcipiunt, & ibidem decimam prædialem perſoluunt; cetera verò Sacramenta recipiunt ferè omnes de manu ipſius Capellani, cui inhabitantes, & recipientes, ab eo Sacramenta, annuatim ſoluunt præbendas tres frumenti pro quolibet colono, & qualibet vinea, quæ ratione motus R. Bartholomæus Capellanus, die 4. Aprilis anni 1633. iudicialiter cõuenit Ioannẽ q. Ioãnis Antonij Preti, colonũ vineę Camilli Antonelli, & vineę Ioannis Petri de Bellucijs, ad ſolutionem dicti frumenti, ſub aſſerto titulo decimarum perſonalium, ſiue focalium (vt verbis illius vtamur) pro tempore, & ſpatio quatuor annorum, quibus ipſe Bartholomæus fuit Capellanus, pro qua ſumma executionem obtinuit à D. Vicario Aſculano. Verum cauſa per appellationem introducta in Rota cum dubitaretur, An decretum eſſet confirmandum, diſcuſſo articulo duximus nega-
1 tiuè reſpondendum eſſe. Nam cum † triplex tantum decima ſpiritualis reperiatur, nempe prædialis, perſonalis, & mixta, *gloſ. in cap. nuncios, de decim. Azor. Inſtit. moral. lib. 7. cap. 23. verſ. tertio quæritur, Ricc. in prax. par. 2. reſol. 323. num. 2.* illam vtique quam prætendit Capellanus
2 à dicto Ioanne Colono, Prædialis non eſt, † prout ipſemet fatetur, & dat manus, quod ſoluatur, prout ſemper factum eſt Parocho Eccleſiæ Cathedralis, qui de iure intentionem fundatam habet in decimis prædiorum exiſtentium intra limites ſuæ Parochiæ, vbi fructus colliguntur, vt in præſenti caſu non controuerſo, *cap. fin. vbi doct. de Paroch. & alien. paroc. cap. quoniam. cap. ad Apoſtolica, & cap. cum in tua de decim. Rebuff. tract. de decim. quæſt. 6. num. 19. & quæſt. 7. n. 3. & ſeqq. Monet. eod. tract. cap. 7. num. 17. Grat. diſcept. 595. num. 1. Ricc. in prax. par. 4. reſolut. 294. num. 1. Barb. de off. & poteſt. Paroch. cap. 28. §. 2. num. 17. & 32.* cum innumeris alijs per
3 nos allegatis, *dec. 131. n. 9. 10. & 58.* Perſonalis † non eſt, quia hæc ſoluitur ratione Sacramentorum, & ſic Eccleſiæ, vbi ipſe Ioannes recepit, & recipit Sacramenta. *cap. ad Apoſtolicæ Sedis, vbi gloſ. in verbo perſonalis, de decim. Monet. d. tract. cap. 3. n. 7. & in puncto, Ricc. in d. prax. par. 2. reſ. 323. n. 2. in princ. & latiſſimè omnium Barb. d. ca. 28. §. 2. n. 26. & ſeqq.* Non autem Capellæ præfatæ S. Mariæ in qua nunquam recepit Sacramen-

tā, nec ab ipſo, nec ab alijs Capellanis, vt con-
ſtat in proceſſu ſignanter ex depoſitione quatuor
Capellanorum anteceſſorum: Quod etiam com-
probatur ex qualitate rei prætenſæ, quia frumen-
tum petitum prouenit ex fundo, decima verò per-
ſonalis prouenit, & debetur ex induſtria, vel
opera perſonæ, nimirum, ex mercatura, opifi-
cio, negotiatione, venatione, piſcatione, & ſi-
milibus, *d. cap. ad Apoſtolicæ Sedis, vbi gloſ. in*
verb. perſonales, de decim. Rebuff. eod. tract. quæſt. 3.
num. 29. Azor. d. cap. 23. verſ. 3. quæritur. Mi-
4 xta † non eſt, quia de fructibus animalium ſol-
ueretur, vt puta de fæno, lana, vel animalibus,
ibidem paſcentibus, *cap. peruenit, de decim. Azor.*
loc. cit. verſ. mixta eſt decima, Monet. d. cap. 3.
num. 9. Ricc. d. reſol. 323. num. 3. verſ. non eſt
mixta. Quamobrem cum decima ſpiritualis illi
nequaquam debeatur inſpecto iure communi,
multo minus illa quantitas petita debetur tan-
5 quam † decima temporalis, quæ quamuis repe-
riatur in rerum natura, ſecundum illam diſtin-
ctionem, quod aliæ ſint decimæ ſpirituales, aliæ
temporales, vt per *Bal. conſ. 419. vol. 1. & per*
Beron. conſ. 84. num. 41. & ſeq. vol. 1. Bellet. ad
6 *Greg. deciſ. 404. ſub num. 2. lit. B.* Attamen in †
præſenti caſu non docetur per Capellanum de
exiſtentia illius per contractum, ſeu conuentio-
nem aliquam, ſine qua talis decima, ſeu potius
præſtatio annua non debetur, *Rot. in recent. par.*
2. deciſ. 684. num. 1. & 2.

Neque obſtare videbatur, ſi mutato propo-
ſito Capellanus affirmaret, quod hanc decimam,
ſeu annuam præſtationem non petit veì debitum
de iure communi, vel de iure ſpecialis contra-
ctus, ſed potius ex quodam beneplacito, & con-
ſenſu illius populi, vel virtute conſuetudinis, &
poſſeſſionis à tempore immemorabili, & ſic iure
7 præſcriptionis: Quoniam adhoc † vt debeatur
ex beneplacito omnium, conſenſus requiritur
tanquam obligatio ſit voluntaria, non neceſſaria,
iuxta *cap. fin. vbi Innoc. Abb. & alij de maiorit.*
& obed. Felin. in cap. cum omnes, num. 17. in fin.
de conſtit. Rot. in recent. par. 2. deciſ. 755. num.
4 in fin. Si verò virtute conſuetudinis præſcriptæ,
8 reſpondetur pariter, quod † huiuſmodi præſcri-
ptio, ſeu conſuetudo contra ius, tantum habet in
potentia, quantum de vſu, & nihil amplius, *l. ius*
ſingulare, l. quod vero, ff. de legib. Surd. conſ. 332.
9 *num. 9. Mantic. deciſ. 284.* Et † non extenditur de
perſona ad perſonam, neque de re ad rem, *l. 3.*
§. ſi quis hoc interdicto, vbi Bart. de itin. act. priu.
d. l. ius ſingulare, ff. de leg. Bal. conſ. 275. vol. 2.
Purp. conſ. 522. num. 12. Mantic. d. deciſ. 284. n. 6.
cum alijs per nos relatis, deciſ. 36. num. 11. & de-
10 *ciſ. 131. nu. 40. & 41.* Sed † militat tantummo-
do reſpectu eorum, qui per ſolutiones factas ſu-
biecti reperiuntur dictæ præſtationis, *l. 1. §. hoc*
interdicto, ff. de itin. actuque priuat. & notatur in
cap. cum contingat, vbi Abb. & alij, de decim. Re-
buff. d. tract. quæſt. 14. num. 9. & 10. Ricc. d. re-
ſol. 323. num. 3. verſ. replicabatur, & num. 4.
Non autem reſpectu ipſius Ioannis, qui nunquam
ſoluit, nec recepit Sacramenta in ipſa Capella, vt
de obſeruantia teſtantur præfati Capellani an-
11 teceſſores, quæ quidem obſeruantia, optima † eſt
interpres cuiuslibet diſpoſitionis, *l. quædam, ff.*
de reb. dub. l. ſi de interpretatione, l. minime, ff. de
leg. Surd. conſ. 370. num. 18. Gab. conſ. 66. n. 4.
lib. 2. Giurb. conſ. 92. nu. 14. Mantic. deciſ. 296.
12 *nu. 3.* Et eſt † attendenda, vbi dubitatur, an deci-
ma debeatur, *Rot. in recent par. 1. deciſ. 448. n. 3.*
13 Ex quo † arguit veritatem, vt diximus, *deciſ. 50.*
14 *num. 427.* Et † omnem remouet ambiguitatem,
cap. cum dilectus, de conſuet. cap. cum veniſſent, de
inſtit. Mantic. deciſ. 119. num. 12. Eſt tamen hic
15 animaduertendum † quamuis extra rem noſtrā,
decimarum perceptionem pertinere ad Capellā,
quæ nouiter, & legitimè in Parochiam fuerit ere-
cta, quantumcumque intra limites alterius Paro-
chiæ erigatur, vt in ſpecie firmat, *Abb. in cap cum*
contingat, num. 8. de decim. dum tamen id fiat de
mandato Epiſcopi iuſta, & neceſſaria cauſa inter-
ueniente, *gloſ. in cap quicunque, 16. quæſt. 1. in*
verb. antiquiores, Rot. diuerſ. par. 2. deciſ. 50.
num 2.

Nec officitur *tex. in cap Eccleſiæ, & in cap. qui-*
cunque, 16. quæſt. 1. dum dicunt nouas Eccleſias
conſtruendas non eſſe cum præiudicio antiquarū,
ſaltem quoad decimas, quia pro reſponſione eſt
notandū, iura illa non procedere, quando ex iu-
ſta rationabili, & neceſſaria cauſa ab Ordinario
examinata, & approbata nouo Parocho ad præ-
ſcriptum, *Sacr. Conc. Trid. ſeſſ. 21. cap. 4. de ref.*
aſſignantur, conſiderata qualitate, & circumſtan-
tia loci, beneficij perſonarum, & onerum, cum
alijs de quibus, per *Rebuff. de cong. Port. quæſt. 8.*
Prout ſignanter declarant *gloſ. in d. cap Eccleſiæ,*
Barb. d. cap. 28. §. 2. num. 16. Rot. in recent. par.
4. deciſ. 497. num. 1. & 6.

ARGVMENTVM.

Confeſſio ficta, & contumacialis, quid operetur: Et de dote, cuius fauore vnus hæredum promiſſoris poteſt conueniri in ſolidum: Et quando interuſuria dotis non ſolutæ remiſſa cenſeantur per maritum.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura priuata non recognita, nihil probat.*
2 *Stante præſertim oppoſitione partis.*
3 *Confeſſio ficta, & contumacialis, non ſolet admitti à Rota Maceraten. niſi ſeruata forma cap. 2. de confeſſ. in 6.*

4 *Vel niſi ſeruata forma conſt. Marcb. lib. 5. cap. decimonono.*
5 *Citationis defectus, reddit ſententiam nullam.*
6 *Omnes quorum intereſt, & qui lædi poſſunt veniunt citandi.*
7 *Obligatio à duobus facta, intelligitur pro virili.*
8 *Fauorem dotis poteſt vnus bæredum promiſſoris conueniri in ſolidum.*
9 *Solutione illius, quod debetur, ſublata dicitur omnis actio.*
10 *Teſtes de auditu proprio à parte, probant.*
11 *Clauſula pro reſiduo, totam ſolutionis probationem concludit.*
12 *Nulla melior eſt probatio, quam confeſſio partis.*
13 *Solutio quoandoque probatur coniecturis.*
14 *Maritus præſumitur diligens in exactione dotis, propter onera matrimonij.*
15 *Præſertim ſi pauper ſit, quia tunc ſubeſt cauſa vtendi diligentia.*
16 *Solutio præſumitur ex diuturnitate temporis.*
17 *Confeſſio qualificata, quæ non babet contra ſe præſumptionem iuris, debet acceptari, prout iacet.*
18 *Interuſuria dotis non vxori, ſed viro debentur propter onera matrimonij.*
19 *Interuſuria dotis non ſolutæ, bæredes mariti defuncti, petere non poſſunt, cum taciturnitate ipſius remiſſa videantur.*
20 *Limita duobus modis, & num. 21.*

DECISIO CXLIII.

MAriangela vxor Fabij Thomæ de Podio Bretæ, Comitatus Aſculi, poſt mortem viri productis capitulis matrimonialibus contra eius fratres Petrum, Gaſparem, & Magdalenam petijt, & obtinuit à Iudice executionem pro contentis in ipſis, nec non pro interuſurijs à die moræ, vſque ad diſſolutionem matrimonij, & pro expenſis. Cauſa autem per appellationem ad Rotam deuoluta, vbi dato dubio poſt ſeruationem terminorum, an ſententia D. Iudicis, à quo ſit confirmanda, vel potius infirmanda, reſolutum fuit illam eſſe infirmandam, tanquam nullam, & iniuſtam:
1 Nullitas deducitur, † quia data fuit executio ſolio capitulorum matrimonialium non recognito,
prout oportebat, tanquam ſcriptura priuata, *cap. 2. de fid. inſt. l. inſtrumenta, l. rationes, & l. exemplo, C. de probat. Auth. ſi quis, C. qui pot. in pig. hab. Pariſ. conſ. 115. num. 5. lib. 4. Riminal. Iun. conſ. 39. num. 9. & ſeq. Rot. in recent. par. 3. de-*
2 *ciſ. 245. num. 3.* Stante Præſertim † oppoſitione
partis, *Gratian. diſcept. 677. num. 10. & ſeqq.* Rot. *in nou. deciſ. 2. de fid. inſt. & diuerſ. par. 3. lib. 3. deciſ. 151. num. 1. & in recent. par. 1. deciſ. 303. num. 1. & par. 2. deciſ. 143. num. 3. & par. 3. deciſ. 452. num. 1.* Neque releuat, quod ſubſtantia illorum contineatur, & probetur in poſitionibus exhibitis, & habitis pro creditis, & confeſſatis in contumaciam partis. Quoniam
3 † confeſſio hæc ficta, & contumacialis ita de facili non admittitur, *Grat. deciſ. 171. iuxta ſtylum Rotæ* Romanæ, *de quo teſtantur Veſt. in Prax. lib. 5. cap. 14. num. 4. Scac. de Iudic. par. 2. cap. 7. n. 502. Greg. deciſ. 460. num. 14. & 18. Rot. in rec. par. 3. deciſ. 558. num. 3. in fin.* Niſi præciſè ſeruata forma, *cap. 2. de confeſſ. in 6. vbi Franch. n. 5. & 9. Seraph. deciſ. 408. num. 4. Belt. ad Greg. d. deciſ. 460. n. 18.* Nempè, quod principali comperto in iudicio, poſitiones ſibi fuerint lectæ, quod in faciem fuerit monitus à Iudice reſpondere, & abſque rationabili cauſa id facere recuſauerit, quod accuſata fuerit ex parte ponentis contumacia in termino non reſpondendis, & quod ſequuta fuerit interlocutoria iudicialis facti declaratoria, *vt per Bell.* Rot. *Ianuen. dec. 161.*
4 *num. 10. & ſeq.* Vel † niſi præmiſſa citationibus, & alija ad formam *conſtit. Marcb. lib. 5. cap. 19.* quæ omnia ceſſant in caſu noſtro.
5 Quibus accedit alia nullitas nempè ſententiæ reſpectu Perſij, & Gaſparis, qui fuerunt conuenti à principio, & non citati ad illam ſententiam, quæ propterea dicitur nulla, *l. 1. §. item cum ex edicto, ff. quæ ſent. ſin. appell. reſcin. l. de vno quoque, ff. de re Iudic. l. nam ita diuus, ff. de adopt. Greg. deciſ. 4. num. 1. Rot. in recent. par. 2. deciſ. 365. num. 2. & par. 4. deciſ. 272. num. 1. & deciſ. 558. num. 1. & 2.* Nequè obſtat, quod Dominus Locumtenens terminum habuerit pro ſernato ad ſententiam præſente D. Vannino: Quia ille erat procurator Magdalenæ tantum, & nihil-
6 ominus † omnes quorum intereſt, quique lædi poſſunt, veniunt citandi, pro vt ſanè factum fuit à principio. iuxta tenore eorum obligationis,
7 quæ † facta ſimpliciter intelligenda eſt pro virili, *vt per tex. in l. reos, §. cum in tabulis, ff. de duob. reis,* cum allegatis *per Surd. conſ. 150. num. 34. & conſ. 488. nu. 2. quem ſequitur Caualer. dec. 466.*
8 *num. 1.* Licet aliud † firmandum eſſet ſi verſaremur in hæredibus promiſſoris dotis, ob cuius fauorem vnus illorum conueniri poſſet in ſolidum; Nequè excipier, quod actio diuidatur ſecundum communem, de qua per *Doct. in l. 2. ff. de hæred. act. pulchrè, Grat. diſc. 16. num. 15.* vbi reprobat in ſpecie *Surd.* contrarium tenentem *in deciſ. 90.* per totam.

Iniuſtitia verò deducitur, quia Iudex condemnauit ad illud, quod ſolutum apparet, per quam
9 † ſolutionem ſublata dicitur omnis actio, & obligatio, *l. nulla, & l. obligatione, C. de ſolut. §. 1. Inſtit. quib. mod. toll. obligat.* Rot. *in recent. par. 4. deciſ. 434. num. 1. in fin.* Teſtes enim ad huc effectum examinati deponunt fuiſſe ſolutos ad computum dotis florenos 96. quod comprobatur ex confeſſione eiuſdem Mariangelæ de auditu ab eius viro. Inſuper conſtat ex proceſſu fuiſſe emptum per reos conuentos quoddam prædiolum pro florenis 121. & conſignatum dictis iugalibus pro implemento dotis conſtitutæ in florenis 200.

Digitized by Google

20 Et licet teſtes † ſint de auditu, vt ex aduerſo op-
ponebatur, tamen probant, quia deponunt de
audito proprio ab ipſis coniugibus, *cap. teſtes, vbi
gloſ. in verb. audiuerant, 3. quaſt. 9. cap. ſuper pru-
dentia, 14. quaſt. 2. Borell. in ſum. deciſ. par. 2.
tit. 13. num. 27.* Accedente maximè confeſſione
Mariangelæ de florenis 9. pro reſiduo, & ſopple-
21 mento dotis, quæ † clauſula totam vtique, ac
integram ſolutionis probationem concludit, *gloſ.
in l. ſi ex pluribus, in verb. reliquum, ff. de ſolut.
Maurus de ſolut. & oblat. cap. 4. num. 51. & cap.
26. per tot. Bellon.* Rot. *Iannen. deciſ. 27. num. 5.
& deciſ. 60. num. 6. Vinc. de Franch. deciſ. 45.
num. 1.*

22 Cum nulla melior ſit probatio, quam confeſſio
partis, *l. cum te, C. de tranſ. l. generaliter, C. de
non num. pec. Iaſ. in l. titia, num. 20. ff. de verb.
oblig. Bul. conſ. 192. num. 8. lib. 2. Cur. Iun. conſ.
181. num. 5. Surd conſ. 60. num. 1.* Rot. *in rec.
par. 4. deciſ. 157. num. 2. & 4.* vbi quod eſt ma-
ior probatio omnibus alijs probationibus, & for-
tior inſtrumento, & ſuperat omnem defectum
ſcripturæ. Ex quibus ſatis videtur conſtare de in-
tegrali ſolutione dotis, ſtantibus præſertim ali-
23 quibus † coniecturis ex abundanti deductis, *Maſ-
card. concluſ. 1318. nu. 26. Surd. d. deciſ. 105. nu.
10.* Rot. *in recent. par. 3. deciſ. 154. num. 4.* Qua-
24 rum prima eſt, † quod præſumitur Fabium ma-
ritum, tanquam ſuſtinentem onera matrimonij,
fuiſſe diligentem in exactione, *Cran. conſ. 77. n.
10. & 11. Grat. diſcept. 581. num. 4. Surd. d. de-
25 ciſ. 105. num. 2.* Eò magis † cum ſubeſſet cauſa
vtendi diligentia propter eius paupertatem, ob
quam credendum non eſt, quod tale incommo-
dum dilatæ ſolutionis æquo animo laturus eſſet,
*Alex. conſ. 183. num. 19. lib. 6. Simon. de Pret.
conſ. 68. num. 1. Surd. d. deciſ. num. 3.* Secunda
26 coniectura deſumitur † ex lapſu temporis in exa-
ctione crediti, *Dec. conſ. 596. num. 9. Capb. conſ.
240. num. 8. & 9. Affl:ct. deciſ. 13. nu. 19.* Cum
ſit regulare, quod ex diuturnitate temporis quo
creditor diſtulit petere à debitore præſumatur
ſolutio debiti, *Surd. conſ. 189. num. 3. Afflict.
d. deciſ. 13. num. 2.*

Non obſtat, quod dicebatur de credito dotis
Mariangelæ conſtare ex confeſſione Petrij vnius
ex fratribus obligatis. Quia licet fateatur dotem,
27 dicit tamen illam ſolutam, & proinde † confeſ-
ſio qualificata, quæ non habet contra ſe præſum-
ptionem iuris acceptari debet, prout iacet nulla
facta diuiſione, *Bar. in l. Aurelius, §. idem, ff. de
leg. Surd. conſ. 258. num. 4.* Rot. *in recent. par. 2.
deciſ. 525. num. 2. & deciſ. 772. num. 12. cum
alijs per nos citatis, deciſ. 75. num. 1. & 5.*

Demum pro iniuſtitia ſententiæ deducitur,
quod Iudex condemnauit dictos fratres ad inter-
uſuria dotis ſoluenda Mariangelæ à die moræ,
28 vſque ad obitum mariti; Et tamen illa † debeban-
tur viro, non autem vxori, propter onera ma-
trimonij, *l. de diuiſione, vbi Bar. num. 4. & alij,
ff. ſolut. mat. cap. ſalubriter, de vſur. idem Bart.
conſ. 94. num. 1. lib. 1. Mag. deciſ. flor. 83. num.
1. & 2. Greg. deciſ. 80. num. 4. & 5. cum alijs per
nos allegatis, deciſ. 83. nu. 1. & deciſ. 115. n. 81.*
Et propterea quatenus ipſi fructus debeantur, a-
ctio ad illos exigendum, non vxori competeret,
19 ſed hæredibus Fabij eius mariti. Nam † quamuis
ex communi ſententia doctorum, non liceat hæ-
redibus mariti defuncti petere interuſuria dotis
non ſolutæ, quæ per maritum dum viueret peti-
ta non fuerant, cum taciturnitate longi temporis
ſubſecuta morte ipſius remiſſa, & donata præſu-
mantur, vt diximus *deciſ. 83. num. 6.* Attamen
20 hæc † ſententia, ſeu regula ſuas habet limitatio-
nes, quarum vna deducta fuit *in d. deciſ. 83. n. 7.*
21 *& 8.* Alia verò † ad propoſitum facit nimirum,
quod non procedat, quando dos fuit promiſſa
marito ab alijs, quam ab ipſamet vxore, vt in
præſentiarum, quia tunc non habet locum præſū-
pta remiſſio, *Alex. conſ. 63. num. 17. lib. 4. &
conſ. 208. num. 10. lib. 7. Beron. conſ. 52. nu. 25.
lib. 2.* Rol. *conſ. 65. num. 22. lib. 4. Surd. conſ. 290.
num. 51. lib. 2.* Ac ideò concluſum fuit vndequa-
que ſententiam iniuſtam eſſe.

ARGVMENTVM.

Trãſactio ad ſpecificata tantùm reſtrin-
gitur, ſecundùm diſpoſitionem legis
ſi de certa, C. de tranſactionibus.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio generalis reſtringitur ad rem expreſ-
ſam ſuper qua lis pendebat.*

2 *Tutor de geſtis, & adminiſtratis rationem reddere
tenetur.*

DECISIO CXLIV.

MOrtuo Cyriaco Blancheſio in pupilla-
ri ætate, & hinc orta controuerſia
reſpectu illius ſucceſſionis inter Per-
petuã matrem, & Coſimum patruũ,
fuit aſſignata dos ipſi Perpetuæ, & in
reliquis deuentum ad tranſactionem,
ſub his verbis, ſcilicet: *per concluſione dell'accordo,
le ſopradette parti, di commun conſenſo conuengono,
che tutti, e ſingoli altri beni hereditarij del detto q.
Sig. Ciriaco, tanto mobili, quanto ſtabili, ò ſe mo-
uenti, ragioni, crediti, debiti, & attioni di qualun-
que ſorte, in qualunque loco eſiſtenti, e douunque in
futuro poſſi in qualunque tempo trouarſi, debbiano
2 diuiderſi per metà.* Quo ſtante † reſolutum fuit
pro maiori parte omnia prædicta verba tranſa-
ctionis, & quæ poſtmodum ſubſequuntur infra-
ſcripto modo, renunciando ad inuicem,

Digitized by Google

& viciſſim, *reſpettiuamente ad ogni altra ragione, preteaſsone, che in qualſiaoglia modo à l' vna, & all'altra delle parti, & in qualſiaoglia tempo, & per qualſiuoglia cauſa, ò titolo competente, ò poſteſſe competere in futuro, per occaſsone della ſudetta heredità, e beni, ſenza veruna riſeruatione, le quali tutte dette parti ſi condonano ad inuicem, & rimettono liberamente;* Eſſe inquam dicta verba intelligenda, regulanda, & reſtringenda ad ſpecificata, & ad ſuam cauſam, hoc eſt iuxta contentionem, & litem præcedentem, quæ erat tantum circa modum ſuccedendi, nec vlterius extendenda eſſe, *l. ſi de certa, vbi Bart. Bal. Salic. Caſt. Alex. Iaſ. & alij, C. de tranſact. l. quoties, C. fam. hercisc. l. cum dies, §. plenum, ff. de arb. Pariſ. conſ. 89. num. 45. lib. 1. Natt. conſ. 546. nu. 6. & ſeqq. Lancell. Gali. conſ. 42. num. 6. & ſeq. Eug. conſ. 13. num. 39. lib. 2. Hond. conſ. 6. num. 35. & conſ. 49. num. 1. & ſeqq. lib. 1. Mar. de ſucceſſ. par. 4. quæſt. 21. art. 14. num. 43. & 45. Gratian. diſcep. 737. num. 11. & ſeqq. Sard. deciſ. 217. num. 1. & ſeqq. Greg. deciſ. 158. num. 1. & ſeqq. Mantic. deciſ. 245. num. 13. & in rec. par. 3.*
2 *deciſ. 108. nu. 2.* Propterea quia † non poſſe tranſactione præſtare impedimentum quin Coſimus patruus, cogere poſſit Perpetuam matrem Cyriaci ad rationem reddendam, pro tempore, quo ipſa adminiſtrauit tanquam tutrix, pro vt ſanè de iure reddere tenetur, *l. 1. §. officio, ff. de tutel. & rat. diſt. l. rationes, & l. aduerſus, C. de admi tutor. Menoch. de arb. caſ. 209. num. 1. & ſeqq. Munoc. de ratioc. cap. 3. num. 12. Seraph. deciſ. 1408. Rot. in recent. par. 1. deciſ. 690. num. 1.* Idque ad effectum, vt ipſe Patruus de reliquatu conſequi valeat portionem ſibi debitam in ipſis bonis Cyriaci, iuxta tenorem ſtatuti, & tranſactionis inter partes; Et conſequenter ſententiam D. Iudicis à quo abſolutoriam à petitis per Coſimum eſſe reuocandam; Et ita deciſum.

A R G V M E N T V M.

Fiſcus eſt quaſi hęres delinquentis, eiuſque perſonam repręſentat, ita vt creditoribus ſuper bonis confiſcatis ſatisfacere cogatur.

S V M M A R I V M.

1 *Iura fiſcalia Communitas habere poteſt ex Priuilegio Principis cui eſt ſubiecta.*
2 *Facta publicatione bonorum debitoris, ille amplius à creditoribus conueniri non poteſt.*
3 *Sed pro mortuo habetur.*
4 *Et ipſa ciuilis obligatio extinguitur.*
5 *Iniquum eſt actionem dari contra eum, cui ſunt ablata bona.*
6 *Fiſcus delinquentis eſt quaſi hæres.*
7 *Illumque repræſentat, & num. 8.*
9 *Et creditoribus illius de bonis confiſcatis ſatisfacere cogitur.*
10 *Quia in omnes condemnati actiones actiuas & paſſiuas ſuccedit.*
11 *Et omnes illius obligationes præſtare tenetur de bonis, quæ ad eum peruenerant.*
12 *Hæres vnus volens redimere partem cenſus ſibi tangentem, poteſt compellere cohæredem ad alteram partem redimendam.*
13 *Agens ad rem libere tradendam, loco damni emergentis & intereſſe petere poteſt ſortem, ad effectum liberandi rem eius ab altero obligatam.*
14 *Diſpoſitio l. hæreditatum, ff. ad l. Fal. non procedit, niſi vtraque parte conſentiente.*

D E C I S I O CXLV.

De anno 1627. DD. Franciſcus, & Hieronymus de Amianis germani fratres Ciuitatis Fani deuenerunt ad diuiſionem bonorum paternorum communium ſub diuerſis pactis, & conuentionibus, & ſignanter, quod in portione aſſignata Hieronymo comprehenderentur duo cenſus, vnus ſcutorum 883. monetæ Ducalis in ſorte, & alter ſcutorum 762. monetæ Papalis ſimiliter in ſorte, quorum vſusfructus, quia ex ordinatione paterna ſpectabat, & ſpectat, ad D. Eleonoram eorum matrem dum eſt in humanis, Franciſcus promiſit ſoluere Hieronymo in recumpenſationem ſcuta 150. quolibet anno incipien. à die 7. Martij 1632. durante vita Eleonoræ matris vſufructuariæ. Inſuper cõuenerunt, quod de cenſu ſcutorum 205. in ſorte fundato ab eorum Patre, & vendito D. Commendatario Marcolino, vnus quiſque ipſorum teneatur in ſe accollare, prout fecerunt medietatem. Nec non conuenerunt, quod alter alteri teneretur de euictione, & indemnitate bonorum receptorum. De anno verò 1631. Communitas dictæ Ciuitatis Fani habens iura fiſcalia ex priuilegio
1 Summorum Pontificum, ad quos † talis conceſſio ſpectat, *l. ſimile priuilegium, ff. ad munic. Galg. de iure pub. lib. 4. tit. 5. num. 11.* omnia ipſius D. Franciſci bona publicauit ob aliquod cõ-
2 miſſum delictum, ex qua † publicatione factum eſt, vt ipſe Franciſcus debitor amplius à creditore conueniri non poſſit, *l. ſi debitor, C. de ſent. paſſ. l. 2. ff. eod. l. 2. vbi Bal. & Salyc. C. ad l. Iul. de vi pub. Rot. in recent. par. 3. deciſ. 365. num. 1.*
3 Publicatis † namque bonis omnibus pro mortuo habetur, *§. publicatione, Inſtit. de ſociet. Giurb.*
4 *conſ. crim. 45. num. 2.* Et ipſa † ciuilis obligatio, quo ad ipſum extinguitur, *l. ſi debitori, vbi Bar. num. 1. ff. de fideiuſ. l. fin. ff. de duob. reis, l. fin. ad fin. C. de ſent. paſſ. Pereg. de iure fiſc. lib. 5. tit. 1.*
5 *num. 53. Gram. deciſ. 85. in fin.* Iniquum enim † eſſet in eum actionem dari, cui ſunt ablata bona, *l. fin.*

l. fin. ff. quæ in fraud. cred. Hering. de fideiuſſ. c. 20.
6 *§. 14. num. 5.* Et proinde † cum fiſcus ſit quaſi
hæres illius, *l. ſi tutorem, C. de vi pub. Gram. conſ.*
7. num. 1. Bertaz. conſ. crim. 489. num. 6 Giurb.
*conſ. 55. num. 14. Pereg. vbi ſuprà, num. 53. & *
54. Grivel. Dol. ſenat. deciſ. 3. num. 18. Cuius vi-
7 ces ſubſtinet, *l. fiſcus, ff. de vſur.* E † quem re-
preſentare videtur, *l. inter eos, §. fin. ff. de fideiuſſ.*
Dec. conſ. 442. num. 28. Ruin. conſ. 23. num. 24.
lib. 5. Caphi conſ. 321. num. 58. Giurb. d. conſ. 55.
8 *num. 14. in fin.* Sitque † loco hæredis extranei,
ſeu anomali, *Pereg. d. num. 53. Caball. reſol. crim.*
40. num. 2. & 7. Menoch. conſ. 101. num. 15. &
16. & conſ. 1253. num. 7. & 8. Conſequens eſt,
9 vt dicamus præfatum † D. Hieronymum credi-
torem ex inſtrumento diuiſionis ſequutæ, poſſe
petere executionem pro contentis in illo aduer-
ſus fiſcum, ad quem ſolutio ſpectat, *l. cum fiſco,*
ff. ad ſillanian. gloſ. in l. non intelligitur, §. cum ex
cauſa, ff. de iure fiſc. Bart. in l. creditor, ff. de ſo-
lut. & in l. ſi verò pro condemnato, ff qui ſatiſ. cog.
Boſſ. in prax. tit. de pub. bonor. num. 11. Decian.
pariter in prax. lib. 3. cap. 35. num. 78. Farinac.
10 *quæſt. 25. num. 169. & num. 177.* Cum † ſucce-
dat ipſe fiſcus in omnibus illius condemnati
actionibus actiuis, & paſſiuis, *Clar. in prax. §. fin.*
quæſt. 78. num. 7. vbi etiam *Baiar. num. 112.*
Guaz. de confeſſ. concl. 13. num. 9. Farinac. dict.
quæſt. 25. num. 51. Giurb. d. conſ. 55. num. 14.
11 *verſ. proinde.* Ita vt † teneatur præſtare ius, fa-
ctum, & omnem obligationem ipſius Franciſci,
de bonis eius, quæ ad eundem fiſcum peruene-
runt, *l. 2. C. ad l. Iul. de vi pub. l. ſi adeptis, C.*
de ſent. poſſ. Peregr. d. tit. 1. num. 53. Guaz. d.
tit. concl. 23. num. 1. Farinac. d. quæſt. 25. num.
169. Crau. conſ. 263. num. 7. Rol. conſ. 31. vol. 1.
Abb. conſ. 102. lib. 2. Gail. lib. 2. obſer. 86. Ca-
ball. par. 3. reſolut. 266. num. 1. Giurb. conſ. 45.
num. 3. verſ. adeo vt, Gratian. diſcept. 840. num.
36. Benius decis. 91. num. 2. Propterea Domini
fuerunt in voto nomine diſcrepante, quod om-
nia promiſſa, & conuenta in ipſo inſtrumento
diuiſionis ſint per dictam Ciuitatem, & fiſcum
præſtanda, & adimplenda ad fauorem D. Hiero-
nymi actoris, non tamen iuxta formam decreto-
rum D. Iudicis à quo, quæ veniunt reformanda,
ſed ſecundum ſeriem, & tenorem inſtrumenti,
nempè ſoluendo d. D. Hieronymo ſcuta 150.
quolibet anno durante vita D. Eleonoræ vſufru-
ctuariæ dictorum cenſuum: Item extinguendo
medietatem dicti cenſus ſcutorum 205. accollati
12 per eundem Franciſcum. Nam † D. Hierony-
mus volens extinguere partem ſibi tangentem,
prout in actis declarauit, poteſt cogere cohære-
dem, & conſequenter fiſcum ad alteram partem
extinguendam, vt multis citatis firmat *Cene. de*
Cenſ. par. 3. cap. 1. quæſt. 3. art. 2. num. 15. Nec
non extinguendo alium cenſum ſcutorum 250.
impoſitum per D. Franciſcum ſuper bonis ob-
13 uentis in portione D. Hieronymi, qui † proinde
virtute Inſtrumenti diuiſionis, poteſt agere pro
liberatione dictorum bonorum. Et ſic ad reſti-
tutionem dictæ ſummæ ſortis principalis pro in-
tereſſe, ad effectum deponendi penes perſonam
idoneam, pro extinctione cenſus, *Gratian. diſc.*
301. num 5. Ros. penes Cene. deciſ. 139. num. 2.
coram Greg. deciſ. 88. num. 3. & 10. & deciſ. 564.
num. 5. & in recent. par. 2. deciſ. 77. num. 3. cum
ſimilibus.
14 Neque obſtare viſum fuit, quod dicebatur
executionem relaxatam à D. Iudice à quo pro
ſcutis 1800 procedere ſecundùm diſpoſitionem,
l. hæreditatum, ff. ad leg. fal. Quia reſpondeba-
tur diſpoſitionem illius tex. non procedere, niſi
vtraque parte, volente, & conſentiente, *Bar. ibi-*
dem, num. 4. Et ita deciſum.

ARGVMENTVM.

Mora poteſt quandocunque purgari de æquitate canonica, ſi ius partis non ſit factum deterius.

SVMMARIVM.

1 *Creditum cum hypothеca eſt primum, & neceſſarium antecedens in ſaluiano.*
2 *Quod tollitur ſublato credito.*
3 *Tertius poſſeſſor offerendo creditum liberatur à moleſtijs in ſaluiano.*
4 *In quo admittitur exceptio ſolutionis.*
5 *Solutione eius, quod debetur tollitur omnis obligatio.*
6 *Mora de æquitate Canonica purgari poteſt, etiam quod adeſſet iuramentum, ſi ius partis non ſit factum deterius.*
7 *Tàm in prima, quàm in ſecunda inſtantia, & in quacunque parte Iudicij.*
8 *Etiam ſi adeſſet obligatio Cameralis, ſi certa dies ab initio non eſt appoſita.*
9 *Et multo magis in eo, qui non tenetur ex facto proprio, ſed ex alieno.*
10 *Cuius alieni facti ignorantia eſt probabilis.*
11 *Mora non conſideratur niſi in eo, qui eſt dolo ſaltim præſumpto, ſeu lata culpa.*
12 *Ægidiana non militat in cauſis fori Eccleſiaſtici.*
13 *Non deducta in prima inſtantia, deduci poſſunt in cauſa appellationis.*
14 *Mora non conſideratur in eo, quod de iure eſt permiſſum.*
15 *Moræ purgatio admittitur etiam elapſo tempore à Iudice ſtatuto, ſi res eſt integra, ſecus ſi à lege.*
16 *Omnis interpellatio ſiue legis, ſiue hominis ſpatium quoddam continere debet ad purgandam moram.*

DECISIO CXLVI.

DOmini fuerunt in voto, quod reuocata ſententia Iudicis à quo Zeffirini de Monticulo tertij poſſeſſores rei conuenti ex nouiter deductis in Rota ſint ab impetitis abſoluendi: Nam † quemadmodum
1 in Saluiano principaliter conſtare debet de credito cum hypotheca, quod eſt neceſſarium antecedens ad ſubſtantiandum Iudicium, vt in terminis pluribus exornant, *Menoch. de ad p. rem. 3. num. 163. Rolan. conſ. 14. num. 13. lib. 1. quos ſequitur Rot. diuerſ. par. 2. deciſ. 34. num. 15. & in recent. par. 1. deciſ. 204. num. 3. & par. 3. deciſ. 331. num. 1. & deciſ. 731 num. 1.* cum alijs per
2 nos deductis, *deciſ. 13. num. 9.* Ita eodem † modo ſublato credito, & ipſum remedium tolli neceſſe eſt, vt plenè notat *Scap. de Salu. lib. 2. quaeſt. 4. in prin. Rot. diuerſ. d. deciſ. 34 num. 25. & in recent. par. 1, deciſ. 383. num. 2. in fin.* vbi am-
3 plius dicit, quod † poſſeſſor offerendo creditum liberatur, iuxta *l. paulus, in fin. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. ſol. Rol. d. conſ. 14. num. 9. & 10. lib. 1.* Etenim in caſu, & ad effectum de quo agi-
4 tur iuſtificata † ſolutione eius, quod debebatur ab Attilio Baratto per facti praeſentationem ab eiſdem reis conuentis, hoc eſt per indicationem, & exhibitionem inſtrumenti cenſus de quo agebatur, & ad quod exhibendum ipſe Attilius cedens tenebatur, vtique firmandum venit, quod actio Saluiani intentata elidatur, & tollatur ipſo iure, *ad l. conſentaneum, C. quom. & quand. Iud. gloſ. in cap. 1. in verb. defenſionis, de litis conteſt. in 6. Couarr. in reg. poſſeſſor. num. 5. de*
5 *reg. Iur. Scap. d. quaeſt. 4. num. 1.* Solutione † enim, quod debetur tollitur omnis obligatio, *Inſtit. quib. mod. tollat. oblig. in prin. Mar. Ant. var. lib. 2. reſolut. 88. num. 4. Scap. d. quaeſt. 4. num. 2. & quaeſt. 5. in prin. Rot. diuerſ. d. deciſ. 34. num. 27. & in recentior. par. 1. d. deciſ. 383. num. 2.*

Quibus non obſtant, quae dicuntur de mora
6 commiſſa in exhibitione inſtrumenti: Quia † cùm ius partis non fuerit factum deterius. Domini Auditores dixerunt de equitate canonica moram potuiſſe purgari, etiam quod adeſſet iuramentum, vt expreſſe colligitur, *ex tex. in can. apud miſericordiam, 32. quaeſt. 1. & in can. beatus, 22. quaeſt. 2. & in cap. ex literis, de conſtit. per quae iura,* idem affirmat *Bal. in l. qui crimen, num. 20. C. de ijs, qui acc. non poſſ. & conſ. 127. lib. 1. Dec. conſ. 138. num. 7. Goz. conſ. 66. num. 13. Surd. conſ. 101. num. 24. & deciſ. 265. num. 38. Seraph. de iuram. priuil. 48. num. 8. & ſeqq. Gram. deciſ. 95. in fin. Rot. in recent. par. 4. deciſ. 640. num. 4.*
7 Tàm † in prima, quàm in ſecunda inſtantia, & in quacunque parte Iudicij, *Mareſc. var. lib. 2. cap. 124. num. 31. in fin. & num. 43. Belt. ad Greg. deciſ. 559. num. 10.* vbi lector habet multa notanda in hac materia, *Seraph. deciſ. 1150. num. 4. Rot. diuerſ. par. 4. deciſ. 728. num. 4.* Etiamſi
8 adeſſet † obligatio Cameralis, dum tamen certa dies ab initio non fuiſſet appoſita, *Zacch. de oblig. Cam. quaeſt. 28. num. 11. Rot. in Romana Vineae, 3. Aprilis 1598. coram Orano. & in recent.*
9 *par. 4. d. deciſ. 640. num. 10.* Praeſertim † qui à Zeffirini rei conuenti non tenentur ex proprio, ſed Attilij facto, quibus propterea multo magis competit purgatio morae, *Iaſ. & Alex. in l. ſi inſulam, ille, num. 25. & iſte, num. 28. ff. de verb. oblig. Mareſc. d. cap. 124. num. 29.* Cum ipſi ver-
10 ſentur in facti alieni ignorantia, quae † ſicut eſt probabilis, *l. fin. ff. pro ſoc. Rot. penes Zacch. de oblig. Cam. deciſ. 20. num. 8. & deciſ. 124. n. 12.* Ita pari modo operatur excluſionem morae, quae
11 non † committitur niſi in eo, qui eſt in dolo, ſaltim praeſumpto, ſeu lata culpa, *Rot. ex imp. per Zacch. d. deciſ. 20. num. 5.*

Quibus accedit, quod cauſa eſt fori Eccleſia-
12 ſtici, in quo † non militat Ægidiana quamuis verſemur in poſſeſſorio, ex deductis per nos dec. 3.
13 & alibi ſaepè, & proinde appellatio, † quae admittitur operatur, vt non deducta, & exhibita in prima inſtantia deduci, & exhiberi valeant in ſecunda, & tertia, *Rot. in rec. par. 3. deciſ. 277.*
14 *num. 2.* Vndè non poteſt dici † contracta mora in eò, quod de iure eſt permiſſum, *Mantic. dec. 270. num. 8.*

Nequè obſtat, quod dicebatur Zeffirinos fuiſſe in mora per aſſignationem termini triginta dierum ad perquirendum dictum inſtrumentum:
15 Quia † à reſpondetur, quod etiã elapſo termino à Iudice ſtatuto, adhuc purgatio morae admittitur ſi res eſt integra, *l. mancipiorum, ff. de oper. liber. Oſaſch. deciſ. 71. num. 59.* Et doctrinae in contrarium allegatae loquuntur in termino ſtatuto à lege ad purgandum moram, ideò nimirum ſi non admittitur purgatio morae, quia lex quantumcunque dura, eſt ſeruanda, *l. proſpexit, ff. qui & à quib.* ſecus autem ſi talis terminus eſt aſſignatus ab homine, etiam comminatoriae, vt poſt *Bal. Ruin.* & alios optimè diſtinguit *Oſaſch.*
16 *deciſ. 71. num. 63.* Immò † ſecundùm veriorem, & aequiorem opinionem omnis interpellatio, ſiue legis, ſiue hominis ſpatium quoddam continere debet ſaltim tacitum, ne ſtatim poſt interpellationem moram, quis incurriſſe dicatur, *gloſ. in leg. Æmilius, in verb. reſtitui, ff. de minor.* quam ſequuntur, *& ſingularem appellant Bal. in cap. 1. num. 5. verſ. hoc intellige de nou. form. fidel. Purp. in l. vinum, col. 2. ff ſi cert. petat. Gab. de ſolut. concluſ. 9. lim. 13. num. 30. Roman. conſ. 27. in fin. Rot. in recentior. par. 4. d. deciſ. 640. numer. 2. verſic. & optimè.*

AR-

ARGVMENTVM.

Si vicinus aquam pluuiam decurrentem ad ſuum fundum opere manufacto diuertat, ita vt altero vicino noceat, cogitur opus deſtruere, & ad priſtinum ſtatum aquam reducere. Et quando licitum ſit ſulcos aquarios tranſuerſos facere.

SVMMARIVM.

1 *Qui viam publicam exarauit comprellitur ad eius munitionem.*

2 *Qui cauſam damni dat, damnum reſarcire debet.*

3 *Qualibet res ad ſuum priſtinum ſtatum reducenda eſt.*

4 *Sic debet quis meliorem agrum ſuum facere, ne vicini deteriorem reddat.*

5 *Semper hæc eſt ſeruitus inferiorum prædiorum, vt natura profluentem aquam excipiant.*

6 *Tria ſunt per quæ inferior locus ſuperiori ſeruit: Conuentio, natura loci, & vetuſtas.*

7 *Vicinus opere manufacto excludere poteſt aquam ne obſit, quamuis alteri noceat.*

8 *Intellige quando non tenetur illam recipere ex natura loci, vel iure ſeruitutis.*

9 *Nemo poteſt alterare naturam loci, nec facere contra ſeruitutem naturaliter debitam.*

10 *Inferior, qui ex natura loci tenetur recipere aquam defluentem ex agro ſuperiori, non poteſt opere manufacto impedire huiuſmodi naturalem curſum.*

11 *Aquam pluuiam cadentem in fundo meo poſſum retinere, & de illa diſponere ad libitum.*

12 *Vicinus opere manufacto poteſt flumen publicum auertere ad ſui vtilitatem, licet in conſequentiam noceat alteri, qui non poteſt conſequi illam vtilitatem.*

13 *Diuerſum tamen eſt in aqua pluuia, quam quis tenetur recipere ex natura loci, & num. 14.*

15 *Nemo debet adeò curioſus eſſe rerum ſuarum tuendarum, vt per hoc alijs iniuſtè noceat.*

16 *Poteſt quis arando ſulcos aquarios tranſuerſos facere, quando ager eſt ſuperior, & his ſulcis indiget.*

17 *Sed limita quando ager poteſt æque bene coli, arari, & ſeminari ſine ſulcis tranſuerſis.*

18 *Fauore agriculturæ, & fructuum colligendorum cauſa ſeruitus introducta reperitur, etiam contra regulas iuris.*

19 *Conſ. Ladertb. 146. quomodo procedat.*

DECISIO CXLVII.

FVit reſolutum pro D. Hieronymo Marchetto Æxio, nempè condemnandum eſſe Franciſconum ad reponendum viam in priſtinum, ad hoc, vt aquæ curſum poſſit decurrere, prout antiquitus decurrebat; Nec non ad remouendos aggeres, & impedimenta quæcunque facta per eum ſub ponte, & obturandos, ac reimplendos foueos deuiantes aquam à ſuo naturali curſu: Et verſa vice licitum eſſe D. Marchetto ſulcos aquarios tranſuerſos facere, dummodò ipſe in pede ſuarum terrarum prope viam foueos faciat capaces ad recipiendum aquas defluentes à ſuo prædio, iuxta ſententiam D. Iudicis Æxij, quam ipſe acceptauit.

1 Probatur enim, quod Franciſconus viam † occupauerit per nouem teſtes examinatos in proceſſu ciuili, & per quatuor in cauſa criminali, ac etiam ex inſpectione loci, & planta illius de conſenſu partium facta, ita vt locum ſibi vendicet diſpoſitio, *tex. in l. fin. §. qui viam publicam, ff. de via pub. reficien. & in l. 2. §. reſtituas, ff. ne quid in loc. pub.* Et tradit *Cæpol. de ſeruit. ruſtic. præd. cap. 3. num. 57. Carpan ad ſtat. Mediol. par. 2. cap. 148. num. 10.* Quod etiam expreſſe cauetur ſtatuto Ciuitatis Æxij, *lib. 3. Rub. 81. §. 1.* Et quamuis appareat, quod ipſe non occupauerit totam viam, quæ in quadam parte deſtructa videtur propter aquarum inundationem, cum tamen hæc deuaſtatio prouenerit ex mutatione

2 antiqui curſus aquæ facta ab eodem, quia congregauit ſimul omnes aquas prouenientes ab agris ſuperioribus, & quæ prius ſegregatæ per diuerſa loca currebant, & in diuerſas partes cadebant, eaſque per vnum foueum tranſuerſum dirigebat ad locum, vbi facta ſunt claſmata, prout de dicta mutatione deponunt ſeptem teſtes in proceſſu ciuili, & alij ſeptem in proceſſu criminali reproducto in caſu ciuili, & de ipſa ruina ex hac mutatione cauſata deponunt teſtes in proceſſu ciuili, propterea debet ipſemet damnum reſarcire, *ex l. 4. in fin. verſ. verum eſt enim, ff. vi bonor. rapt. & l. qui occidit, §. in hac quoque,*

3 *ff. ad l. aquil.* Reducendo † ſcilicet rem ad ſuum priſtinum ſtatum, *l. 2. in fin. C. ad l. aquil. vbi Bal. num. 3. & 4. & Arg. num. 2.* & ſequitur *Iaſ. Inſtit. de act. §. ex maleficijs, num. 102.* Concordatque ſtatum d. Ciuitatis, *lib. 3. rub. 82. in fin.* Prout nec dubitari poteſt, quin ipſe Franciſconus mutauerit antiquum curſum aquæ cum id probetur in proceſſu per vndecim teſtes examinatos pro Marchetto, & per tres examinatos per Franciſconum, & per ſeptem alios examinatos in cauſa criminali, & reproductos in ciuili;

4 Quod † facere non potuit in præiudicium agrorum ſuperiorum, & viæ publicæ intermediæ, quamuis hoc fecerit ad euitandum damnum, & conſeruandum proprium fundum; Nam ſic debet,

ARGVMENTVM.

Trebellianica intelligitur prohibita per verba reſtituas ſine aliqua diminutione, vel integrè.

SVMMARIVM.

1 Trebellianica non dicitur prohibita, ſi relinquatur hæreditas pleno iure. Limita, vt num. 2.

3 Trebellianica cenſetur prohibita ſtantibus verbis (ſine diminutione aliqua) vel (integrè.)

DECISIO CXLIX.

CVm autem ſecundo loco occaſione
teſtamenti, de quo in præcedenti
1 deciſione, dubitatum fuerit. † An
verba illa (pleno iure) importent
prohibitionem trebellianicæ, &
frequentiori calculo receptum ſit
eam non eſſe prohibitam per dicta verba, vt te-
ſtantur, *Gab. tit. de Trebell. concl. 4. Mantic. de*
coniect. lib. 7. tit. 12. num. 18. Mareſc. var. lib. 1.
cap. 100. numer. 11. & ſeq. Gratian. diſcept. 46.
num. 16. & 17. vbi dantur concordantes. Atta-
2 men † quando cum dictis verbis concurrunt alia
denotantia teſtatorem voluiſſe omnia bona reſti-
tui, tunc cenſetur ſine difficultate prohibita tre-
bellianica, vt ferunt doctores omnes inferius ci-
3 tandi, ſed in caſu noſtro Iacobus teſtator † vltra
verba illa (pleno iure) ſubiunxit (integrè) quod
ſanè verbum ſufficit pro inducenda tali prohibi-
tione, *doct. in l. centurio, de vulg. & pupill. &*
de communi teſtantur, Surd. conſ. 458. num. 23.
Hond. conſ. 66. num. 8. 9. & 31. lib. 2. Mareſc.
var. d. cap. 100. num. 13. Grat. diſcept. 46. n. 18.
diſc. 869. n. 18. & ſeq. diſc. 888. n. 7. & 9. & diſc.
889. num. 11. Et neminem ab hac opinione diſ-
crepare dixerunt, *Crau. conſ. 174. num. 1. Gab.*
d. tit. de trebell. concl. 5. in prin. & concluſ. 7.
pariter in prin. Mantic. d. tit. 12. num. 16. Et in
indiuiduo ſæpè, & ſemper firmauit *Rot. vt coram*
Put. deciſ. 448. num. 4. lib. 2. coram Mantic.
dec. 348. num. 4. coram Greg. deciſ. 421.
num. 13. & diuerſ. par. 4. deciſ. 433.
nu. 1. & in recent. par. 1. deciſ.
453. num. 3. & par. 2.
deciſ. 259. num. 5.
p. 4. dec. 164.
nu. 6. &
p. 5.
deciſ. 184. num. 9. Et firmanię
mus *deciſ. 50. num.*
246. Et ita,
&c.

ARGVMENTVM.

Ex ſummario num. 2. ſume Argumentum.

SVMMARIVM.

1 Inter plures Iudices competentes ille dicitur præueniſſe, qui primus eſt in exercitio iuriſdictionis, vt poſt citationem decernendo.

2 Limita vbicunque à diuerſis appellatur ad diuerſos Iudices, quorum vnus eſt ſuperior altero, quia tunc Iuriſdictio ſuperioris abſorbet iuriſdictionem inferioris.

DECISIO CL.

SAcripantes Groperius, & Siluius
Crottus Iudices electi de conſenſu
partium iuxta formam compro-
miſſi, die 19. Octobris 1633. co-
rum promulgarunt ſententiam, à
qua Flaminius collecta de Patri-
gnono vnus ex colitigantibus appellationem, &
inhibitionem à D. Locumtenente Montis Alti,
die 23. eiuſdem obtinuit. Et Iacobus Tancredus
alter ex colitigantibus die 29. eiuſdem appella-
tionem pariter interpoſuit, & inhibitionem in
hoc Auditorio expediuit: Inſtabat autem Flami-
nius pro moderatione inhibitionis, & remiſſio-
nis cauſæ ad Locumtenentem, coram quo prius
fuerat appellatio interpoſita, & ceptus proceſ-
1 ſu, ex quibus † actibus iudicialibus videbatur
locum eſſe præuentioni iuriſdictionis ad eius fa-
uorem, *ad tex. in cap. vt debitus, de appellat. in*
cap. capitalum, de reſcrip. gloſ. fin. in cap. propo-
ſuiſti, de foro compet. Bar. & Alex. in l. ſi pluri-
bus, ff. de leg. 1. cum alijs deductis per Veſt. in
prax. lib. 3. cap. 11. num. 1. & ſeq. Sed his non ob-
ſtantibus fuit reſolutum procedendum eſſe ad vl-
2 teriora in cauſa; ſiquidem † vbi diuerſæ perſonæ
nempe actor, & reus diuerſos appellant Iudices
infra decem, vt in præſenti caſu, appellatio inter-
poſita ad maiorem præualet, & elidit interpoſi-
tam coram minore, etiam ſi minor appellationi
prius detulerit, & de meritis cauſæ cognoſcere
ceperit, *Abb. Franch. & alij Canoniſtæ in cap. ſi*
duobus de appellat. Specul. tit. de appellat. §. nunc
tractemus., verſ. quid ſi à ſententia ſuffraganei,
num. 17. lib. 2. Berou. conſ. 6. num. 4. lib. 3. Lan-
cell. de attent. par. 2. cap. 12. Amp. 15. num. 24.
Scac. de appell. qui teſtatur de communi, quæſt. 10.
num. 10. Oſaſch. deciſ. 131. num. 14. Quod verò
Auditores Rotæ Picenæ in cauſis appellationum
ſint maiores, Iudices reſpectu loca tenentium,
non videtur locus dubitationi, & ex abundanti
probatur, ſignãter ex Bulla Conſtit. Rotalis *Sixti*
V. num. 21. vbi cauſæ appellationum ipſo iure de-
uolutæ eſſe intelliguntur ad ipſos Auditores, ac

ſi

ſi ad Sanctam Sedē Apoſtolicam interpoſitæ fuiſſent, ex quo datur intelligi, quod ſint maiores, & conſequenter præferendi, ad notata per *Scacc. in d. q. 10. n. 10. & 11.* Et ita ſeruatum pluries;

ARGVMENTVM.

Adminiſtrator tenetur edere libros rationum in Iudicio, non vt efficiantur de actis, ſed vt deponantur penes tertium ad effectum inſpiciendi, & calculandi.

SVMMARIVM.

1 *Adminiſtrator non tenetur libros in actis producere, ita vt deueniant ad manus colligantis, ſed ſufficit, vt deponantur penes tertium eligendum à Iudice, & num. 2.*

3 *Adminiſtrator cogitur exhibere libros adminiſtrationis.*

4 *Quæ exhibitio differt à productione.*

5 *Producta in iudicium efficiuntur de actis, ſecus autem exhibita Iudice pro animi informatione.*

6 *Adminiſtratori ſufficit libros edere, hoc eſt oſtendere ad effectum calculandi.*

7 *Productio nihil aliud eſt, quam animi certa declaratio viendi iuribus productis.*

8 *In productione pars debet eſſe præſens, vel citata, & copia productorum per Iudicem ſibi decreta cum termino ad opponendum.*

9 *Iura producta efficiuntur communia.*

10 *Quæ debent reſtitui ſine dimiſſione copiæ, & ſine iactura expenſarum.*

11 *Redditio rationis in loco adminiſtrationis redditur.*

DECISIO CLI.

Dominus Thomas Leonardus adoleſcens tutricem, & curatricem pro tēpore habuit D. Eliſabetham de Gēchis matrem, quâ defuncta in Iudicio coram D. L. comtenente Fani pro redditione rationis vocauit D. Andream, & Leonardum fratres, & hæredes dictæ matres adminiſtratricis, cum quibus hæredibus fabricato proceſſu obtinuit per Iudicem eligi peritos ad calculandum, & illis electis libros adminiſtrationis conſignari, & poſt aliquot dies petijt eoſdem libros apud peritos exiſtentes exhiberi in Iudicio ſaltim ad effectum videndi, quod pariter obtinuit per decretum, à quo ipſi fratres, & hæredes appellationem interpoſuerunt in Rota, firmantes non teneri ad ſimilem exhibitionem quæ non differt à productione, & conſequenter decretum eſſe grauatorium, ex quo ipſi non tenentur facere libros de actis niſi, quo ad calculū,
& partitas controuerſas, nec poſſunt grauari onere expenſarum, quæ Notario cauſæ deberentur
in regiſtratione ſcripturarum reſtituendarum cū
dimiſſione copiæ collationatæ in actis. Vnde
propoſito dubio, an decretum ſit appellabile,
1 fuit vnanimiter reſolutum negatiuè. Nam † quāuis libri per hæredes dictæ adminiſtratricis non
ſint producendi, ita vt deueniant ad manus colligantis; *Bucc. conſ. 190. num. 5. lib. 2. Pariſ.
conſ. 89. num. 17. lib. 1. Greg. deciſ. 151. num. 3.*
2 Sed dumtaxat † deponendi penes tertium; *l. ſi
quæ ſunt, ſi fam. l. hereiſ. Greg. ead. deciſ. 151.*
3 *num. 4.* Rota tamen cenſuit, † quod qui adminiſtrationis rationem reddere tenentur, prout ſunt
dicti fratres de quo non dubitatur, cogantur coram Iudice libros exhibere, *Bal. in l. cum teſtamento. num. 4. C. de teſtam. manum. Grat. diſc. 71.*
4 *num. 4. Greg. d. deciſ. num. 1.* Quæ quidem †
exhibitio valde differt à productione, vt notabiliter refert *Sol. ad conſtit. Sabaud. tit. de donat.
gloſ. 5. num. 1. fol. 186. & tit. de oppoſit. gloſ. 1.*
5 *num. 1. fol. 206.* Differentia autem † in eò conſiſtit, quod exhibita Iudici pro animi informatione, non dicuntur de actis, nec in actis continentur; producta autem ſic, *Guidop. deciſ. 241. in
6 prin. Sol. loc. cit.* Quorum † ſic exhibitorum copia aduerſario non eſt decernenda, *Guidop. de-
7 ciſ. 142. Sol. vbi ſuprà.* Niſi † ad effectum legendi, inſpiciendi, & calculandi rationes, *l. 1. §. 1.
& l. argentarius, § edi autem, ff. de eden. Greg. d.
deciſ. 151. num. 2.* Et proinde in caſu noſtro libri non habentur pro productis, cum nihil aliud
8 ſit † productio, quā animi certa declaratio vtendi iuribus productis, *Caſt. conſ. 281. num. 10. lib.
1. Sol. dicto titulo de oppoſitionibus, gloſ. 1. num. 2.*
9 Ad cuius † productionis effectum pars debet eſſe præſens, vel citata, & copia per Iudicem decreta cum termino ad opponendum, *Bart. in extrauag. ad reprimendum, in verb. de plano, Rom.
conſ. 156. Sol. d. tit. de donat. gloſ. 5. num. 2. &
d. gloſ. 1. num. 3. Belt. ad Greg. deciſ. 59. num. 11.*
Quo caſu producta efficiuntur communia, *l. ſi
veteris, C. de fid. inſt. Sol. d. gloſ. 1. num. 14. fol.
206.* Ideoquè ex his ceſſat motiuum expenſa-
10 rum, cum † Iudex mandauerit tantummodò libros exhiberi, ex qua exhibitione illi non ſunt
facti de actis, ſed debent ſuis loco, & tempore
reſtitui dictis hæredibus, abſque dimiſſione copiæ, & conſequenter ſine iactura expenſarum.
Quare moderata fuit inhibitio, & cauſa remiſſa
11 ad Iudicem ſuum in Ciuitate Fani, vbi † ſicut adminiſtratio geſta fuit, ita, & ibi ratio adminiſtrationis reddi debet, *l. 1. & 2. C. vbi de ratioc. tam
pub. quàm priuat. Rot. Ianuen. deciſ. 98. num. 3.*
cum regulariter extra locum adminiſtrationis
non teneatur adminiſtrator libros exhibere, *l.
prætor. ait. in fin. vbi Caſt. ff. de eden. Rot. Ian.
d. deciſ. 98. num. 4.*

tur iuſta, & legitimâ, *l. merito, ff. pro ſoc. Cravet. conſ. 150. nu. 5. cum alijs citatis, d. deciſ. 62.*
29 *num. 3.* poteſt † acceptari reſpectu poſſeſſionis reiecta illa qualitate vitij. quæ eſt contra iuris præſumptionem, *Bart. in l. Aurelius, §. idem quærit, ff. de lib. leg. Greg. deciſ. 200. num. 3. & 5. & deciſ. 458. num. 5. & d. deciſ. noſtra 62.*
30 *num. 5.* Stantibus † maximè verbis dictæ ſententiæ ibi (amota Catherina) ex quibus pariter eius poſſeſſio probatur ad effectum manutentionis,
31 *Cocc. deciſ. 14. num. 3.* Eò quia † amotio præcedentem poſſeſſionem omninò includit, ſicut priuatio præſupponit habitum, *l. manumiſſiones, ff. de iuſt. & iure, l. decem, ff. de verb. oblig. Oſaſ. deciſ. 120. num. 7. Capel. Tholoſ. deciſ. 437. num. 2. Greg. deciſ. 402. num. 1. & deciſ. 458. num. 2. quos retulimus, deciſ. 15. n. 10. & ſeqq.* Et ita, &c.

ARGVMENTVM.

Decimæ, aliæ ſunt ſpirituales, aliæ temporales. Et quando, & cui debeantur ſpirituales, & temporales.

SVMMARIVM.

1 *Decima ſpiritualis eſt triplex, ſcilicet prædialis, perſonalis, & mixta.*
2 *Prædialis, eſt quæ ſoluitur de fundi fructibus collectis intra confines Parochiæ.*
3 *Perſonalis eſt, quæ ex opera, & induſtria perſonæ ſoluitur Eccleſiæ, vbi recipiuntur ſacramenta.*
4 *Mixta eſt, quæ de fructibus animalium ſoluitur, vbi illa paſcuntur.*
5 *Decimæ, aliæ ſunt ſpirituales, & aliæ temporales.*
6 *Decima temporalis eatenus debetur, quatenus docetur de exiſtentia, & contractu illius.*
7 *Conſenſus omnium requiritur in obligatione voluntaria, non neceſſaria.*
8 *Præſcriptio contra ius, tantum habet in potentia, quantum de vſu.*
9 *Et non extenditur de perſona ad perſonam, nec de re ad rem.*
10 *Sed militat tantum contra eos, qui ſubiecti reperiuntur per conſuetas præſtationes.*
11 *Obſeruantia optima eſt interpres cuiuslibet diſpoſitionis.*
12 *Obſeruantia eſt attendenda, vbi dubitatur, an decima debeatur, vel non.*
13 *Obſeruantia arguit veritatem.*
14 *Et omnem remouet ambiguitatem.*
15 *Decimarum perceptio pertinet ad Capellam, quæ noniter, & legitimè in Parochiam fuerit erecta ſi Epiſcopus illas nouo Parocho ad præſcriptum S. Sac. Conc. aſſignauit.*

DECISIO CXLII.

Cathedralis Eccleſia Ciuitatis Aſculanæ habet intra limites Parochiæ, cuius Vicarius perpetuus eſt R. D. Maurus Vanarellus capellam in contrata vallis Aſſenſanæ, ſub inuocatione S. Mariæ, cuius modernus Capellanus amouibilis eſt R. Bartholomæus Canecius electus à dicto Vicario, & approbatus ab Illuſtriſſimo Epiſcopo; Parochiani autem dictæ vallis Sacramentum Baptiſmatis in dicta Eccleſia Cathedrali matrice ſuſcipiunt, & ibidem decimam prædialem perſoluunt; cetera verò Sacramenta recipiunt ferè omnes de manu ipſius Capellani, cui inhabitantes, & recipientes, ab eo Sacramenta, annuatim ſoluunt præbendas tres frumenti pro quolibet colono, & qualibet vinea, quæ ratione motus R. Bartholomæus Capellanus, die 4. Aprilis anni 1633. iudicialiter conuenit Ioannẽ q. Ioannis Antonij Petri, colonũ vineę Camilli Antonelli, & vineę Ioannis Petri de Bellucijs, ad ſolutionem dicti frumenti, ſub aſſerto titulo decimarum perſonalium, ſiue focalium (vt verbis illius vtamur) pro tempore, & ſpatio quatuor annorum, quibus ipſe Bartholomæus fuit Capellanus, pro qua ſumma executionem obtinuit à D. Vicario Aſculano. Verum cauſa per appellationem introducta in Rota cum dubitaretur, An decretum eſſet confirmandum, diſcuſſo articulo duximus nega-
1 tiuè reſpondendum eſſe. Nam cum † triplex tantum decima ſpiritualis reperiatur, nempe prædialis, perſonalis, & mixta, *gloſ. in cap. nuncios, de decim. Azor. Inſtit. moral. lib. 7. cap. 23. verſ. tertio quæritur, Ricc. in prax. par. 2. reſol. 323. num. 2.* illam vtique quam prætendit Capellanus
2 à dicto Ioanne Colono, Prædialis non eſt, † prout ipſe met fatetur, & dat manus, quod ſoluatur, prout ſemper factum eſt Parocho Eccleſiæ Cathedralis, qui de iure intentionem fundatam habet in decimis prædiorum exiſtentium intra limites ſuæ Parochiæ, vbi fructus colliguntur, vt in præſenti caſu non controuerſo, *cap. fin. vbi doct. de Paroch. & alien. paroc. cap. quoniam, cap. ad Apoſtolicæ, & cap. cum in tua de decim. Rebuff. tract. de decim. quæſt. 6. num. 19. & quæſt. 7. n. 3. & ſeqq. Monet. eod. tract. cap. 7. num. 17. Grat. diſcept. 595. num. 1. Ricc. in prax. par. 4. reſolut. 294. num. 1. Barb. de off. & poteſt. Paroch. cap. 28. §. 2. num. 17. & 32.* cum innumeris alijs per
3 nos allegatis, *dec. 131. n. 9. 10. & 58.* Perſonalis † non eſt, quia hæc ſoluitur ratione Sacramentorum, & ſic Eccleſiæ, vbi ipſe Ioannes recepit, & recipit Sacramenta, *cap. ad Apoſtolicæ Sedis, vbi gloſ. in verbo perſonalis, de decim. Monet. d. tract. cap. 3. n. 7. & in puncto, Ricc. in d. prax. par. 2. reſ. 323. n. 2. in princ. & latiſſimè omnium Barb. d. ca. 28. §. 2. n. 26. & ſeqq.* Non autem Capellæ præfatæ S. Mariæ in qua nunquam recepit Sacramen-

tia,

tā; nec ab ipſo, nec ab alijs Capellanis, vt con-
ſtat in proceſſu ſignanter ex depoſitione quatuor
Capellanorum anteceſſorum: Quod etiam com-
probatur ex qualitate rei prætenſæ, quia frumen-
tum petitum prouenit ex fundo, decima verò per-
ſonalis prouenit, & debetur ex induſtria, vel
opera perſonæ, nimirum, ex mercatura, opifi-
cio, negotiatione, venatione, piſcatione, & ſi-
milibus, *d. cap. ad Apoſtolicæ Sedis. vbi gloſ. in*
verb. perſonales, de decim. Rebuff. eod. tract. quæſt. 3.
num. 29. Azor. d. cap. 23. verſ. 3. quæritur. Mi-
4 xta † non eſt, quia de fructibus animalium ſol-
ueretur, vt puta de fæno, lana, vel animalibus,
ibidem paſcentibus, *cap. peruenit, de decim. Azor.*
loc. cit. verſ. mixta eſt decima, Monet. d. cap. 3.
num. 9. Ricc. d. reſol. 323. num. 3. verſ. non eſt
mixta. Quamobrem cum decima ſpiritualis illi
nequaquam debeatur inſpecto iure communi,
multo minus illa quantitas petita debetur tan-
5 quam † decima temporalis, quæ quamuis repe-
riatur in rerum natura, ſecundum illam diſtin-
ctionem, quod aliæ ſint decimæ ſpirituales, aliæ
temporales, vt per *Bal. conſ. 419. vol. 1. & per*
Beron. conſ. 84. num. 41. & ſeq. vol. 1. Bich. ad
6 *Greg. deciſ. 404. ſub num. 2. lit. B.* Attamen in †
præſenti caſu non docetur per Capellanum de
exiſtentia illius per contractum, ſeu conuentio-
nem aliquam, ſine qua talis decima, ſeu potius
præſtatio annua non debetur, *Rot. in recent. par.*
2. deciſ. 684. num. 1. & 2.

Neque obſtare videbatur, ſi mutato propo-
ſito Capellanus affirmaret, quod hanc decimam,
ſeu annuam præſtationem non petit vti debitum
de iure communi, vel de iure ſpeciali contra-
ctus, ſed potius ex quodam beneplacito, & con-
ſenſu illius populi, vel virtute conſuetudinis, &
poſſeſſionis à tempore immemorabili, & ſic iure
7 præſcriptionis: Quoniam adhoc † vt debeatur
ex beneplacito omnium, conſenſus requiritur
tanquam obligatio ſit voluntaria, non neceſſaria,
iuxta *cap. fin. vbi Innoc. Abb. & alij de maiorit.*
& obed. Felin. in cap. cum omnes, num. 17. in fine
de conſtit. Rot. in recent. par. 2. deciſ. 755. num.
4. in fin. Si verò virtute conſuetudinis præſcriptæ,
8 reſpondetur pariter, quod † huiuſmodi præſcri-
ptio, ſeu conſuetudo contra ius, tantum habet in
potentia, quantum de vſu, & nihil amplius, *l. ius*
ſingulare, l. quod vero, ff. de legib. Surd. conſ. 332.
9 *num. 9. Mantic. deciſ. 284.* Et † non extenditur de
perſona ad perſonam, neque de re ad rem, *l. 3.*
§. ſi quis hoc interdicto, vbi Bart. de itin. act. priu.
d. l. ius ſingulare, ff. de leg. Bal. conſ. 275. vol. 2.
Purp. conſ. 522. num. 12. Mantic. d. deciſ. 284. n. 6.
cum alijs per nos relatis, deciſ. 36. num. 11. & de-
10 *ciſ. 131. nu. 40. & 41.* Sed † militat tantummo-
do reſpectu eorum, qui per ſolutiones factas ſu-
biecti reperiuntur dictæ præſtationi, *l. 1. §. hoc*
interdicto, ff. de itin. actuque priuat. & notatur in
cap. cum contingat, vbi Abb. & alij, de decim. Re-
buff. d. tract. quæſt. 14. num. 9. & 10. Ricc. d. re-
ſol. 323. num. 3. verſ. replicabatur, & num. 4.
Non autem reſpectu ipſius Ioannis, qui nunquam
ſoluit, nec recepit Sacramenta in ipſa Capella, vt
de obſeruantia teſtantur præfati Capellani an-
11 teceſſores, quæ quidem obſeruantia, optima † eſt
interpres cuiuslibet diſpoſitionis, *l. quædam, ff.*
de reb. dub. l. ſi de interpretatione, l. minime, ff. de
leg. Surd. conſ. 370. num. 18. Gab. conſ. 66. n. 4.
lib. 2. Giurb. conſ. 92. nu. 14. Mantic. deciſ. 296.
12 *nu. 3.* Et eſt † attendenda, vbi dubitatur, an deci-
ma debeatur, *Rot. in recent. par. 1. deciſ. 448. n. 3.*
13 Ex quo † arguit veritatem, vt diximus, *deciſ. 50.*
14 *num. 427.* Et † omnem remouet ambiguitatem,
cap. cum dilectus, de conſuet. cap. cum veniſſent, de
inſtit. Mantic. deciſ. 119. num. 12. Eſt tamen hic
15 animaduertendum † quamuis extra rem noſtrã,
decimarum perceptionem pertinere ad Capellã,
quæ nouiter, & legitimè in Parochiam fuerit ere-
cta, quantumcumque intra limites alterius Paro-
chiæ erigatur, vt in ſpecie firmat, *Abb. in cap. cum*
contingat, num. 8. de decim. dum tamen id fiat de
mandato Epiſcopi iuſta, & neceſſaria cauſa inter-
ueniente, *gloſ. in cap. quicunque, 16. quæſt. 1. in*
verb. antiquiores, Rot. diuerſ. par. 2. deciſ. 50.
num. 2.

Nec officitur *tex. in cap. Eccleſia, & in cap. qui-*
cunque, 16. quæſt. 1. dum dicunt nouas Eccleſias
conſtruendas non eſſe cum præiudicio antiquarũ,
ſaltem quoad decimas, quia pro reſponſione eſt
notandũ, iura illa non procedere, quando ex iu-
ſta rationabili, & neceſſaria cauſa ab Ordinario
examinata, & approbata nouo Parocho ad præ-
ſcriptum, *Sacr. Conc. Trid. ſeſſ. 21. cap. 4. de ref.*
aſſignantur, conſiderata qualitate, & circumſtan-
tia loci, beneficij perſonarum, & onerum, cum
alijs de quibus, per *Rebuff. de cong. Port. quæſt. 8.*
Prout ſignanter declarant *gloſ. in d. cap. Eccleſia,*
Barb. d. cap. 28. §. 2. num. 16. Rot. in recent. par.
4. deciſ. 497. num. 1. & 6.

A R G V M E N T V M.

Confeſſio ficta, & contumacialis, quid operetur: Et de dote, cuius fauore vnus hæredum promiſſoris poteſt conueniri in ſolidum: Et quando interuſuria dotis non ſolutæ remiſſa cenſeantur per maritum.

S V M M A R I V M.

1 *Scriptura priuata non recognita, nihil probat.*
2 *Stante præſertim oppoſitione partis.*
3 *Confeſſio ficta, & contumacialis, non ſolet admitti à* Rota *Maceraten. niſi ſeruata forma cap. 2. de confeſſ. in 6.*

 4 *Vel*

4 *Vel niſi ſeruata forma conſt. Marcb. lib. 5. cap. decimonono.*

5 *Citationis defectus, reddit ſententiam nullam.*

6 *Omnes quorum intereſt, & qui lædi poſſunt veniunt citandi.*

7 *Obligatio à duobus facta, intelligitur pro virili.*

8 *Fauorem dotis poteſt vnus hæredum promiſſoris conueniri in ſolidum.*

9 *Solutione illius, quod debetur, ſublata dicitur omnis actio.*

10 *Teſtes de auditu proprio à parte, probant.*

11 *Clauſula pro reſiduo, totam ſolutionis probationem concludit.*

12 *Nulla melior eſt probatio, quam confeſſio partis.*

13 *Solutio quoandoque probatur coniecturis.*

14 *Maritus præſumitur diligens in exactione dotis, propter onera matrimonij.*

15 *Præſertim ſi pauper ſit, quia tunc ſubeſt cauſa vtendi diligentia.*

16 *Solutio præſumitur ex diuturnitate temporis.*

17 *Confeſſio qualificata, quæ non habet contra ſe præſumptionem iuris, debet acceptari, prout iacet.*

18 *Interuſuria dotis non vxori, ſed viro debentur propter onera matrimonij.*

19 *Interuſuria dotis non ſolutæ, hæredes mariti defuncti, petere non poſſunt, cum taciturnitate ipſius remiſſa videantur.*

20 *Limita duobus modis, & num. 21.*

DECISIO CXLIII.

MAriangela vxor Fabij Thomæ de Podio Bretæ, Comitatus Aſculi, poſt mortem viri productis capitulis matrimonialibus contra eius fratres Petrum, Gaſparem, & Magdalenam petijt, & obtinuit à Iudice executionem pro contentis in ipſis, necnon pro interuſurijs à die moræ, vſque ad diſſolutionem matrimonij, & pro expenſis. Cauſa autem per appellationem ad Rotam deuoluta, vbi dato dubio poſt ſeruationem terminorum, an ſententia D. Iudicis, à quo ſit confirmanda, vel potius infirmanda, reſolutum fuit illam eſſe infirmandam, tanquam nullam, & iniuſtam:

1 Nullitas deducitur, † quia data fuit executio folio capitulorum matrimonialium non recognito, prout oportebat, tanquam ſcriptura priuata, *cap. 2. de fid. inſt. l. inſtrumenta, l. rationes, & l. exemplo, C. de probat. Auth. ſi quis, C. qui pot. in pign. hab. Pariſ. conſ. 115. num. 5. lib. 4. Riminal. Iun. conſ. 39. num. 9. & ſeq. Rot. in recent. par. 3. de-*
2 *ciſ. 145. num. 3.* Stante Præſertim † oppoſitione partis, *Gratian. diſcept. 677. num. 10. & ſeqq. Rot. in nou. deciſ. 2. de fid. inſt. & diuerſ. par. 3. lib. 3. deciſ. 151. num. 1. & in recent. par. 1. deciſ. 303. num. 1. & par. 2. deciſ. 143. num. 3. & par. 3. deciſ. 452. num. 1.* Neque releuat, quod ſubſtantia illorum contineatur, & probetur in poſitionibus exhibitis, & habitis pro creditis, & confeſſatis in contumaciam partis. Quoniam
3 † confeſſio hæc ficta, & contumacialis ita de facili non admittitur, *Grat. deciſ. 171. iuxta ſtylum Rotæ* Romanæ, *de quo teſtantur Veſt. in Prax. lib. 5. cap. 14. num. 4. Scac. de Iudic. par. 2. cap. 7. n. 502. Greg. deciſ. 460. num. 14. & 18. Rot. in rec. par. 3. deciſ. 558. num. 3. in fin.* Niſi præciſè ſeruata forma, *cap. 2. de confeſſ. in 6. vbi Franch. n. 5. & 9. Seraph. deciſ. 408. num. 4. Belt. ad Greg. d. deciſ. 460. n. 18.* Nempè, quod principali comparente in iudicio, poſitiones ſibi fuerint lectæ, quod in faciem fuerit monitus à Iudice reſpondere, & abſque rationabili cauſa id facere recuſauerit, quod accuſata fuerit ex parte ponentis contumacia in termino non reſpondendis, & quod ſequuta fuerit interlocutoria iudicialis facti declaratoria, *vt per Bell. Rot. Ianuen. dec. 161.*
4 *num. 10. & ſeq.* Vel † niſi præmiſſa citationibus, & alijs ad formam *conſtit. Marcb. lib. 5. cap. 19.* quæ omnia ceſſant in caſu noſtro.

5 Quibus accedit alia nullitas nempè ſententiæ reſpectu Perſij, & Gaſparis, qui fuerunt conuenti à principio, & non citati ad illam ſententiam, quæ propterea dicitur nulla, *l. 1. §. item eum ex edicto, ff. quæ ſent. ſin. appell. reſcin. l. de vno quoque, ff. de re Iudic. l. nam ita diuus, ff. de adopt. Greg. deciſ. 4. num. 1. Rot. in recent. par. 2. deciſ. 365. num. 2. & par. 4. deciſ. 272. num. 1. & deciſ. 558. num. 1. & 2.* Nequè obſtat, quod Dominus Locumtenens terminum habuerit pro ſeruato ad ſententiam præſente D. Vannino: Quia ille erat procurator Magdalenæ tantum, & nihil-
6 ominus † omnes quorum intereſt, quique lædi poſſunt, veniunt citandi, pro vt ſanè factum fuit à principio. iuxta tenore eorum obligationis,
7 quæ † facta ſimpliciter intelligenda eſt pro virili, *vt per tex. in l. reos, §. cum in tabulis, ff. de duob. reis,* cum allegatis *per Surd. conſ. 150. num. 34. & conſ. 488. nu. 2. quem ſequitur Caualer. dec. 466.*
8 *num. 1.* Licet aliud † firmandum eſſet ſi verſaremur in hæredibus promiſſoris dotis, ob cuius fauorem vnus illorum conueniri poſſet in ſolidum; Nequè excipiet, quod actio diuidatur ſecundum communem, de qua per *Doct. in l. 2. ff. de hæred. act. pulchrè, Grat. diſc. 16. num. 15.* vbi reprobat in ſpecie *Surd.* contrarium tenentem *in deciſ. 90.* per totam.

Iniuſtitia verò deducitur, quia Iudex condemnauit ad illud, quod ſolutum apparet, per quam
9 † ſolutionem ſublata dicitur omnis actio. & obligatio, *l. nulla, & l. obligationе, C. de ſolut. §. 1. Inſtit. quib. mod. toll. obligat. Rot. in recent. par. 4. deciſ. 434. num. 1. in fin.* Teſtes enim ad huc effectum examinati deponunt fuiſſe ſolutos ad computum dotis florenos 96. quod comprobatur ex confeſſione eiuſdem Mariangelæ de auditu ab eius viro. Inſuper conſtat ex proceſſu fuiſſe emptum per reos conuentos quoddam prædiolum pro florenis 121. & conſignatum dictis iugalibus pro implemento dotis conſtitutæ in florenis 200.

Ec

Digitized by Google

10 Et licet teſtes † ſint de auditu, vt ex aduerſo op-
ponebatur, tamen probant, quia deponunt de
auditu proprio ab ipſis coniugibus, *cap. teſtes, vbi gloſ. in verb. audiuerunt, 3. quæſt. 9. cap. ſuper pendentia, 14. quæſt. 2. Bocell. in ſum. deciſ. par. 2. tit. 13. num. 27.* Accedente maximè confeſſione
Mariangelæ de florenis 9. pro reſiduo, & ſupple-
11 mento dotis, quæ † clauſula totam vtique, ac
integram ſolutionis probationem concludit, *gloſ. in l. ſi ex pluribus, in verb. reliquum, ff. de ſolut. Maurus de ſolut. & oblat. cap. 4. num. 51. & cap. 26. per tot. Bellon.* Rot. *Iannen. deciſ. 27. num. 5. & deciſ. 60. num. 6. Vinc. de Franch. deciſ. 45. num. 1.*

12 Cum nulla melior ſit probatio, quam confeſſio
partis, *l. cum te, C. de tranſ. l. generaliter, C. de non num. pec. Iuſ. in l. titia, num. 20. ff. de verb. oblig. Bal. conſ. 192. num. 8. lib. 2. Cur. Iun. conſ. 181. num. 5. Surd. conſ. 60. num. 1.* Rot. *in rec. par. 4. deciſ. 157. num. 2. & 4.* vbi quod eſt maior probatio omnibus alijs probationibus, & fortior inſtrumento, & ſuperat omnem defectum ſcripturæ. Ex quibus latis videtur conſtare de integrali ſolutione dotis, ſtantibus præſertim ali-
13 quibus † coniecturis ex abundanti deductis, *Maſcard. concluſ. 1318. nu. 26. Surd. d. deciſ. 105. nu. 10.* Rot. *in recent. par. 3. deciſ. 154. num. 4.* Qua-
14 rum prima eſt, † quod præſumitur Fabium maritum, tanquam ſuſtinentem onera matrimonij, fuiſſe diligentem in exactione, *Cean. conſ. 77. n. 10. & 11. Grat. diſcept. 581. num. 4. Surd. d. de-*
15 *ciſ. 105. num. 2.* Eò magis † cum ſubeſſet cauſa
vtendi diligentia propter eius paupertatem, ob quam credendum non eſt, quod tale incommodum dilatæ ſolutionis æquo animo laturus eſſet, *Alex. conſ. 183. num. 19. lib. 6. Simon. de Pret. conſ. 68. num. 1. Surd. d. deciſ. num. 3.* Secunda
16 coniectura deſumitur † ex lapſu temporis in exa-
ctione crediti, *Dec. conſ. 596. num. 9. Cæph. conſ. 240. num. 8. & 9. Afflict. deciſ. 13. nu. 19.* Cum ſit regulare, quod ex diuturnitate temporis quo creditor diſtulit petere à debitore præſumatur ſolutio debiti, *Surd. conſ. 189. num. 3. Afflict. d. deciſ. 13. num. 2.*

Non obſtat, quod dicebatur de credito dotis Mariangelæ conſtare ex confeſſione Petri vnius ex fratribus obligatis. Quia licet fateatur dotem,
17 dicit tamen illam ſolutam, & proinde † confeſ-
ſio qualificata, quæ non habet contra ſe præſumptionem iuris acceptari debet, prout iacet nulla facta diuiſione, *Bar. in l. Aurelius, §. idem, ff. de leg. Surd. conſ. 258. num. 4.* Rot. *in recent. par. 2. deciſ. 525. num. 2. & deciſ. 772. num. 12. cum alijs per nos citatis, deciſ. 75. num. 1. & 5.*

Demum pro iniuſtitia ſententiæ deducitur, quod Iudex condemnauit dictos fratres ad interuſuria dotis ſoluenda Mariangelæ à die moræ,
18 vſque ad obitum mariti; Et tamen illa † debe-
tur viro, non autem vxori, propter onera matrimonij, *l. de diuiſione, vbi Bar. num. 4. & alij, ff. ſolut. mat. cap. ſalubriter, de vſur. idem Bart. conſ. 94. num. 1. lib. 1. Mag. deciſ. flor. 83. num. 1. & 2. Greg. deciſ. 80. num. 4. & 5. cum alijs per nos allegatis, deciſ. 83. nu. 1. & deciſ. 115. n. 11.* Et propterea quatenus ipſi fructus debeantur, actio ad illos exigendum, non vxori competeret,
19 ſed hæredibus Fabij eius mariti. Nam † quamuis
ex communi ſententia doctorum, non liceat hæredibus mariti defuncti petere interuſuria dotis non ſolutæ, quæ per maritum dum viueret petita non fuerant, cum taciturnitate longi temporis ſubſecuta morte ipſius remiſſa, & donata præſumantur, vt diximus *deciſ. 83. num. 6.* Attamen
20 hæc † ſententia, ſeu regula ſuas habet limitatio-
nes, quarum vna deducta fuit *in d. deciſ. 83. n. 7.*
21 *& 8.* Alia verò † ad propoſitum facit nimirum,
quod non procedat, quando dos fuit promiſſa marito ab alijs, quam ab ipſamet vxore, vt in præſentiarum, quia tunc non habet locum præſumpta remiſſio, *Alex. conſ. 63. num. 17. lib. 4. & conſ. 208. num. 10. lib. 7. Beron. conſ. 52. nu. 25. lib. 2.* Rol. *conſ. 65. num. 22. lib. 4. Surd. conſ. 290. num. 51. lib. 2.* Ac ideò concluſum fuit vndequaque ſententiam iniuſtam eſſe.

ARGVMENTVM.

Tráſactio ad ſpecificata tantùm reſtringitur, ſecundùm diſpoſitionem legis ſi de certa, C. de tranſactionibus.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio generalis reſtringitur ad rem expreſſam ſuper qua lis pendebat.*

2 *Tutor de geſtis, & adminiſtratis rationem reddere tenetur.*

DECISIO CXLIV.

MOrtuo Cyriaco Blancheſio in pupillari ætate, & hinc orta controuerſia reſpectu illius ſucceſſionis inter Perpetuā matrem, & Coſimum patruū, fuit aſſignata dos ipſi Perpetuæ, & in reliquis deuentum ad tranſactionem, ſub his verbis, ſcilicet: *per concluſione dell'accordo, le ſopradette parti, di commun conſenſo conuengono, che tutti, e ſingoli altri beni hereditarij del detto q. Sig. Ciriaco, tanto mobili, quanto ſtabili, ò ſe mouenti, ragioni, crediti, debiti, & attioni di qualunque ſorte, in qualunque loco eſiſtenti, e douunque in futuro poſſi in qualunque tempo trouarſi, debbiano*
1 *diuiderſi per metà.* Quo ſtante † reſolutum fuit
pro maiori parte omnia prædicta verba tranſactionis, & quæ poſtmodum ſubſequuntur infraſcripto modo, renunciando ad inuicem, &

& viciſſim, reſpettiuamente ad ogni altra ragione, pretenſione, che in qualſiuoglia modo à l' vna, & all'altra delle parti, & in qualſiuoglia tempo, e per qualſiuoglia cauſa, ò titolo competente, ò poteſſe competere in futuro, per occaſione della ſudetta heredità, e beni, ſenza veruna riſeruatione, le quali tutte dette parti ſi condonano ad inuicem, e rimettono liberamente; Eſſe inquam dicta verba intelligenda, regulanda, & reſtringenda ad ſpecificata, & ad ſuam cauſam, hoc eſt iuxta contentionem, & litem præcedentem, quæ erat tantum circa modum ſuccedendi, nec vlterius extendenda eſſe, *l. ſi de certa, vbi Bart. Bal. Salic. Caſt. Alex. Iaſ. & alij, C. de tranſact. l. quoties, C. famil. hercisc. l. cum dies, §. plenum, ff. de arb. Pariſ. conſ. 89. num. 45. lib. 1. Natt. conſ. 546. nu. 6. & ſeqq. Lancell. Galt. conſ. 42. num. 6. & ſeq. Eug. conſ. 13. num. 39. lib. 2. Hond. conſ. 6. num. 35. & conſ. 49. num. 1. & ſeqq. lib. 1. Mar. de ſucceſſ. par. 4. quæſt. 21. art. 14. num. 43. & 45. Gratian. diſcep. 737. num. 11. & ſeqq. Surdi deciſ. 217. num. 1. & ſeqq. Greg. deciſ. 158. num. 1. & ſeqq. Mantic. deciſ. 245. num. 13. & in rec. par. 3.*
2 *deciſ. 108. nu. 1.* Proptereaque † non poſſe tranſactione præſtare impedimentum quin Coſimus patruus, cogere poſſit Perpetuam matrem Cyriaci ad rationem reddendam, pro tempore, quo ipſa adminiſtrauit tanquam tutrix, prout ſanè de iure reddere tenetur, *l. 1. §. officio, ff. de tutel. & rat. diſt. l. rationes, & l. aduerſus, C. de admi. tutor. Menoch. de arb. caſ. 209. num. 1. & ſeqq. Munoc. de ratioc. cap. 3. num. 12. Seraph. deciſ. 1408. Rot. in recent. par. 1. deciſ. 690. num. 1.* Idque ad effectum, vt ipſe Patruus de reliquatu conſequi valeat portionem ſibi debitam in ipſis bonis Cyriaci, iuxta tenorem ſtatuti, & tranſactionis inter partes; Et conſequenter ſententiam D. Iudicis à quo abſolutoriam à petitis per Coſimum eſſe reuocandam. Et ita deciſum.

ARGVMENTVM.

Fiſcus eſt quaſi hęres delinquentis, eiuſque perſonam repręſentat, ita vt creditoribus ſuper bonis confiſcatis ſatisfacere cogatur.

SVMMARIVM.

1 *Iura fiſcalia Communitas habere poteſt ex Priuilegio Principis cui eſt ſubiecta.*
2 *Facta publicatione bonorum debitoris, ille amplius à creditoribus conueniri non poteſt.*
3 *Sed pro mortuo habetur.*
4 *Et ipſa ciuilis obligatio extinguitur.*
5 *Iniquum eſt actionem dari contra eum, cui ſunt ablata bona.*
6 *Fiſcus delinquentis eſt quaſi hæres.*
7 *Illamque repræſentat, & num. 8.*
9 *Et creditoribus illius de bonis confiſcatis ſatisfacere cogitur.*
10 *Quia in omnes condemnati actiones actiuas & paſſiuas ſuccedit.*
11 *Et omnes illius obligationes præſtare tenetur de bonis, quæ ad eum peruenerunt.*
12 *Hæres vnus volens redimere partem cenſus ſibi tangentem, poteſt compellere cohæredem ad alteram partem redimendam.*
13 *Agens ad rem libere tradendam, loco damnorum, & intereſſe petere poteſt ſortem, ad effectum liberandi rem eius ab altero obligatam.*
14 *Diſpoſitio l. hæreditatum, ff. ad l. Fal. non procedit, niſi vtraque parte conſentiente.*

DECISIO CXLV.

De anno 1627. DD. Franciſcus, & Hieronymus de Amianis germani fratres Ciuitatis Fani deuenerunt ad diuiſionem bonorum paternorum communium ſub diuerſis pactis, & conuentionibus, & ſignanter, quod in portione aſſignata Hieronymo comprehenderentur duo cenſus, vnus ſcutorum 883. monetæ Ducalis in ſorte, & alter ſcutorum 762. monetæ Papalis ſimiliter in ſorte, quorum vſusfructus, quia ex ordinatione paterna ſpectabat, & ſpectat, ad D. Eleonoram eorum matrem dum eſt in humanis, Franciſcus promiſit ſoluere Hieronymo in recumpenſationem ſcuta 150. quolibet anno incipien. à die 7. Martij 1632. durante vita Eleonoræ matris vſufructuariæ. Inſuper cõuenerunt, quod de cenſu ſcutorum 205. in ſorte fundato ab eorum Patre, & vendito D. Commendatario Marcolino, vnus quiſque ipſorum teneatur in ſe accollare, prout fecerunt medietatem. Nec non conuenerunt, quod alter alteri teneretur de euictione, & indemnitate bonorum receptorum. De anno verò 1631. Communitas dictæ
Ciuitatis Fani habens iura fiſcalia ex priuilegio
1 Summorum Pontificum, ad quos † talis conceſ-
ſio ſpectat, *l. ſimile priuilegium, ff. ad munic.*
Galg. de iure pub. lib. 4. tit. 5. num. 11. omnia ip-
ſius D. Franciſci bona publicauit ob aſſertum cõ-
2 miſſum delictum, ex qua † publicatione factum
eſt, vt ipſe Franciſcus debitor amplius à creditore
conueniri non poſſit, *l. ſi debitor, C. de ſent. paſſ.*
l. 2. ff. eod. l. 2. vbi Bal. & Salyc. C. ad l. Iul. de
vi pub. Rot. in recent. par. 3. deciſ. 365. num. 1.
3 Publicatis † namque bonis omnibus pro mortuo
habetur, *§. publicatione, Inſtit. de ſociet. Giurb.*
4 *conſ. crim. 45. num. 2.* Et ipſa † ciuilis obligatio,
quo ad ipſum extinguitur, *l. ſi debitori, vbi Bar.*
num. 1. ff. de fideiuſ. l. fin. ff. de duob. reis, l. fin.
ad fin. C. de ſent. paſſ. Pereg. de iure fiſc. lib. 5. tit. 1.
5 *num. 53. Gram. deciſ. 85. in fin.* Iniquum enim †
eſſet in eum actionem dari, cui ſunt ablata bona,
l. fin.

Digitized by Google

l. fin. ff. quæ in fraud. cred. Hering. de fideiuſſ. c. 20.
6 *§. 14. num.* 5. Et proinde † eum fiſcus ſit quaſi
hæres illius, *l. ſi tuturem, C. de vi pub. Gram. conſ.*
7. num. 1. *Bertaz. conſ. crim.* 489. *num.* 6 *Giurb.*
conſ. 55. *num.* 14. *Pereg. vbi ſuprà, num.* 53. *&*
54. *Grivel. Dol. ſenat. deciſ.* 3. *num.* 18. Cuius vi-
7 cea ſubſtinet, *l. fiſcus, ff. de vſur.* E † quem re-
præſentate videtur, *l. inter eos, §. fin. ff. de fideiuſſ.*
Dec. conſ. 442. *num.* 28. *Ruin. conſ.* 23. *num.* 24.
lib. 5. *Caphi conſ.* 321. *num.* 58. *Giurb. d. conſ.* 55.
8 *num.* 14. *in fin.* Sitque † loco hæredis extranei,
ſeu anomali, *Pereg. d. num.* 53. *Caball. reſol. crim.*
40. *num.* 2. *&* 7. *Menoch. conſ.* 101. *num.* 15. *&*
16. *& conſ.* 1253. *num.* 7. *&* 8. Conſequens eſt,
9 vt dicamus præfatum † D. Hieronymum credi-
torem ex inſtrumento diuiſionis ſequutæ, poſſe
petere executionem pro contentis in illo aduer-
ſus fiſcum, ad quem ſolutio ſpectat, *l. eum fiſco,*
ff. ad ſillanian. gloſ. in l. non intelligitur, §. cum ex
cauſa, ff. de iure fiſc. Bart. in l. creditor, ff. de ſo-
lut. & in l. ſi verò pro condemnato, ff. qui ſatiſ. cog.
Boſſ. in prax. tit. de pub. bonor. num. 11. *Decian.*
pariter in prax. lib. 3. *cap.* 35. *num.* 78. *Farinac.*
10 *quæſt.* 25. *num.* 169. *& num.* 177. Cum † ſucce-
dat ipſe fiſcus in omnibus illius condemnati
actionibus actiuis, & paſſiuis, *Clar. in prax. §. fin.*
quæſt. 78. *num.* 7. vbi etiam *Baiar. num.* 112.
Guaz. de confeſſ. concl. 13. *num.* 9. *Farinac. dict.*
quæſt. 25. *num.* 51. *Giurb. d. conſ.* 55. *num.* 14.
11 *verſ. proinde.* Ita vt † teneatur præſtare iura, fa-
ctum, & omnem obligationem ipſius Franciſci,
de bonis eius, quæ ad eundem fiſcum peruene-
runt, *l.* 2. *C. ad l. Iul. de vi pub. l. ſi adeptis, C.*
de ſent. paſſ. Peregr. d. tit. 1. *num.* 53. *Guaz. d.*
tit. concl. 23. *num.* 1. *Farinac. d. quæſt.* 25. *num.*
169. *Crau. conſ.* 263. *num.* 7. *Rol. conſ.* 31. *vol.* 1.
Abb. conſ. 101. *lib.* 2. *Gail. lib.* 2. *obſer.* 86. *Ca-*
ball. par. 3. *reſolut.* 266. *num.* 1. *Giurb. conſ.* 45.
num. 3. *verſ. adeo vt, Gratian. diſcept.* 840. *num.*
36. *Benint. deciſ.* 91. *num.* 2. Propterea Domini
fuerunt in voto nomine diſcrepante, quod om-
nia promiſſa, & conuenta in ipſo inſtrumento
diuiſionis ſint per dictam Ciuitatem, & fiſcum
præſtanda, & adimplenda ad fauorem D. Hiero-
nymi actoris, non tamen iuxta formam decreto-
rum D. Iudicis à quo, quæ veniunt reformanda,
ſed ſecundum ſeriem, & tenorem inſtrumenti,
nempè ſoluendo d. D. Hieronymo ſeuta 150.
quolibet anno durante vita D. Eleonoræ vſufru-
ctuariæ dictorum cenſuum: Item extinguendo
medietatem dicti cenſus ſeutorum 205. accollati
12 per eundem Franciſcum. Nam † D. Hierony-
mus volens extinguere partem ſibi tangentem,
prout in actis declarauit, poteſt cogere cohære-
dem, & conſequenter fiſcum ad alteram partem
extinguendam, vt multis citatis firmat *Cenc. de*
Cenſ. par. 3. *cap.* 1. *quæſt.* 3. *art.* 2. *num.* 15. Nec
non extinguendo alium cenſum ſeutorum 250.
impoſitum per D. Franciſcum ſuper bonis obe-
13 uentis in portione D. Hieronymi, qui † proinde
virtute Inſtrumenti diuiſionis, poteſt agere pro
liberatione dictorum bonorum. Et ſic ad reſti-
tutionem dictæ ſummæ ſortis principalis pro in-
tereſſe, ad effectum deponendi penes perſonam
idoneam, pro extinctione cenſus, *Gratian. diſc.*
301. *num.* 5. Rot. *penes Cenc. deciſ.* 139. *num.* 2.
coram Greg. deciſ. 88. *num.* 3. *&* 10. *& deciſ.* 564.
num. 5. *& in recent. par.* 2. *deciſ.* 77. *num.* 3. *cum*
ſimilibus.

14 Nequè obſtare viſum fuit, quod dicebatur
executionem relaxatam à D. Iudice à quo pro
ſcutis 1800 procedere ſecundùm diſpoſitionem,
l. hæreditatum, ff. ad leg. fal. Quia reſpondeba-
tur diſpoſitionem illius lex. non procedere, niſi
vtraque parte, volente, & conſentiente, *Bar. ibi-*
dem, num. 4. Et ita deciſum.

A R G V M E N T V M.

Mora poteſt quandocunque purgari de æquitate canonica, ſi ius partis non ſit factum deterius.

S V M M A R I V M.

1 *Creditum cum hypotheca eſt primum, & neceſſarium antecedens in ſaluiano.*
2 *Quod tollitur ſublato credito.*
3 *Tertius poſſeſſor offerendo creditum liberatur à moleſtijs in ſaluiano.*
4 *In quo admittitur exceptio ſolutionis.*
5 *Solutione eius, quod debetur tollitur omnis obligatio.*
6 *Mora de æquitate Canonica purgari poteſt, etiam quod adeſſet iuramentum, ſi ius partis non ſit factum deterius.*
7 *Tàm in prima, quàm in ſecunda inſtantia, & in quacunque parte Iudicij.*
8 *Etiam ſi adeſſet obligatio Cameralis, ſi certa dies ab initio non eſt appoſita.*
9 *Et multo magis in eo, qui non tenetur ex facto proprio, ſed ex alieno.*
10 *Cuius alieni facti ignorantia eſt probabilis.*
11 *Mora non conſideratur niſi in eo, qui eſt dolo ſaltim præſumpto, ſeu lata culpa.*
12 *Ægidiana non militat in cauſis fori Eccleſiaſtici.*
13 *Non deducta in prima inſtantia, deduci poſſunt in cauſa appellationis.*
14 *Mora non conſideratur in eo, quod de iure eſt permiſſum.*
15 *Mora purgatio admittitur etiam elapſo tempore à Iudice ſtatuto, ſi res eſt integra, ſecus ſi à lege.*
16 *Omnis interpellatio ſiue legis, ſiue hominis ſpatium quoddam continere debet ad purgandam moram.*

DECISIO CXLVI.

DOmini fuerunt in voto, quod reuo-
cata ſententia Iudicis à quo Zeffi-
rini de Monticulo tertij poſſeſſo-
res rei conuenti ex nouiter dedu-
ctis in Rota ſint ab impetitis ab-
1 ſoluendi: Nam † quemadmodum
in Saluiano principaliter conſtare debet de credi-
to cum hypotheca, quod eſt neceſſarium antece-
dens ad ſubſtantiandum Iudicium, vt in terminis
pluribus exornant, *Menoch. de ad p. rem. 3. num.*
163. Rolan. conſ. 14. num. 13. lib. 1. quos ſequi-
tur Rot. diuerſ. par. 1. deciſ. 34. num. 15. & in re-
cent. par. 1. deciſ. 204. num. 3. & par. 3. deciſ.
331. num. 1. & deciſ. 731 num. 1. cum alijs per
2 nos deductis, *deciſ. 13. num. 9.* Ita eodem † mo-
do ſublato credito, & ipſum remedium tolli ne-
ceſſe eſt, vt plenè notat *Scap. de Salu. lib. 2. quæſt.*
4. in prin. Rot. diuerſ. d. deciſ. 34. num. 25. & in
recent. par. 1. deciſ. 383. num. 2. in fin. vbi am-
3 plius dicit, quod † poſſeſſor offerendo creditum
liberatur, iuxta *l. paulus, in fin. ff. quib. mod. pig.*
vel hypoth. ſol. Rol. d. conſ. 14. num. 9. & 10.
lib. 1. Etenim in caſu, & ad effectum de quo agi-
4 tur iuſtificata † ſolutione eius, quod debebatur
ab Attilio Butatto per facti præſentationem ab
eiſdem reis conuentis, hoc eſt per indicationem,
& exhibitionem inſtrumenti cenſus de quo age-
batur, & ad quod exhibendum ipſe Attilius ce-
dens tenebatur, vtique firmandum venit, quod
actio Saluiani intentata eliditur, & tollatur ip-
ſo iure, *ad l. conſentaneum, C. quom. & quand.*
Iud. gloſ. in cap. 1. in verb. defenſionis, de litis
conteſt. in 6 Couarr. in reg. poſſeſſor. num. 5. de
5 *reg. Iur. Scap. d. quæſt. 4. num. 1.* Solutione †
enim, quod debetur tollitur omnis obligatio, *In-*
ſtit. quib. mod. tollat. oblig. in prin. Mar. Anto.
var. lib. 2. reſolut. 88. num. 4. Scap. d. quæſt. 4.
num. 2. & quæſt. 5. in prin. Rot. diuerſ. d. deciſ.
34. num. 27. & in recentior. par. 1. d. deciſ. 383.
num. 2.

Quibus non obſtant, quæ dicuntur de mora
6 commiſſa in exhibitione inſtrumenti: Quia † cũ
ius partis non fuerit factam deterius. Domini
Auditores dixerunt de æquitate canonica moram
potuiſſe purgari, etiam quod adeſſet iuramen-
tum, vt expreſſe colligitur, *ex tex. in can. apud*
miſericordiam, 32. quæſt. 1. & in can. beatus, 22.
quæſt. 2. & in cap. ex literis, de conſtit. per qua
iura, idem affirmat *Bal. in l. qui crimen, num. 20.*
C. de ijs, qui acc. non poſſ. & conſ. 127. lib. 1. Dec.
conſ. 138. num. 7. Goz. conſ. 66. num. 13. Surd.
conſ. 101. num. 24. & deciſ. 265. num. 38. Seraph.
de iuram. priuil. 48. num. 8. & ſeqq. Grum. deciſ.
95. in fin. Rot. in recent. par. 4. deciſ. 640. num. 4.
7 Tàm † in prima, quàm in ſecunda inſtantia, &
in quacunque parte Iudicij, *Mareſc. var. lib. 2.*
cap. 124. num. 31. in fin. & num. 43. Belt. ad
Greg. deciſ. 559. num. 10. vbi lector habet multa
notanda in hac materia, *Seraph. deciſ. 1150. num.*
4. Rot. diuerſ. par. 4. deciſ. 728. num. 4. Etiamſi
8 adeſſet † obligatio Cameralis, dum tamen cer-
ta dies ab initio non fuiſſet appoſita, *Zacch. de*
oblig. Cam. quæſt. 28. num. 11. Rot. in Romana
Vineæ, 3. Aprilis 1598. coram Orano, & in recent.
9 *par. 4. d. deciſ. 640. num. 10.* Præſertim † qui à
Zeffirini rei conuenti non tenentur ex proprio,
ſed Attilij facto, quibus propterea multo magis
competit purgatio moræ, *Iaſ. & Alex. in l. ſi in-*
ſulam, ille, num. 25. & iſte, num. 28. ff. de verb.
oblig. Mareſc. d. cap. 124. num. 29. Cum ipſi ver-
10 ſentur in facti alieni ignorantia, quæ † ſicut eſt
probabilis, *l. fin. ff. pro ſoc. Rot. penes Zacch. de*
oblig. Cam. deciſ. 20. num. 8. & deciſ. 124. n. 12.
Ita pari modo operatur excluſionem moræ, quæ
11 non † committitur niſi in eo, qui eſt in dolo,
ſaltim præſumpto, ſeu lata culpa, *Rot. ex imp.*
per Zacch. d. deciſ. 20. num. 5.

Quibus accedit, quod cauſa eſt fori Eccleſia-
12 ſtici, in quo † non militat Ægidiana quamuis
verſemur in poſſeſſorio, ex deductis per nos dec. 3.
13 & alibi ſæpè, & proinde appellatio, † quæ ad-
mittitur operatur, vt non deducta, & exhibita
in prima inſtantia deduci, & exhiberi valeant in
ſecunda, & tertia, *Rot. in rec. par. 3. deciſ. 277.*
14 *num. 2.* Vndè non poteſt dici † contracta mora
in eò, quod de iure eſt permiſſum, *Mantic. dec.*
170. num. 8.

Neque obſtat, quod dicebatur Zeffirinos fuiſ-
ſe in mora per aſſignationem termini triginta
dierum ad perquirendum dictum inſtrumentum:
15 Quia † à reſpondetur, quod etiã elapſo termino
à Iudice ſtatuto, adhuc purgatio moræ admitti-
tur ſi res eſt integra, *l. mancipiorum, ff. de oper.*
liber. Oſaſch. deciſ. 71, num. 59. Et doctrinæ in
contrarium allegatæ loquuntur in termino ſtatu-
to à lege ad purgandum moram, ideò nimirum
ſi non admittitur purgatio moræ, quia lex quan-
tumcunque dura, eſt ſeruanda, *l. proſpexit, ff.*
qui & à quib. ſecus autem ſi talis terminus eſt aſ-
ſignatus ab homine, etiam comminatoriæ, vt
poſt *Bal. Ruin.* & alios optimè diſtinguit *Oſaſch.*
16 *deciſ. 71. num. 63.* Immò † ſecundùm veriorem,
& æquiorem opinionem omnis interpellatio, ſi-
ue legis, ſiue hominis ſpatium quoddam conti-
nere debet ſaltim tacitum, ne ſtatim poſt inter-
pellationem moram, quis incurriſſe dicatur, *gloſ.*
in leg. Æmilius, in verb. reſtitui, ff. de minor.
quam ſequuntur, *& ſingularem appellant Bal. in*
cap. 1. num. 5. verſ. hoc intellige de nou. form.
fidel. Purp. in l. vinum, col. 2. ff ſi cert.
petat. Gub. de ſolut. concluſ. 9. lim.
13. num. 30. Roman. conſ. 27.
in fin. Rot. in recentior.
par. 4. d. deciſ. 640.
numer. 2. ver-
ſic. & op-
timè.

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Si vicinus aquam pluuiam decurrentem ad ſuum fundum opere manufacto diuertat, ita vt altero vicino noceat, cogitur opus deſtruere, & ad priſtinum ſtatum aquam reducere. Et quando licitum ſit ſulcos aquarios tranſuerſos facere.

SVMMARIVM.

1 *Qui viam publicam exarauit compellitur ad eius munitionem.*

2 *Qui cauſam damni dat, damnum reſarcire debet.*

3 *Qualibet res ad ſuum priſtinum ſtatum reducenda eſt.*

4 *Sic debet quis meliorem agrum ſuum facere, ne vicini deteriorem reddat.*

5 *Semper hac eſt ſeruitus inferiorum prædiorum, vt natura profluentem aquam excipiant.*

6 *Tria ſunt per quæ inferior locus ſuperiori ſeruit: Conuentio, natura loci, & vetuſtas.*

7 *Vicinus opere manufacto excludere poteſt aquam ne obſit, quamuis alteri noceat.*

8 *Intellige quando non tenetur illam recipere ex natura loci, vel iure ſeruitutis.*

9 *Nemo poteſt alterare naturam loci, nec facere contra ſeruitutem naturaliter debitam.*

10 *Inferior, qui ex natura loci tenetur recipere aquam defluentem ex agro ſuperiori, non poteſt opere manufacto impedire huiuſmodi naturalem curſum.*

11 *Aquam pluuiam cadentem in fundo meo poſſum retinere, & de illa diſponere ad libitum.*

12 *Vicinus opere manufacto poteſt flumen publicum auertere ad ſui vtilitatem, licet in conſequentiam noceat alteri, qui non poteſt conſequi illam vtilitatem.*

13 *Diuerſum tamen eſt in aqua pluuia, quam quis tenetur recipere ex natura loci, & num. 14.*

15 *Nemo debet adeò curioſus eſſe rerum ſuarum tuendarum, vt per hoc alijs iniuſtè noceat.*

16 *Poteſt quis arando ſulcos aquarios tranſuerſos facere, quando ager eſt ſuperior, & his ſulcis indiget.*

17 *Sed limita quando ager poteſt aque bene coli, arari, & ſeminari ſine ſulcis tranſuerſis.*

18 *Fauore agriculturæ, & fructuum colligendorum cauſa ſeruitus introducta reperitur, etiam contra regulas iuris.*

19 *Conſ. Ladereb. 146. quomodo procedat.*

DECISIO CXLVII.

FVit reſolutum pro D. Hieronymo Marchetto Æxio, nempè condemnandum eſſe Franciſconum ad reponendum viam in priſtinum, ad hoc, vt aquæ curſum poſſit decurrere, prout antiquitus decurrebat; Nec non ad remouendos aggeres, & impedimenta quæcunque facta per eum ſub ponte, & obturandos, ac reimplendos foueos deuiantes aquam à ſuo naturali curſu: Et verſa vice licitum eſſe D. Marchetto ſulcos aquarios tranſuerſos facere, dummodò ipſe in pede ſuarum terrarum prope viam foueos faciat capaces ad recipiendum aquas defluentes à ſuo prædio, iuxta ſententiam D. Iudicis Æxij, quam ipſe acceptauit.

1 Probatur enim, quod Franciſconus viam † occupauerit per nouem teſtes examinatos in proceſſu ciuili, & per quatuor in cauſa criminali, ac etiam ex inſpectione loci, & planta illius de conſenſu partium facta, ita vt locum ſibi vendicet diſpoſitio, *tex. in l. fin. §. qui viam publicam, ff. de via pub. reficien. & in l. 2. §. reſtituas, ff. ne quid in loc. pub.* Et tradit *Cæpol. de ſeruit. ruſtic. præd. cap. 3. num. 57. Carpan ad ſtat. Mediol. par. 2. cap. 148. num. 10.* Quod etiam expreſſe cauetur ſtatuto Ciuitatis Æxij, *lib. 3. Rub. 81. §. 1.* Et quamuis appareat, quod ipſe non occupauerit totam viam, quæ in quadam parte deſtructa videtur propter aquarum inundationem, cum tamen hæc deuaſtatio prouenerit ex mutatione

2 antiqui curſus aquæ facta ab eodem, qui † congregauit ſimul omnes aquas prouenientes ab agris ſuperioribus, & quæ prius ſegregatæ per diuerſa loca currebant, & in diuerſas partes cadebant, eaſque per vnum foueum tranſuerſum dirigebat ad locum, vbi facta ſunt claſmata, prout de dicta mutatione deponunt ſeptem teſtes in proceſſu ciuili, & alij ſeptem in proceſſu criminali reproducto in caſu ciuili, & de ipſa ruina ex hac mutatione cauſata deponunt teſtes in proceſſu ciuili, proptereà debet ipſemet damnum reſarcire, *ex l. 4. in fin. verſ. verum eſt enim, ff. vi bonor. rapt. & l. qui occidit, §. in hac quoque,*

3 *ff. ad l. aquil.* Reducendo † ſcilicet rem ad ſuum priſtinum ſtatum, *l. 2. in fin. C. ad l. aquil. vbi Bal. num. 3. & 4. & Ang. num. 2.* & ſequitur *Iaſ. Inſtit. de act. §. ex maleficijs, num. 102.* Concordatque ſtatum d. Ciuitatis, *lib. 3. rub. 82. in fin.* Prout nec dubitari poteſt, quin ipſe Franciſconus mutauerit antiquum curſum aquæ cum id probetur in proceſſu per vndecim teſtes examinatos pro Marchetto, & per tres examinatos per Franciſconum, & per ſeptem alios examinatos in cauſa criminali, & reproductos in ciuili;

4 Quod † facere non potuit in præiudicium agrorum ſuperiorum, & viæ publicæ intermediæ, quamuis hoc fecerit ad euitandum damnum, & conſeruandum proprium fundum; Nam ſic debet,

bet, quia meliorem agrum ſuum facere, vt vicini deteriorem non reddat, *l. 1. §. de eo opere, verſ. ſed, & foſſas, & §. ibidem autem, verſ. item ſciendum, ff. de aqua pluuia arcen.* Non enim inferior
5 de damno aquæ conqueri poteſt, † quia non aqua, ſed loci natura nocet, *d. l. 1. §. ſed, & ſi vicinus, §. denique, §. idem autem, & §. hæc autem, ff. de aqua pluuia arcenda, l. fluminum, §. vitium, de damno infect. Capol. de ſeruit. ruſtic. præd. d. cap. 4. num. 73. prope finem, verſ. ſecus ſi natura loci.* Etenim ſemper hæc eſt ſeruitus inferiorum prædiorum natura, vt profluentem aquam excipiant, vt dicit *tex. in d. l. 1. §. ſed, et ſi vicinus. Capol. vbi ſuprà, num. 71. & 77.* Proin-
6 de † in huiuſmodi materia aquarum attenditur lex, id eſt pactum, Natura, & vetuſtas, quæ pro lege habetur, *d. l. 1. §. denique, & l. 2. in princ. de aqua pluuia arcend.* quo curſu naturali ſtante non dari mutationem aquæ, quamuis opus efficiatur in ſuo, docent *Bero. conſ. 139. per tot. lib. 3. Gratian. diſcept. 480. num. 12 & 13.*

Nec obſtat *tex. in d. l. 2 § idem labeo ait iſ ſecun-*
7 *do de aqua pluuia arcen.* quo † cauetur, vt ſi vicinus flumen currentem auerterit, ne aqua ad eum perueniat, & ex hoc fiat, vt vicino noceatur non poſſit cum eo agi aquæ pluuiæ arcendæ dummodò hoc faciat, vt ſibi proſit, non autem, vt vicino
8 noceat. Quia † tex. intelligitur de aqua, quam vicinus non tenebatur recipere, ex natura loci, vel iure ſeruitutis, vt declarant, *gloſ. & Caſtren. ibidem, & concordat tex. in l. apud trebatium, §. 1. eod. tit. Berou. d. conſ. 139. num. 24. Riminal. Iun. conſ. 86. num. 12. & ſeq. lib. 1.* Licèt enim, quis poſſit facere in ſuo, quidquid vult, & ſibi prodeſt, quamuis alteri noceat, dummodò non faciat principaliter animo nocendi, vt diximus,
9 non tamen † poteſt alterare naturam loci, nec facere contra ſeruitutem debitam naturaliter, *Berou. eod. conſ. num. 16. & ſeqq. Riminal. ibidem num. 15. & 16.* Sed Franciſconus ex natura loci procliui tenetur recipere aquam defluentem ex agris ſuperioribus in ſuum agrum inferiorem,
10 ideò † non poteſt aggeribus, & alijs operibus manufactis impedire huiuſmodi naturalem curſum, & aquam per tranſuerſum aliò ducere in damnum, & detrimentum maximum ſuperiorum agrorum, *d. l. 1. §. 1. 2. & 3. de aqua pluuia arc. Berou. & Rim. vbi ſuprà, ille, num. 12. & iſte num. 10.*

Neque dicendum eſt, quod Franciſconus nihil fecerit contra formam ſeruitutis, quæ ex natura ſituationis agrorum debetur à ſuo agro inferiori agris ſuperioribus, dum recepit omnes aquas cadentes ab agris ſuperioribus; Poſtquam autem
11 † illæ ingreſſæ ſunt ſuum fundum, & per eum receptæ ſtatim effectæ ſunt propriæ adeo vt potuerit de illis diſponere, & ad libitum ducere, quo velit, ad tradita per *Decium in conſ. 244. num. 5. & 6. & conſ. 373. num. 1. & 2.* Nam reſponde-
12 tur, † quod Dec. loquitur de flumine publico, quod quis poteſt auertere ad ſui vtilitatem, licet in conſequentiam reſultet præiudicium alteri parti, quæ non poteſt conſequi illam vtilitatem.
13 Sed tamen † ſecus eſt in aqua pluuia, quam quis tenetur recipere ex loci natura, vt poſt *tex. in d. l. 2. §. idem labeo, de aqua pluu. arcen. declarat Cuiac. ibidem, fol. 1434. tom. 1. Capol. d. cap. 4.*
14 *num. 73. in fin.* Non † enim poteſt Franciſconus cum illo ingenti damno agri ſuperioris aquas pluuias deuiare per tranſuerſum, & auertere à curſu naturali cum ſua parua vtilitate, vt dicit *Pariſ. conſ. 105. num. 15. & 25. lib. 1.* Vtilitas enim ſibi reſultans reſpicit tantummodo ſui agri partem, quandam per quam antiquitus defluebat aqua, quam quidem partem potuiſſet hinc inde munire, & tueri à damno proueniuro, ſi non à
15 toto, ſaltem à tanto. Damnum † verò contingens vicinis reſpicit agrum ſuperiorē Marchetti, & agrum à latere illorum de Gandulfis, & viam de qua agitur, quod viæ damnum, & incommodum afficit omnes vicinos, nec reparari poteſt, dum adſunt aggeres, & foueæ à Franciſcono facti: Et aqua decurrit deriuato curſu per tranſuerſum ad claſmata de Gandulfis. Eſt enim aqua ingens ex congerie illarum à diuerſis locis defluens ab agris ſuperioribus, quæ prius per diuerſa loca ſeparatim ſpargebatur, & corrudit ſuo curſu viam, quæ paulatim ruit, & per conſequens reijcitur in agros ſuperiores, qui paulatim diminuuntur, & ager Franciſconi ampliatur, vt conſtat ex facie, & euidentia loci, quod lex nullo modo permittit, vt per eundem *Pariſ. d. conſ. 105. num. 28.*

16 Quod autem licitum ſit D. Marchetto ſulcos aquarios tranſuerſos facere agri ſui colendi cauſa, dummodò ipſe repoſita via in priſtinum per Franciſconum conficiat foueos in pede ſuarum terrarum prope viam, capaces ad recipiendum eaſdem aquas defluentes à ſuo prædio, vt diximus in principio. Mouebantur DD. Auditores ex ſituatione terrarum poſitarum in loco procliui, quod operatur, vt non poſſint huiuſmodi terræ commodè arari, ac coli ſecundùm regulas artis agriculturæ, niſi fiant huiuſmodi ſulci tranſuerſi, vt probat *tex. in d. l. vuiens, de aqua plu. arcen.* & tradunt periti in hac arte nempè inter antiquos, *Plinius, Hiſtor. natural. lib. 18. cap. 19. fol. 329. Columella, lib. 2. cap. 4. fol. 83. Virgili. Primo Georg. (ibi) Rurſus in obliquum verſo prorumpit aratro.* Et inter modernos, *Alfonſus Henera, lib. 1. cap. 4. fol. 7. Tatt. Lucen. lib. 1. fol. 25. & fol. 27. Auguſtinus Gallus, fol. 21. Conſtantinus Patauinus, lib. 1, cap. 7. Ioſephus Faleonius, fol. 197.* Ex quibus omnibus apparet ſulcos tranſuerſos eſſe neceſſarios ad rectè colendū, & arandum terras in ſitu procliui exiſtentes, & hac de cauſa licet Marchetto facere huiuſmodi ſulcos, nec poteſt à Franciſcono impediri quominus ille agrum ſuum aret quemadmodum vult, ex *tex. in d. l. vuicus, vbi etiam Caſtren. ff. de*

aqua

Digitized by Google

aqua pluuia, arcen., *& tex. in l. 1. §. de eo opere, verſ. offilius autem*, *& §. item ſciendum*. Nec eſt, quod hic dicatur non eſſe licitum vicino facere ſulcos tranſuerſos, per quos aqua defluit in agrũ vicini, vt *in d. l. 1. §. de eo opere, & in l. vicinus, verſ. ſed ſi quis*. Quia iura prædicta loquuntur, quando fundus vicini eſt ex latere, & alter vicinus intendit facere ſulcos tranſuerſos animo nocendi vicino, non autem prout in caſu noſtro, quando fundus vicini eſt inferius, *vt per gloſ. ibidem, & per Capol. de ſeruitut. ruſt. præd. cap. 17. de cultura terrarum, num. 2.* Præterea reſponde-
17 tur, † quod allegata iura procedunt, quando ager poteſt æque bene coli, arari, & ſeminari ſine ſulcis tranſuerſis, vt probatur *in d. l. 1. §. de eo opere, verſ. ſed, & ſi quis, & §. idem aiunt, in fine, verſ. in ſumma; Bar. & Imol. in d. l. vicinus, Capol. vbi ſuprà; Cuiac. ad l. 77. ff. de verb. ſignif. fol. 1670. Duaren. tit. de aqua plu. arcen. ca. 1.* Quod verò ager Marchetti non poſſit æque benè coli ſine ſulcis tranſuerſis patet ex euidentia
18 loci, & ex ſcriptoribus ſuprà allegatis. Ideò † fauore agriculture, & fructuum colligendorum cauſa ſeruitus introducta reperitur etiam contra regulas iuris, vt pulchre notat, *Honded. conſ. 81. num. 21. lib. 1.*

Nec aduerſatur *conſ. Ladercb. 146.* allegatum
19 pro Franciſcono. † Quia loquitur de reſtagnatione, & auerſione aquarum à ſolito, & naturali curſu, & illarum corriuatione opere manufacto, ex quo quidem opere locus in ſua naturali poſitura valdè immutatus erat, cum ingenti damno vicini. Et ſub *num. 4.* habetur, quod loca ad quæ aquæ erant nouiter corriuatæ, non erant taliter ſituata, vt illæ aquæ ad ea naturaliter defluere deberent, quamuis inferiora, cum per aqueductus veteres ad alia loca decliuiora defluerent. Et addit fortaſſe ſecus dicendum ſi aquæ eſſent pluuiæ, & naturaliter defluerent. At in caſu præſenti omnes aquæ agri Marchetti ſunt pluuiæ, & naturaliter defluunt in agrum Franciſconi. Et maior pars illarum, quæ cadunt in terra exiſtente ſupra pratum reduceretur ſecundùm naturam loci, & decurreret ſub ponte, etiamſi non adeſſet ille ſulcus tranſuerſus. Et ideò nullum, vel exiguum damnum reciperet Franciſconus, ex illo ſulco.

ARGVMENTVM.

An, & quando prælegata veniant in reſtitutione fideicommiſſi.

SVMMARIVM.

1 *Prælegata regulariter non veniunt in reſtitutione fideicommiſſi.*
2 *Limita quando conſtat de contraria mente teſtatoris.*
3 *Verba vniuerſalia (vadi intieramente) comprehendunt prælegatum.*
4 *Siue prælegata ſint ante fideicommiſſum, vel poſt.*
5 *Verba (in alijs autem bonis) non excludunt quin in reſtitutione fideicommiſſi veniant prælegata.*

DECISIO CXLVIII.

1 Etſi regulariter prælegata non veniãt in reſtitutione fideicommiſſi ſi inſtitutio, vt in caſu de quo agitur reperiatur facta cum clauſula (in omnibus alijs bonis) ad laté tradita per *Pereg. de fideicom. art. 7. num. 14. & ſeqq. quem ſequuntur Fachin. cont. Iur. lib. 5. cap. 16. Gaſp. Theſ. Foreuſ. lib. 1. cap. 17. nu. 1. Gratian. diſcept. 404. num. 16. Rot. in recent.*
2 *par. 3. deciſ. 761. num. 1.* Veruntamen † ab iſta opinione receditur, quando conſtat de contraria voluntate teſtatoris, vt tradunt communiter *doct. in l. cum virum, C. de fideicom. in l. Marcellus, §. quidam liberis, ff. ad trebell. & in l. cum Pater, §. fidei tuæ de legat. 2. Rot. in recent. d. deciſ. 761. num. 5.* Prout conſtare viſum fuit in præſenti caſu, vbi Iacobus teſtator in ſubſtitutione iubet omnia bona ſua abſque diminutione aliqua ad ſuperuiuentem tranſire, *Pereg. d. art. 7. num. 23. Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 7. num. 3. in fin. verſ. ſimili quoque modo, Menoch. lib. 4. præſ. 194. num. 51. Gaſp. Theſ. d. quæſt. 17. num. 17.* Ete-
3 nim † cum res prælegatæ proficiſcantur ex hæreditate illius, vniuerſale illud ſignum (*vadi intieramente*) quod ſui natura eſt prædicabile de pluribus eſſet otioſum, niſi, & prælegata comprehenderet; Immò ſi ipſa prælegata exciperentur, vtique omnia bona non reſtituerentur ſine diminutione, vt voluit etiam teſtator, *Fuſar. qui alios congerit. tract. de ſubſtit. quæſt. 650. num. 71. & ſeqq. Boer. deciſ. 280. num. 1. & ſeqq. Surd. deciſ. 269. per tot. Rot. in recent. d. deciſ. 761. num. 6.*
4 Quæ ſanè † procedunt non ſolum quando prælegata ſunt ante fideicommiſſum; ſiue hæredis inſtitutione, & ſubſtitutione, *Fuſar. d. quæſt. 650. num. 1. & ſeqq.* Sed etiam quando poſt, non enim fit vis in ordine ſcripturæ, quando teſtator vſus fuit verbis vniuerſalibus, & futuri temporis, vt multis citatis firmat Rot. *in allegata dec. 761. n. 7.*
5 Neque viſum fuit obſtare, quod dicebatur teſtatorem excepiſſe legata per dictam clauſulam (in alijs autem bonis.) Quia dictio illa (in alijs) non facit, quod prælegata dicantur excluſa ab inſtitutione, & ſubſtitutione, vt pluribus exornat, *Honded. conſ. 71. num. 44. lib. 1. Fuſar. d. quæſt. n. 18. Surd. d. deciſ. 269. num. 11.* cum quibus tranſcribimus ad fauorem D. Franciſci ſubſtituti.

Et ita, &c.

ARGVMENTVM.

Trebellianica intelligitur prohibita per verba reſtituas ſine aliqua diminutione, vel integrè.

SVMMARIVM.

1 *Trebellianica non dicitur prohibita, ſi relinquatur hæreditas pleno iure. Limita, vt num. 2.*

3 *Trebellianica cenſetur prohibita ſtantibus verbis (ſine diminutione aliqua) vel (integrè.)*

DECISIO CXLIX.

1 CVm autem ſecundo loco occaſione teſtamenti, de quo in præcedenti deciſione, dubitatum fuerit. † An verba illa (pleno iure) importent prohibitionem trebellianicæ, & frequentiori calculo receptum ſit eam non eſſe prohibitam per dicta verba, vt teſtantur, *Gab. tit. de Trebell. concl. 4. Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 12. num. 18. Mareſc. var. lib. 1. cap. 100. numer. 11. & ſeq. Gratian. diſcept. 46. num. 16. & 17.* vbi dantur concordantes. Atta-
2 men † quando cum dictis verbis concurrunt alia denotantia teſtatorem voluiſſe omnia bona reſtitui, tunc cenſetur ſine difficultate prohibita trebellianica, vt ferunt doctores omnes inferius ci-
3 tandi, ſed in caſu noſtro Iacobus teſtator † vltra verba illa (pleno iure) ſubiunxit (integrè) quod ſanè verbum ſufficit pro inducenda tali prohibitione, *doct. in l. centurio, de vulg. & pupill. & de communi teſtantur, Surd. conſ. 458. num. 23. Hond. conſ. 66. num. 8. 9. & 31. lib. 2. Mareſc. var. d. cap. 100. num. 13. Grat. diſcept. 46. n. 18. diſc. 869. n. 18. & ſeq. diſc. 888. n. 7. & 9. & diſc. 889. num. 11.* Et neminem ab hac opinione diſcrepare dixerunt, *Cran. conſ. 174. num. 1. Gab. d. tit. de trebell. concl. 5. in prin. & concluſ. 7. pariter in prin. Mantic. d. tit. 12. num. 16. Et in indiuiduo ſæpè*, & ſemper firmauit *Rot. vt coram Put. deciſ. 448. num. 4. lib. 2. coram Mantic. dec. 348. num. 4. coram Greg. deciſ. 421. num. 13. & diuerſ. par. 4. deciſ. 433. nu. 1. & in recent. par. 1. deciſ. 453. num. 3. & par. 2. deciſ. 259. num. 5. p. 4. dec. 164. nu. 6. & p. 5. deciſ. 184. num. 9.* Et firmauimus *deciſ. 50. num. 146.* Et ita, &c.

ARGVMENTVM.

Ex ſummario num. 2. ſume Argumentum.

SVMMARIVM.

1 *Inter plures Iudices competentes ille dicitur præueniſſe, qui primus eſt in exercitio iuriſdictionis, vt pote citationem decernendo.*

2 *Limita vbicunque à diuerſis appellatur ad diuerſos Iudices, quorum vnus eſt ſuperior altero, quia tunc Iuriſdictio ſuperioris abſorbet iuriſdictionem inferioris.*

DECISIO CL.

SAcripantes Groperius, & Siluius Crottus Iudices electi de conſenſu partium iuxta formam compromiſſi, die 19. Octobris 1633. eorum promulgarunt ſententiam, à qua Flaminius collecta de Patrignono vnus ex colliſigantibus appellationem, & inhibitionem à D. Locumtenente Montis Alti, die 23. eiuſdem obtinuit. Et Iacobus Tancredus alter ex colliſigantibus die 29. eiuſdem appellationem pariter interpoſuit, & inhibitionem in hoc Audiorio expediuit: Inſtabat autem Flaminius pro moderatione inhibitionis, & remiſſionis cauſæ ad Locumtenentem, coram quo prius fuerat appellatio interpoſita, & ceptus proceſ-
1 ſu, ex quibus † actibus iudicialibus videbatur locum eſſe præuentioni iuriſdictionis ad eius fauorem, *ad tex. in cap. vt debitus, de appellat. in cap. capitulum, de reſcrip. gloſ. fin. in cap. propoſuiſti, de foro compet. Bar. & Alex. in l. ſi pluribus, ff. de leg. 1. cum alijs deductis per Veſt. in prax. lib. 3. cap. 11. num. 2. & ſeq.* Sed his non obſtantibus fuit reſolutum procedendum eſſe ad vl-
2 teriora in cauſa; ſiquidem † vbi diuerſæ perſonæ nempe actor, & reus diuerſos appellant Iudices infra decem, vt in præſenti caſu, appellatio interpoſita ad maiorem Præualet, & elidit interpoſitam coram minore, etiam ſi minor appellationi prius detulerit, & de meritis cauſæ cognoſcere ceperit, *Abb. Franch. & alij Canoniſtæ in cap. ſi duobus de appellat. Specul. tit. de appellat. §. nunc tractemus, verſ. quid ſi à ſententia ſuffraganei, num. 17. lib. 2. Berou. conſ. 6. num. 4. lib. 3. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. Amp. 15. num. 24. Scac. de appell. qui teſtatur de communi, quæſt. 10. num. 10. Oſaſch. deciſ. 131. num. 14.* Quod verò Auditores Rotæ Picenæ in cauſis appellationum ſint maiores, Iudices reſpectu loca tenentium, non videtur locus dubitationi, & ex abundanti probatur, ſignāter ex Bulla Conſtit. Rotalis *Sixti V. num. 21.* vbi cauſæ appellationum ipſo iure deuolutæ eſſe intelliguntur ad ipſos Auditores, ac

ſi ad Sanctam Sedē Apoſtolicam interpoſitæ fuiſſent, ex quo datur intelligi, quod ſint maiores, & conſequenter præferendi, ad notata per *Scacc. in d. q. 10. n. 10. & 11.* Et ita ſeruatum pluries.

ARGVMENTVM.

Adminiſtrator tenetur edere libros rationum in Iudicio, non vt efficiantur de actis, ſed vt deponantur penes tertium ad effectum inſpiciendi, & calculandi.

SVMMARIVM.

1 *Adminiſtrator non tenetur libros in actis producere, ita vt deueniant ad manus colligantis, ſed ſufficit, vt deponantur penes tertium eligendum à Iudice, & num. 2.*

3 *Adminiſtrator cogitur exhibere libros adminiſtrationis.*

4 *Quæ exhibitio differt à productione.*

5 *Producta in iudicio dicuntur de actis, ſecus autem exhibita Iudice pro animi informatione.*

6 *Adminiſtratori ſufficit libros edere, hoc eſt oſtendere ad effectum calculandi.*

7 *Productio nihil aliud eſt, quam animi certa declaratio vtendi iuribus productis.*

8 *In productione pars debet eſſe præſens, vel citata, & copia productorum per Iudicem ſibi decreta cum termino ad opponendum.*

9 *Iura producta efficiuntur communia.*

10 *Quæ debent reſtitui ſine dimiſſione copiæ, & ſine iactura expenſarum.*

11 *Redditio rationis in loco adminiſtrationis redditur.*

DECISIO CLI.

DOminus Thomas Leonardus adoleſcens tutricem, & curatricem pro tēpore habuit D. Eliſabetham de Gēchis matrem, qua defuncta in Iudicio coram D. Locumtenente Fani pro redditione rationis vocauit D. Andream, & Leonardum fratres, & hæredes dictæ matris adminiſtratricis, cum quibus hæredibus fabricato proceſſu obtinuit per Iudicem eligi peritos ad calculandum, & illis electis libros adminiſtrationis conſignari, & poſt aliquot dies petijt eoſdem libros apud peritos exiſtentes exhiberi in Iudicio ſaltim ad effectum videndi, quod pariter obtinuit per decretum, à quo ipſi fratres, & hæredes appellationem interpoſuerunt in Rota, firmantes non teneri ad ſimilem exhibitionem quæ non differt a productione, & conſequenter decretum eſſe grauatorium, ex quo ipſi non tenentur facere libros de actis niſi, quo ad calculum

& partitas controuerſas, nec poſſunt grauari onere expenſarum, quæ Notario cauſæ deberentur
in regiſtratione ſcripturarum reſtituendarum cū
dimiſſione copiæ collationatæ in actis. Vnde
propoſito dubio, an decretum ſit appellabile,
1 fuit vnanimiter reſolutum negatiuè. Nam † quāuis libri per hæredes dictæ adminiſtratricis non
ſint producendi, ita vt deueniant ad manus colligantis; *Socc. conſ. 190. num. 5. lib. 2. Pariſ.*
conſ. 89. num. 17. lib. 1. Greg. deciſ. 151. num. 3.
2 Sed dumtaxat † deponendi penes tertium, *l. ſi*
quæ ſunt, ff. fam. hercif. Greg. ead. deciſ. 151.
3 *num. 4.* Rota tamen cenſuit, † quod qui adminiſtrationis rationem reddere tenentur, prout ſunt
dicti fratres de quo non dubitatur, cogantur coram Iudice libros exhibere, *Bal. in l. cum teſtamento, num. 4. C. de teſtam. manum. Grat. diſc. 71.*
4 *num. 4. Greg. d. deciſ. num. 1.* Quæ quidem †
exhibitio valde differt à productione, vt notabiliter refert *Sol. ad conſtit. Sabaud. tit. de donat.*
gloſ. 5. num. 1. fol. 186. & tit. de oppoſit. gloſ. 1.
5 *num. 1. fol.* 206. Differentia autem † in eò conſiſtit, quod exhibita Iudici pro animi informatione, non dicuntur de actis, nec in actis contineri; producta autem ſic, *Guidop. deciſ. 241. in*
6 *prin. Sol. loc. cit.* Quorum † ſic exhibitorum copia aduerſario non eſt decernenda, *Guidop. de-*
7 *ciſ. 242. Sol. vbi ſuprà.* Niſi † ad effectum legendi, inſpiciendi, & calculandi rationes, *l. 1. §. 1.*
& l. argentarius, § edi autem, ff. de eden. Greg. d.
deciſ. 151. num. 2. Et proinde in caſu noſtro libri non habentur pro productis, cum nihil aliud
8 ſit † productio, quā animi certa declaratio vtendi iuribus productis, *Caſt. conſ. 281. num. 10. lib.*
1. Sol. dicto titulo de oppoſitionibus, gloſ. 1. num. 2.
9 Ad verum † productionis effectum pars debet eſſe præſens, vel citata, & copia per Iudicem decreta cum termino ad opponendum, *Bart. in extrauag. ad reprimendum, in verb. de plano,* Rom.
conſ. 156. Sol. d. tit. de donat. gloſ. 5. num. 2. &
d. gloſ. 1. num. 3. Belt. ad Greg. deciſ. 59. num. 11.
Quo caſu producta efficiuntur communia, *l. ſi*
veteris, C. de fid. inſt. Sol. d. gloſ. 1. num. 14. fol.
206. Ideoquè ex his ceſſat motiuum expenſa-
10 rum, cum † Iudex mandauerit tantummodò libros exhiberi, ex qua exhibitione illi non ſunt
facti de actis, ſed debent ſuis loco, & tempore
reſtitui dictis hæredibus, abſque dimiſſione copiæ, & conſequenter ſine iactura expenſarum.
Quare moderata fuit inhibitio, & cauſa remiſſa
11 ad Iudicem ſuum in Ciuitate Fani, vbi † ſicut adminiſtratio geſta fuit, ita, & ibi ratio adminiſtrationis reddi debet, *l. 1. & 2. C. vbi de ratioc. tàm*
pub. quàm priuat. Rot. Ianuen. deciſ. 98. num. 3.
cum regulariter extra locum adminiſtrationis
non teneatur adminiſtrator libros exhibere, *l.*
prætor. ait, in fin. vbi Caſt. ff. de edea. Rot. Ian.
d. deciſ. 98. num. 4.

ARGVMENTVM.

Ius accreſcendi in bonis ab inteſtato delatis, quomodo locum habeat inter coniunctos legali coniunctione.

SVMMARIVM.

1 *Filia fauore maſculorum excluſa à ſtatuto, facit partem, eo modo quo magis eſt vtile maſculis.*
2 *De iure non eſt inconueniens, quod quis faciat partem, & non admittatur ad partem.*
3 *Detractio quæ per ſtatutum filiabus debetur, maſculis acquiritur quorum contemplatione id fit.*
4 *Statutum excludens fœminas propter maſculos, cenſetur factum fauore agnationis conſeruandæ.*
5 *Ius accreſcendi in acquiſitionibus ab inteſtato inter coniunctos, quomodo locum habeat.*

DECISIO CLII.

ANtonia Borunda de Terra Montis Georgij Firmanæ Diœceſis, olim nuptui tradita Hectori Alateonæ cum dote florenorum 1000. deceſſit ab inteſtato relictis poſt ſe, Octauio, Hieronymo, Lucio, & Curtio filijs legitimis, & naturabilibus; Nec non Martiale, & Silea nepotibus ex altero filio eiuſdem matrimonij prædefuncto: Poſt cuius obitum, cum Silea Neptis expreſſe excluſa per ſtatutum à ſucceſſione bonorum paternorum, maternorum, & auitorum propter maſculos, fuiſſet dotata ab Hectore Auo paterno iuxta formam eiuſ-
1 dem ſtatuti, non dubitabatur † quin ipſa faceret partem, eò modò quo magis id vtile eſſet maſculis. *ad tex. in l. papinianus, §. quoniam, ff. de inoff. teſt. Parij. conſ. 36. num. 29. lib. 5. Graſſ. in §. legitima, quæſt. 7. num. 5. Fach. cont. Iur. lib. 4. cap. 31. Gratian. diſcept. 347. num. 11. & 12. Rot. diuerſ. par. 1. deciſ. 266. num. 1. & in recent. par. 2. deciſ. 477. num. 3. & par. 4. de-*
2 *ciſ. 241. num. 6. & deciſ. 543. num. 7.* Cum † de iure non ſit inconueniens, quod quis faciat partem, & non admittatur ad partem, vt eſt tex in l. *huiuſmodi, §. ratio, ff. de legat. 1. & tradunt Theſ. deciſ. 159. num. 13. Rot. in recent. par. 4. deciſ. 241. num. 6. in fin. & coram Mart. Andrea, de-*
3 *ciſ. 101. num. 8. & 9.* Sequitur ergò, † vt quod ab ipſa Silea detrahitur, debeat filijs maſculis acquiri, quorum contemplatione talis detractio fit, *l. poſt legatum, §. amittere, de his quibus, vt indig. l. 2. §. ſi duo fratres, de Col. bonor. Pariſ. d. conſ. & num. 29. Caſt. conſ. 52. num. 1. & conſ. 286. num. 4. lib. 1. Curt. Iun. conſ. 268. num. 16. & ſeqq. Soc. Iun. conſ. 26. num. 14. lib. 1.* cum alijs quos refert, & ſequitur *Rot. diuerſ. d. deciſ. 266.*
4 *num. 2.* Eò præſertim, † quia ſecundum veriorem, & magis communem opinionem, huiuſmodi ſtatutum factum intelligitur fauore maſculorũ, & ad conſeruandam agnationem, *Tiraq. de retract. lig. §. 1. gloſ. 9. num. 196. Parij. conſ. 41. nu. 17. lib. 3. Ruin. conſ. 46. num. 5. lib. 3. Rol. conſ. 70. num. 30. lib. 3. Rot. in recent. par. 1. deciſ. 104. n. 4. & deciſ. 548. num. 8. & par. 5. deciſ. 644. n. 2. & par. 3. deciſ. 53. num. 1. & 7. & deciſ. 373. num. 3. Gaſp. Theſ. forenſ. lib. 2. quæſt. 5. num. 3.* Quæ omnia ſine difficultate, & abſque vlla contradictione admittebantur. Sed diſputatio erat inter dictos quatuor fratres, ex vna, & Martialem nepotem ex alia: Illi enim dicebant, quod ab ipſa Silea fœmina auferetur per ſtatutum, illis accreſcere, quorum Pater illam dotauerat. Hic autem Martialis prætendebat ſororis portionem ipſi accreſcere, tanquam magis coniuncto, pro quo ſanè lata fuit prima ſententia in Curia generali Maceratẽ. à qua cum dicti fratres appellationem in Rota interpoſuerint. Eadem Rota pluries auditis partibus informantibus, credidit ſententiam latam ad fauorem Martialis eſſe confir-
5 mandam, † ex diſpoſitione *tex. in l. ſi duobus, in prin. ff. de bonor. poſſ. cont. tabul.* quem refert, & ſequitur *Bart. in l. re coniuncti, nu. 61. de leg. 3.* vbi diſtinguit nimirum, quod aut ſucceſſores ſunt æquales in qualitate, & cauſa coniunctionis, vt puta omnes filij, aut omnes nepotes, & tunc æqualiter vocantur ab inteſtato per ius accreſcendi ad partem deficientem, aut ſunt inæquales qualitate, vt alij filij, aliqui verò nepotes, ex filio prædefuncto, & tunc ius accreſcendi vario modo inter eos habet locum; Nempè ſi extant plures filij, & nepotes ex altero filio, & vnus ex filijs deficiat, aut excludatur à ſtatuto, tunc alij filij, & nepotes ſimul vniti, quia repræſentant patrem, æqualiter vocantur cum patruis; Si autem deficiat portio vnius ex nepotibus, vt in caſu noſtro deficit portio Sileæ, illa vtique portio accreſcit alteri Nepoti hoc eſt Martiali, & non patruis, quia ipſe Nepos Martialis habet aliam qualitatem inter ſe, & Sileam ſororem, propter quam vocatur, & per eam magis vnitur, & ideò præfertur, vt poſt *Bart. loco citato, firmat Boleg. ibidem, num. 387.* & de communi teſtatur *Graſſ. in §. ius accreſcendi, quæſt. 32. num. 2.* Cui quidem opinioni dicti fratres non acquieuerunt, ſed voluerunt iterum audiri. Propoſitaque cauſa iterum Domini Auditores ſteterunt in deciſis.

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Retentio bonorum, quando detur Creditori pro dote poſſidenti, aduerſus hæredem proprietarium, qui mittitur in poſſeſſionem ex remedio l. fin. C. de Edicto, Diu. Adr. Tollend.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas ſpectans ad Monialem profeſſam, defertur Monaſterio ipſo iure.*
2 *Et abſque facto, & aditione monialis.*
3 *Hæres eſt immittendus in poſſeſſionem omnium bonorum, quæ defunctus tempore mortis poſſidebat.*
4 *Retentio bonorum poſſeſſorum datur pro dote.*
5 *Duo poſſidere poſſunt vnam, & eandem rem diuerſis reſpectibus.*
6 *Poſſeſſio creditoris eſt ad commodum debitoris.*
7 *Poſſeſſio capta authoritate propria, dicitur vitioſa.*
8 *Poſſeſſio acquiſita vigore clauſulæ conſtituti, amittitur per lapſum decennij.*
9 *Limita quando eſt capta, vigore clauſulæ conſtituti.*
10 *Quod procedit, quando poſſeſſio interea fuit per aliũ occupata.*
11 *Conſtitutum poſt mortem conſtituentis expiratum dicitur.*
12 *Limita vbi conſtituarius vigore ſuæ ciuilis poſſeſſionis, non negligit naturalem apprehendere, vel non permittit illam ab alio occupari.*
13 *Conſtituti clauſula collata poſt mortem conſtituentis, nihil operatur.*
14 *Limita vbi adeſt clauſula ex nunc, prout ex tunc.*
15 *Marito, & vxore rem aliquam inſimul vendentibus, præſumitur pretium ad manus viri perueniſſe.*
16 *Conſtituti clauſula nihil operatur, quando cautat de tempore quo conſtituens poſſidere non poterat.*
17 *Diuerſum tamen eſt quando predecedit conſtituarius.*
18 *Quia tunc conſtitutum tranſit ad hæredes ipſius conſtituarij.*
19 *Clauſula illa, conſtituens, &c. Donec, &c. quam, &c. extenduntur, quod debitor conſtituit ſe poſſidere.*
20 *Donec creditor accipiat actualem poſſeſſionem, quam accipiendi, & retinendi propria auctoritate licentiam concedit.*
21 *Eo præſertim, quando bona adhuc ſunt vacantia.*
22 *Licentia ingrediendi poſſeſſionem propria auctoritate per debitorem conceſſa, tranſit ad hæredes creditoris.*
23 *Vnuſquiſque cogitur perſeuerare in eo, quod ſemel aſſumpſit.*
24 *Limita.*
25 *Creditor, qui poteſt ingredi poſſeſſionem propria auctoritate, & ex ſola vrbanitat. Iudicem adiuit, perinde eſt, ac ſi ſponte ſua eſſet ingreſſus.*
26 *Dum tamen Iudex id faciat ſine citatione partis alioquin neceſſaria.*
27 *Quia tunc videtur, vti priuatus licentiam conceſſiſſe.*
28 *Immiſſio creditoribus eſt nulla, ſi decernatur non præcedente liquidatione.*
29 *Limita, vt num. 30.*

DECISIO CLIII.

CVm D. Conſtantius de Gaſparibus in ſuo vltimo teſtamento condito de anno 1633. die 25. Auguſti hæredem vniuerſalem inſtituerit Dorotheam eius filiam monialem profeſſam in Monaſterio S.
1 Annæ Ciuitatis Æſinæ, vtique † Monaſterium illud capax bonorum, & ſuccedens loco dictæ Monialis, *§. ſed, & hoc præſenti, Auth. de ſanct. Epiſc. l. Deo nobis, §. hoc etiam, vbi Bart. C. de Epiſc. & Cler. cap. in præſentia, de probat. Pariſ. conſ. 65. num. 6. vol. 2. Surd. conſ. 238. num. 1. Mar. Ant. Var. lib. 1. reſol. 83. num. 12. Mol. de Iuſt. & iure, tom. 1. diſcept. 179. num. 180. Gratian. diſcept. 271. num. 18. & diſcept. 481. num. 65. Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 12. num. 28. & deciſ. 32. num. 2. in princ. Oſaſch. deciſ. 126. nu. 4. & 201. Afflict. deciſ. 320. num. 9. Mag. deciſ. flor. 10. num. 2. & 3. Franch. deciſ. 40. Seraph. deciſ. 724. num. 9. & deciſ. 1151. num. 2. Rot. diuerſ. par. 2. deciſ. 180. num. 2. & in recent. p. 2. deciſ. 109. num. 1. & par. 3. deciſ. 358. num. 3.*
2 Etiam † abſque facto, & aditione ipſius, ſecundum magis veram, & communem opinionem Canoniſtarum, de qua poſt *Innoc. But. Falin. & alios, in cap. in præſentia, de probat. firmant Gratian. diſcept. 363. num. 16. & ſeqq. Menoch. de adip. remed. 4. num. 294.* vbi dantur concordantes, *Rot. coram Caual. deciſ. 346. num. 1.* quæ eſt repetita *in recent. par. 4. deciſ. 171. num. 1. & 2.*
3 Potuit † exhibito teſtamento non abolito, & probata morte teſtatoris petere, prout petijt, & obtinuit a Rota immiſſionem bonorum poſſeſſorum per Conſtantem de Gaſparibus teſtatorem de tempore mortis ex remedio, *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. Toll.* quod competit Monaſterio, vbi monialis eſt hæres inſtituta, *Menoch. de adip. remed. 4. num. 50. & 293. & ſeqq. Rot. coram Greg. deciſ. 206. num. 1. & in recent. par. 1. deciſ. 131. num. 1.* cum alijs per nos allegatis, *deciſ. 68. num. 1.* Idquè tamen ſine præiudicio retentionis bonorum ſtabilium, de quibus in inſtrumento publico in actis exhibito, ad fauorem Victoriæ, & Zenobiæ filiarum Domini Iulij recordati illius hæreditatis creditricea pro

portione dotis earum Auiæ, quæ tanquam poſ-
ſeditrices ſint vitio, vt inferius demonſtrabitur,
4 ſimilem retentionem † habere debent, ex cumu-
laris per nos *deciſ.19. num.1. & ſeqq.* quibus ad-
dimus *Gaſp. Theſ. Forenſ. lib. 2. quæſt. 96. num.*
11. qui loquitur in terminis huius remedij, *l. fin.*
Dummodò non impediant, huiuſmodi immiſſio-
5 nem ad diuerſum finem conceſſam; Cum † vtra-
que pars poſſidere poſſit diuerſis reſpectibus,
Bart. in l. ſi duo, num. 4. verſ. ſi conſtaret, ff. vti
poſſid. Caſ. de Graſſ. deciſ. 5. num. 7. de cauſ. poſſ.
& prop. Rot. ex impreſſ. per Statil. de ſalu. deciſ.
156. num. 6. & 17. & deciſ. 157. num. 1. & ſeq.
& à nobis dictum fuit, *deciſ. 68. num. 136.* Ete-
nim tantum abeſt, quod dicta retentio noceat in
hoc caſu, cum immò potius ſuffragetur, ex quo
6 † ipſe mulieres ereditrices, & in poſſeſſione exi-
ſtentes, non dicuntur ſibi poſſidere, ſed debito-
ri, & ad illius commodum, *Bart. in l. celſus, nu.*
15. ff. de vſucap. & in l. ab emptione, num. 8. ff.
de pact. Surd. conſ. 481. num. 14. Rot. *ex impreſ.*
per Stat. d. dec. 157. n. 4. & diximus dec. 44. n. 12.

Non obſtat modo allegata contra ipſam reten-
7 tionem, nimirum, † quod Victoria, & Zenobia
ingreſſæ fuerint poſſeſſionem auctoritate pro-
pria, & ſic vitioſè, vt per *doct. in l. fin. C. de Edi-*
cto diu. Ad. Tull. & per Martam de ſucceſſ. legali,
8 *par. 4. quæſt. 16. art. 3. num. 23.* Item, quod †
illis ſuffragari non poteſt conſtituti Clauſula ob
lapſum decennij ab anno 1619. *die 2. decembris,*
qua conſtitutum in inſtrumento appoſitum fuit
per Conſtantem de Gaſparis ad fauorem Annæ
eius vxoris cuius Victoria, & Zenobia ſunt pro
vna ex tribus partibus hæredes, proindeq; per
lapſum tanti temporis Conſtituarium negligen-
tem in apprehendendo poſſeſſionem naturalem,
amiſiſſe ciuilem per conſtitutum, quæſitam, *l.*
ſi de eo, §. 1. ff. de acq. poſſ. vbi gloſ. & doct. Abb.
in cap. cum veniſſet, col. fin. de reſtitut. ſpoliat.
Rip. *in cap. cum Eccleſia, num. 23. de cauſ. poſſ.*
& prop. Anch. conſ. 133. num. 3. Bal. conſ. 150.
num. 7. lib. 2. Gab. conſ. 31. num. 13. lib. 1. Mart.
d. art. 3. num. 25. Rot. *in recent. par. 1. deciſ. 634.*
num. 5. Quia reſpondebatur, quod Victoria, &
9 Zenobia † ingreſſæ fuerunt poſſeſſionem vigore
clauſulæ conſtituti in dicto inſtrumento, celebra-
to inter Conſtantem de Gaſparibus, & D. Annã
Baldaſcinam eius vxorem, ac monaſterium præ-
dictum, quo caſu nullo modo dici poſſunt vitio-
ſæ poſſeditrices, *Menoch. de Adip. rem. 4. num.*
636. Rol. conſ. 78. num. 17. lib. 3. Mart. d. artic.
num. 24. Ioſeph. Lud. Peruſ. deciſ. 42. num. 21.
Gurb. deciſ. 112. num. 12. cum alijs, quos retu-
limus, & ſequuti ſumus, *deciſ. 112. num. 4.* Et li-
cèt id egerint poſt decennium, attamen poſſeſ-
10 ſio ciuilis † quæſita virtute dictæ clauſulæ, non
dicitur amiſſa per ſpatium tanti temporis, niſi in-
tereà poſſeſſio naturalis fuiſſet per alium occu-
pata, quod non eſt dicendum in caſu iſto, vbi non
docetur alium, quam Conſtantem fuiſſe in poſ-
ſeſſione, propterea non ceſſat præſumptio con-
tinuatæ poſſeſſionis, *Natt. conſ. 235. in fin. vbi de*
commun. Bece. conſ. 75. n. 13. Menoch. lib. 6. præſ.
64. n. 42. Tir. d. tract. par. 3. lim. 21. n. 5. & ſeq. Grat.
diſc. 310. n. 48. & ſeq. & diſc. 384. n. 31. 32. & Rot.
in rec. par. 1. deciſ. 634. num. 6. & par. 2. dec. 287.
num. 5. & deciſ. 404. num. 7.

11 Neque refragatur, quod conſtitutum per mor-
tem Conſtantis expiratum dicatur, ad latè tradi-
ta per Viuium, *dec. 12. lib. 1. & per Theſ. dec. 38.*
12 *num. 1.* Quia non inde ſequitur, vt Conſtituarius
priuetur ſua ciuili poſſeſſione, dummodò non ne-
gligat naturalem apprehendere, vel non patiatur
illam ab alio occupari poſt mortem dicti conſti-
tuentis, *Tiraq. d. tract. par. 2. Amp. 13. num. 1. &*
ſeqq. & par. 3. lim. 21. nu. 9. Aneh. Iun. quæſt. 23.
num. 5. lib. 2. Menoch. de recup. remed. 14. num. 67.
Grat. diſcep. 954. num. 5. & 6. Rot. apud Statil. de-
ciſ. 170. n. 11. repetita in rec. par. 1. dec. 694. n. 8.

Minus obſtat, quod eadem Clauſula conſtitu-
13 ti † non poſſit operari, quando Nempè adiecta
fuit promiſſioni reſtitutionis dotis poſt mortem
viri, *Tiraq. d. tract. par. 3. lim. 2. num. 1. Surd.*
conſ. 166. num. 25. & conſ. 225. num. 14. Theſ.
qui alios commemorat, d. deciſ. 38. ferè per totam,
Rot. in recent. par. 3. deciſ. 787. num 3. Eò ma-
14 ximè, quia † in inſtrumento non legitur clauſu-
la ex nunc, prout ex tunc, quæ in omnem caſum
requiritur adhuc, vt conſtitutum collatum poſt
mortem conſtituentis operari poſſit translatio-
nem poſſeſſionis, *Surd. conſ. 171. num. 22. &*
conſ. 221. num. 53. Rot. in recent. par. 3. dec. 770.
num. 3. & deciſ. 787. num. 4 Quia reſpondetur,
quod in ipſo inſtrumento anni 1619. nulla fit
mentio reſtitutionis dotis, ſed tantummodò aſ-
ſeritur, quod prædium venditum per Conſtan-
tem, & Annam iugales ad eos pleno iure ſpecta-
bat, & pertinebat: quodque Conſtantius aſſecu-
rauit Annam ſuper alijs ſuis bonis cum clauſula
conſtituti, & pacti ingrediendi poſſeſſionem pro-
pria auctoritate. Quocirca talis obligatio, non
videtur facta pro reſtitutione dotis, ſed propter
15 † pretium bonorum pro dote Hypothecatorum,
quod ibidẽ apparet in vtilitatẽ ipſius mariti fuiſ-
ſe conuerſum, prout etiam de iure præſumitur,
quando inſimul vendunt, vt ex *Tiraq.* Roncag. *Dec.*
Cran. Natt. Rol. *Scapuc. Amat. Capic.* & alijs pro-
bauimus. *deciſ. 109. num. 8. & 9. quibus addimus*
Camill. Borrell. alios innumeros allegantem *in*
ſumm. dec. par. 2. tit. 3. num. 202. Inſuper reſ-
pondetur obiectum procedere, quando maritus
promittit dotem reſtituere ſoluto matrimonio,
cum dicta clauſula conſtituti, & moritur viuente
16 vxore; Tunc enim, † quia caſus reſtitutionis do-
tis accidit tempore mortis ſuæ, videtur ſe conſti-
tuiſſe poſſidere de tempore, quo amplius poſſi-
dere non poteſt, ad tradita per *Ang. in l. quam-*
uis, §. 1. ff. de acq poſſ. Tiraq. d. tract. par. 2. amp.
17. nu. 9. in prin. & par. 3. lim. 2. n. 1. & 2. Men.
de recup. rem. 14. n. 64. & ſeq. cũ alijs per Mart. de
clauſ.

Digitized by Google

clauſ. par. 1. *clauſ.* 20. *num.* 8. *verſ. contrarium*,
& per Rot. in recent. par. 3. *d. deciſ.* 787. *num.* 3.
Diuerſum eſt quãdo prædecedit vxor prout hic,
17 quia † tunc caſus reſtitutionis dotis contingit de
tempore, quo maritus poſſidet, & ſic debet ope-
rari effectum ſuum, *Tiraq. d. tract. par.* 2. *ampl.*
17. *num* 9. *& par.* 3. *lim.* 2. *num.* 14. Et quam-
uis eò tempore vxor deſinat eſſe in humanis ni-
18 hil refert, † quia conſtitutum ad hæredes conſti-
tutarij tranſit, etiamſi id dictum minimè fuiſſet,
vt ſunt iura aperta, *in l. cum precario, §.* 1. *in l. quæ-
ſitũ, §.* 1. *de prec. Tir. de mort. in* 3. *decl.* 4. *p. de conſt.
d. par.* 2. *amp.* 12. *forè per totam*: vbi reſpondet
ad contraria *Mart. de clauſ.* 20. *num.* 11. *Theſ. de-
ciſ.* 105. *per totam.* Præterea reſpondetur ex abun-
danti, quod vbi clauſula conſtituti operari non
19 poſſet, adhuc † operaretur licentia ingrediendi
poſſeſſionem propria auctoritate, quæ legitur
data in inſtrumento prædicto (ibi) conſtituens,
&c. Donec, &c. Quam, &c. Nam extenditur,
quod debitor conſtituit ſe poſſidere donec credi-
tor accipiat actualem poſſeſſionem, quam acci-
piendi, & retinendi licentiam dat. ex huiuſmodi
20 autem † licentia poteſt creditor accipere poſſeſ-
ſionem rei ſibi hypothecatæ propria auctorita-
te, *l. titia cum teſtamento, §. Lucius, ff de legat.* 2.
Bal. Ang. & Salic. in l. 3. *C. de pig. Surd. conſ.*
221. *num.* 36 *& ſeq. Mart. de ſucceſſ. leg. par.* 4.
d. quæſt. 16. *& art.* 3. *num.* 27. *& ſeqq* Præcipue,
quando prout hic mariti hæredes conſtituentis
nondum apprehenderunt poſſeſſionem, quæ ad-
21 huc vacabat. Quia tunc † vigore dictarum clau-
ſularum licitum eſt illam ingredi ſine citatione
aliqua, & ſine alterius iniuria, *l. cum quærebatur,*
22 *C. vnde vi, Surd. dict. conſ.* 221. *num.* 49. Neq; †
dubitatur quin talis licentia tranſeat, ad hæredes
creditoris, *Menoch. de adip. remed.* 5. *nu.* 97. *Caſt.
conſ.* 59. *in fin. lib.* 2. *Neguz. de pig. par.* 4. *num.*
20. *verſ. noua concluſio, Theſ. d. deciſ.* 105. *num.
fin.* & faciunt notata per nos *dec.* 46. *n.* 11. *&* 12.
23 Nec debet attendi, quod dicebatur Victoriam,
& Zenobiam minimè poſſe viam iudiciariam,
quam ſibi elegerunt pro ingreſſu ad poſſeſſionem
mutare, *ad tex. in l. ſi mulier, §. fin. ff. quod met.
cauſ. l. ſi creditores hæreditarij, in prin ff. de ſepa-
rat. cap. quod ſemel, de reg. Iur. in* 6. *Surd. con-
ſil.* 377. *num.* 3. cum alijs citatis *deciſ.* 110. *n.* 24.
24 Quia † præterquam quod ſi malè apprehendiſ-
ſent poſſeſſionem, nihilominus denegandus illius
non eſſet retentio, ex quo conſtat de vero credi-
to, *Oſaſcb. deciſ.* 34. *num* 27. *Sard. deciſ.* 46. *per
tot. Rot. ex impreſſ per Statil. deciſ.* 157. *num.* 6.
& 7. & latius firmauimus in cauſa Montis S. Pe-
tri immiſſionis, *deciſ.* 181. *nu.* 18. *& ſeqq.* Re-
25 ſpondetur vlterius, quod vbi creditor ex † ſola
voluntate adiuit Iudicem, qui concedit licen-
tiam ingrediendi ſine aliqua partis citatione,
tunc ſane perinde eſt, ac ſi ipſe creditor ſponte
ſua eſſet ingreſſus, *Surd. d. conſ.* 221. *num.* 45.
26 *Aſſl. d. deciſ.* 326. *num.* 2. Nam illa † Iudicis li-
centia nihil tribuit, ex quo omiſſa partis citatio-
ne aliàs quin neceſſaria, *l. de vno quoque, de re Iu-
dic.* videtur potius vti priuatus licentiam conceſ-
27 ſiſſe: Et hoc caſu † non eſt quærendum an ordi-
nariè procedatur, cum ſola ſua auctoritate vta-
tur creditor, vt poſt *Bart. Alberic. Soc. Ruin.* &
alios latè docent *Achil. de adip. num.* 312. *&* 326.
Menoch. eod tract. remed. 5. *num.* 148. *Sard. dict.
conſ.* 221. *num.* 45.
28 Demum non officit, quod dicebatur non li-
cuiſſe Victoriæ, & Zenobiæ ingredi poſſeſſionem
non facta liquidatione crediti, ad latè tradita
per Greg. quem ſufficit allegare pro multis, *deciſ.*
214. *num.* 1. *& deciſ.* 485. *num.* 8. *& deciſ.* 545.
29 *num.* 7. Quia reſpondetur, † quod vbi cum licen-
tia ingrediendi propria auctoritate iunctum eſt
conſtitutum, vtique creditor poteſt capere poſ-
ſeſſionem bonorum debitoris, etiam non facta li-
quidatione, *Aret. conſ.* 21. *num.* 5. *Ruin. co ſ.*
127. *num.* 1. *lib.* 5. *Soc. Sen. conſ.* 82. *num* 8 *lit.*
3. *Natt. conſ.* 378. *num.* 1. *&* 2. *Surd. d. ſæpè al-
legato, conſ.* 221, *num.* 36. *& ſeqq. Tiraq. de tract.
de conſtit. par.* 1. *num.* 43. *Menoch. d. remed.* 5.
adip. num. 69. *&* 140. *Carth. deciſ.* 12. *num.* 7.
30 *& deciſ.* 94. *num.* 5. Nam vbi † liquidatio requi-
ritur, poſt adeptam poſſeſſionem fieri poteſt,
Menoch. vbi ſuprà num. 63. *Mart. de Clauſ. par.* 1.
clauſ. 304. *Oſaſcb. deciſ.* 129. *num.* 10. *& ſeq.*
Atque ita ex his reſolutum fuit per DD. vno ex-
cepto, dandam eſſe immiſſionem monaſterio S.
Annæ ex perſona Dorotheæ monialis in poſſeſ-
ſionem omnium bonorum hæreditariorum Con-
ſtantis, ſine præiudicio retentionis bonorum
ſtabilium Victoriæ, & Zenobiæ debitæ pro rata
eorum crediti dotis Annæ, &c.

A R G V M E N T V M.

Status vltimus beneficij non attenditur quando legitimè conſtat de contrario, aut diuerſo anteriori, & de pluribus alijs adductis ad probandam Eccleſiæ vnionem.

S V M M A R I V M.

1 *Aſſertiones, ſeu enunciatiuæ in literis Apoſtolicis probant Eccleſiæ vnionem.*
2 *Præſertim, quando ſunt antiquiſſimæ.*
3 *Obſeruantia eſt optima cuiuslibet diſpoſitionis, ſeu priuilegij interpres.*
4 *Beneficij vniti, ſeu manualis impetratio, qualitate huiuſmodi non expreſſa eſt ſubreptitia.*
5 *Beneficium regulare impetratum à Clerico ſæculari, nõ facta mentione regularitatis gratia eſt nulla.*
6 *Et è cõtra nulla dicitur collatio facta Monacho de beneficio ſæculari, nõ facta mẽtione ſecularitatis.*

7 *Beneficia ſecularia ſecularibus, regularia regularibus conferri debent.*

8 *Papa in dubio prouidere non intendit de beneficio manuali, niſi aliter concurrat eius expreſſa voluntas.*

9 *Qualitas illa eſt exprimenda, quæ mouere poteſt Pontificem ad non concedendum, vel difficilius concedendum gratiam.*

10 *Poſſeſſio nulla, & infecta, nullum producit iuris effectum.*

11 *Status beneficij vltimus in dubio eſt attendendus.*

12 *Limita, vt non procedat, quando conſtat de anteriori ſtatu in contrarium.*

13 *Status beneficij anterior excludit collationem vltimam contrariam.*

14 *Papa non cenſetur derogaſſe vnioni, iam factæ quam ignorabat.*

15 *Papæ prouiſiones non mutant ſtatum beneficij.*

16 *Limita, vt non procedat, quando conſtat de illius voluntate contraria.*

17 *Clauſula (dummodò eius diſpoſitio ad nos pertineat) eſt præſeruatiua iuris inferiorum collatorum.*

18 *Et declarat Pontificem nolle prouidere, niſi quatenus beneficium reſeruatum exiſtat.*

19 *Præſcriptionem quadragenariã ſtatus beneficij mutatur.*

20 *Præſcriptio, vt ſuffragetur debet eſſe completa.*

21 *Et tanquam præiudicialis, & odioſa illius temporis computatio fit de momento ad momentum.*

22 *Beneficium quando vnitum eſt monaſterio, illinc cura habitu reſidet apud Abbatem, & exercitium penes Vicarium curæ deputatum.*

23 *Vicarius in Parochiali vnita monaſterio debet regulariter eſſe perpetuus.*

24 *Interpetratio ſumi debet pro excluſione mutationis ſtatus beneficij.*

25 *Mutatio ſtatus beneficij, non datur abſque licentia ſuperioris.*

26 *Vicarij deputatio ad curam animarum cenſetur proueniſſe ratione vnionis.*

27 *Vicarij deputatio perpetua, & non ad tempus, non operatur, vt beneficium dici poſſit, non vnitum, quia iſtæ duę poſſeſſiones deputandi ad tempus, vel in perpetuum ſunt ambæ compatibiles, & num. 33.*

28 *Beneficium ſi eſt vnitum pleno iure Monaſterio, tunc Prælatus poteſt facere deſeruire eidem per Vicarium amouibilem.*

29 *In facultatiuis non allegatur, neque datur præſcriptio, & num. 30.*

31 *Etiamſi ageretur de præſcriptione immemorabili.*

32 *Quod alicuius voluntati, & arbitrio remittitur, iuris neceſſitati non ſubijcitur.*

34 *Status beneficij, vt mutatus dicatur, debent concurrere poteſtas, & voluntas ſuperioris.*

35 *Status beneficij mutatur per prouiſionem Pontificis, cum animi deliberatione, quod voluerit mutare ſtatum.*

36 *Prælati inferiores Epiſcopo tametſi ad eos pertineat collatio, non poſſunt conferendo mutare ſtatum beneficij.*

37 *Vicarius, & Rector ſunt Synonyma, & vnum pro alio vſurpatur.*

38 *Cenſus, ſiue recognitio parui momenti à Rectore Parochialis Eccleſiæ ſoluta, ſignificat potius ſubiectionem, quam vnionem.*

39 *Declara id procedere in dubio, non autem in diſpoſitione clara.*

40 *In claris non eſt opus coniecturis.*

41 *Abbas monaſterij, qui Vicario deputato curæ animarum, tenetur dare congruam portionem, poteſt illi omnes fructus beneficij vniti, vel partem illorum dare pro arbitrio ſuo, & num. 43.*

42 *Habita ratione qualitatis Vicarij, & quantitatis redditaum.*

44 *Beneficij qualitas non mutatur per partium aſſertiones.*

45 *Quæ non probant in præiudicium Eccleſiæ.*

46 *Beneficium vnitum non comprehenditur ſub regula de triennali poſſeſſore.*

47 *Regula de triennali non ſuffragatur habenti titulum infectum.*

48 *Titulum præcedentem, non tollit poſſeſſio vltima non præſcripta.*

DECISIO CLIV.

IN caſu, & ad effectum de quo agitur interrogati reſpōdidimus Abbatem, & Monachos venerabilis Monaſterij S. Iacobi Ciuitatis N, poſſe, & debere obtinere iuxta petita in Iudicio intentato contra

1 Reu. Paulum, ſi quidem, † quod Eccleſia de qua agitur ſit vnita Monaſterio prænarrato probatur expreſſe ex bullis Summorum Pontif. exhibitis, in quibus inter Eccleſias, & loca Monaſterij in ſpecie enunciatur iſta Eccleſia vnita; Quæ ſanè conſtitutiones probant non ſolum, quia Pontifices ita eſſe affirmarunt, *Clem. 1. vbi gloſ. & doct. de probat. Seraph. deciſ.* 1016. *num.* 5. *&* 6. *Gregor. deciſ.* 239. *num.* 6. & notauimus *deciſ.* 41.

2 *num.* 5, Sed etiam † quia ſunt antiquiſſimæ, *Iaſ. & alij doct. in l. cum aliquis, C. de iure delib. & in puncto caſus noſtri, Rot. in recent. par.* 4. *deciſ.* 378 *num.* 6. *deciſ.* 70. *num.* 3, *& deciſ.* 120. *num.* 6. Quod etiam comprobatur ex obſeruantia per annos quamplurimos ſubſequuta, vt deducitur ex libris monaſterij, & libris viſitationum Epiſ-

3 copi eiuſdem Ciuitatis, † quæ quidem obſeruantia eſt optima cuiuslibet diſpoſitionis, ſeu maxime priuilegij interpres, *l. quædam, de rebus dub. l. ſi de interpretatione, & l. minime, ff. de leg. Gabr. alios referens, conſ.* 66. *num.* 24. *lib.* 2. *Mantic. deciſ.* 296. *num.* 3. *& deciſ.* 320. *num.* 5, cum alijs notatis in noſtra *deciſ.* 50. *num.* 49. *&* 427. *&*

4 *deciſ.* 68. *num.* 100. Qua † vnione ſtante, dicendum venit, reſignationem factam per Paulum ad fauorem Ioannis in manu Summi Pontificis, ſiue ex-

Digitized by Google

expreſſione vnionis, & nutualitatis beneficij ſuſti-
neri nō poſſe, immò ſubiacere notorio vitio nulli-
tatis, *Ricc. deciſ. Cur. Arch. Neap.* 153. *num.* 4.
lib. 3. *Caſſad. deciſ.* 4. *num.* 1. *&* 4. *de præben.*
Achil. de Graſſ. deciſ. 8. *eod. tit. de præb. Greg. de-*
5 *ciſ.* 138. *num.* 7. Vt † in ſimili videmus, quod ſi
beneficium regulare impetretur a Clerico ſecu-
lari non facta mentione de regularitate, gratia
ſit nulla, *Fælin. in cap. noſtra, num.* 41. *de reſcr.*
Sylu. de beneſ. par. 3. *quæſt.* 11. *num.* 122. *Caſſad.*
6 *d. deciſ.* 4. *num.* 4. Et † è contra non tenet colla-
tio facta Monacho de beneficio ſeculari, non fa-
cta mentione ſecularitatis, *Ricc. deciſ. Cur. Arch.*
Neap. 159. *num.* 1. *lib.* 1. *Caſſad. ead. deciſ.* 4.
7 *num.* 4. Cum † de iure beneficia ſecularia ſecula-
ribus, regularia regularibus, conferenda ve-
niant, *cap. ſuper eo, de regul. cap. cum ſingula,*
de præb. in 6. *Clem.* 1. *de elect. Clem.* 1. *de ſuppl.*
neg. Prælat. Conc. Trid. ſeſs. 14. *de reform. cap.*
10. *&* 11. *Rot. in recent. par.* 1. *deciſ.* 229. *num.*
1. *in fin.*

Hinc deducitur, quod in omnibus ſupplica-
tionibus in principio illarum ſit mentio, quod
beneficium de quo ſupplicatur eſt perpetuum, ad
8 diſtinctionem manualis, † de quo Pontifex pro-
uidere non intendit, vt notabiliter refert *Ricc. de-*
ciſ. Cur. Arch. Neap. 153. *num.* 4. *lib.* 3. niſi con-
currat eius ſcientia, & expreſſa mutandi, vel pro-
uidendi voluntas, *Lotterius de re Beneficiaria, lib.*
1. *quæſt.* 34. *num.* 66. *Seraph. deciſ.* 1301. *num.* 2.
9 Ea † enim qualitas eſt exprimenda, quæ moue-
re poteſt Pontificem, ad non concedendum, vel
ad difficilius concedendum gratiam, *cap. poſtu-*
laſti, de reſcript. Falin. in cap. ſuper litteris, num.
8. *eod. tit. Ricc. deciſ. Cur. Arch. Neap.* 134. *nu.*
3. *lib.* 3. Quamobrem ex his firmandum venit
10 poſſeſſionem, † quam Ioannes accepit fuiſſe vi-
tioſam, & infectam, ac nullius effectus, *ad tex.*
in cap. cum noſtris, de conceſſ. præb. Rot. in recent.
par. 1. *deciſ.* 304. *num.* 1. Cum ex diſpoſitione
iuris inualida fuerit impetratio beneficij, quod
vnitum erat Monaſterio, ita vt ſtatus collatiuus
indui nequeat, *Mareſc. var. lib.* 1. *reſol.* 55.
num. 21.

Quibus firmatis non obſtat, quod dicebatur
11 de vltimo † ſtatu collatiuo, qui regulariter at-
tendi debet, *cap. querelam, de elect. cap. conſul-*
tationibus, de iure patr. vbi communiter *Canoni-*
ſtæ, & ſignanter, Abb. num. 2. cum alijs relatis
per Genuen. in Prax. Curiæ Arch. Neap. cap. fin.
num. 1. *verſ. quod ſi non probetur, & per Lotter.*
12 *in allegat. quæſt.* 34. *num.* 20. *& ſeq.* Quia † hoc
procedit ad effectum iuſtificationis gratiæ, ita vt
illa non cenſeatur ſubreptitia, ſecus verò, quan-
do conſtat de ſtatu anteriori, vel de proprietate
in contrarium, prout in præſenti caſu docetur
ex conſtitutionibus Apoſtolicis, quæ faciunt rem
notoriam, *Loterr. d. quæſt.* 34. *num.* 29. 30. 31.
& 67. & probant ſtatum contrarium allegatum,
Mareſcott. d. reſolut. 55. *num.* 52. *Ricc. in prax.*
par. 4. *reſolut.* 556. *num.* 3. *Belt. ad Greg. deciſ.*
77. *ſub num.* 12. *verſ. prædictis eſt conformis alia*
concluſio, idem met. Greg. deciſ. 482. *num.* 1. *Rot.*
in recent. par. 1. *deciſ.* 188. *num.* 1. *& deciſ.* 229.
num. 1. *&* 3. *& par.* 5. *deciſ.* 2. *num.* 8. *&* 9. Vn-
13 de hoc caſu ille † vltimus non eſt attendendus,
Lotter. d. quæſt. 34. *num.* 38. *& ſeq.* & collatio
eius vigore facta dicitur nulla, *ad tex. in d. cap.*
cum de beneficio, vbi gloſ. & Gemin. num. 8. *de*
preben. in 6. *Mareſcott. d. reſolut.* 55. *num.* 63. *&*
ſeq. Rot. in recent. d. deciſ. 229. *num.* 4. *& par.* 3.
14 *deciſ.* 726. *num.* 3. Quoniam Papa † non cenſe-
tur derogaſſe vnioni iam factæ, quam ignorabat,
Lotter. d. quæſt. 34. *num.* 68. *& ſeqq. Rot. in antiq.*
deciſ. 7. *de rerum permut. & in recent. par.* 3. *d.*
15 *deciſ.* 726. *num.* 2. Neque eius prouiſiones † mu-
tant ſtatum beneficij, *Lotter. d. quæſt.* 34. *num.*
64. *Mareſc. d. reſolut.* 55. *num.* 18. *&* 34. *Bellam.*
deciſ. 107. *&* 212. *Achil. deciſ.* 13. *de iure patro.*
Caput. deciſ. 223. *&* 289. *par.* 3. *Caſſad. deciſ.* 6.
n. 5. *de iur. patron. Ricc. dec. Cur. Arch. Neap.* 6.
num. 1. *lib.* 2. *& in Prax. p.* 4. *reſolut.* 554. *nu.*
1. *Seraph. deciſ.* 1273. *& deciſ.* 1367. *Rot. in re-*
cent. par. 2. *deciſ.* 337. *num.* 2. *& par.* 4. *deciſ.*
437. *num.* 2. *&* 3.
16 Et quamuis hæc regula, non procedat vbi con-
ſtat de animo Papę volenti mutare ſtatum, ad no-
tata per *Anchar. Franc. Gemin. & alios Canoniſtas*
in d. cap. cum de beneficio, & per Mareſc. d. reſol.
55. *num.* 37. *& Ricc. in prax. par.* 4. *reſolut.* 554.
num. 3. In caſu tamen noſtro, tantum abeſt, vt
conſtet de Pontificis intentione mutandi ſtatum,
quia potius apparet de contrario expreſſe in bul-
17 lis expeditis per Ioannem, ibi, (dummodò †
eius diſpoſitio ad nos hac vice pertineat) quæ
clauſula eſt præſeruatiua iuris inferiorum colla-
torum, *Greg. deciſ.* 153. *num.* 4. & declarat Pon-
18 tificem † nolle prouidere niſi quatenus benefi-
cium reſeruatum exiſtat, *idem Greg. deciſ.* 314.
num. 3. *Lotter. d. tract. de re beneficiaria. lib.* 2.
quæſt. 24. *num.* 38. vbi quod reſtringit gratiam
ad ipſam deuolutionem, vt non poſſit intrare
alius modus vacationis, ſiue explicitè, ſiue im-
plicitè narratus, cum qua opinione concordant
Mohed. deciſ. 17. *de præb. Caſſad. deciſ.* 5. *num.* 3.
eod. tit. Verall. deciſ. 63. *num.* 1. *par.* 1.
19 Neque obſtat allegata præſcriptio quadrage-
naria, qua beneficij ſtatus mutatur, vt de manua-
li fiat collatiuus, & è contra, vt per *tex. in d. cap.*
cum de beneficio, vbi gloſ. in verb. legitima, de
præb. in 6. cum alijs relatis *per Mar. Ant. Var.*
lib. 1. *reſol.* 20. *num.* 5. *& per Genuen. in allegato*
cap. fin. verſ. adde etiam. Quia præter quam quod
contra bona, & iura Regularium non niſi cente-
naria currit præſcriptio ad inſtar Eccleſiæ Roma-
næ ex quodam ſingulari priuilegio Eugenij IV.
de quo mentionem facit *Lud. Miran. in manual.*
Prælat. tom. 2. *quæſt.* 48. *art.* 13. *& Barb. de off.*
& pot. Paroch. cap. 25. *num.* 35. *in fin.* Et etiam
præter id, quod à die, qua dicitur cepta præſcri-
ptio,

ptio, vſque ad diem prædictæ prouiſionis Apo-
ſtolicæ, quæ non mutant ſtatum, vt dictum eſt,
non effluxerunt, niſi anni 37. ita quod nullo mo-
20 do ſibi locum vendicet præſcriptio. quæ † vt ſuf-
fragetur debet eſſe completa, & continua, *l. vſu-
capionibus, vbi gloſ. ff. de vſucap. Bartol. in l. cel-
ſus, num. 27. ff. eod. & in l. ſi poſt acceptam, num.
4. ff. de rei vend. & in l. ob carmen, §. 1. ff. de teſt.
Soc. Sen. conſ. 180. num. 2. lib. 4. Maſc. de prob.
concl. 1221. num. 7. & 8. & concl. 1357. nu. 13.
Lotter. d. lib. 1. & quæſt. 34. num. 45. Seraph. de-
ciſ. 950. nu. 2. Rot. ex impreſſ. per Zacch. de oblig.
cam. deciſ. 60. num 5. & in rec. par. 2. deciſ. 368.*
21 *num. 4. verſ. hic autem*. Et tanquam † præiudi-
cialis, ac odioſa, computatio illius temporis eſt
facienda de momento ad momentum, *Cuiac. in l.
3. §. minorem de minorib. Rot. in recent. par. 1.*
22 *deciſ. 304. num. 2.* Reſpondetur vlterius, † quod
cum Eccleſia hæc ſi. Parochialis curæ animarum
cuius Rectoris electio, & inſtitutio vigore dicto-
rum Priuilegiorum ſpectat ad *Abb. & Monachos*,
apud quos cura illius ſemper reſidet habitu, &
ſolum exercitiū remanet penes Vicarium, ſeu Re-
ctorem pro tempore deputatum, *cap. ſuper ea,
vbi gloſ. & doct. de præb. in 6.* Rot. *in antiq. deciſ.
2. de off. vicar. & in recent. par. 3. deciſ 99. nu. 8.*
23 *& deciſ. 785. num. 1.* Inde ſequitur, † quod pro-
uiſiones, ſeu inſtitutiones factæ dicantur, tan-
quam de vicaria perpetua, quæ regulariter eſſe
debet in ſimilibus Eccleſijs vnitis, non tantum
inſpecto iure canonico, iuxta *tex. in cap. extir-
pandæ, §. qui verò, de præb. & in cap. vnic. de Ca-
pell. monach. lib. 6.* quam etiam ex mente *Sacr.
Conc. Trid. ſeſs. 7. cap. 7. de reform. Ricc. in prax.*
24 *par. 2. reſolut. 293. num. 1. & 2.* Non autem †
ad effectum mutandi ſtatum, prout ſemper ſumi
debet interpretatio pro excluſione voluntatis
mutationis illius, *Cald. conſ. 26. ad fin. tit. de
præb. Lotter. d. quæſt. 34. num. 63. in fin. Ricc. de-
ciſ. Cur. Arch. Neap. 6. num. 2. lib. 2. Lanfranc.*
25 *deciſ. 13. Caſtol. deciſ. 16.* Sine † qua voluntate
ſuperioris nunquam datur mutatio, *Genuenſ. d.
cap. fin. verſ ſed adhoc, Lotter. latiſſimè omnium
in d. quæſt. 34. num. 52. & ſeqq. Rot. in recentior.
par. 2. deciſ. 254. num. 5. & deciſ. 368. num. 4.*
26 Et ideò † talis deputatio cenſetur ſine dubio
prouenisse ratione vnionis prædictæ, *cap. de mo-
nachis, de præb. cap. vnic. de Capell. monach. pul-
chre, Lotter. d. quæſt. 34. num. 59. & ſeqq. Rot.
in recent. par. 2. d. deciſ. 204. num. 5. & in recen.
par. 3. deciſ. 566 num. 2. & par. 4. d. deciſ. 37.*
27 *num. 7.* Etiamſi † per antea fuerit ſemper depu-
tati Sacerdotes amouibiles, & non perpetui, vt
factum eſt ſemel, quia non ideò minus benefi-
cium dicitur vnitum, & de menſa, vt in indiui-
duo *poſt Vital. in Clement. vnic. num. 35. & 84.
de exceſs. prælat. teſtatur* Rot. *in recent. par. 3. de-
ciſ. 99. num 8. & par. 4. in ſæpè allegata deciſ. 37.*
28 *num. 8.* Eò magis † quia in noſtro propoſito ca-
ſu beneficium eſt pleno iure vnitum monaſterio,
cum facultate expreſſe data Abbati *inſtituendi*,
& deſtituendi ad libitum, vt in dictis conſtitutio-
nibus legitur, quæ ſanè verba non ſolum impor-
tare videntur, vt poſſint ſuperiores illius mona-
ſterij inſtituere Vicarium, ſeu Rectorem ad tem-
pus, vel in perpetuum, prout eis magis expedi-
re viſum fuerit, vt in his terminis conſiderat, *Rot.
in d. deciſ. 37. & num. 8. in fin.* & latius decla-
rant *Lotter. d. tract. lib. 1. quæſt. 33. num. 93. &
95. Ricc. in præcitata reſolut. 293. per totam, &*
29 *ſignanter num. 3. & 4.* Sed etiam † operatur, vt
præſcriptio minimè allegari poſſit, *Rip. in l. quo
minus, nu. 132. ff. de flum. Mar. Ant. Var. lib. 1.*
30 *reſ. 81. num. 9.* Quoniam † in facultatiuis nulla
currit præſcriptio, nec obſtat conſuetudo non fa-
ciendi, *l. 2. ff. de via pub. Innoc. in cap. cum Eccle-
ſia, num. 5. de cauſ. poſs. & prop. vbi cæteri doct.
Gab. de præſcr. concluſ. 10. num. 1. & ſeq. Surd.
conſ. 127. num. 20. Gratian. diſcept. 118. num.
26. diſcept. 399. num. 33. & diſcept. 745. num.
87. Guidap. deciſ. 298. num. 1. Aff. deciſ. 388.
num. 2. Theſ. deciſ. 16 num. 3. & deciſ. 245. nu.
4. Ricc. deciſ. Cur. Arch. Neap. 153. ſub num. 6.
verſ. contrarium tamen, lib. 3.* Rot. *diuerſ. par. 1.
deciſ. 411. num. 7. & in recentior. par. 3. deciſ.
389. num. 4. & par. 4. deciſ. 396. num. 6. deciſ.
593. num. 3. & notauimus, deciſ. 119. num. 11.*
31 Quod † procedit etiam ſi ageretur de præſcri-
ptione immemorabili, *Seraph. deciſ. 716. nu 10.*
32 *& deciſ. 813. num. 5.* Nam quod † alicuius vo-
luntati, & arbitrio remittitur, iuris neceſſitati
nullo modo ſubijcitur, *l. non quidquid, ff. de In-
dic. Rot. in recent. par. 4. deciſ. 576. nu. 5.* Ideo-
33 que † per hanc inſtitutionem perpetuam bene-
ficium manualem, non dicitur mutare ſtatum, &
effici perpetuum, aut collatiuum, eo quia illæ
duæ poſſeſſiones monachorum deputandi Vica-
rium ad tempus, vel in perpetuum ſunt ambæ
compatibiles, & vtraque eſt attendenda, *Mare-
ſcott. lib. 1. d. reſol. 55. num. 58. Beniut. deciſ. 23.
in fin. Lotter. d. quæſt. 34. num. 58.* Quidquid in
34 contrarium eſſet dicendum in caſu, † vbi à ſupe-
riore puta Epiſcopo dictæ Ciuitatis fuiſſet facta
prouiſio de tali beneficio in perpetuum debito
effectu ſubſequuto per ſpatium 40. annorum,
cum ſcientia, & patientia ipſorum monachorum,
ad notata per *Ricc. in præcitata deciſ. Cur. Arch.
Neap. 153. num. 7. & ſeqq. lib. 3. & per Lotter.
d. quæſt. 34. nu. 50. & ſeqq. & Rot. in recent. p. 2.*
35 *deciſ. 368. num. 4.* Vel † vbi eſſet facta prouiſio
à Summo Pontifice cum animi certa declaratio-
ne, quod voluerit mutare ſtatum, quia tunc be-
ne immutatur, *Anchar. & alij doct. in d. cap. cum
de beneficio de præb. in 6.* Ricc. *in Prax. par. 4. d.
reſolut. 554. num. 3. & d. deciſ. 6. num 6. Mar.
d. reſol. 55. num. 37. Seraph. deciſ. 1301. Rot. in
recent. par. 3. deciſ. 788. num. 5. in fin.* E con-
ſequenter firmandum venit, quod in collatione
beneficij ad effectum mutandi ſtatum alterutrius
36 ipſorum tantummodo exigatur factum. Adeò vt †

alij

alij inferiores Prælati, tametſi ad eos pertineat
collatio, ſeu institutio, vt in caſu noſtro, non
poſſint conferendo mutare ſtatum beneficij, vt
ex Archidiacono Geminiano, & Lapo optime
declarat *Lotter. d. quæſt. 34. num. 49.*

Pariter non obſtare viſum fuit, quod dicebatur ad allegatam mutationem ſtatus colorandam,
nempè electionem, & institutionem anni 1579.
fuiſſe factam, de Rectore non autem de Vicario.
37 Quia † breuiter reſpondetur, quod iſta ſunt Sy-
nonima, & ſæpè vnum pro alio ponitur. Nec
eſt nouum, quod Vicarij aliquando Rectores no-
minentur, & è contra, *gloſ. in Clement. 1. §. non-
nulli, in verb.* Rectoribus, *de exceſſ. Prælat.* Rot.
*in recent. par. 2. deciſ. 204. num. 6. & par. 4. d.
deciſ. 37. num. 9.* vbi loquitur in terminis caſus
noſtri, & dat concordantes.
38 Demū nō obſtat, quod Abbati dicti Monaſterij
pro tempore ſui gubernij fuerit ſolutum, quid
minimum pro cenſu, à Rectoribus, ſeu Vicarijs,
quod arguit potius ſubiectionem, quam vnionē,
& quod immò potius iſtæ ſolutiones de manu
Rectoris receptæ perſuadeant beneficium mini-
mè vnitum eſſe, cum ſi talis eſſet, de manu Ab-
batis ipſe Rector fructus reciperet, ad latè de-
ducta *per Greg. deciſ. 77. num. 5. & ibi Brlt. n. 10.*
39 Quia † clara voce reſpondetur id procedere, ſi
verſaremur in dubio, vt explicat *Rot. in recentior.
par. 4. in d. ſæpè allegata deciſ. 37. num. 10.* At
in caſu noſtro ex conceſſionibus Pontificum ma-
nifeſtè conſtat de vnione, vt ſuprà demonſtra-
40 tum eſt; In claris autem, † non eſt opus coniecturis, *Can. quicunque 80. diſt. l. continuus, §. cum
ita, de verb. oblig. Mantic. de coniect. tit. 1. num.
11. & de Tacit. & amb. lib. 14. tit. 38. num. 5.*
41 Potuerunt enim † Abbates, qui tenebantur Vi-
cario, ſeu Rectori dare congruam portionem de
redditibus Parochialis, iuxta *tex. in cap. de mo-
nachis, de præb. & cap. extirpanda, §. quia verò,
eod. tit. Greg. deciſ. 507. num. 5.* aſſignare illi cer-
tam portionem, & reliquos fructus ſibi reſerua-
re, ſi pingue fuiſſet beneficium, vel omnes fru-
ctus Vicario dimittere, & ſibi certum, quid re-
tinere tanquam hoc ſit arbitrarium, vt per *gloſ.
& doct. in cap. extirpandæ, de præb. & dignit. &
Clement. 1. de iure Patro. Ricc. in prax. par. 2. re-
42 ſolut. 442. num. 2.* habita ſcilicet ratione † qua-
litatis Vicarij, & quantitatis redditutum, ac one-
rum Eccleſiæ, iuxta tradita per *Lamb. de iure Pa-
tron, lib. 2. par. 3. art. 15.* prout factum extitiſ-
ſe in caſu noſtro denotant libri ipſius Monaſterij:
43 Et proinde † ſicut habemus in facto, quod Ab-
bates aliquando plus, aliquando minus exige-
bant, ita fatendum eſt, quod id facere potuerint
abſque eò quòd exinde inferatur ad ſubiectionem
tantummodo, non autem ad vnionem, vt hæc
omnia in indiuiduo conſiderat *Rot. in recent. d.
deciſ. 37. num. 10.*
44 Neque aſſertiones in libris publicis emanatæ
mutare poſſunt qualitatem ipſius beneficij, vt pa-
riter firmat *Rot. in recent. par. 3. deciſ. 683. num. 5.*
45 Quia † illæ ſiue ſint Abbatis, ſiue Monachorum,
ſiue Vicariorum deputatorum non probant in
præiudicium Monaſterij, cui Eccleſia eſt vnita,
*Caput. deciſ. 128. num. 3. par. 2. Seraph. deciſ.
436. num. 6. & deciſ. 442. num. 2. Rot. in recent.
46 par. 4. deciſ. 427. num. 3. in fin.* Atque ideò † cum
ſtante vnione non ſit locus regulæ de triennali
poſſeſſore, *Ric. deciſ. Cur. Arch. Neap. 153. num.
2. in fin. lib. 3. Caput. deciſ. 349. num. 1. par. 3.
Rot. diuerſ. par. 1. deciſ. 739. num. 7. & in recent.
par. 1. deciſ. 410. num. 5. & par. 2. deciſ. 313.
num. 1. par. 3. deciſ. 716. num. 2. & deciſ. 788.
47 num. 4.* Quæ pariter regula, † nec etiam ſuffra-
gatur habenti titulum infectum per collationem
nullam, *Sarnen. de trien. quæſt. 27. in fin. Mareſc.
var. lib. 2. reſolut. 44. num. 33. & ſeqq. Ricc. de-
ciſ. Cur. Arch. Neap. 16. num. 3. lib. 1.* Cumque
48 etiam † hæc vltima recens poſſeſſio Ioannis non
tollat Monaſterij titulum præcedentem, *Fed. de
Scen. conſ. 234. num. 4. Dec. conſ. 126. num. 4.
Lotter. d. quæſt. 34. num. 33. 45. & ſeqq. Mareſc.
d. reſol. 55. num. 68. Rot. in nouiſſ. deciſ. 2. de prob.*
cum alijs deciſ. relatis per *Mareſc.* vbi ſuprà ſe-
quitur propterea eſſe pronunciandum ſecundùm
petita, nimirum beneficium ratione vnionis ſpe-
ctare, & pertinere ad Monaſterium prædictum,
ac ſucceſſiuè impetrationem illius obtentā à Se-
de Apoſtolica per Ioannem fuiſſe, & eſſe ſub-
reptitiam, quia procul dubio Papa, vt dictum
eſt, non habuit intentionem præiudicandi Mona-
ſterio, *Rot. in recent. par. 3. deciſ. 245. in fin.*

ARGVMENTVM.

Præſcriptio ſtatuti in actione perſonali cum mala fide non prodeſt debitori, ſiue verba ſtatuti directa ſint in ipſum debitorem, ſiue in Creditorem, ſecundùm magis veram, & communem doctorum ſententiam.

SVMMARIVM.

1 *Statutum inducens præſcriptionem debiti, non petiti intra certum tempus, non valet ſtante mala fide.*

2 *Quod procedit ſiue verba directa ſint in debitorem, ſiue in creditorem.*

3 *Ac etiam ſi à Papa confirmatum eſſet in genere.*

4 *Statutum inducens nouam formam probandi videtur validum, etiam in terminis inducendæ præſcriptionis, ſecundum vnam opinionem.*

5 *Quæ tamen non eſt tuta.*

6 *Vbi ex forma ſtatuti creditur iuramento alicuius loco probationis, illud præſtandum eſt Iudice-*

da;

Digitized by Google

deferente.

7 *Statutum recipit interpretationem à iure communi.*

8 *Statutum non habet locum in Iudicio facto in alieno territorio.*

9 *Statutum præſcriptionis reſpicit deciſoria.*

10 *In deciſorijs forenſis litigans, non gaudet ſtatuto loci.*

11 *Secus vbi petitio facta eſt in Ciuitate ſtatuenti.*

DECISIO CLV.

MAgis communis, vera, & tuta opinio eſt contra *Bart. in l. ſequitur, § ſi viam. ff. de vſucap* Nimirum
1 quod † ſtatutum inducens præſcriptionem debiti non petiti intra certum tempus non valeat, nec obliget ſtante mala fide, vt per *Canoniſtas in cap. fin. de præſcr. & ſignanter per Couar.* qui alios cumulat in regula poſſeſſor, *par. 2. §. 11. num. 3.* alios citat, *Balb. de præſcr. 2. par. 3. par. quæſt. 14. Lamb. de contract. gloſ. 3. in verb. ex contractu, num. 74. Caroc. de locat. Rub. de ſtatutis, num. 5. fol. 240. Bonius de ſtat. vrb. præſcr. gloſ. 1. num. 10. & ſeq. Gall. de oblig. Cam. quæſt. 19. num. 11. Farbin. cont. Iur. lib. 1. cap. 68. Gaſp. Theſ. Fori lib. 1. quæſt 41. num. 13. Gratian. diſcept. 994. num. 5. & ſeqq. Sim. de Præt. conſ. 80. num. 59. Neguz. Iun. quæſt. 147. num. 13. & quæſt. 535. num. 18. Surd. deciſ. 158. per tot. Seraph. deciſ. 614. & 631. & ex Theol. Molin. de Iuſt. & iure, diſput. 67. Azor. moral. par. 3. lib. 1. cap. 18.*
2 Quod † procedere videtur, ſiue verba ſtatuti directa ſint in ipſum debitorem, ſiue in creditorem, *Surd. d. deciſ. 158. num. 10. Seraph. d. deciſ. 632.*
3 *num. 1. & ſeq.* Ac etiam ſi † ſtatutum generaliter à Pontifice confirmatum eſſet, maximè cum in omnibus confirmationibus adſit clauſula illa reſtrictiua, dummodo licita, & honeſta, *Surd. ead. deciſ. num. 16. Seraph. d. deciſ. 614. num. 5. & deciſ. 632. num. etiam 5.*

4 Et quamuis valdè vrgeat in contrarium ſtatutum Piſauri de quo quæritur, quod poſt quinquennium tollit omnem actionem, tàm ciuilem, quàm naturalem, & mandat, quod ſolutio præſumatur ſi per debitorem fuerit iuratum ſuper ſolutione, prout factum extitit per Iulianum Fioranum reum conuentum à DD. de Marianis, quo caſu videtur validum tamquã ex rationabili cauſa factum, ad tradita *per Gratian. d. diſcept. 994. num. 7. & per Caual. deciſ. 21. num. 65. par. 1. & per Bon.* qui alios refert *d. gloſ. 1. num. 12. & 18.* quippe cum inducat nouam formam probandi, *Mag. deciſ. Lucenſ. 60. num. 1. & ſeqq.* Attamen in caſu propoſito inter dictas partes ſi vera
5 † eſſet hæc opinio, quod valeret hoc ſtatutum Piſauri tanquam inducens nouam formam probandi, quod viſum fuit non tranſire ſine difficultate; quia ſemper inducere peccatum videtur, vt ſentit *Surd. d. deciſ. 158. num. 8.* Adhuc tamen illud non ſuffragatur Iuliano debitori alio duplici capite.

6 Primò, quia non fuit per ipſum iuratum deferente Iudice, vt oportebat; Nam vbi ex forma ſtatuti creditur iuramento alicuius loco probationis, illud præſtandum eſt iudice deferente, alias nulliter actum dicitur, ne quis ſe liberare quærat præſtando illud à ſe ipſo, *l. videamus, §. deferre, ff. de iur. iurand. Bart. conſ. 97. num. 7. lib. 1. Crau. conſ. 196. num. 2. Coler. deciſ. German. 198. num. 1. Mag. d. deciſ. 60. num. 15.* Igitur ſi iuramentum fuit nullum, quia minus ſolemniter præſtitum, dicendum eſt, non apparere ſeruatam
7 formam ſtatuti, † quod recipit interpretationem à iure communi, *l. 2. C. de noxal. cap. cum dilectus, de conſuet. Seraph. deciſ. 706. num. 4.* cum ſimilibus pleno calamo allegatis *per Giurb. deciſ. 64. num. 14.*

8 Secundò, quia tale ſtatutum Piſauri non habet locum in Iudicio facto in alieno territorio, hoc eſt in Ciuitate Æſina, vbi dictus Iulianus Pergolentis Conuentus fuit ab ipſis de Marianis Piſaurienſibus, vt per *doct. in l. fin. ff. de iuriſ. omn. Iud. & in l. cunctos populos, C. de ſum. Trin. & Fid. Cath. Simon. de Prat. conſ. 47. num. 35. Pariſ. conſ. 12. num. 26. lib. 3. Surd. conſ. 204. num. 3. Bon. d. tract. gloſ. 19. num. 138.* vbi dantur concordantes, *Gratian. d. diſcept. num. 9. Rot. diuerſ. par. 1. deciſ. 295. num. 4.*

Quinimò etiamſi Iudicium intentatum eſſet in
9 Ciuitate Piſauri, † quia huiuſmodi ſtatutum reſpicit deciſoria, dum poſt quinquennium tollit omnem actionem, ad notata per *Dec. in cap. Sancta Maria, num. 42. & ſeqq. de conſtit. & per Iaſ. & alios in l. 1. C. de ſumma Trin. & Fid. cath. Bon.*
10 *d. gloſ. 19. num. 211.* Vtique † Iulianus Forenſis illo gaudere non poteſt, cum in deciſorijs, non attendatur locus Iudicij, *Bal. in d. l. 1. num. 58. & ſeq. C. de ſum. Trin. & Fid. Cath. Alex. conſ. 164. num. 3. lib. 6. Dec. conſ. 97. in prin. Rot. in recent. par. 2. deciſ. 529. num. 2. & par. 4. deci-*
11 *ſion. 484. num. 2.* Et dato, † quod ſtatutum huiuſmodi non reſpiceret deciſoria, adhuc non ſuffragatur Forenſi niſi petitio facta eſſet in ipſa vrbe Piſauri, vt articulo mature diſcuſſo tenuit *Rot. diuerſ. par. 4. deciſ. 74. num. 1. & ſeqq. & ex impreſſ. per Gilian. ad ſtat. Peruſ. deciſ. 124. num. 1.* in quibus fuit receſſum à *deciſ. Capat. 207. par. 3.* Ideò concluſum fuit omnium votis inhibitionem obtentam pro parte, & ad inſtantiam ipſius Iuliani eſſe moderandam, quo ad effectum ſuſpenſiuum, ex quo per Marianos creditores fuit actum via exequutiua, vigore obligationis Cameralis, cuius executio retardari non poteſt.

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Seruitus acquiritur pactis, & conuentionibus perpetuo ſeruandis in ſeruitutibus vere realibus.

SVMMARIVM.

1 *Nemo poteſt in proprio facere ædificium, per quod aliquid mittatur in alienum.*
2 *Conuentiones in materia ſeruitutum ſunt præcipuè ſeruandæ.*
3 *Seruitus probatur per pactum clarum in inſtrumento tranſactionis oppoſitam.*
4 *Seruitus pactionibus acquiritur.*
5 *Actus præſumitur factus ex præcedente, & apparente titulo.*
6 *Inſtrumentum facit rem manifeſtam, & probationem probatam.*
7 *Et eſt attendendum, donec contrarium probetur.*
8 *Seruitus vere realis tranſit ad quoſcunque hæredes.*
9 *Et afficit ſingulares ſucceſſores.*
10 *Limita vbi eſſet actum, vt cum perſona finiretur.*
11 *Appellatione hæredum veniunt hæredes hæredis, & vlteriores ſucceſſores.*
12 *Succeſſor illius, qui fuit ligatus ex pacto ſeruitutis, dicitur, & ipſe eodem pacto ligatus.*
13 *Dummodo ſeruitus ſit merè realis.*
14 *Seruitus cenſetur reſeruata in venditione.*
15 *Ac etiam in diuiſione.*
16 *Seruitus appodiandi præſumitur ex antiqua tigni in pariete immiſſione.*
17 *Teſtis deponens de facto proprio, ſine laude, & commodo, plus quam ſemiplene probat.*
18 *Et iunctis adminiculis plenè.*
19 *Ædificans in alieno, domino patiente, non cogitur demoliri.*
20 *Et talis patientia denotat ius poteſtatiuum eſſe penes ædificantem.*
21 *Dominus agit ad demoliendum ædificatum in ſolo proprio inuito ipſo.*
22 *Confeſſio emanata coram Iudice probat contra confitentem, etiamſi non ſit facta ad bancum iuris.*
23 *Confeſſio matris, non nocet pupillo, limita, vbi eſt facta iudicialiter à matre tutrice, & curatrice, & num. 24.*
25 *Vel quando habet adminicula.*
26 *Confeſſio Prælati adminiculata, nocet Eccleſiæ.*
27 *Identitas probatur leuioribus probationibus.*
28 *Imò etiam ex ſolis indicijs, & coniecturis.*
29 *Et duæ demonſtrationes ſufficiunt.*
30 *Teſtis etiam vnicus probat plenè contra inducentem.*
31 *Dictio (quondam) ſignificat illum cui adijcitur eſſe mortuum.*
32 *Vel ſaltim inducit præſumptionem mortis.*
33 *Quæ præſumptio transfert onus probandi vitam in contrarium.*
34 *Inſtrumenti verba habentur pro textu, cui magis creditur quam gloſæ.*
35 *A verbis contractus, non eſt recedendum.*
36 *Nec alia facienda eſt executio.*
37 *Verba clara excludunt omnem interpretationem.*
38 *Et poſita in diſpoſitiua inſtrumenti, dant formam omnino ſeruandam.*
39 *Talis præſumitur voluntas contrahentium, qualis ex facto ſubſequuto colligitur.*
40 *Ad inducendam repetitionem alterum eſt neceſſarium, nempè aut identitas rationis, aut vis, & natura ſermonis.*

DECISIO CLVI.

CVm alias de anno 1570. vertente differentia inter Paulum Vigilucium de S. Seuerino, Auum Paternum Dom. Virgilii rei conuenti ex vna, & Matthæium quond. Valentini Puciarelli de eodem partibus ex altera, ſuper androno, ſiue viculo exiſtente inter domum Pauli, nunc Virgilij, & domum Matthæi nunc Dominæ Cinthiæ, & filiarum, prout in acceſſu ad locum differentiæ, ita partes concordarunt, fuerit deuentum ad infraſcriptam tranſactionem, & concordiam, videlicet, quod Matthæius pro ſe, & ſuis hæredibus dederit, ceſſerit, & conceſſerit Paulo ſtipulanti pro ſe, & ſuis hæredibus andronum prædictum ab angulis, ſeu ſpiculis domorum Matthæi, & Pauli incipien. à ſtrata publica, vſque, & per pedes triginta duos, cum quarto vnius, ad habendum, & incaſandum, prout cum effectu ipſe Paulus habuit, & incaſauit: Et verſa vice Paulus per ſe, ſuoſque hæredes dederit, & ceſſerit Matthæio pariter ſtipulanti pro ſe, ſuiſque hæredibus reſiduum andronì, vſque ad angulum domus Matthæi verſus muros communis, cum poteſtate, & facultate vniuſcuiuſque ipſorum appodiandi in muris domorum ipſorum, abſque aliqua ſolutione; Et nunc pro parte Dominæ Cinthiæ, & filiarum fuerit obtentum præceptum à D. Locumtenente Reuerendiſs. D. Gubernatoris dictæ Ciuitatis, contra Virgilium Vigilucium de amouendo tectarellum, & ſeclarium, ſiue aquarolum fabricatos ſuper androno, ſiue viculo, necnon per eundem Iudicem deuentum ad aſſertum decretum præiudiciale, à quo fuit interpoſita appellatio pro parte Virgilij: Igitur hodie propoſito dubio, an ſcilicet licuerit, vel non, facere tectarellum, & aquarolum ſuper androno, de quo in actis, fuit reſolutum ſine diſcrepantia, quoad aquarolum dubium eſſe reſoluendum negatiuè,
1 hoc eſt contra Virgilium Vigilucium. Nam † cum ex prænarrata tranſactionem conſtet, quod viculum, ſeu andronum ſpectat ad ipſas mulieres,

ac etiam conſtet, quod aquæ, & aliæ immunditiæ profluentes ex aquarolo deſcendunt in viculū, ſeu andronum ipſarum mulierum, ſequitur neceſſariò illicitam fuiſſe conſtructionem illius, per *tex. expreſſum in l. ſicuti, §. ariſto* (ibi) in ſuo enim alicui hactenus facere licet, quatenus nihil in alienum immittatur, *ff. ſi ſer. vind. l. 1. vbi Ang. ff. de ſeruit. vrb. præd. Soc. Sen. conſ. 240. nu. 11. lib. 1. Beron. conſ. 132. num. 14. lib. 3. Surd. conſ. 233. num. 12.* vbi quod etiam in ſuo nemo poteſt ædificium facere, per quod aliquid mittatur in vicini ſolum, *Veron. de ſeruit. vrb. præd. cap. 31. num. 2. & 3.* vbi quod licet regulariter in ſuo quis poſſit facere ſicuti libet, non tamen poteſt immittere in alieno, quod idem firmat *cap. 67. num. 2. & rurſus, cap. 68. num. 1.*

Quo verò ad tectatellum duo alij votantes, id quod de aquarolo ſentiebant, nos autem dicebamus dubium fore ſoluendum affirmatiuè, & ſic ad fauorem Virgilij, moti ex illo præcipuo fun-
2 damento, † quod in materia ſeruitutum ſeruandæ ſunt in primis conuentiones, *l. 1. in prin. & l. certo generi, etiam in prin. ff. de ſeruit. ruſt. præd. Veron. de ſeruit. ruſt. præd. cap. 4. num 47. & ca. 9. num. 46. Couar. pract. quæſt. cap. 37. num. 6. Rot. in recent. par. 4. deciſ. 350. num. 2.* De qua conuentione, & conſtitutione ſeruitutis oneris ferendi, & tigni immittendi ſatis liquere videtur ex prænarrato Inſtrumento (ibi) cum poteſtate, & facultate vniuſcuiuſque ipſorum appodiandi in muris domorum ipſorum, abſque aliqua ſolu-
3 tione, quæ † ſanè verba probant, & important hinc inde ſeruitutem oneris ferendi, vel tigni immittendi, ex deductis per *Veron. de ſeruit. vrbi præd. cap. 37. num. 7. & per Gratian. diſcept. 578. num. 58.* Idque etiamſi viculum vigore transa-
4 ctionis ſpectet ad ipſas mulieres, cum † ſimiles ſeruitutes pactionibus acquirantur, *§. ſi quis velit, vbi gloſ. in verb. pactionibus, Inſtit. de ſeruit. præd. Azor. in ſumma, C. de ſeruit. & aqua, num. 25. Gratian. diſcept. 755. num. 1.* Quibus ſtanti-
5 bus † cenſetur tectatellum factum fuiſſe in vim dicti pacti præcedentis, *l. 2. C. de aeq. poſs. gloſ. fin. in l. quadam mulier, ff. de rei vend. Becc. conſ. 6. num. 1. & ſeqq. lib. 1. Anch. conſ. 252. num 7. Surd. conſ. 291. num. 2. Menoch lib. 6. præſ. 67. num. 3. Afflict. deciſ. 13. num. 17. & ſeq. Greg. deciſ. 493. num. 5. Rot. in recent. par. 3. deciſ. 566. num. 2.* Quod pactum vtique probatur per alle-
6 gatum † inſtrumentum in actis Rotalibus exhibitum, quod facit rem manifeſtam, & probationem probatam, vt pluribus citatis diximus, *deciſ. 13. num. 10. deciſ. 26. num. 9. deciſ. 50. num. 28. deciſ. 77. num. 1. deciſ. 79. num. 1. & dec. 95.*
7 *num. 7.* Ideò † illud eſt attendendum donec contrarium probetur, *cap. 2. de fid. inſtrum.* cum
8 alijs per nos citatis, *deciſ. 68. num. 37.* Ita vt † ipſa ſeruitus eò modò acquiſita tranſeat ad quoſcunque hæredes vti realis, *ad tex. in l. venditor, ff. com. præd. & l. cum eſſet, §. penult. ff. de ſeruit. ruſt. præd. Mag. deciſ. Floren. 136. num. 6. Capic. deciſ. 187. num. 6. & ſeqq. Rot. in recent. p. 1. deciſ. 199. num. 12. & in recent. par. 3. deciſ. 239.*
9 *num. 5. & ſeqq.* Et † afficiat etiam ſingulares ſucceſſores, *Bal. conſ. 466. num. 3. lib. 5. Greg. deciſ. 535. num. 2. & diximus d. deciſ. 68. nu. 38.*
10 Cum non † fuerit actum, vt cum perſonis contrahentibus finiretur, *l. pecoris, de ſeruit. ruſt.*
11 *præd. vbi notant Bart. & alij doct.* Sed inita † ſtipulatio reciproca pro hæredibus, quorum appellatione veniunt hæres hæredis, & vlteriores ſucceſſores, *l. hæredis appellatione, ff. de verb. ſig. l. fin. C. de hæred. inſtit. Iaſ. in l. ſi quis filium, §.*
12 *fin. ff. de acq. hæred.* Quilibet † autem ſucceſſor, & habens cauſam à ligato ex conuentione ſeruitutis facta per anteceſſorem, remanet, & ipſe ligatus, *cap. 2. de probat. vbi Abb. & Felin. Gab. tit. de iure quæſito non tollend. concluſ. 3. num. 2. Natt. conſ. 122. num. 5. Theſ. deciſ. 41. num. 4.*
13 & diximus *deciſ. 119. nu. 13.* Quod † procedit, quando ſeruitus eſt mere realis, & rei cohæret, vt hic, ex cumulatis per nos *d. deciſ. 119. num. 14.* quibus addimus *Rot. in recent. par. 3. d. deciſ. 239.*
14 *num. 5.* Et inde fit, vt iſta † ſeruitus cenſeatur reſeruata tam in venditione, *Boer. deciſ. 322.*
15 *num. 8.* Quam † in diuiſione, iuxta doctrinam *Bart. in l. binas edes, la prima, ff. de ſeruit. vrb. præd. Hond. conſ. 80. num. 40. Capic. d. deciſ. 187. num. 14. & 15.*

Quibus accedit pro vlteriori verificatione iſtius ſeruitutis, quod in muro intermedio inter viculum antedictum, & domum ipſarum mulierum, ante tectarelli conſtructionem aderat tignum ab antiquo immiſſum, vt deponunt in proceſſu Auguſtinus filius magiſtri Aurelij ſuper quinto capitulo, dato pro parte Virgilij, & Franciſcus Vi-
16 gilucius iuxta 22. interrogatorium, ex qua † immiſſione tigni præſumitur communio parietis ad effectum appodiendi, iuxta formam concordiæ, *Veron. de ſeruit. vrb. præd. cap. 40. numer. 17. in fin.* quem refert, & ſequitur *Hond. dict. conſ. 80. num. 29. lib. 1.*

Accedit etiam, quod tectarellum factum apparet viuente Antonio Angelo Vitali, marito, & Patre reſpectiue ſupradictarum mulierum, & eò patiente, imò rogante, vt aliquod ſpatium liberum ſine tegulis ſibi dimitteretur pro maiori lumine ſuæ feneſtræ, prout factum extitiſſe probat idemmet Auguſtinus Faber murarius iuxta 6. in-
17 terrogatorium, qui quidem † cum deponat de facto proprio ſiue laude, & commodo, pluſquam ſemiplenè probat, *Gab. tit. de teſtib. concluſ. 1. num. 18. Gratian. diſcept. 446. nu. 32. & 33. & diſcept. 514. num. 23.* & notauimus *deciſ. 78. n. 12.*
18 Et † iuncta adminiculis plenam facere probationem in quacunque materia, voluerunt *Soc. Iun. conſ. 62. num. 6. lib. 1. Cephal. conſ. 451. num. 3. & 4. Honded. conſ. 35. num. 37. lib. 1. Menoch. de arb. caſ. 99. num. 11. Greg. deciſ. 521. num. 4. & deciſ. 544. num. 18. & 19. Seraph. deciſ. 1263. num. 6.*

num. 6. Rot. in recent. par. 1. deciſ. 147. num. 9.
& deciſ. 391. n. 10. & ſequuti ſumus, deciſ. 117.
19 num. 4. Qui conſenſus Vitalis operatur, † quod
ipſe non poſſit agere ad demolitionem, ſeu inte-
reſſe, Bart. in l. qui bona, §. iuxta, ff. de damn. in-
fect. Io: de Amic. conſ. 76. per tot. Surd. d. conſ.
233. num. 3. & 5. Grat. diſcept. 314. n. 43. & 44.
20 Sed † magis denotat ius poteſtatiuum fuiſſe, pe-
nes Virgilium fabricantem, Bal. in l. permitten-
te, num. 2. C. ad velleian. Rot. in recent. par. 4. de-
21 ciſ. 55. num. 4 Eò † præſertim, quia ipſi Vitali
facile erat contradicere, & impedire tectarelli cō-
ſtructionem obtinendo præceptum à Iudice cum
nunciatione noui operis, quod paſſim cōceditur,
ad tradita per Surd. d. conſ. 233. num. fin.

Neque ſupradictis aduerſari videtur, quod di-
cebatur, identitatem domus, & viculi non pro-
bari: Quia id ſubmouetur ex aſſertione, & con-
feſſione facta per D. Cynthiam in acceſſu, & lo-
co differentiæ, coram Iudice, præſentibus Procu-
ratoribus vtriuſque partis, ac etiam præſente di-
22 cto Virgilio: Quæ † vtique confeſſio etiamſi non
ſit facta ſedente Iudice ad bancum iuris nocet cō-
fitenti, & probat contra eam identitatem, quia
dicitur facta in Iudicio, eo ipſo, quod eſt facta
coram Iudice, l. volun, §. quod ait Prætor, in fin.
ff. de interr. act. ſub. Innoc. in cap. qualiter, &
quando, col. 4. verſ. item ad prædicta de accuſat.
vbi inquit confeſſionem nocere confitenti, abſq;
requiſitis iudicij, quem ſequitur Abb. conſ. 118.
n. 4. col. 2. vbi quod ſi nulla tela iudicij præceden-
te aliquis venit ad iudicium, & confitetur, ſibi
præiudicat, quia confeſſio ad ſui validitatem non
requirit telam Iudicij, idemque firmat Couar. var.
lib. 1. cap. 1. num. 5. vbi inquit confeſſionem li-
tigantis coram Iudice, vti Iudice fieri poſſe, vel
ipſo ſedente pro tribunali, vel in itinere, aut alibi
iua reddente, quem ſecuuntur, Rol. conſ. 31. num.
5. lib. 1. Vant. de null. tit. quib. mod. nullitas, &c.
num. 26. Guid. deciſ. 120. Oſaſch. deciſ. 809. n. 13.
Mag. deciſ. Lucenſ. 25. num. 44. Franc. Mar. dec.
96. num. 2. dec. 697. num. 5. & deciſ. 712. num. 1.
par. 2. Et ratio videtur eſſe, quia Iudicium dici-
tur, vbi eſt Iudex, actor, & reus, cap. forus de
verb. ſig. Veſt. in prax. lib. 3. cap. 1. num. 1. Ma-
23 rant. in prax. par. 6. nu. 4. Et † licèt dicatur iſtam
eſſe confeſſionem Matris, quæ regulariter non
præiudicat pupillo, l. certum, §. ſed an, & ipſos,
24 ff. de confeſſ. Reſpondetur † id locum ſibi non
vendicare in confeſſione iudiciali facta per matrē
tutricem, & curatricem, vt in caſu iſto, Bart. in
d. l. certum, §. ſed an, & ipſos, num. 1. in fin. &
num. 2. Caroc. deciſ. 20. num. 1. & ſeqq. Greg. de-
ciſ. 506. n. 8. & 9. Rot. in rec. par. 3. dec. 359.
25 num. 3. Prout † etiam non procedit, quando ta-
lis confeſſio habet alia adminicula, quia tunc præ-
iudicat pupillo, Ruin. conſ. 14. n. 4. lib. 1. Natt.
conſ. 543. num. 6. Rot. diuerſ. par. 2. deciſ. 177.
num. 4. & in recent. par. 1. deciſ. 350. num. fin.
26 Vt † in ſimili dicimus de confeſſione Prælati, quę
adminiculata nocet Eccleſiæ, Bal. & alij repeten-
tes in Auth. hoc ius correctum, C. de Sacr. Sanct.
Eccleſ. Belt. ad Greg. deciſ. 375. num. 11. in prin.
Rot. diuerſ. par. 2. d. deciſ. 177. num. 5. & in re-
cen. par. 1. deciſ. 334. ſub num. 2. & coram Mant.
deciſ. 39. num. 1. Quæ adminicula hic non deſide-
rantur, cum verſemur in confeſſione identitatis
27 domus, & viculi, in qua probanda † ſufficiunt
28 leuiores probationes, imò etiam ſolæ † conie-
cturæ, & inditia, Greg. quem ſufficit allegare pro
multis, deciſ. 172. num. 6. & ibi Adden. num. 10.
29 deciſ. 459. num. 9. & deciſ. 575. num. 7. Et † ſa-
tis ſuperque ſunt duæ demonſtrationes, Bart. in
l. demonſtratio falſa, ff. de cond. & demonſt. Greg.
d. deciſ. 172. num. 2. & d. deciſ. 575. n. 4. Rot.
in recent. par. 3. deciſ. 45. num. 1. deciſ. 123. n.
2. deciſ. 678. numer. 4. & par. 4. deciſ. 448.
num. 5.

Quæ ſanè duæ demonſtrationes deſumuntur ex
inſtrumento tranſactionis, in quo apparet viculū,
ſeu andronum eſſe ſituatum in Ciuitate S. Seueri-
ni, in quarterio S. Laurentij, cui coheret ſtrata
publica, & verſus muros Ciuitatis. Vltra quod
Franciſcus, & Hyacinthus Vigilucij teſtes partis
aduerſæ ille iuxta 9. interrogatorium, & iſte ſu-
per 2. articulo dum deſignant domum, & locum
controuerſum, dicunt vterque fere in ſubſtantia:
Vi ſtaua la caſa del quondam Agoſtino Vigilucij, &
hora di M. Virgilio ſuo figliuolo, nel quartiero di S.
Lorenzo, auanti la ſtrada publica: Et ſic quoad
quarterium, & viam publicam concordant cum
ipſo inſtrumento, & magis reddunt certam, & ſine
dubio adminiculatam confeſſionem D. Cynthiæ,
ita vt de identitate non videatur, amplius dubi-
tandi locus, niſi cum manifeſta calumnia.

Nec quidquam releuat, quod non appareat
de morte Pauli nominati in ipſo inſtrumēto: quia
ſufficere videtur depoſitio ſupradicti Franciſci
Vigilucij iuxta eundem 9. interrogatorium, dum
dicit, (qual caſa sò, che prima la poſſedeſſe detto
Vitale, era di Lorenzo Vigiluccio, che gli toccò in
parte, quando venne alla diuiſione de beni con Ago-
ſtino, & Vigiluccio Vigilucci ſuoi zij Carnali,) ex
qua depoſitione reſultat domum prædictam de-
ueniſſe in poſſe dictorum de Vigiluccijs, & fuiſſe
diuiſam cum aliis bonis communibus: Quo verò
ad mortem Auguſtini filii dicti Pauli, & Patris
dicti Virgilii illa videtur ſatis probata per eoſ-
30 demmet duos teſtes, qui † tanquam inducti per
ipſas mulieres plenè probant contra illas, etiam-
ſi teſtis eſſet vnicus, Surd. deciſ. 204. numer. 18.
& deciſ. 288. num. 49. Grat. deciſ. 81. num. 3. &
deciſ. 90. num. 18. & diſc. 151. num. 23. Nam
dum mentionem faciunt de Auguſtino dicunt
31 quondam Pauli, dictio † autem (quondam) ſi-
gnificat illum cui adiicitur amplius non viuere, vt
ſentit tex. in cap. ex parte, de foro compet. Cano-
niſtæ, in cap. olim il 1. de off. deleg. Bart. & alij le-
giſtæ, in l. eius qui in prouincia, ff. ſi cert. pet. Ant.
Grat. tract. dictionum, in verbo quondam, num. 4.

Digitized by Google

32 Vel ſaltim † ſi non probat mortem, quod eſt du-
33 bitabile, tamen † ex ea elicitur præſumptio, quæ
transfert onus probandi vitam in ipſas mulieres,
Falin. in cap. venerabilis, col. penult. de teſtib. cog.
Gabr. conſ. 22. num. 5. lib. 1. Natt. conſ. 537. nu.
65. cum alijs per nos citatis, *deciſ. 88. num. 72.*
Demum non obſtat interpretatio ad illa verba
tranſactionis, videlicet (cum poteſtate vnius
cuiuſque ipſorum appodiandi in eorum muris,)
ex quibus verbis argumentum deſumitur, quod
ſicut Paulus partem viculi ſibi conceſſam ad in-
caſandum illam incaſauerit appodiando, ita pa-
ri modo incaſare potuerit Matthæius reliquam
partem ſibi conceſſam, ad excludendum Virgi-
lium à dicta appodiatione pro tectarello confi-
34 ciendo: Nam reſpondetur, † quod verba Inſtru-
menti præcitati habentur pro textu, cui magis
creditur, quam gloſæ excitatæ per D. ſcribentem
pro Cynthia, *Bal. in l. ex hoc iure, num. 5. in fin.*
de Iuſtitia, & Iure, Crau. conſ. 105. num. 3. Man-
35 *tic. deciſ. 4 numer. 1.* Et proinde † cum à verbis
contractus non ſit recedendum, *l. qui fundum, §.*
36 *fundi, ff. de contrah. empt.* Neque † ſit facienda
extenſio, nec aliud inquirendum præter illud,
quod in Inſtrumento ſcriptum eſt, *l. quidquid ad-*
ſtringendæ, de verb. oblig. Caph. conſ. 626. num.
11. Surd. deciſ. 202. num. 9. Rot. in recent. par. 4.
deciſ. 389. num. 3. conſequens eſt, vt dicamus,
primam partem viculi pedum triginta duorum
cum quarto vnius, conceſſam Paulo ſoluenti ali-
quod pretium fuiſſe, & eſſe ad incaſandum, vt
ſonant verba contrahentium; ſecundam verò
partem conceſſam fuiſſe Matthæio non ad inca-
ſandum, quia inſtrumenti verba id non cantant,
& tamen id expreſſiſsēt partes, etiam in hoc caſu
ſi voluiſſent, *ad tex. in cap. ad audientiam, de de-*
cim. & in l. 1. § ſi autem, C. de cad. toll. Rot. in
recent. par. 3. deciſ. 243. num. 5. verſ. ideoque,
ſed cum pacto expreſſo, & facultate vniuſcuiuſq;
ipſorum contrahentium appodiandi in muris do-
37 morum, vt ibidem apertè legitur. Ideò † ſicut
verba clara excludunt omnem interpretationem,
l. ille, aut ille, §. cum in verbis, ff. de leg. 3. l.
ancilla, C. de furt. Rot. in recen. par. 4. deciſ. 94.
38 *num. 5.* Et † poſita in diſpoſitione inſtrumenti
debent omnino ſeruari, quia dant modum, & for-
mam rei, *ad tex. in l. hoc modo, ff. de cond. &*
demonſt. Rot. in recent. par. 4. deciſ. 290. num. 3.
Ita ceſſare debet omnis alia interpretatio. Quod
multo magis viſum fuit eſſe recipiendum, quia
39 † talis præſumitur voluntas contrahentium mo-
do prędicto, qualis colligitur ex facto ſubſequuto,
l. ſi de interpretatione cum ibi notatis, ff. de leg.
Rom. conſ. 328. num. 5. Caſtr. conſ. 363. num. 3.
lib. 1. Crau. conſ. 101. num. 3. & conſ. 319. num.
11. Becc. conſ. 101. num. 49. Mantic. de Tac. lib.
4. tit. 2. num. 4. & deciſ. 304. num. 6. Rot. diuerſ.
par. 1. deciſ. 811. num. 21. & in recent. part. 3.
deciſ. 455. num. 3. in fin. nimirum quod prima
pars pro qua fuit ſolutum Matthæio certum ali-
quid effectualiter incaſata fuerit, & ſecunda pro
qua nihil ſolutum fuit Paulo rē per relicta prout
iacebat ad effectum appodiandi, recipiendi ſtili-
cidia, & cloacas, *ad tex. in l. ſed, & Iulianus,*
§. proinde, ff. ad mac. Et tandem res ſine difficul-
40 tate procedere videtur, ea ratione, quia † ad in-
ducendam repetitionem alterum eſt neceſſarium,
nempè aut identitas rationis, aut via, & natura
ſermonis, *Bart. in l. in repetendis, per tot. de leg.*
3. Bal. conſ. 153. n. 2. lib. 5. Natt. conſ. 570. n. 7.
Mant. de conie. lib. 10. tit. 6. n. 12. Men. praſ. 180.
n. 22. & ſeq. lib. 4. Rot. in rec. par. 3. deciſ. 299.
num. 1. in fin. quod neutrum concurrit in caſu no-
ſtro, vt patet ex ſupra deductis. Et ideò, &c.

ARGVMENTVM.

Sententia ſuper deſertione lata, quando habeat vim diffinitiuæ.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ duæ, vna in cauſa principali, & alia in cauſa deſertionis, non ſunt conformes.*

2 *Sententia ſuper deſertione, quando complicatur cum diffinitiua, habet vim diffinitiuæ. Limita, n. 3.*

DECISO CLVII.

1 VBi præcedit diffinitiua ſententia in
negotio principali, & ſequitur alia
ſuper deſertione, fuit ſæpè dictum
in hac Rota Macerat. quod non
dicantur duæ ſententiæ cōformes,
quia vltima dicitur potius interlo-
cutoria, vt notat *Bal. in l. eos, C. de appellat.* &
ſequūtur *Gabr. tit. de exec. re iudic. concl. 1. n. 18.*
Couar. pract. q. cap. 15. verſ. 8. Sola. ad conſtit. Sa-
baud. tit. de concl. in cauſ. gloſ. 2. n. 3. Corn. conſ.
38. lib. 4. Cranet. conſ. 183. n. 2. Purp. conſ. 128. n.
13. Soc. Iun. conſ. 74. lib. 2. Ceph. conſ. 209. lib. 2. Vr-
ſil. ad Affl. dec. 362. n. 4 Lauren. Auenio. dec. 3. n. 2.
Rot. in Antiq. dec. 3. tit. de ſent. & re iudic. Sed vbi
prima, & ſecunda ſunt latæ ſuper negotio prin-
cipali, & tertia ſuper deſertione appellationis
2 interpoſitæ à ſecunda, fuit per eandem Rotam †
obſeruatū toto tempore mei Auditoratus, quod
durauit 17. Annos continuos, quod omnes tres
ſententiæ dicantur conformes, & faciant rem iu-
dicatam, dummodo viſo proceſſu per omnes Au-
ditores, & guſtatis meritis Rota pronunciet cau-
ſam appellationis deſertam, & ſententias latas
exequendas prout facere ſolet, ea nimirū ratio-
ne, quia hæc tertia habet etiā vim diffinitiuæ ob
complicationem, vt diximus *dec. 135.* Ideoq; iudi-
candum de diffinitiua, quod de habente vim diffi-
nitiuæ, *Maran. de ord. Iudic. p. 6. tit. de ſententia n.*
37. & 46. & ead. p. 6. tit. de ap. n. 157. Cōt. ad l. vni-
cam,

cam, C. de momenti poſſeſſ. limit. 26. num. 3. & 4. Scac. de appellat. quaſt. 17. lim. 1. numer. 26. Mar. Ant. Var. lib. 2. reſol. 9. num. 18. Theſaur. deciſ. 122. num. 12. Rot. diuerſ. par. 2. deciſ. 300.
3 num. 7. Secus verò † ſi appellatio eſſet declarata deſerta ſimpliciter, vt notant Bal. & Salic. in l. præſes, C. quom. & quan. Iud. Guidop. deciſ. 220. num. 4. Mar. Ant. d. reſol. 9. num. 15. Quia tunc dicitur difformis, & propterea non habet locum diſpoſitio, tex. in cap. 1. de ſent. & re iudic. quæ ſanè diſpoſitio tex. procedit ſolummodo, quando tres ſententiæ latæ ſunt conformes.

ARGVMENTVM.

Quando vocata eſt linea maſculina, non veniunt fœminæ deſcendentes ex maſculis.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina eſt finis lineæ maſculinæ, & principium fœminina.*
2 *Ius patronatus fundatum pro deſcendentibus ex linea maſculina, non comprehendit maſculum natum ex fœmina.*
3 *Quando vocantur deſcendentes ex linea maſculina, tunc ex fœmina deſcendētes, nō dicuntur de linea.*
4 *Sed tantum maſculum, ex maſculo de linea.*

DECISIO CLVIII.

QVamuis Laurentia ſit de deſcendentibus à linea maſculina Nicolai Si-
1 meonis, † non tamen comprehenditur in linea maſculina, cum ſit finis illius, & principium ſiue caput lineæ fœmininæ, vt probat tex. in l. Iuris Conſultus, §. cognitionis, ff. de gradib. Menoch. conſ. 205. num. 20. & conſ. 625. nu. 9. Cur. Iun. conſ. 5. numer. 24 Caphal. conſ. 413. num. 23. Fuſar. de ſubſtit. quaſt. 346. num. 4. & 6. Gratian. diſcept. 901. num. 27. & ſeqq. Caput. deciſ. 87. num. 6. & deciſ. 18. num. 4. libr. 2. Rot. in Maceraten. fideicommiſſi, 27. Ianuary 1634. coram Eminentiſs. Panzirolo. Ideò Clericus Ioannes Vicus Caterinus, qui ex Laurentina deſcen-
2 dit, † dici non poteſt de linea maſculina dicti Nicolai, prout requiritur ad hoc, vt præferri poſſit in iure patronatus, de quo agitur, relicto pro deſcendentibus ex linea maſculina prædicti Nicolai Simeonis, adnotata per Viuian. de iure patronatus, lib. 4. cap. 2. num. 33. & ſeqq. & per Ricc. in prax. par. 1. tit. de iure patron. deciſ. 152. ac etiam per Rot. coram Buratt. deciſ. 91. num. 1.
3 Quando enim † vocantur deſcendentes ex linea maſculina, vt hic, tunc ex fœmina deſcendentes, non dicuntur de linea, ſecundùm magis veram,

& receptam ſententiam, de qua multis citatis teſtantur, Fuſar. d. quaſt. 346. num. 12. Gratian. d. diſcept. 901. num. 22. & ſeqq. Rot. recc. par. 7.
4 deciſ. 33. num. 1. cum ſeqq. Quamobrem † ad beneficium iuris Patronatus de quo quæritur, vocatum eſſe, dicimus Clericum Donatum Simeonis, qui eſt de linea recta maſculina Nicolai Simeonis, ex ſupra notatis per Viuian. Ricc. & Bur.

ARGVMENTVM.

Contractum cenſus inualidum ex defectu mandati ille ratificare, cenſetur, qui recipit pretium illius, & deinde ſoluit fructus.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus præſumitur de iure validus, niſi probetur contrarium.*
2 *Ratificatio æquiparatur mandato.*
3 *Contractum cenſus inualidum ratificat, qui recipit pretium illius. Et qui ſoluit fructus, num. 4.*
5 *Ratificatio inſurgit ex actu, qui citra ius, & nomen ratificationis fieri non poteſt.*
6 *Ratificatio contractus inducitur ex diuturna triginta annorum obſeruantia.*
7 *Ius agendi de nullitate ſpatio triginta annorum præſcribitur.*

DECISIO CLIX.

1 CEnſus de quo agitur præſumitur de iure validus, quandiu non probatur aliquis illius defectus, ad tex. in l. ſi prætor, in princip. ff. de iudic. l. 3. ff. de milit. teſtam. cap. Abbate, de verb. ſignif. Cran. conſ. 52. Cenc. de Cenſib. quæſt. 35. num. 22. Rot. apud eundem deciſ. 110. num. 2. Sperell. deciſ. 27. num. 57. & ſeqq. Sed eſto citra veri præiudicium, quod Syndici deputati ab Vniuerſitate, C. ad conſtituendum, & vendendum cenſum Domino N. non habuiſſent mandatum ſufficiens, vt prætenditur; Attamen cum poſtea Vniuerſitas contractum geſtum per ipſos Syndicos ratificauerit, ſublatus videtur omnis defectus nullitatis mandati. Quo-
2 niam † ratificatio æquiparatur mandato, cap. ratihabitio, vbi doct. de regul. Iur. in 6. Dec. in leg. ſemper, qui non prohibet. n. 6. ff. eod. tit. Tir. de retr. lig. §. 1. gloſ. 10. n. 64. Hond. cōſ. 38. n. 4. lib. 1. Cenc. d. tract. quæſt. 109. n. 54. Gabr. conſ. 194. n. 5. lib. 1. Surd. conſ. 60. n. 14. & dec. 159. n. 12. Rot. coram Greg. dec. 205. n. 6. & dec. 525. n. 4. & ex imp. per Cenc. deciſ. 358. n. 3. dec. 556. n. 6. & dec. 557. n. 3.
De ratificatione autem Vniuerſitatis conſtat
3 manifeſtè, † non tantum ex receptione pretij

dicti cenſus conuerſi in vtilitatem publicam, *l. Iulianus*, *§. vlt. ff. ad Macedonia*, *Bal. in rub. de contrahen. empt. quaſt. 20. num. 21. & conſ. 184. num. 5. lib. 2. Alex. conſ. 117. numer. 5. lib. 5. Natt. conſ. 45. num. 9. & 10. lib. 1. Pariſ. conſ. 76. num. 58. lib. 4. Surd. conſ. 104. numer. 2. & conſ. 536. num. 24. & 25. Gratian. diſcept. 301. num. 45. Cenc. d. tract. quaſt. 66. num. 52. Rot. apud eundem deciſ. 363. num. 3. & deciſ. 556. n. 8. & 9. & diuerſ. par. 1. deciſ. 727 num. 6. & par. 4. deciſ. 328. num. 6. & coram Cauaier. deciſ. 190.*
4 *num. 4.* Sed etiam † ex ſolutione fructuum ab ipſa Vniuerſitate per 30. annos, & vltra, ex qua ſanè ſolutione pariter contractum cenſus approbaſſe, & ratificaſſe cenſetur, ita vt amplius de illius nullitate dicere non poſſit, vt latè deduximus, *deciſ. 274. num. 11.* Eò quia ratificatio retrotrahitur ad tempus celebrati contractus, perinde, ac ſi ab initio validus fuiſſet, *Grat.* poſt alios, quos ipſe citat *diſcept. 488. num. 8. & ſeq.* Etenim ſi Vniuerſitas contractū celebratum per Syndicos pro valido, & legitimo non habuiſſet, vtique pretium non recepiſſet, nec fructus per tantùm temporis ſpatium ſoluiſſet. Vnde tanquam
5 † ex actus, qui citra ius, & nomen ratificantis fieri non poterat, benè, & abſque dubio inſurgit dicta ratificatio, *Surd.* qui alios allegat *conſ. 28. num. 20. & conſ. 164. nu. 40. & deciſ. 208. n. 8. Rot. ex impreſſ. per Cenc. d. deciſ. 557. numer. 3. & 4.* Iuncta præſertim ipſius contractus obſer-
6 uantia † per ſpatium vltra 30. annorum, vt dictum eſt, quæ ratificationem pariter inferre ſolet, *Gabr. tit. de procurat. concl. 1. nu. 14. & 15. Menoch. conſ. 1. num. 82. & præſumpt. 33. num. 30. & ſeqq. lib. 2. Rot. coram Caualer. deciſ. 100. n. 2. & in recent. par. 1. deciſ. 159. num. 6. & ex impreſ. per Cenc. deciſ. 438. num. 7. deciſ. 556. numer. 7.*
7 *& deciſ. 557. num. 5.* Ac etiam † nullitatis, actionumque omnium peremptionem, & præſcriptionem inducit, *l. ſicut in rem, & l. omnes, C. de praſc. 30. vel 40. annor. Vant. de nullit. quoties, & infra quod temp. num. 8. verſ. ſi verò nullitas, Franc. in cap. dilecto, num. 171. de appellat. Maran. de ord. Iud. tit. de ſententia, numer. 154. Rot. coram Cocc. deciſ. 337. num. 11. & deciſ. 396. numer. 3. & in recent. par. 2. deciſ. 156. num. 8. & par. 5. deciſ. 72. num. 1. & penes Cenc. d. deciſ. 363. num. 4.* vbi loquitur in puncto Vniuerſitatis.

ARGVMENTVM.

Laudum emanatum ex compromiſſo cum iuramento, & obligatione Camerali, habet executionem paratam. Et ſi à partibus eſt emologatum reſcindi non poteſt, niſi probata enormiſſima læſione.

SVMMARIVM.

1 *Laudum emanans ex compromiſſum fuit obligatione Camerali vallatam, habet executionem paratam.*
2 *Laudum ratificatum habet vim rei Iudicatæ.*
3 *Contra rem iudicatam ſicut veniri non poteſt.*
4 *Ita nec contra laudum ratificatum.*
5 *Laudum ratificatum cum ſimultaneo conſenſu, habet vim pacti.*
6 *Laudum ratificatum reſcindi non debet, niſi probeta enormiſſima læſione, & num 13.*
7 *Laudum habet præſumptionem pro ſe, quod ritè, & rectè fuerit latum.*
8 *Laudum debet terminare omnes controuerſias contentas in compromiſſo.*
9 *Et dicitur eas terminare ſi poſt negotiū principale in fine additur abſolutio partiū ſuper omnibus alijs.*
10 *Præſentia partium in prolatione laudi, ſupplet defectum citationis.*
11 *Promittens de rato, aliàs de proprio, tenetur ad intereſſe, non ſequuto implemento.*
12 *Reductio laudi ad arbitrium boni viri, peti poteſt non obſtante iuramento, & obligatione Camerali.*
14 *Quod procedit quando continet manifeſtam iniquitatem.*
15 *Euictio debet eſſe iuſta, vt quis de ea teneatur.*
16 *Retentio non datur pro credito turbido, & non liquido.*
17 *Cautio pro euictione, quomodo ſit danda.*
18 *Promittens fideiuſſores in ſpecie pro euictione, non dicitur adimplere reinueſtiendo pecunias loco fideiuſſorum.*

DECISIO CLX.

1 IN cauſa Auximana laudi, exiſtimauimus moderandam eſſe inhibitionem, quo ad effectum ſuſpenſiuum, † quoniam à laudo habente executionem paratam ex obligatione Camerali, & iuramento appoſitis in compromiſſo, non datur appellatio ſuſpenſiua, vt in indiuiduo firmauit, *Rot. in recent. par. 3. deciſ. 516. numer. 1. & par. 5. deciſ. 300. num. 4. & deciſ. 152. ex impreſſis per Zacch. de oblig. Cam. Qui etiam quaſt. 19. numer. 11. & ſeqq.* teſtatur Signaturam Sanctiſs. eſſe ſolitam in ſimili caſu committere cauſam reductionis,

&

& appellationis cum clauſula ſine præiudicio le-
2 gitimæ executionis. Idque præſertim † militat
in hoc laudo à partibus emologato, quod habet
vim ſententiæ, & rei iudicatæ, l. cum antea, &
l. nec in arbitris, C. de arb. Bart. in l. 1. num. 6. ff.
de re iudic. Rot. in recent. par. 3. d. deciſ. 516. n. 1.
3 Vnde ſicut † non poteſt contra rem iudicatam ve-
4 niri, l. res Iudicata, ff. de reg. Iur. Ita nec † con-
tra laudem ratificatum, l. non minorem, vbi Sal.
Alex. & alij, C. de tranſact. Dec. conſ. 60. num. 3.
& conſ. 475. num. 28. Gratian. deciſ. 90. num. 10.
Rot. in recent. par. 5. deciſ. 155. num. 9. & par. 7.
5 deciſ. 65. num. 1. & ſeqq. Quia † ſtante ipſa rati-
ficatione cum ſimultaneo conſenſu habet laudum
vim pacti, & tranſactionis, cap. examinata, de
confir. vtil. vel inutil. gloſ. in l. 2. & ibi doct. C.
com. vtriuſ. Iudic. Gabr. conſ. 36. num. 57. lib. 1.
Natt. conſ. 95. num. 3. Surd. conſ. 136. num. 56.
Viuiae, deciſ. 450. num. 7. Afflict. deciſ. 117.
per tot. Surd. deciſ. 53. num. 22. Gratian. diſcept.
755. num. 2. & ſeqq. Seraph. deciſ. 698. num. 4.
& 5. Rot. diuerſ. par. 1. deciſ. 512. & in recent.
par. 2. deciſ. 540. num. 8. in fin. & deciſ. 588. n.
1. & 2. & coram Duran. deciſ. 200. num. 4. &
32. & coram Caual. deciſ. 118. n. 2. & deciſ. 248.
6 num. 2. Nec reſcindi debet, † non obſtantibus
nullitatibus infraſcriptis oppoſitis, niſi probata
enormiſſima læſione, & ſic vltra dimidium, Dec.
d. conſ. 60. quem refert, & ſequitur in propoſito
Maran. de ord. Iudic. 4. par. diſtinct. 14. num. 8.
Rot. in recent. par. 2. d. deciſ. 588. nu. 3. & par. 5.
7 deciſ. 282. num. 24. Cum habeat † præſumptio-
nem pro ſe, quod ritè, & rectè fuerit latum,
Bal. conſ. 8. in fin. lib. 3. Bece. conſ. 99. num. 2.
Mar. Ant. var. lib. 2. reſolut. 2. num. 6. Rot. co-
ram Coec. deciſ. 384. num. 1. & 2. & ex impreſſ.
per Zacch. de obligat. Cameral. dict. deciſ. 152.
num. 1.

Et vt nullitatibus in ſpecie ſatisfaciamus; non
8 obſtat prima oppoſita ex eò quòd in laudo, †
non fuerint terminatæ omnes controuerſiæ, con-
tra expreſſam diſpoſitionem, tex. in l. dicere, §.
1. & ibi gloſ. in verb. à tota, & l. non diſtingue-
mus, §. quæſitum, ff. de recept. Arb. Rot. coram
Mantic. deciſ. 299. num. 4. & coram Canaler. de-
ciſ. 646. num. 1. & in recent. par. 1. deciſ. 515.
9 & deciſ. 557. num. 17. Quia reſpondetur † con-
trarium apparere, ex facto, dum Arbitri termi-
nato negotio principali abſoluerũt partes à qui-
buſcunque alijs differentijs inter ipſas vertenti-
bus, prout in laudo expreſſe legitur, vnde non vi-
detur dici poſſe, quod illud non comprehendat
omnia contenta in compromiſſo, vt in ſimili no-
tat Canaler. d. deciſ. 646. num. 2.

Neque pariter obſtat ſecunda, oppoſita ex de-
fectu citationis in prolatione laudi; Quia fuit re-
10 ſponſum † partium præſentiam in prolatione ip-
ſius laudi ſupplere citationem omiſſam, Angel.
Imol. & Alex. in l. de vno quoque, ff. de re Iudic.
cum multis cumulatis per Gabr. de Citat. concl. 1.
num. 396. Soc. Sen. conſ. 220. num. 2. Vant. de
nullitate, ex defectu citationis, num. 17. Caualer.
deciſ. 117. num. 1. Caſſad. deciſ. 2. num. 3. de Iud.
Gregor. deciſ. 576. numer. 1. & 2. & ibi Belt.
num. 15.

Preterea non obſtat tertia, in qua dicebatur
laudum nullum reſpectu Angeli, qui fuit con-
demnatus, etiam quod compromiſſum non rati-
ficauerit, quia nihilominus ſuſtinetur laudum re-
11 ſpectu Matthæi, † qui cum promiſerit de rato,
aliàs de proprio, tenetur de facto Angeli, & con-
ſequenter laudum cõtra bona Matthæi in totum
executioni demandari poteſt, ex notatis per Rot.
coram Greg. deciſ. 241. num. 2. & 3. vbi etiam
Belt. num. 8. & adden. ad Buratt. deciſ. 64. num.
19. vbi dantur alij concordantes;

12 Demum non obſtat, quod reductio ad arbi-
trium boni viri, ſemper, & quandocumque peti
poſſit non obſtante iuramento, & obligatione
Cam. vt per Gallej. Mareſch. & alios allegatos
per Dominum ſcribentem pro illis de Fælicianis.
13 Quia fuit reſponsũ, † quod attenta dicta emolo-
gatione laudi, illud impugnari non debet, vt di-
ctum eſt num. 6. Quinimo etiam circumſcripta
dicta ratificatione, & firma remanente obliga-
tione Camerali cum iuramento, certum eſt; Nec
14 † reductionem ad arbitrium boni viri petitam
habere locum, niſi laudum contineret manifeſtã,
& euidentem iniquitatem, vt optimè declarat
Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 2. num. 438. & ſeqq.
& ſequitur Rot. in recent. par. 2. deciſ. 540. nu. 8.
At in caſu noſtro de huiuſmodi iniquitate nullo
modo conſtat per allegatam euictionem domus
15 Thibaldini, & quod euictio ſit iuſta, † ſecundum
diſpoſitionem tex. in l. quartam, §. condemnatam,
ff. de re iudic, Rot. in recent. par. 2. deciſ. 422. nu.
2. in fin. Quoniam ex petitione Cæſaris Buttari,
& ex ſententia D. Vicarij Auximani, ac ex alijs
16 deductis, oſtenditur potius prætentio † omni-
no turbida, & obſcura, ita vt ceſſare faciat ius
retentionis pro Fælicianis allegatum, l. fin. vbi
doct. C. de compeſ. Surd. deciſ. 184. num. 6. Seraph.
deciſ. 1455. nu. 4. Rot. in recent. par. 1. deciſ. 679.
17 num. 5. Vltra † quod ſtante depoſitio faciendo
vigore laudi pro reinueſtimento, ad effectum
cauendi pro dicta euictione, dicendum eſt,
quod ipſi de Fælicianis habent intentum, iuxta
tex. in l. ſi poſt perfectam, C. de euict. qui quidem
tex. conſiderat ſolum ſecuritatem pro euictionem
iuxta Theoricam, gloſ. & Bart. in l. 1. ff. qui ſa-
tiſdare cog. qua ſecuritate ſtante, non eſt locus
retentionis, vt per Affl. deciſ. 171. in fin. Nec ad
18 propoſitum † facit, deciſ. 14. num. 4. penes Zach.
de oblig. Cam. ex aduerſo allegata; quia loqui-
tur in caſu, vbi fuerant promiſſi fideiuſſores in
ſpecie, pro euictione, & proinde ibi rectè fuit
dictum, non poſſe adimpleri per æquipollens
reinueſtiendo pecunias loco fideiuſſorum, prout
fieri poteſt in hoc caſu noſtro, iuxta dict. Bart.
Theoricam, &c.

ARGVMENTVM.

Debitor dotis, qui habet electionem ſoluendi in pecunia, vel ſtabilibus, ſi eſt in mora conſtitutus, an ſoluere debeat fructus iuxta formam ſtatuti, vel potius ad rationem quinque pro centenario, vt ſtabilia communiter reddunt.

SVMMARIVM.

1 *Dos dicitur, tàm data, quàm promiſſa.*
2 *Dos ſemel conſtituta minui non poteſt.*
3 *Princeps cum clauſula de plenitudine poteſtatis, tollere non poteſt conceſſa per viam contractus.*
4 *Bona paraphernalia, vel extra dotalia non ſortiuntur priuilegium dotis.*
5 *Mobilium promiſſio facta ſeparatim à dote, non venit ſub nomine dotis.*
6 *Fructus dotis debentur marito, qui onera matrimonij ſuſtinet.*
7 *Etiam ſine interpellatione.*
8 *Siue dos promiſſa ſit à patre, ſiue ab extraneo, qui dotare non tenetur.*
9 *Fructus dotis per lapſum diei debentur ſine interpellatione.*
10 *Et in principio non in fine anni.*
11 *Siue dos promiſſa ſit in ſtabilibus, ſiue in pecunia numerata.*
12 *Fructus dotis regulariter taxantur iuxta formam ſtatuti, & num. 15.*
13 *Vbi debitor dotis habet ex pacto electionem ſoluendi in pecunia, vel ſtabilibus, fructus debentur ad rationem quinque pro centenario, non obſtante ſtatuto.*
14 *Stabilia communiter æſtimantur, vt reddant quinque pro centenario.*
16 *Debitor dotis, qui habet electionem ſoluendi in pecunia, vel ſtabilibus, ſi eſt in mora conſtitutus electionem amittit.*
17 *Et remanet debitor in pecunia, ſucceditque obligatio ad præſtãdum intereſſe iuxta formã ſtatuti.*
18 *Intellige dummodo electionem ſoluendi de conſenſu partis non amittat.*
19 *Dotem recipiens ſibi præiudicat in fructibus.*
20 *Sed contraria opinio eſt verior, & communiter recepta.*
21 *Præſertim, quando in ipſa receptione creditor reſeruat ſibi expreſſe ius, quo ad fructus.*
22 *Interpellatio facta à procuratore, qui non docet de mandato eſt nulla.*
23 *Mandatum ad interpellandum non requiritur ſpeciale, ſed ſufficit generale.*
24 *Nec reus tenetur de illo excipere, cum ad actorem ſpectet illud oſtendere.*
25 *Interpellatio diem debet continere.*
26 *Nuntius debet eſſe certus, vt citatio, vel interpellatio noceat.*
27 *Oblatio crediti facta non liberat debitorem ab intereſſe, niſi creditor recuſet recipere.*
28 *Oblatio fieri debet auctoritate Iudicis, qui debet illam admittere cum clauſula, ſi & in quantum.*
29 *Oblatio ſortis fieri debet, vnà cum intereſſe pro tempore præterito.*
30 *Mora non conſideratur, vbi interpellatio nulla eſt.*

DECISIO CLXI.

IOannes filius quondam Andreæ Maſarotti Camerinen. die 8. Maij 1609. dotauit Luciam eius neptem in florenis 500. monetæ Marchiæ, ſoluendis tempore nuptus, iuxta modum, & terminos conueniendos cum eius futuro marito. Et eodem anno die 16. eiuſdem menſis eandem nuptui tradidit Benedicto Mariano, cum promiſſione dotis florenorum 475. cum pacto, quod floreni 200. ſoluerentur infra certum terminum, prout factum fuit, & reſiduum ſolueretur de anno 1614. in pecunia numerata, vel in bonis ſtabilibus arbitrio ipſius dotantis, cuius hæredes de anno 1631. pro ipſa ſumma remanente florenorum 275. tot bona ſtabilia conſignarunt Benedicto marito, qui eos quietauit pro tota dote, ſine tamen præiudicio conſequendi ab eiſdem hæredibus quoſcunque fructus dotis occaſione retardatæ ſolutionis ex quoq; capite. Hinc orta eſt lis inter partes, & lata ſententia per D. Vicarium Camerinen. qui decreuit mandatum eſſe relaxandum ad fauorem Benedicti, & contra dictos hæredes pro florenis 25. reſiduo dotis promiſſæ in primo inſtrumento, & pro florenis 48. ratione fructuum, ac inſuper pro florenis 361. ratione fructuum dictorum florenorum 275. pro annis 16. & menſibus quinque retardatæ ſolutionis, idque ad rationem octo pro centenario iuxta formam ſtatuti Camerinẽ. Cui decreto cum hæredes non acquieſcerent, appellationem introduxerunt in Rota Maceratẽ. in qua fuit dubitatũ coram R. P. D. Guidicciono, an decretum eſſet confirmandum, vel infirmandum, & reſolutum fuit, quoad primam partem illius, nempè pro dictis florenis 25. ſortis principalis, & pro fru-
1 ctibus, illud, eſſe confirmandum. Nam † cum ipſi Luciæ fuerit ſemel conſtituta dos florenorum 500. vt in primo inſtrumento, & dos dicatur, tàm promiſſa, quàm data, *Grattan. deciſ. 235. nu. 5. Mag. deciſ.* Florent. 86. nu. 2. *Mantic. deciſ. 166,*
2 *num. 1. Greg. XV. deciſ. 204. num. 21.* Vtique † non poterat illa ſemel conſtituta minui tempore nuptus, *Auth. ſed quamuis, C. de rei vxor. act. Bart. conſ. 55. num. 2. lib. 1. Dec. conſ. 35. per totum, Grattian. diſcept. 882. num. 6. & ſeqq. Gaſp. Theſ. forenſ. lib. 3. quæſt. 72. num. 9. Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 24. num. 4. Afflict. deciſ. 61. per*

totam

totam, Seraph. deciſ. 503. num. 6. Præcipuè, quia
conſtituta fuit ex contractu oneroſo, nimirum
propter renunciationem bonorum paternorum;
3 & maternorum; Quo caſu † nec etiam Princeps
cū clauſula de plenitudine poteſtatis tollere po-
teſt conceſſa per viam contractus, *Bal. in l. qui ſe
patris, C. vnde lib. Soc. Sen. conſ. 87. nu. 13. lib. 3.
Pariſ. conſ. 1. num. 87. lib. 1. Rolan. conſ. 66. num.
33. & 55. lib. 2. & conſ. 13. num. 34. & per tot.
lib. 3. Dec. conſ. 287. num. 7. conſ. 293. num. 8.
& conſ. 404. nu. 8. Oſaſch. deciſ. 90. nu. 7. Franc.
Marc. deciſ. 152. num. 5. lib. 1. Affl. deciſ. 182.
num. 7. Grammat. deciſ. 65. nu. 27. & ſeqq. Theſ.
deciſ. 87. num. 7.*

Non obſtat, quod in apoca matrimoniali vltra
dictos Florenos 475. dotis nomine promiſſos,
habuerit ipſa Lucia mobilia, & pannos, quæ res
tanquam non comprehenſæ in prima promiſſio-
ne dotis, videntur ſubrogatæ loco dictorum flo-
renorum 25. Quia cum partes non expreſſerint,
4 quod ipſa mobilia † conſtituant partem dotis,
non ſortiuntur naturam illius, ita vt maritus te-
neatur in caſu reſtitutionis dotis illa reſtituere
æſtimata in dicta ſumma Florenorum 25. Et pro-
pterea haberi debent pro bonis paraphernalibus,
vel extradotalibus, vt ſponſa magis congrue nu-
bat, reſtituendis eō modō, & forma prout repe-
rientur de tempore reſtitutionis, *ad tex. in l. ſi ego,
§. dotis autem de iure dot. Soc. Sen. conſ. 121. num.
5. & 6. lib. 3. Pariſ. conſ. 95. num. 15. lib. 2.
Grat. diſcept. 671. num. 8. Theſ. deciſ. 195. nu. 5.
Seraph. deciſ. 132. num. 1. & 2.* Præſertim, quia
partes ſpecificarunt quantitatem, & ſummam do-
5 tis, ex quo apparet † promiſſionem dictorum
mobilium factam ſeparatim, non venire ſub no-
mine dotis, nec in illa contineri, *Cæph. conſ. 365.
n. 35. & ſeq. Rot. in recent. par. 2. deciſ. 72. n. 4.*

Quo verò ad ſecundam partem decreti vbi fuit
relaxatum mandatum pro florenis 361. pro fru-
ctibus dictorum florenorum 275. pro annis 16.
& menſibus quinque retardatæ ſolutionis, fuit
pariter reſolutum illud eſſe confirmandum, cum
modificatione, ſeu reformatione, de qua infra.
Nam ſicut dubitari non poteſt quin ſumma flo-
renorum 275. ſoluenda eſſet de anno conuento
1614. Ita firmandum venit, quod ipſi Benedicto
6 marito fructus † poſt dictum tempus debeantur
ex ſola ſuſtentatione onerum matrimonij, *Bart.
in l. de diuiſione, num. 1. & 2. ff. ſolut. matrimon.
Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 5. num. 17. in fin. Ro-
derig. de annuis reddit. l. 3. quæſt. 7. nu. 49. Gra-
tian. diſcept. 241. num. 59. diſcept. 243. num. 30.
& ſeqq. & diſcept. 726. num. 3. & 4. Giurb deciſ.
72. num. 1. Rot. in recent. par. 1. deciſ. 471. nu. 1.
& par. 2. deciſ. 574. num. 2. & coram Buratt. de-
7 ciſ. 159. num. 8. & ibi Adden. num. 13.* Ita vt †
non requiratur interpellatio, *Roman. conſ. 517.
num. 4. & 5. Cornenſ. conſ. 164. n. 5. lib. 3. Grat.
conſ. 56. num. 3. lib. 1. Alex. conſ. 141. num. 4.
& 5. lib. 5. Seraph. deciſ. 958. num. 2. & 3. Rot.
coram* R. *P. D. Dunoz. ex impreſſ. per Gilian. ad
ſtatut. Peruſiæ, deciſ. 119. num. 6.* Quod proce-
8 dit ſiuè ſit † dos promiſſa à patre, ſiue ab extra-
neo, qui dotare non tenetur, *iuxta tex. in l. fin.
§. præterea, & ibi gloſ. & Bart. C. de iure dot. Rot.
in recent. par. 3. deciſ. 428. num. 1. & 5.* Siqui-
9 dem † vbi dos eſt promiſſa ad certam diem, vt
hic, per lapſum illius diei inducitur mora irregu-
laris ab ipſa die, quæ pro homine interpellat, *l.
magnam, C. de contrah. & commit. ſtipulat,* Rolan.
*conſ. 98. num. 9. lib. 2. Gratian. diſcept. 143. nu.
20. Affl. deciſ. 316. num. 1. Theſ. deciſ. 212. nu.
3. Seraph. deciſ. 249. num. 1. & 2. Rot. ex impreſ.
per Gilian. d. deciſ. 119. num. 7. & deciſ. 120.
10 num. 2.* Qui quidem † fructus, ſeu alimenta de-
bentur in principio, non autem in fine anni, *Bal.
in l. 1. num. 3. C. de fideicom. Soc. conſ. 70. num.
14. lib. 1. Surd. de alim. tit. 3. quæſt. 17. num. 12.*
Rot. *in recent. par. 3. d. deciſ. 428. num. 5. in fin.*
11 Siue † dos promiſſa ſit in bonis ſtabilibus, ſiuè in
pecunia numerata, etiam ſi maritus non ſit ſoli-
tus negotiari, *Roman. d. conſ. 517. num. 5. circa
medium, Alex. conſ. 31. num. 20. & 21. lib. 6.*
Rot. *in recent. par. 3. d. deciſ. 428. num. 2.* Non
tamen ad rationem octo pro centenario, vt can-
tat decretum, & iuxta formam ſtatuti Camerinen.
12 quod † extra hunc caſum regulariter ſeruandum
eſſet in hac materia, ſecundùm veriorem opinio-
nem, de qua per *Surd. d. tract. de alim. tit. 1. quæſt.
42. num. 27. & per Aldouin.* qui alios cumulat,
*conſ. 84. num. 9. Molin. de contract. tom. 2. diſput.
321. in fin. Rot. coram Greg. deciſ. 93. num. 1. &
ibi latè Adden. num. 9. & in recent. par. 1. deciſ.
471. num. 2. & par. 2. deciſ. 574. num. 1. & 2.*
Sed tantummodò ad rationem quinque pro cente-
nario, reformando in hac parte decretum Vicarij.
13 Quoniam † vbi debitor dotis habet ex pacto ele-
ctionem ſoluendi dotem in terris, ſeu bonis ſta-
bilibus, vt in hoc caſu, fructus dotis non ſolutæ
debentur ad quinque pro centenario ſtatuto *loci*
non obſtante, vt expreſſe notant Gilianus, vbi
ſuprà in verb. dotis fructus, *num. 9. Rot. in recent.
par. 1. deciſ. 292. num. 4. & 5.* Prout regulariter
14 † extimantur ipſa ſtabilibus, quod reddant fru-
ctus ad rationem quinque pro centenario, *gloſ. in
Auth. perpetua, in verb. iuxta, C. de Sac. Sanct.
Eccleſ. Rot. coram Buratt. deciſ. 65. num. 2. &
deciſ. 675. num. 9. & in recent. par. 3. deciſ. 571.
num. 6. & 10. & deciſ. 583. nu. 3. & par. 6. de-
ciſ. 135. num. 18.*

Nec eſt quod hic dicatur obſtare Deciſionem
Rotæ coram Buratt. in vna Romana executionis,
15 quæ eſt in ordine 287. vbi fuit reſolutum, † quod
promiſſor dotis ſcutorum decem millium, tene-
retur ſoluere fructus dotales, ad rationem ſeptem
cum dimidio pro centenario, iuxta formam ſta-
tuti Vrbis, quamuis in conſtitutione illius facul-
tatem ſibi reſeruaſſet ſoluendi illam conſumato
matrimonio in tot domibus, iocalibus, pecunijs,
& mobilibus ipſius arbitrio. Quia reſpondetur,
quod

Digitized by Google

16 quod in illo caſu † cum promittens conſtitutus
fuerit in mora nedum ſoluendi, ſed etiam eligen-
di, remanſit propterea debitor in pecunia, quæ
erant in obligatione, & facultatem ſoluendi in
ſpeciebus amiſit, ſic inſtante parte, *Bart. in l. ſti-
cum, aut pamphilum, num. 2. verſ. ex quo autem,
ff. de ſolut. & ibi Ang. in §. cum verò, num. 1. idem
Bart. in l. ſi quis ſtipulatus fuerit, in 2. notabili,*
vbi etiam *Caſtren. in prin. ff. de ſolut, idem Caſtren.
conſ. 70. in fin. lib. 1. Belt, ad Gregor. deciſ. 316.
num. 3 Buratt. d. deciſ. num. 7* Poſtquam moram
17 † ſuccedit obligatio ad præſtandum intereſſe iux-
ta formam ſtatuti, *Caſtren. in puncto conſ. 469.
verſ. quarta concluſio, vol. 1. Buratt. d. deciſ. nu. 8.*
18 At in caſu noſtro, † quamuis Benedictus maritus
Luciæ non remiſerit moram ſoluendi, remiſit
tamen moram eligendi, & conſequenter cum di-
cti hæredes non amiſerint de conſenſu partis fa-
cultatem ſoluendi in ſpeciebus, prout cum effe-
ctu in tot bonis ſtabilibus ſoluerunt, fit conſe-
quens, vt dicamus nos verſari in diuerſo caſu, &
deciſionem *Buratt.* 287. non obeſſe ex deductis,
& allegatis ſuprà, *num.* 13.

Neque obſtat, quod poſt exactionem dotis
19 † ſequutam de anno 1631. non debeantur fru-
ctus, iuxta tradita per *Gabriel. conſ. 145. lib. 2.
& per Surd. de Aliment. tit. 1. quæſt.* 43. Nam
20 contra eos eſt magis vera, † & communis opi-
nio firmata per Rotam coram *Greg. XV. in alle-
gata deciſ. 93. num. 2. & ibi Belt. num. 10. & idem
Belt. ad eandem Greg in deciſ. 156. num.* 14. Et de
21 plano regula procedit, † quando in ipſa receptio-
ne maritus reſeruat ſibi expreſſe ius quo ad fru-
ctus, prout ſibi reſeruauit Benedictus, *Iaſ. de com-
muni in l. fin. num. 4 ff. de eo quod certo loco, Ro-
ta coram Greg.* in ſæpe allegata *deciſ. 93. num.* 5.

Neque vlIius momenti eſt aſſerta interpellatio
22 vltimo loco exhibita, & facta † de anno 1616.
pro parte dictorum hæredum citato dicto Bene-
dicto, ad recipiendum, & menſurandum, ac æſti-
mari videndum tot bona ſtabilia pro concurren-
ti ſumma dictorum florenorum 475. Quoniam
apparet nulla, & in valida ex pluribus.

Primò, quia facta fuit ab aſſerto procuratore,
qui non docuit de mandato, vt oportebat de tem-
pore oblationis, ſeu interpellationis, *Alex. conſ.
191. num. 1. & 2. lib. 6. Neuiz. conſ. 10. num. 12.
& 13. Oſaſch. deciſ. 275. num. 3. Affl. deciſ.* 316.
23 *num.* 3. Quamuis † non requiratur ſpeciale, ſed
ſufficiat generale, *Greg. deciſ. 492. in fin.* Neque
hoc caſu præſumitur ex diuturnitate temporis,
24 *Oſaſch. d. deciſ. num.* 4. Neque reus tenebatur †
de iſto excipere, quia ad actorem ſpectabat illud
oſtendere, ſecundùm *Bal. in rub. C. depoſiti, Affl.
d. deciſ. 316. num.* 4.

25 Secundò, quia in interpellatione non adeſt dies
nec minus fuit expreſſa dies conſignationis, men-
ſurationis, & æſtimationis, prout neceſſe erat,
*l. fin. C. de iure dot. Affl. d. deciſ. 316. num. 4.
verſ. præterea.*

26 Tertiò, quia non conſtat de identitate, ſeu per-
ſona Notarij, qui dicitur citaſſe Benedictum, ideò
oblatio non nocet non citato, *l. ſæpe, ff. de re
Iudic. Ioſeph Lud. deciſ. Peruſ. 105. num.* 8.

27 Quartò, quia non conſtat de recuſatione, ſed
potius de acceptatione fauorabilium, vt in calce
eiuſdem interpellationis; ideoque oblatio cre-
diti facta, non liberat debitorem ab intereſſe,
quando creditor non recuſat recipere, *Alex. in
l. qui Romæ, in prin. de verb. oblig. Bellon. Rot.
Iannen. deciſ. 24. num.* 12.

28 Quintò, quia Iudex coram quo facta fuit in-
terpellatio non admiſit illam cum ſolito clauſula,
ſi & in quantum, nec mandauit afficere, neque
decreuit copiam aſſertæ apocæ petitam à parte.
Imò neque etiam conſtat de Iudice cuius autho-
ritate intimatio, & interpellatio facienda erat,
ad late tradita per *Menoch. de arbitr. Iud. caſ.
233. num.* 28.

29 Sexto, quia cum ſorte non fuit oblatum inte-
reſſe debitum pro prætetito tempore, ab anno
1614. vſque ad annum 1616. quo fuit facta inter-
pellatio, iuxta *tex. in l. acceptam, C. de vſur.* cum
alijs relatis per *Menoch. d. caſ. 233. num.* 22. Ac
30 ideò nulla intelligitur † mora fieri, vbi interpel-
latio nulla eſt, *l. ſi pupillus, ff. de verb. oblig.* Et
ita, &c. Sed tamen hæc deciſio non fuit publica-
ta, quia vt audiuimus, partes ad concordiam
deuenerunt.

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum fideiuſſionis mulieris pro marito, non inſinuatum iuxta formam Conſtitutionis Marchiæ lib. 5. c. 25. eſt imperfectum, & nullum, propter defectum inſinuationis, quæ fieri debet ad inſtantiam mulieris tantum.

SVMMARIVM.

1 *Nullitatis exceptio, quando eſt talis, quod nihil probandum ſit, impedit executionem obligationis Cameralis.*

2 *Inſtrumentum obligationis mulieris, non inſinuatum iuxta formam ſtatuti, nullum effectum operatur.*

3 *Non tantum reſpectu obligationis ciuilis, quam naturalis.*

4 *Forma quando eſt ſubſtantialis, lex reſiſtit obligationi, niſi ad vnguem obſeruetur.*

5 *Statutum procedens vlterius annullando actum factum in contrarium, dicitur inducere formam.*

6 *Forma de conſenſu partium omitti non poteſt, & de illa perpetuò excipi licet, & num. 7.*

8 Ex-

Digitized by Google

8 *Exceptio inſinuationis omiſſæ eſt huiuſmodi, vt repellat actorem ab eo, quod vult.*
9 *Ita, vt à contractu mulier obligata diſcedere poſſit.*
10 *Effectus obligationis mulieris, pendet ab inſinuatione.*
11 *Mulier pro alijs fideiubere eſt prohibita.*
12 *Præſertim pro marito, pro quo ſtrictius prohibetur ſe obligare.*
13 *Iuramentum appoſitũ in contractu mulieris fideiubentis ſine ſolemnitatibus ſtatutarijs, nihil operatur, quando à Statuto per dolum extortum præſumitur, & num. 14.*
15 *Inſinuatio pendet à voluntate Mulieris obligatæ.*
16 *Et non poteſt fieri ipſa inuita.*
17 *Limita.*
18 *Inſinuationem ſupplet præſentia Iudicis.*
19 *Limita, vbi requiruntur copulatiue inſinuatio, & decretum Iudicis.*
20 *Iuramentum tollit defectum inſinuationis.*
21 *Limita.*
22 *Nullitas propoſita per viam exceptionis, de qua Iudici conſtat, impedit executionem obligationis Cameralis.*
23 *Obligatio mulieris ſine inſinuatione, quæ à Statuto deſideratur, dicitur imperfecta, & nulla ex defectu conſenſus.*

DECISO CLXII.

IN terminis Conſtit. Marchię *lib. 5.*
cap. 25. diſponentia, quod con-
tractus mulierum, etiam maio-
rum fieri, minimè poſſint niſi
adhibeantur hæc qua uor, vide-
licet, Iuramentum, conſenſus
duorum proximiorum conſan-
guineorum, vel affinium, decretum Iudicis, &
inſinuatio, præſumendo dolum, & eos inuali-
dando ob earum ſolemnitatum defectum, exiſti-
mauimus Dominam Mariam, quæ ſe obligauit
pro Federico eius viro in ſumma ſcutorum mille
ad fauorem DD. de N. obtenta abſolutione à Iu-
1 ramento, potuiſſe excipere † de nullitate obliga-
tionis, ad retardandam executionem obligatio-
nis Cameralis eo ipſo, quod in ventre inſtromen-
ti conſtat de fideiuſſione pro marito, & nõ appa-
ret de ſolemnitatibus per conſtitutionem requi-
ſitis, *Raginell. de appellat. §. 2. cap. 3. num. 146.*
Scacc. eod tract. quæſt. 17. lim. 9. numer. 76. &
quæſt. 19 rem. 1. concl. 5. num. 30. & ſeq. Ma-
reſc. var. lib. 2. cap. 121. n. 33. Zacch. ad Gall. de
oblig. Cam. quæſt. 3. num. 2. cum ſeqq. Rot. ex im-
preſſ. apud eundem deciſ. 27. numer. 2. deciſ. 63.
num. 2. & deciſ. 133. num. 1. & 2. & in recent.
2 *par. 5. deciſ 1. num. 1. 18. & 43.* Nullitas † au-
tem deſumitur ex defectu inſinuationis omiſſæ
contra formam dictæ Conſtitutionis, quæ ipſo
iure annullat obligationem, *ad tex. in c. p. cum*
dilectus, ante finem, cum gloſ. in verb. irritum,
& ibi Felin. num. 6. de reſcript. cap. venerabilis,
cum gloſ. in verb. caſſauimus, de offic. deleg vbi
Abb. num 1. & 5. cap. Piſanis, vbi gloſ. vit. de
reſtit. Bal. in l. ordo, num. 7. C. de exec. rei iudic.
Iaſ. in l. vniuerſa, num. 9. C. de prec. imper. of-
ferend. Becc. conſ. 12. numero 18. Gratian. diſcept.
531. num. 2. & diſcept. 751. num. 10. vbi alios
allegat *Bocc. ad dictam conſtit gloſ. 2. num. 15.*
fol. 12. & gloſ. 6. num. 117 fol. 118. Oſaſch. de-
ciſ. 165. num. 16. Surd. deciſ. 143. numer. 17. &
deciſ. 268. num. 8 & hanc eſſe communem opinio-
nem, tradit *Dec. conſ. 532. num. 3.* vbi plures cu-
mulat *Pic. ad Statut. Vrbis, gloſ. 11. numer. 1.*
cum ſeqq. Seraph. deciſ. 232. num. 1. Rot. in rec.
3 *par. 5. deciſ. 200. num 21.* Ita, vt † non oriatur
ex ſimili contractu peccante in forma, nec ciuilis,
nec naturalis obligatio. *l. ſancimus, C. de donat.*
Bart. in l. cum lex, numer. 4. & 5. ff. de fideiuſſ.
& mand. & clarius in l. 1. num. 8. verſ. & ideò,
ff. de nouat. Pic. in d. gloſ. numer. 8 Becc. d. conſ.
num. 19. Rom. conſ. 12 numer 4. Rot in recent.
par. 5. d. deciſ. 1. num. 16. vbi dicit regulam pro-
cedere etiam in foro conſcientiæ, nam quos na-
tura non obligat, conſcientia non ligat. Et co-
4 ram *Duran. deciſ. 18. num. 16.* Eſt † enim iſta
forma ſeruanda ſubſtantialis, & proinde lex re-
ſiſtit obligationi, niſi ad vnguem obſeruetur, *l.*
& ſi nihil, ff. de reg. Iur. Rol. conſ. 60. num 30.
lib. 4 Becc. d. conſ. num. 15. & 16. Dec. d conſ.
532. num. 2. Burſatt. conſ. 55. numer. 11. lib. 1.
5 *Rot. in recent. par. 5. d. deciſ. 1. num. 18.* † ma-
ximè cum procedat conſtitutio vi cetiua annul-
lando actum, quia tunc dicitur inducere formam
præciſam, *Bal. in l. 1. num. 2. verſ. in contrarium,*
ff. de lib. & poſt Dec. conſ. 455. num. 6. & de com-
6 *muni; Burſatt. conſ. 158. num. 20. lib 2.* Quæ †
nec de conſenſu partium omitti poteſt, *l. non*
dubium, C. de leg. l. nemo poteſt. de leg 1. gloſ.
in cap. ſi diligenti de foro compet. Becc. d. conſ. nu-
7 *mer. 20. Pic. d. gloſ. num. 10.* Imò † de illa per-
petuo excipi licet, *Canar. de Inſinuat. quæſt. 3.*
8 *Gratian d. diſcept. 531. num. 20.* Cum † ſit huiuſ-
modi, vt repellat actorem ab eò quòd vult, *Se-*
9 *raph. d. deciſ. 232. num. 2.* Vnde non mirum, †
quod ipſa mulier inuitis etiam actoribus à con-
tractu diſcedere poſſit, quia ex actu, qui peccat
in forma, præſertim, quando vt hic, introducta
eſt cauſa publicæ vtilitatis, non oritur ciuilis,
nec naturalis obligatio, vt dictum eſt, *Roman.*
d. conſ. 12. num. 4 Gabr. conſ. 158. num 2, lib. 1.
10 *Rot. in recent. par. 5. d. deciſ. 1. num. 20.* Cum †
effectus ipſius pendeat ab inſinuatione, *Gratian.*
11 *d. diſcept. 531. numer. 37.* Tantò magis, quia †
mulier pro alijs intercedere, & fideiubere eſt pro-
hibita, *l. 1. & toto tit. ff. & C. ad Senat. Conſult.*
12 *Velleian.* Præſertim † pro marito, pro quo ſtri-
ctius, & arctius ſe obligare prohibetur, *Auth.*
ſi qua mulier, C. ad Velleian. §. illud, in Auth. vt
nulli Iud. Seraph. de iuram. cap. 65. Hond. conſ.
45. lib. 1. Pic. ad Statut. Vrbis, gloſ. 7. num. 242.

Surd.

Surd. deciſ. 164. num. 11. Rot. ex impreſſ. per Pic. deciſ. 1. per totam, & coram Gregor. deciſ. 333. num. 3. & ibi Adden. & deciſ. 363. num. 2. & 3.

13 Non obſtante iuramento, † quod tanquam per
fraudem, & dolum extortum, ab eadem conſti-
tutione annullatur, *l. non dubium, C. de legib.*
Hond. d. conſ. num. 34. Seraph. Priuil. iuram. 61.
num. 11. & 18. Rot. *ex impreſſ. penes Pic. d. dec.*
1. num. 20. Caſ. de Graſſ. deciſ. 150. num. 14. de
donat. Rot. *in recent. par. 5. d. deciſ. 200. num. 9.*

14 Et in terminis, † quod contractus mulierum, ſeu
minorum in quibus per Statutum certa deſidera-
tur ſolemnitas, ad fraudes obuiandas, & ſic prin-
cipaliter ob publicam vtilitatem, non validentur
per iuramentum, tenent *Bart. in l. omnes Populi,*
num. 25. ff. de iuſt. & iure, idem Bart. in l. ſi quis
proco, num. 8. ff. de fideiuſſ. Bal. in Auth. ſacra-
menta puberum, num. 5. C. ſi aduerſus vend. idem
Bal. conſ. 250. num. 24. lib. … Alex. conſ. 58. nu.
4. lib. 1. Ruin. conſ. 51. num. 22. & ſeqq. lib. 1.
Rot in recent. par. 5. d. deciſ. 1. num. 6. & 7. &
coram Duran. deciſ. 18. num. 1. & ſeqq.

Non obſtat, quod inſinuatio fuerit paucis ab
hinc diebus ſubſequuta ad inſtantiam mercato-
rum, ad quorum fauorem inſtrumentum celebra-
15 tum fuit. Nam † cum pendeat à ſola libera, &
non coacta voluntate mulieris obligatæ, *Gabr. d.*
conſ. 158. num. 2. & 15. lib. 1. Caph. conſ. 170.
num. 47 Gratian. d. diſcept. 531. num. 3. & 30.
16 *& diſcept 854. num. 36.* Non † potuerunt mer-
catores per ſe ipſos, inſcia, & inuita muliere in-
ſinuationem procurare, *Bart. in leg. modeſtinus,*
col. 2. ff. de donat. Canat. de inſinuat. quaſt. 8.
Caph. d. conſ. 170. nu. 47. Gratia. d. diſcept. 531.
17 *num. 3. & diſcept. 783. num. 10.* Niſi † in caſu,
vbi per mulierem fuiſſet ipſis data facultas id fa-
ciendi, vel in ipſo, vel in alio inſtrumento, quod
non eſt in caſu noſtro, *Riminal. Sen. conſ. 560. n.*
2. lib. 3. Caphal. d. conſ. 170. & num. 47. Gratia.
d. diſcept. 531. num. 64.

18 Neque obſtat, quod inſtrumentum factum co-
ram Iudice cenſeatur inſinuatum, licèt Iudex nõ
pronunciauerit ſuper inſinuatione, per doctri-
nam *Bal. in l. 3. in fin. C. de diuerſ. reſcript. &*
in l. illud, num. 5. & ſeqq. C. de Sacr. Sanct. Eccl.
Greg. deciſ. 391. num. 8. Belt. ad eundem Gregor.
deciſ. 260. num. 20. Quia pro reſponſione dice-
batur doctrinam non habere locum in iſto caſu,
19 vbi † requiruntur copulatiuè, & decretum Iudi-
cis, & inſinuatio: Sed procedit in caſu, vbi ſolum
requireretur inſinuatio, vt latè declarat *Gratian.*
diſcept. 827. num. 6. & ſeqq. & firmat Greg. de-
ciſ. 260. num. 6. & 7. & in puncto præfatæ Con-
ſtit. Marchiæ, idem *Greg. deciſ. 334. num. 1.* Id-
20 quod † etiam dicitur de iuramento, quod, & ſi
regulariter tollit defectum inſinuationis, *Mantic.*
deciſ. 166. num. 17. Belt. ad Greg. deciſ. 391. nu.
20. qui concordantes allegat, *Ioſeph. Ludon. dec.*
Peruſ. 66. num. 6. Theſ. Iun. Forenſ. lib. 3. quaſt.
89. num. 8. Non tamen procedit hic, vbi vtrũque
21 † requiritur, *Mareſc. var. lib. 2. cap. 27. num.*
13. & 14. Belt. ad Gregor. in dict. deciſ. 391. num.
10. verſ. prædicta non habent locum, Rot. *in recent.*
par. 1. deciſ. 671. num. 2. & deciſ. 385. num. 9.
Et ita ex prædictis fuit admiſſa allegata nullitas;
22 quæ † propoſita per viam exceptionis, de qua
Iudici conſtat impedit executionem obligationis
Cameralis, vt dictum eſt, *Rot. ex impreſſ. per*
Zacch. de oblig. Cam. deciſ. 46. num. 6. Cum du-
23 bitari non poſſit, quin ſtante † defectu inſinua-
tionis obligatio, ſeu fideiuſſio mulieris dici poſ-
ſit imperfecta, & nulla ex defectu conſenſus, *Re-*
buff. de inſinuat. donation. gloſ. 6. & 7. artic. 1.
Hond. conſ. 23. num. 27. lib. 1. Becc. conſ. 66. nu-
mer. 22. Gratian. latè diſcept. 531. num. 96. d. di-
ſcept. 783. num. 14. & diſcept. 854. num. 36. &
ſeqq. Mag. deciſ. Flor. 64. numer. 44. & 45. Rot.
ex impreſſ. per Statili deciſ. 91. numer. 5. & in
recent. par. 5. d. deciſ. 200. num. fin.

ARGVMENTVM.

A Mandato de Manutenendo per viam ſententiæ diffinitiuæ, datur appellatio ad vtrumque effectum inſpecto iure Canonico, & in foro Eccleſiaſtico, vbi non intrat Ægidiana.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de Manutenendo in ſummariſſimo poſ-*
ſeſſorio, non admittit appellationem ſuſpenſiuam de iure Canonico. Intellige, & declara, vt numer. 5.

2 *Decimarum cauſa non admittitur appellationem, quoad effectum ſuſpenſiuum.*

3 *Declara quando lis eſt inter Eccleſiam, & Laicum, qui prætendit præſcriptionem, vel conſuetudinem.*

4 *Mandatum de Manutenendo per cedulam, eſt appellabile ad vtrumque effectum de iure Canonico.*

5 *Secus ſi per decretum.*

6 *Iudex quando dicatur proceſſiſſe per viam diffinitiuæ.*

7 *A ſententia diffinitiua lata in poſſeſſorio de iure Canonico, datur appellatio.*

8 *Ægidiana operatur, vt à ſententia manutentionis lata per cedulam, non detur appellatio.*

9 *Limita, vbi agitur in foro Eccleſiaſtico, vel inter perſonas Eccleſiaſticas.*

10 *Appellatio vnius ex collitigantibus prodeſt alijs conſortibus.*

11 *Quod procedit quando omnium, eſt vna, & eadem cauſa defenſionis.*

12 *Communitas pro ſubditis appellare poteſt.*

DE-

DECISIO CLXIII.

1 LIcet à Mandato de Manutenendo in
in ſummariſſimo poſſeſſorio, non
detur appellatio ſuſpenſiua, etiam
de iure Canonico, per *tex. expreſ-
ſum, in cap. fin. §. de poſſeſſione 2.
quæſt. 6. vbi canonizatur, l. vnica,
C. de moment. poſſ. Menoch. de retin. remed. vlt.
num. 49. Lancell. de attent. par. 2. cap. 22. limit.
25. num. 28. Guttier. cano. quæſt. lib. 1. capit. 34.
num. 96.* Ioſeph. *Lud. deciſ. Peruſ. 20. numer. 11.*
Benint. *deciſ. 79. num. 2. & 6.* Rot. *coram Seraph.
deciſ. 1295. num. 1. & coram Mart. And. dec. 60.
numer. 1. & in recent. par. 2. deciſ. 287. numer. 7.*
cum alijs latè congeſtis, per *Lud. Poſt. amicum no-
ſtrum in ſuo copioſo tract. de manut. obſeruat. 106.
num. 1.* & alibi ſæpè præſertim in cauſa decima-
2 rum, † vbi verſamur, quæ nec ipſa recipit ap-
pellationem, quoad effectum ſuſpenſiuum, *capit.
tua nobis, in fin. de decim. gloſ. in cap. fin. §. quo-
ties 2. quæſt. 6. Soc. reg. 24. num. 3. & 22. Spec.
tit. de appellat. §. in quibus, verſ. quarto non ap-
pellat. num. 5. Marant. in ſpec. par. 6. art. 2. in
verb. & quandoque appellat. limit. 15. num. 304.
Monet. de decim. cap. 8. num. 58. Marcb. de com.
appellat. cap. 4. num. 15. & ſeqq. par. 2. Scacc. de
3 appellat. quæſt. 17. lim. 18. num. 1.* Quando †
prout hic controuerſia eſt inter Eccleſiam, & Lai-
cos, qui prætendunt habere conſuetudinem præ-
ſcriptam, non ſoluendi, *Gratian.* quem ſufficit
allegare pro multis, *deciſ. 100. num. 4.* Attamen
4 hoc intelligitur, † quando Iudex proceſſit ad
manutentionem per decretum, quod trahit ſecum
executionem, *Poſt. vbi ſuprà num. 11. & ſeqq.*
Secus verò, quando prout in caſu noſtro proce-
ditur per viam ſententiæ diffinitiuæ, quia tunc
intrat regula, quod à tali ſententia in poſſeſſorio
de iure Canonico, licita eſt appellatio, quoad
vtrunque effectum ſuſpenſiuum, & deuolutiuum,
*Clem. 1. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. Abb. in capit.
cum ad ſedem, numer. 30. de reſt. ſpoliat. Couarr.
pract. cap. 23. num. 8. Guttier. d. cap. 34. numer.
95. Ioſeph Lud. d. deciſ. 20. num. 19. Benint. d.
deciſ. 79. numer. 1. Marcb. vbi ſuprà par. 1. fol.
1008. num. 100. & fol. 1011. num. 123. Rot. co-
ram Mar. And. d. deciſ. 60. numer. 4. & in recent.
par. 2. deciſ. 183. num. 4. & deciſ. 287. num. 7.
in fin. & diximus deciſ. 49. num. 5. & 6.*

5 Ratio eſt, quia quando datur manutentio per
decretum, illud quatenus ad Iudicem nunquam
tranſit in iudicatum, ita vt retractari non poſſit
ab eodem, quoties altera pars docuerit de ſua
poſſeſſione, quod quidem ſecus eſt, quando pro-
ceditur per viam ſententiæ diffinitiuæ, qua lata
Iudex functus ex officio ſuo, illamque amplius
reuocare non poteſt, vnde non mirum ſi ab illa
detur appellatio, *Rot. in recent. par. 2. d. de-
6 ciſ. 183. num. 4.* Quod † autem in cauſa iſta in-
tentata per R. D. Ioannem Petrum Brunacionum
Rectorem Eccleſiæ S. Cæſarei Diœc. Fanen. D.
Vicarius, eiuſdem Ciuitatis Iudex à quo proceſ-
ſerit per viam ſententiæ diffinitiuæ, patet ex te-
nore ipſius ſententiæ, quæ fuit promulgata per
cedulam, CHRISTI nomine inuocato, ita vt nul-
lus dubitationis locus eſſe videatur, quin dicatur
7 lata in iudicio poſſeſſorio ordinario, à quo † da-
tur appellatio de iure Canonico, & in foro Ec-
cleſiaſtico, *Mart. And. d. deciſ. 60. num. 5. & 6.*
8 Quoniam † Ægidiana, quæ alias operatur, vt
ab ipſa ſententia manutentionis lata per cedulam,
non daretur appellatio, *Lud. Poſt. d. tract. obſer.
106. num. 70.* Rot. *ex impreſſ. per eundem deciſ.
24. num. 25. in fin. & in recen. par. 1. deciſ. 173.
num. 3.* vbi dantur concordantes, *& par. 5. deciſ.
79. num. 18. & 19. & deciſ. 187. num. 17. &
9 ſeqq.* Non habet † locum in foro Eccleſiaſtico, &
inter perſonas Eccleſiaſticas, vel quando agitur
de bonis Eccleſiaſticis, vt diximus *deciſ. 3. num.
4. deciſ. 26. num. 2. deciſ. 58. num 4. & 20. deciſ.
62. num. 6. & deciſ. 71. num 12.* & millies deci-
ſum fuit in hoc Auditorio.

Non obſtat, quod dicebatur ſententiam feciſſe
tranſitum in iudicatum, ob non interpoſitam
appellationem à D. Francaloſſo, & litis conſor-
10 tibus. Quia reſpondetur, † quod appellatio in-
terpoſita à Communitate Caſtri Cartoceti, quæ
fuit etiam condemnata in ſententia, & per con-
ſequens eſt vna ex colligantibus, prodeſt alijs
particularibus, *tex. in cap. vna ſententia, de ap-
pellat. l. ſi qui ſeparatim, §. fin. ff. de appellat. l.
2. & fin. C. ſi vnus ex plurib. Lancell. de attentatis,
11 par. 2. cap. 12. Amp. 11.* Quod maximè † pro-
cedit, quando, prout hic diuerſæ ſunt perſonæ
litigantes ex eadem, & non diuerſa Parochia,
quorum omnium eſt vna, & eadem cauſa defen-
ſionis, quia tunc appellatio vnius prodeſt alijs,
*l. 1. C. de diuerſ. reſcript. Doct. in cap. paſtoralis,
§. quoniam de reſcript. Crauet. conſ. 45. num. 2.
Chartar. Rot. Iamen. deciſ. 65. num. 5. &
ſeqq. Rot. in recent. par. 2. d. deciſ.
12 183. num. 5. & 6.* Et † Com-
munitas pro ſubditis ap-
pellare poteſt, *Scac.
de appellation.
quæſtione
5.
num. 56. & ſeqq. & quæſt.
12. num. 77.* Et ita
concluſum
omnium
votis.

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum egredi non debet caſus à teſtatore præſcriptos, illoque expirato, poſſunt bona fidei commiſſaria ab vltimo ſubſtituto alienari.

SVMMARIVM.

1 *Fidei commiſſum purificatum, dicitur euenienti caſu vocationis.*

2 *Fideicommiſſum egredi, non debet caſum, ſeu gradus à teſtatore præſcriptos.*

3 *Præſertim quando perſona eſt nominata per nomen proprium.*

4 *Ex vocatione actiua, non infertur ad paſſiuam.*

5 *Vltimus ex fideicommiſſarijs in quem res peruenit liberè retinet, & alienat ad ſui libitum, & n. 6.*

7 *Clauſula in infinitum, perpetuitatem temporis importare videtur.*

8 *In fideicommiſſis facienda eſt ſtrictiſſima interpretatio, niſi in contrarium appareant verba teſtatoris.*

9 *Clauſula in infinitum ſufficit quod verificari poſſit quoad illas perſonas, circa quas cadit diſpoſitio.*

10 *Nec eſt extendenda ad aliam lineam in qua teſtator id non expreſſit.*

11 *Dictio (dicti) reſtringit diſpoſitionem ad perſonam demonſtratam.*

12 *Conditio ferendi cognomen tanquam iuſta eſt ſeruanda.*

13 *Et vocatus, non poteſt admitti, niſi prius conditione impleta.*

14 *In diſpoſitione pura, non tenetur quis præcepto teſtatoris parere, niſi apprehenſa poſſeſſione.*

15 *Et ſatis eſt, quod faciat quidquid poteſt pro illa implenda.*

16 *Continuando in delatione cognominis.*

17 *Conditio ferendi cognomen, appoſita alicui nominatim non operatur, quod fideicommiſſum extendatur ad eius filios, & deſcendentes, & nu. 19. & 20.*

18 *Conditio ſufficit, vt ſemel impleatur.*

21 *Confeſſio erronea, non inducit fideicommiſſum, vbi non eſt.*

22 *Promittens impetrare beneplacitum, non cogitur illud obtinere, niſi conſtet eſſe neceſſarium.*

DECISIO CLXIV.

Domina Maria Berards vxor D. Manentis Coſtæ, in ſuo cum quo deceſſit Teſtamento, hæredem vniuerſalem inſtituit Ioannem filium Laurentij Coſtæ, cum hac lege, & conditione, quod ſe ſcribere, & ſubſcribere deberet de Berardis, & non de Coſtis. Et poſt obitum Ioannis, ſubſtituit ipſius filios maſculos legitimos, & naturales in infinitum; Et moriente Ioanne ſine filijs legitimis, & naturalibus, & etiam extinctis ſupradictis eius filijs, & deſcendentibus ex eis ſubſtituit alium filium maſculum legitimum, & naturalem dicti Laurentij Coſtæ, qui tunc temporis erat primogenitus, & ſic maior fratrum, cum ſimili conditione, quod ſemper, ſe ſcribere, & ſubſcribere debeat de Berardis, & ſi in hoc deficeret, mandauit, quod de eius hæreditate erigeretur hoſpitale expoſitorum. Mortuo autem Ioanne in iuuenili ætate abſque filijs, & prorſus deſcendentibus, vt eſt in confeſſo apud partes, & ſic cum ſubſtitutionis caſus euenerit, purificataque ſit conditio vocationis alterius filij maſculi legitimi, & naturalis eiuſdem Laurentij Coſtæ, qui de illo tempore erat, & hodie eſt primogenitus,
2 & maior fratrum vocatus Manentus, ipſe † debet vtique admitti, prout ſine vlla difficultate fuit iam olim admiſſus ad fideicommiſſum, iuxta *tex. in l. 1. & 4. ff. quando dies, leg. ced. & in l. vnica, §. ſin autem aliquis, C. de cad. tollen. Rot. in recent. par. 2. deciſ. 276. num. 2. & par. 5. deciſ. 069. num. 1,* cum alijs per nos citatis, *deciſ. 68. num. 3.*

Verum cum hodie in Rota, vbi cauſa de partium conſenſu fuit deuoluta, dubitetur, an fideicommiſſum in eius perſona expirauerit, fuit reſolutum, affirmatiuè omnium votis, & ratio re-
2 ſolutionis deſumpta ex regula, quod † fideicommiſſum ad certas perſonas, lineas, ſeu gradus coarctatum, prout apparet in caſu noſtro, illis deficientibus expiret, & non debeat egredi caſum, ſeu gradus à teſtatrice præſcriptos, & limitatos, *l. ex facto, §. ex facto, & §. ſi quis autem, ff. ad trebell. l. iubemus, §. penult. C. eod. gloſ. in l. titius, in prin. ff. de lib. & poſt. Fuſar.* qui alios innumeros refert *de ſubſtit. quæſt. 458. num. 1. & ſeqq. & quæſt. 460. num. 1. & ſeqq. Hond. conſ. 51. num. 61. & ſeqq. & conſ. 78. num. 35. & ſeqq. lib. 1. Becc. conſ. 636. num. 12. & ſeqq. Pereg. de fideicom. art. 8. num. 27. & ſeqq. & art. 14. nu. 47. & deciſ. Patau. 134. num. 0. Seraph. deciſ. 883. num. 0. & deciſ. 1479. num. 9. Greg. deciſ. 495. num. 13. Rot. in recent. par. 1. deciſ. 300. num. 20. et 21. et par. 0. deciſ. 203. num. 1. et par. 5. deciſ. 44. num. 12. et deciſ. 195. nu. 6. et par. 7.*
3 *deciſ. 149. num. 10.* Et eò † fortius quoniam prout hic perſona eſt nominata per nomen proprium, *Hond. conſ. 51. num. 64. lib. 2. Fuſar. d. quæſt. 458. num. 4.* Nec ex eò quòd fuerit vocatus Manentus ſequitur, quod ſit grauatus bona
4 reſtituere eius filijs, quia † non rectè infertur de vocatione actiua ad grauamen paſſiuum, vt pluribus citatis, latè firmauimus *deciſ. 23. num. 45. & 46.* quibus ſcriptis nunc addimus, *Pereg. conſ. 70. num. 25. & 26. lib. 3. Rot. in recent. par. 5. deciſ. 158. num. 4. & deciſ. 269. num. 16. & coram Canal. deciſ. 454. num. 13. et coram Cocc. deciſ. 463. num. 5.* Atque ideò conſentaneum, vt di-

5 dicamus † bona teſtatricis ad ipſum Manentem
Berardum, vti libera ſpectare, tàm ex teſtatoris
voluntate, quàm iuris communis diſpoſitione,
*l. cum fruter, §. libertis, & l. qui ſolidum, §. pe-
nult. ff. de leg.* 2. *l. ſi cum dares, ff. quand. dies leg.
ced. l. ſi poſt aditam, C. de impub.* Natt. *conſ.* 191.
num. 4. *& conſ.* 470. *num.* 3. *&* 4. *Pereg. d. tract.
art.* 62. *num.* 2. *& d. conſ.* 70. *num.* 37. *lib.* 3. &
diximus in allegata *deciſ.* 23. *num.* 47. *verſ. &
6 conſequenter.* Ita vt † poſſint ab ipſo Manente vl-
timo ſubſtituto diſtrai, & alienari, cum non ſu-
perſit alius, qui ad fideicommiſſum vocatus ſit,
quique bona iam alienata reuocare poſſit, iuxta
tex. in l. cum pater, §. libertis, in fin. de leg. 2. *gloſ.
in l. Lucius, ff. de hæred. inſtit.* Rol. *conſ.* 25. *num.*
19. *lib.* 1. *Gabr. conſ.* 140. *num.* 42. *lib.* 1. *Surd.
conſ.* 384. *num.* 19. *Pereg. d. tract. & art.* 14. *n.*
5. *& art.* 52. *num.* 2. *Rot. coram Caual. deciſ.* 533.
num. 12. *& in recent. par.* 2. *d. deciſ.* 203. *num.* 1.
& 8. *in fin. & par.* 3. *deciſ.* 763. *num.* 1.

Neque obſtat, quod ex ſubſtitutione filiorum
maſculorum, & deſcendentium d. Ioannis videa-
tur inductum perpetuum fideicommiſſum, ex il-
7 la clauſula † in infinitum, quæ perpetuitatem tẽ-
poris importare videtur, ad *tex. in l. apud celſum,
§. in hac exceptione, ff. de dol. mal. except.* Nam cũ
8 in † fideicommiſſis facienda ſit ſtrictiſſima inter-
pretatio, niſi appareant in contrarium verba te-
ſtatoris, ex traditis per *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 441.
num. 4. *& ſeqq.* & notauimus *deciſ.* 23. *num.* 52.
9 *in prin.* Ideò ſufficit, † quod illa clauſula veri-
ficari potuerit in linea Ioannis, cuius ſubſtitutio-
ni adiecta fuit, *Surd. conſ.* 448. *num.* 26. *& conſ.*
554. *num.* 38. *Fuſar. d. tract. quæſt.* 679. *num.* 17.
& 18. *Pereg. Patauin. deciſ.* 134. *num* 33. *Rot co-
ram Caual. deciſ.* 513. *num.* 1. *& ſeqq. & in rec.*
10 *par.* 7. *deciſ.* 77. *nu.* 15. Nec † eſt extendenda ad
lineam Manentis, in qua teſtatrix id non expreſ-
ſit, *Cran. conſ.* 161. *n.* 8. *&* 9. *Dec. conſ.* 636. *n.* 7 *&
ſeqq. Men. præſ.* 69 *n.* 4. *& ſeqq. lib.* 4. *Rot. in rec. p.*
1. *dec.* 300. *n.* 38. *& par.* 7. *d. dec.* 349. *n.* 11. *Pereg. d.
dec.* 134. *n.* 33. Eò præſertim, quia apparet teſta-
tricem expreſſe voluiſſe inducere perpetuam ſub-
ſtitutionem in ſola linea Ioannis, ex eò quòd vſa
11 fuit pluries illa dictione dictis, † quæ eſt reſtri-
ctiua diſpoſitionis ad perſonas demõſtratas, *Cra.
conſ.* 98. *n.* 8. *Pereg. d. tract. art.* 16. *n.* 59. *in fin. Fuſ.
quæſt.* 449. *n.* 12. *&* 13. *& quæſt.* 480. *n.* 39. *Men.
d. præſ.* 69. *n.* 7. *Rot. diuerſ. par.* 1. *dec.* 649. *n.* 1. *&*
2. *& in recens. par.* 5. *deciſ.* 44. *num.* 1. *& ſeqq.
& coram Buratt. deciſ.* 387. *num.* 10.

Minus obſtat alia coniectura inductionis per-
petui fideicommiſſi ex conditione, & onere feren-
di cognomen de Berardis, & in caſu deficientiæ,
quod erigatur de ipſa hæreditate hoſpitale expo-
12 ſitorum. Quia, † & ſi talis conditio tanquam
iuſta ſit ſeruanda, ex cumulatis per *Fuſar. quæſt.*
447. *num.* 1. *Pereg. d. tract. art.* 11. *num.* 121. Et
13 quidem † priuſquam taliter vocatus poſſit adire,
& commodum hæreditatis conſequi, *l. cadere
diem, ff. de verb. ſig. Fuſar. d. quæſt.* 447. *num.* 2.
& ſeqq. Pariſ. conſ. 19. *n.* 45. *& ſeqq. lib.* 2. *Theſ.*
14 *deciſ.* 370. *num.* 3. Cum † non verſemur in diſpo-
ſitione pura, vbi non tenetur, quis præcepto ſi-
mili parere, niſi apprehenſa poſſeſſione, iuxta
magis veriorem ſententiam de qua teſtatur. *Rot.
coram Duran. deciſ.* 333. *n.* 1. Reſpondetur, quod
in caſu noſtro non controuertitur, An dominus
Manẽtus ante aditam hæreditatem, ſuſceperit co-
gnomen de Berardis, vt tenebatur facere; Igitur
15 cum præſuppoſito, † quod ſtatim ſuſceperit tale
cognomen, ad nihil aliud tenetur, *Fuſar. d. q.* 44.
16 *num.* 17. dummodò † tamen in delatione cogno-
minis continuet, quia momentanea aſſumptio nõ
habetur in conſideratione, cum ſucceſſiuum tem-
pus requiratur. *Theſ. d. deciſ.* 370. *num* 5. *&* 34.
17 meritò concludendum venit, quod † ex hac con-
ditione ferendi cognomen de Berardis, appoſita
in tali ſubſtitutione facta nominatim ad fauorem
Manentis, non inferri potuit, quod fideicommiſ-
ſum extendatur ad eius filios, & deſcendentes,
*gloſ. & Bart. in Auth. de reſtit. fideicom. idem Bar.
in l. Lucius, §. Sempronia, ff. de leg.* 3. *Peregr. d.
tract. art.* 16. *num* 34. *&* 39. *&* 90. *&* 93. *in fin.
& d. conſ.* 70. *n.* 21. *& ſeq. lib* 3. *& conſ.* 57. *n.* 18.
lib. 4. *Fuſar. quæſt.* 475. *n.* 8. Rot. coram *Caual. dec.*
577. *nu.* 5 *& coram Seraph. deciſ.* 883. *n.* 2. *&* 4.
Nam conſiderata voluntate teſtatricis, quæ ex-
preſsè voluit, quod finita linea Ioannis, admit-
tatur alius primogenitus dicti Laurentij, cum hac
conditione ſimplici, quod vocetur de Berardis,
& non de Coltis, vt in teſtamento continetur di-
18 cendum eſt † teſtatricem intellexiſse de ipſo Ma-
nente tantum, *ad tex. in l. hac conditio, la prima,
ff. de cond. & demonſt.* (ibi) conditio hæc talis
eſt, vt ſemel impleri debeat, *l. bones, §. hoc ſer-
19 mone, ff. de verb ſig.* Ea nimirum ratione, † quia,
vbi verba in teſtamento ſimpliciter prolata ſunt
reſpectu alicuius rei, vel perſonæ cui cohærent, in
dubio intelligitur de prima re, vel perſona, *Per.
d. tr. ar.* 16. *n.* 53. *Decian. conſ.* 9. *n.* 12. *lib.* 3. *Guidop.
20 dec.* 467. *verſ. attamen conſiderata.* Imò † quod cõ-
ditio ferendi cognomen teſtatoris, non inducat
perpetuum fideicommiſsum, niſi adſint illa verba
(in perpetuum) cum pluribus gradibus ſubſtitu-
tionum in fauorem Maſculorum, firmat *Mol. conſ.*
51. *n.* 34. quem refert *Adden ad Guidop. vbi ſupr.*
At in caſu hoc propoſito ceſsant ſubſtitutiones,
& verba illa in perpetuum, ideoque concludendũ
fideicommiſsum expiraſse in perſona Manentis
Berardi, qui propterea potuit, & poteſt de bonis
prædictis ad ſui libitum diſponere ex ſupra dedu-
ctis. Nec illi obſtare viſum fuit inſtrumentum
venditionis bonorum celebratum cum RR. PP.
Bernabitis, in quo expreſſit bona vendita
eſse ſuppoſita fideicommiſſo, & promiſſit
impetrare à Sanctiſſimo illius derrogationem;
21 Quandoquidem † ex tali confeſſione, quæ ex
allegatis detegitur erronea, non potuit indu-
ci fideicomiſſum, vbi non erat, *ex tex. in leg.*

non fatetur, ff. de conf. & in leg. ſi poſt diuiſionem, C. de iur. & fact. ignor. Rum. conſ. 128. num. 3. & 4. lib. 2. Rot. in rec. par. 3. deciſ. 242.
22 *num. 8. in fin.* Neque cogi poteſt † ad beneplacitum obtinendum, vbi de illius neceſſitate non docetur, ex latè cumulatis per *Gab. conſ. 82. nu. 19. & conſ. 92. numer. 5. lib. 2. Gratian. diſcept. 926. num. 4. Rot. coram Put. deciſ. 42. in fin. lib. 2. coram Seraph. deciſ. 1027. numer. 7. & deciſ. 1319. num. 2. & diuerſ. par. 1. deciſ. 589. num. 3. & in recent. par. 2. deciſ. 404. num. 6. & par. 5. deciſ. 367. num. 16.*

ARGVMENTVM.

Vbi poſſeſſio eſt attentata, vel turbida reſpectu vtriuſq; partis, ſequeſtrum debet apponi ex officio Iudicis.

SVMMARIVM.

1. *Attentata dicitur poſſeſſio capta intra decem dies datos ad appellandum, & num. 6.*
2. *Clauſula (vocatis vocandis) facit Iudicem executorem mixtum, à cuius ſententia datur appellatio.*
3. *Exequutor datus in forma dignum (quatenus idoneus) dicitur mixtus.*
4. *Exequutorem mixtum facit clauſula (verificato prius iure patronatus ex dotatione, vel fundatione.)*
5. *Appellatio datur à ſententia executoris.*
7. *Quod procedit etiamſi poſſeſſio eſſet vacans.*
8. *Patientia alterius, non requiritur in acquirenda poſſeſſione, ſtante titulo collationis Apoſtolicæ.*
9. *Poſſeſſio in vim Breuis, cenſetur tradita iuxta formam ipſius Breuis.*
10. *Et ideò ſi conditiones ipſius Breuis non verificentur, nulla cenſetur tradita poſſeſſio, & num. 13. & 16.*
11. *Nec eſt locus manutentioni.*
12. *Illicita poſſeſſio non eſt tuenda per Iudicem.*
14. *Habens gratiam puram, & poſſidens, dicitur legitimus contradictor.*
15. *Titulus habitus à Pontifice, non retardat regulariter immiſſionem.*
17. *Immitti in poſſeſſionem beneficij, quis non debet, niſi verificato titulo.*
18. *Poſſeſſio turbida non prodeſt ad manutentionem obtinendam.*
19. *Via ordinaria procedendum eſt, quando concurrunt plures, & omnes proviſi à Summo Pontifice.*
20. *Poſſeſſio attentata eſt ſequeſtranda.*

DECISIO CLXV.

1 Videbatur neutri colitigantium danda, eſſe manutentionem. Nam quoad Canonici Tutij Aſculani poſſeſſionem, illa vtique †, capta apparet intra decem dies ad appellandum conceſſos, & propterea dicitur attentata, *cap. non ſolum de appellat.*
2 *in 6. Clem. 2. vt lit. pend.* Quod † autem ſententia Domini Iudicis à quo, ad fauorem Canonici ſit appellabilis, tanquam lata per Iudicem mixtũ, ſtante clauſula in Bullis Apoſtolicis appoſita, nempè (vocatis vocandis) iuxta notata per *Seraph. deciſ. 1303. num. 1. & 2. & per Greg. deciſ. 69. num. 4. & 9. & Cocc. deciſ. 251. num. 1. & 366. num. 3.* hodie inter partes non controuertitur, ita vt etiam Tutius conſenſum præſtiterit, vt in cauſa procederetur ad vlteriora, ſicut proceſſum fuit per dationem termini ad iuſtificandum, & impugnandum.

Quo verò ad Viuiani poſſeſſionem, illa pariter
3 non ſuffragatur, quia † cum exequutor Apoſtolicus proceſſerit vigore gratiæ in forma dignum (quatenus idoneus) non erat vtique merus, ſed mixtus exequutor, *Felin. in cap. fin. num. 17. & 33. de praeſ. Rot. in recent. par. 2. deciſ. 52. nu. 2.*
4 *& deciſ. 701. num. 2.* Stante prælectim † clauſula illa (verificato prius iure patronatus ex dotatione, vel fundatione) *Seraph. deciſ. 837. Greg. deciſ. 91. num. 2. Canal. deciſ. 211. num. 2. Rot. in recent. par. 2. d. deciſ. 52. num. 2. & deciſ. 701.*
5 *num. 2.* & propterea † ab eius ſententia ſuper litterarum Apoſtolicarum executione dabatur appellatio, *Put. deciſ. 202. lib. 1. Greg. d. deciſ. 91. num. 3. Seraph. ead. deciſ. 837. num. 1. Rot. in*
6 *recent. par. 2. d. deciſ. 701. num. 2.* Prout † quidem per Tutium, qui iam antea ad cauſam venerat occaſione dicti beneficij litigioſi appellatum fuit intra legitima tempora, non poterat ſanè Viuianus, qui iudicialiter proceſſerat producendo proceſſum inter ipſum, & Tutium fabricatum pro verificatione narratorum in Bulla ſine vitio attentatorum poſſeſſionem ipſius beneficij adipiſci, dicta appellatione pendente, *d. cap. non ſolum de appellat. in 6. Greg. deciſ. 69. num. 7. deciſ. 91. num. 4. 336. num. 6. & 513. num. 1. & 2. & ibi Beit. ad eundem Greg. deciſ. 251. num. 14. verſ. ſi verò proceditur, Rot. in recent. par. 1. deciſ. 285. num. 3. & 4. & deciſ. 516. num. 3.* Quod proce-
7 dere videtur † etiamſi poſſeſſio eſſet vacans, vt notabiliter conſiderat, *Garz. de benef. par. 6. cap. 2. num. 843. & ſeq.*

Nec refert, quod ſtante Bulla Apoſt. contradictio D. Tutii, qui appellauit non releuet, cum
8 non † requiratur aliqua patientia ipſius ad acquirendam poſſeſſionem, ſtante titulo collationis Apoſt. *Greg. dec. 283. n. 2. & ibi Add. n. 6.* Quia re-
9 ſpondetur, quod traditio † poſſeſſionis cenſetur facta per Iudicem, iuxta formam ipſarũ Bullarũ,

Greg.

Greg. d. deciſ. 282. num. 3. Put. deciſ. 34. num. 1.
10 *lib. 2.* quæ erat conditionalis † propter dictam clauſulam (verificatio prius iure patronatus ,) quo non verificato nulla dicitur tradita poſſeſſio, *Gratian. diſcept. 571. num. 17. & 22. Greg. d. deciſ.*
11 *num. 4. Put. d. deciſ. 34. num. 2.* Nec locus † manutentioni, *l. qui abſenti, §. 1. ff. de acq. poſſ. Greg.*
12 *vbi ſup. d.* Ex eò , quia † illicita poſſeſſio non eſt tuenda per Iudicem , *l. communi diuidundo , §. inter prædones , ff. com. diuid. Cranett. conſ. 104.*
13 *num. 14. Gratian. diſcept. 339. num. 14.* Niſi † poſtquam verificatum fuerit , quod ius patronatus ſit ex fundatione , vel dotatione , ad latè , & pulchre tradita *per Greg. & ibi Adden. deciſ. 283. per totam* ,

Neque pariter officere poteſt , quod obijcitur Totium non eſſe legitimum contradictorem aduerſus Vinianum , qui primitus ab exequutore fuerat immiſſus in poſſeſſionem beneficij , vigore
14 litterarum Apoſtolicarum. Quia hæc , † & ſimilia , quæ dici poſſent , locum ſibi vendicarent , quatenus gratia Viniani eſſet pura , & ſimpliciter exequenda , iuxta notata per *Cocc. deciſ. 347. num. 4.*
15 Cum titulus † habitus à Principe ſupremo , qualis eſt Summus Pontifex , non retardet regulariter immiſſionem , *Gratian. diſcept. 765. numer. 38. Lotter. de re benefic. lib. 3. quæſt. 11. num. 64. & 65. Afflict. deciſ. 119. in fin. Caput. deciſ. 329. par. 1. Rot. in recent. par. 2. deciſ. 756. numer. 4.* Verum cum ſit eius gratia de qua agitur , condi-
16 tionalis , qua † conditione non verificata , nulla dicitur tradita poſſeſſio , vt ſuprà demonſtratum eſt , ſed habetur pro vacua tanquam omnino infecta , *Garz. de benef. par. 5. cap. 1. numer. 418. Gratian. diſcept. 339. num. 11. Bels. ad Greg. dec. 268. num. 9. verſ. ſi tamen prior.* Inde ſequitur ,
17 † quod ſicut non verificato titulo conditionali , ſine quo Vinianus non potuit mitti in poſſeſſionem beneficij , *cap. 1. de reg. Iur. in 6. Caput. deciſ. 345. num. 6. par. 2. Rot. in recent. par. 5. deciſ. 142. num. 1. & ſeq.* Ita fatendum ſit , quod locum non habeat exceptio allegata de non legitimo contradictore , proindeque cum ex his appareat vtranque poſſeſſionem collit gantium eſſe nullam , & attentatam , vt firmatum eſt , vel ſal-
18 tim † turbidam , quæ non prodeſt ad mandatum de manutenendo , *Mantic. deciſ. 95. num. 10. Caput. deciſ. 200. lib. 1.* procedendum eſt via ordi-
19 naria , † quia concurrunt ambo prouiſi à Summo Pontifice , *Rot. in recentior. par. 2. deciſ. 197. nu-*
20 *mer. 1. & 4.* Et interea † beneficio ſequeſtrum eſt apponendum , *Rot. in recent. par. 2. d. deciſ. 701. Cocc. deciſ. 225. num. 1. Greg. d. deciſ. 91. num. 1. Seraph. deciſ. 1402. num. 1. Mart. Andr. deciſ. 108. numer. 1.* cum alijs allegatis per *Borell. in ſum. deciſ. par. 2. tit. 37. num. 73.*

ARGVMENTVM.

Attentata poſt præſentationem citationis ad allegandum cauſas quare appellatio admitti , & inhibitio concedi non debeat , cum ſuperſeſſoria , ſunt reuocanda ; ſiuè iuſta , ſiuè iniuſta ſit ſuperſeſſoria .

SVMMARIVM.

1 *Citatio ad videndum inhiberi pendentiam litis inducit .*
2 *Inhibitione præſentata , ab executione eſt abſtinendum .*
3 *Inhibitione pendente , non eſt quid innouandum in ſpretum Iudicis .*
4 *Obedientia Iudicibus ex præcepto legis eſt exhibenda .*
5 *Attentata poſt inhibitionem ſunt omninò reuocanda .*
6 *Siuè iuſta , ſiuè iniuſta ſit inhibitio .*
7 *Attentata , vt reuocentur potius contemptus Iudicis , quam intereſſe partis attenditur .*
8 *Præcepta , ſiue inhibitiones Iudicum contemni non debent .*
9 *Maximè quando facilis eſt aditus ad eundem Iudicem .*
10 *Iudices inferiores inhibiti , non debent cognoſcere ſuper iuſtitia , vel iniuſtitia inhibitionum ſuperiorum .*
11 *Attentata geſta poſt inhibitionem , ſunt in primis , & ante omnia reuocanda.*
12 *Attentatorum purgatio defectuoſa non ſuffragatur .*
13 *Attentata purganda ſunt actualiter , non verbaliter .*
14 *Cum refectione omnium expenſarum iudicialium .*
15 *Nec ſufficit depoſitum vnius iulij .*

DECISIO CLXVI.

CVm per citationem præſentatam D. Brigittę Conuentatæ viduæ pro parte , & ad inſtantiam D. Iulij Cæſaris eius Patris , ad videndum inhiberi , & allegandum cauſas quare à decreto D. Vicarii Maceraten. de exequendo appellatio admitti non debeat , introducta lis dicatur in Rota , *Veſt. in prax. lib. quarto , capitul. primo , numer. primo , Rot. coram Canal. deciſ. 48. num. 4.* Vtique ipſa mu-
2 lier † propter inhibitionem in ſuperſeſſoria contentam abſtinere tenebatur ab executione ,

Lancellot. de atten. poſt inhibitionem, Amp. 6 n. 2.
3 Greg. deciſ. 435. num. 6. Ac † ideò attentata executio videtur facta, ſeu geſta in contemptum Iudicis excedendo pars citata fines præcepti in ſuperſeſſoria iniuncti, ad tex. in l. 1. nil innouar. appell. pend. Conaer. Practic. quæſt. cap. 23. num. 12. Mag. deciſ. Lucen. 29. num. 3. Greg. d. deciſ. 435. nu. 3.
4 Conſtat enim † magnum eſſe præceptum in lege reuerentiam obedientiamque Iudicibus exhibendam, l. velutiff. de Iuſt. & Iur. l. ſi quis ex aliena de Iud. Auth. vt omnes obediant, & coll. tit. ſi quis ius dicenti non obtemperauerit, Mag. d. deciſ. nu. 5.
5 Quamobrem † non mirum ſi huiuſmodi temerarios auſus tali pœna refrenare iura conentur, vt attentata veniant omnino, & in primis reuocanda, Mag. deciſ. allegata 29. num. 6. & 7. Caput. deciſ. 93. par. 2. Rot. in recent. par. 4. deciſ. 150.
6 num. 1. Etiam † non cognito, an inhibitio, ſeu ſuperſeſſoria emanata à Iudice fuerit canonica, vel ne, Greg. d. deciſ. 435. num. 4. Rot. in recent. par. 3. deciſ. 272. num. 5. & par. 4. deciſ. 670. n. 1. cum allegatis per Belt. ad Greg. in deciſ. 91. n. 12.
7 Cum potius contemptus Iudicis, quam intereſſe partis attendatur, Caſſ. d. deciſ. 3. num. 6. de reſt. ſpoliat. Caput. deciſ. 57. par. 1. Rot. deciſ. 5. num. 5. vt lit. pend. in antiq. & coram Mart. Aud.
8 deciſ. 82. num. 12. Ne † aperiatur via interioribus cognoſcendi de viribus inhibitionis, & ſub illo clypeo contemnantur præcepta Iudicū, Rot. coram Duran. deciſ. 104. num. 2. & ex impreſſ. per Statil. de Sal. deciſ. 72. num. 4. Eo præſertim in
9 hoc caſu vbi pars citata,† quæ erat præſens in Ciuitate Maceratæ, potuit ad ſe Iudicem, & adhibere remedium curando nempe, quod moderetur inhibitio, vel reuocetur ſuperſeſſoria, quando ſumus in cauſa non appellabili, alioqui ſuperiorum Iudicum auctoritas, & poteſtas non vul-
10 garem iacturam pateretur, dereiueq; † cauſa inferioribus in Prouincia Iudicibus, vt pro libito iudicarent, & auxilium appellationis multis cauſis, & modis nihil proficeret, vt inquit, Rot. ex impreſſ. per Statil. d. deciſ. 72. numer. 10. & ſeq.
11 Proinde † in caſu propoſito diximus, non eſſe locum reuocationis ſuperſeſſoriæ, niſi purgatis prius attentatis poſt dictam citationem, ad tex. in l. 1. §. 1. ff. de op. noui. nunc. cap. ſignificantibus, de appellat. Lancell. de attent. poſt inhib. amp. 6. num. 2. Caput. deciſ. 92. par. 3. Rot. coram Duran. deciſ. 104. num. 1. & coram Greg. deciſ. 305. num. 2. deciſ. 360. num. 1. & deciſ. 435. per tot. & coram Caual. d. deciſ. 48. num. 4. & deciſ. 658. num. 1. cum ſeqq. Gratian. deciſ. 132. num. 13.

Non obſtat verbalis purgatio, ſeu renunciatio attentatorum facta per Procuratorem D. Brigit-
12 tæ. Quia † tanquam defectuoſa, hoc eſt, ſine legitimo, & ſufficienti mandato non ſuffragatur, Lancell. d. cap. 29. n. 30. Cal. de Graſſ. deciſ. 5. n. 2. de reſt. ſpol. Greg. deciſ. 486. n. 14. Nam purgan-
13 da † ſunt verbaliter, ſed actualiter, Lancell. par. 3. cap. 29. n. 41. & ſeqq. Rot. in recent. par. 3. deciſ. 64.
14 n. 2. Cum † refectione omnium expenſarum Iudicialium, Lancell. d. cap. 29. num. 19. & 2. & cap. 31. num. 95. Belt. ad Greg. d. deciſ. 486. num. 20.
15 Nec ſufficit depoſitum † factum vnius Iulij, vt tribunal ſ ruat, iuxta opinionem Rotæ, de qua teſtatur Belt. ad Greg. deciſ. 503. num. 6. in fin. verſ. ſecus autem reſpectu expenſarum, Rot. in recent. par. 1. deciſ. 269. num. 1.

A R G V M E N T V M.

Sententia nulla an poſſit confirmari, quando defectus eſt in proceſſu, & ſubſtantialibus eiuſdem.

S V M M A R I V M.

1 *Vſufructuarius debet conficere inuentarium, de bonis hæreditarijs, & præſtare cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, & reſtituendo finito vſufructu.*
2 *Vſufructuarius pro rebus, quæ vſu conſumuntur tenetur cauere de reddenda illorum æſtimatione ſecundum tempus conſignationis.*
3 *Vſufructuarius poteſt incidere ligna ex arboribus ceduis, & germinalibus.*
4 *Vſufructuarius poteſt incidere arbores ſiccas, & aridas, dummodo in locum earum alias ſubſtituat.*
5 *Sententia nulla confirmari non poteſt, quando defectus eſt in proceſſu, & ſubſtantialibus eiuſdem.*
6 *Sententiæ nullitas in primis diſcutienda eſt parte inſtante.*
7 *Sententia eſt nulla, ſi lata ſit ſine citatione.*
8 *Idem ſi lata ſit ſine ſeruatione terminorum.*
9 *Idem ſi lata ſit ſine iuſtificatione.*
10 *Idem ſi denegata fuit copia petitionis.*
11 *Idem ſi abſque cauſæ cognitione, ſed præcipitanter.*
12 *Idem ſi ſit ablata reo facultas deliberandi.*
13 *Iudicium ab executione, non eſt incipiendum.*
14 *Præceptum per comparitionem partis reſoluitur in ſimplicem citationem.*
15 *Et ita ſeruatur in praxi.*
16 *Libelli copia eſt tradenda reo petenti, ſumptibus actoris.*
17 *Vt de iuribus partium videri, & cognoſci poſſit.*
18 *Iudicium non eſt inchoandum à præceptis.*
19 *Præceptum de facto factum eſt reuocandum.*
20 *Vel iuſtificandum ſeruatis ſeruandis.*

DECISIO CLXVII.

PRopoſito dubio, An ſententia D.
Poteſtatis Offidæ Iudicis à quo, la-
ta ad fauorem DD. Ioannis Bapti-
ſtæ Cocciæ, & Mariæ Pelagallæ, hę-
redum proprietariorum quondam
D. Ioſephi Onuphrij, contra D.
Martiam Pelagallam eſſet cõfirmanda, vel infir-
manda, & vnus ex votantibus non ſpernendæ au-
ctoritatis eſſet in voto, quod illa annullata pro-
nunciandum eſſet ſuper negotio principali; Nem-
1 pè ipſam † D. Martiam vſuſtuctuariam dicti Io-
ſephi ſui viri, vt conſtat ex eius propria aſſertio-
ne iudiciali, teneri conficere inuentarium de om-
nibus bonis hæreditarijs ſtabilibus, iuribus, &
actionibus, præterquam de domo, & mobilibus
in ea exiſtentibus eidem legatis, Cautionemque
præſtare de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri,
& de reſtituendo finito vſufructu, iuxta tex. *in l.
1. §. cauere, & §. habet, ff. vſufruct. quem caueat,*
2 *Mantic. deciſ.* 43. *num.* 4. Ita † tamen, vt quoad
bona mobilia, quæ vſuconſumuntur, vel facilè
veteraſcunt, præſtetur de reddenda illorum æſti-
matione, quæ erat tempore inchoati vſusfructus,
Theſ. deciſ. 80. *num.* 2. *verſ. contra, Surd. deciſ.*
67. *in fin,* Rot. *coram Duran. deciſ.* 235. *num.* 3.
3 & 4. Et quoad facultatem † incidendi ligna, illa
non competat, niſi ex arboribus ceduis, & ger-
minalibus, *ad tex. in l. diuortio, §. ſi fundum, vbi
doct. ff. ſol. matrim. Graſſ. in §. legatum, quaſt.* 33.
4 Et ex arboribus † ſiccis & aridis, quæ vetuſtate,
& ſimili aliquo alio occulto caſu pereunt, & dum-
modo in locum earum aliæ ſubſtituantur, vt per
tex. in l. agri vſumfructum, ff. de vſuf. Albun. conſ.
57. *num.* 7. *in fin.* Rot. *coram Mart. Aud. deciſ.*
7. *num.* 2. Attamen omiſſo negotio principali, &
illis prænarratis non obſtantibus, fuit reſolutum
aliorum votis ſententiam nullam, & inualidam
eſſe declarandam, cum condemnatione actorum
in expenſis, abſoluta Domina Martia Pelagalla
ab obſeruatione Iudicij. Si quidem cum agatur
5 de defectu† nullitatis exiſtente in ipſa ſententia,
& toto Proceſſu, & ſubſtantialibus eiuſdem, con-
ſentaneum eſt, vt Domini Iudices appellationum
non poſſint illam confirmare, vel reformare, ſed
teneantur nullam, & inualidam declarare, *Vant.
de null. ex defectu proceſſus, n.* 7. *Crau. cõſ.* 140. *n.* 8. *et
conſ.* 270. *n.* 7. *Hond. conſ.* 89. *n.* 32. *lib.* 1. *Gab. conſ.*
49. *n.* 5. *lib.* 1. *Grant. Theor.* 17. *n.* 20. *Oſaſcb. deciſ.*
34. *n.* 13. & 25. *Amat. deciſ. Marchiæ* 94. *n.* 3. *Caſ.
de Graſſ. deciſ.* 9. *num.* 8. & 12. *tit. de cauſ. poſſ.
& prop.* Rot. *in recent. par.* 4. *deciſ.* 20. *numer.* 1.
6 & *deciſ.* 219. *num.* 9. Eò † magis cum pro parte
ipſius Martię in ſpecie dictum fuerit de nullitate,
quo caſu ſententia nulla etiam ex nouis actis
(prout hic) non poteſt confirmari, nec refor-
mari, ſed debet omnino nulla declarari, antequam
de facto principali cognoſcatur, *Turret. conſ.* 42.
num. 3 & *conſ.* 44. *num.* 48, *Grant. d. Theor,*
17. *num.* 20. *Amat. d. deciſ.* 94. *num.* 3. & *deciſ.
Ferrar.* 19. *num.* 27. *Bell. ad Greg. deciſ.* 176. *nu.*
16. Rot. *in recent. par.* 1. *deciſ.* 46. *numer.* 1. &
par. 2. *deciſ.* 486. *nu.* 9. & *deciſ.* 572. *n.* 5. & 6.
7 Nullitas autem deducitur ex eo, quia lata fuit
ſine citatione, *Clem. Paſtoralis de re iud. l. de vno
quoque, ff. eod. tit. Mantic. deciſ.* 231. *num.* 5. 280.
8 *num.* 4. 291. *num.* 1. & 301. *num.* 3. Sine † ſer-
uatione terminorum ſubſtantialium, Rot. *in re-*
9 *cent. par.* 1. *deciſ.* 18. *num.* 1. Sine † iuſtificatio-
ne aliqua, *Cocc. deciſ.* 417. *num.* 7. Rot. *in recent.*
10 *par.* 1. *deciſ.* 18. *num.* 1. Imò † cum tacita dene-
gatione copiæ inſtantiæ factæ, quæ ſanè omninò
concedenda erat, *l. is apud quem, l. & quæ à Diuo
Antonio, C. de eden. l. diſſoluta, C. cond. ex leg.
l. qui tabulas, ff. de Furt. Auth. offeratur, C. de*
11 *litis conteſt.* Et tandem † ſine aliqua cauſæ cogni-
tione, ſed præcipitanter, nimirum eadem die,
qua fuit data petitio, ſeu reproductum præceptũ
loco petitionis, quod magis probat, & auget
nullitatem, *l. prolatam, vbi Bart. num.* 10. *C. de
ſent. & interloc. om. Iudic. Iaſ. in l. nec quidquam,
§. vbi decretum, ff. de off. proc. Greg. deciſ.* 176.
num. 4. & 5. *Mantic. deciſ.* 84. *num.* 6. & *deciſ.*
165. *num.* 3. *Caualer. deciſ.* 135. *num.* 1. Rot. *in
recent. par.* 2. *deciſ.* 85. *num.* 3. & *coram Duran.*
12 *deciſ.* 8. *num.* 9. Vnde † videtur ablata reæ con-
uentæ facultas deliberandi, *Faber. in §. omnium,
inſt. de pœn. tem. litig. Sola ad conſtit. Sab. tit. de
Clauſ. mandat. Princip. gloſ.* 2. *num.* 1. Præſertim
13 † quia ipſa inſtante, & petente non fuit præce-
ptum reuocatum, ſeu ad viam iuris reductum, ni-
ſi in ipſo contextu ſententiæ, & quidem cum hac
conditione, quod ipſa rea præceptata pareret
ſententiæ, in tantum, vt voluerit Iudex incipere
ab executione, quod eſt omninò prohibitum, *l.
ſi cum nulla, ff. de re iudic. l.* 1. *C. de execut. rei
iud. Mantic. deciſ.* 218. *num.* 1. *Greg. deciſ.* 105.
num. 8. & 9. Rot. *in recent. par.* 1. *deciſ.* 85. *nu-*
14 *mer.* 3. *in fin.* Indubitatienim iuris eſt, † quod
ſtante comparitione, & oppoſitione, præceptum
vim ſolummodo ſimplicis citationis habeat, *Bar.
& alij in d. l.* 1. *C. de execut. rei iudic. & in l. de
pupillo, §. meminiſſe, ff. noui. op. nunc. Bal. conſ.*
172. *lib.* 3. *Oſaſcb. deciſ.* 86. & *deciſ.* 174. *vbi-
que num.* 7. *Caroc. deciſ.* 19. *num.* 13. *Bell. Rot.
Lauren. deciſ.* 28. *num.* 12. *Monacb. deciſ. Flor* 58.
15 *nu.* 6. Et ita † ſeruari in praxi in hac Prouincia
Marchiæ, teſtatur idẽ *Bart. in d. l.* 1. *n.* 2. *C. de exec.*
16 *rei iud.* Quamobrem† ſequuta oppoſitione, offe-
rendus erat libellus, ſeu danda petitio, & decer-
nenda illius copia reæ conuentę petenti, idq; ſum-
ptibus aduerſariorum, *gloſ. in Clem.* 2. *in verb. obla-
tus, de appell. Marant. par.* 4. *diſt.* 9. *n.* 15. & *par.* 6.
17 *mem.* 3. *n.* 3. Vt † de iuribus partiũ videri, & co-
gnoſci potuiſſet, *d. Auth. offeratur, C. de lit. cont. l.
penul. in fin C. de arb. Bal. conſ.* 167 *n.* 2. *lib.* 3. *Sol.
d. gloſ.* 2. *num.* 3. *Papien. in for. libell. in act. real.*
18 *in verb. ad euitand. num.* 11. Cum † à præceptis
nunquam ſit incohandum Iudicium ordinarium,

doct. in d. l. 1. C. de execut. rei iud. vbi præcipuè, *Bart. num. 2. Caſt. num. 3. Aucb. conſ. 60. num. 2. & difusè Caroc. d. deciſ. 19. num. 1.* Et conſequen-
19 ter tanquam † de facto factum erat reuocandum, *cap. querelam, de elect. Pariſ. conſ. 141. num. 27. lib. 1. Seacc. de appellat. quæſt. 17. lim. 6. mem. 2. num. 7. Caput. deciſ. 321. num. 3. lib. 1. Seraph.*
20 *deciſ. 1335. num. 5.* Vel ſaltim † illud ſeruatis ſeruandis iuſtificandum, *Barc. conſ. 80. Porp. conſ. 560. num. 12. lib. 1.* Idque per libelli oblationem, ſeruationem terminorum, & aliorum, vt ſupra; Quare, &c.

ARGVMENTVM.

Saluianum locum non habet, vbi nulla adeſt hypotheca, quę ceſſat ſtatim, atque nullum eſt teſtamentum, ſeu inſtrumentum à quo, ſeu quibus illa deſumitur.

SVMMARIVM.

1 *Citatio eſt Iudicij fundamentum.*
2 *Citatio eſt neceſſaria pro deputando legitimo curatore ad litem mouendam minoribus.*
3 *Citatio perſonaliter eſt facienda, vel ſaltim domi dimiſſa copia, quando præceſſerunt diligentia de reperiendo.*
4 *Agens in Iudicio ſine actione non eſt audiendus, & num. 8.*
5 *Qui dicit ſibi relictum probare debet, alioquin ſufficit dicere teſtamentum de te non loquitur.*
6 *Legatarius tacitam habet hypothecam ex teſtamento.*
7 *Non ſolum in bonis ſtabilibus, ſed etiam in mobilibus, pecunijs, & nominibus debitorum ipſius teſtatoris.*
9 *Inſtitutus in teſtamento imperfecto; nihil petere poteſt.*
10 *Teſtamentum confectum à Parocho coram tribus teſtibus, ſi formiter non ſit celebratum coram competenti Iudice per examen teſtium, & Parochi, eſt nullum, & nihil operatur.*
11 *Probatio tenoris teſtamenti requirit eandem probationem, quæ requiritur in ipſo actu teſtandi.*
12 *Nulla hypotheca datur ex teſtamento inualido.*
13 *Hypotheca dicitur principale fundamentum Saluiani.*
14 *Legatum ex manu hæredis recipi debet.*

DECISIO CLXVIII.

ROta cenſuit ſententiam D. Iudicis à quo latam in Saluiano ad fauorem Dominorum Laurentij, & Mariæ Iugalium de Gauazenis Ciuitatis Anconæ, eſſe omnino reuocandam, tanquam nullam, & iniuſtam.

Nullitas deducitur ex defectu primæ citationis,
1 † quæ ſicut eſſe debet Iudicii fundamentum, *§. vlt. inſtit. de pœna tem. litig. Bal. in cap. vt debitus, de appell. Mantic. deciſ. 204. num. 5.* omnino-
2 que † neceſſaria pro deputando legitimo curatore ad litem, quæ erat mouenda Dominis de Dionyſiis minoribus, iuxta *tex. in l. 1. C. qui pet. tutor. vel Curat.* diſponens, quod volens cum minoribus litigare, debet ipſos legitimè admonere, vt curatorem petant, alias videndum decerni per Iudicem ex officio. Ita fatendum eſt, quod ipſa
3 citatio † erat facienda perſonaliter, vel ſaltim domi cum dimiſſione copiæ, præmiſſis diligentiis de reperiendo eoſdem, qui debebant citari, vt poſt *tex. in cap. cum contingat de reſcript.* determinant *gloſ. in cap. cauſam, in verb. porrecto de elect. Abb. in cap. cauſam, num. 5. de dol. & contu. Vant. de nullit. ex def. citat. num. 88. Gratian. diſc. 60. num. 1. & diſ. 145. num. 9. Seraph. deciſ. 1123. num. 1.* Et in propriis terminis deputationis Curatoris ad lites, *Sola. tit. de citationib. gloſ. 10. num. 3. & per totam*, quod in caſu noſtro ſeruatum non apparet.

Iniuſtitia autem deducitur ex immiſſione à dicto Iudice obtenta ad inſtantiam dictorum Lau-
4 rentii, & Mariæ Iugalium † ſine actione pro vſufructu petito, qui propterea non erant in tali Iudicio audiendi, *l. ſi pupilli, §. videamus, de neg. geſt. l. non ſolet, ff. de appellat. recip. vel non. Bart. & Angel. in l. papinianus, §. ſi quis impubes, de inof. teſtam. Ceau. conſ. 181. num. 8. & conſ. 195. num. 7. Becc. conſ. 62. num. 1. Surd. deciſ. 260. n. 3. & deciſ. 265. nu. 38.* Etenim Laurentius nullo modo nominatus eſt in teſtamento cuius virtu-
5 te agebatur, & ideò ad illum † excludendum ſatis erat, vt diceretur, teſtamentum de te non loquitur. *l. titia cum teſtamento, §. Gaius. verſ. neceſſe igitur habet mulier, ff. de leg. 2. Pariſ. conſ. 38. num. 21. lib. 2. Ceau. conſ. 161. num. 16. Soc. Iun. conſ. 112. num. 27. & 28. lib. 1. & conſ. 155. num. 6. lib. 2. Ral. conſ. 56. num. 4. lib. 3. Mantic. de coniect. lib. 5. tit. 1. num. 18. Greg. deciſ. 433. num. 1. & 2.* Maria verò licet nominata ſit in teſtamento D. Ioannis Baptiſtæ Baldi, & relicta vſufructuaria vna cum Ioanne Franciſco Baldo primo eius viro cuius teſtamenti vigore vide-
6 tur, quod agere potuerit Saluiano ex tacita † hypotheca, quæ datur legatariis, *l. 1. C. comm. de leg. Scapuc. de Saluian. lib. 1. quæſt. 7. Stacil. eod. tract. reſp. 3. cap. 4. num. 186. & ſeqq. Rot. apud eund. deciſ. 1. num. 3. 45. num. 1. 83. numer. 1. & 2. 176. num. ſecundo*, & alibi paſſim.

Non

Digitized by Google

7 Non † ſolum in bonis ſtabilibus hæreditarijs, ſed
etiam in mobilibus, pecunijs, & nominibus de-
bitorum ipſius teſtatoris, vt ſunt Domini de Dio-
nyſijs cenſuarij rei conuenti, *Statil. vbi ſuprà, num.*
208. Rot. in recent. par. 1. deciſ. 559. num. 2. At;
8 tamen firmandum venit ipſam † pariter egiſſe
abſque actione, & hypotheca, quia teſtamentũ
à quo illa hypotheca deſumitur eſt irritum, &
9 nullum, ita vt † ex eo tanquam imperfecto etiam
Imperator hæres, vſufructuarius inſtitutus,
nihil poſſit petere, *l. 1. ff. de iniuſt. rup. & irrit.*
fact. teſtam. l. ex imperfecto, C. de teſtam.
10 Nullitas deſumitur ex quo illud fuit confectum
à Parocho coram tribus teſtibus, iuxta formam
cap. cum eſſet, de teſtament, abſque eo quod fue-
rit deinde formiter releuatum coram Iudice cõ-
petente, per examen ipſius Parochi, & teſtium,
qui deponerent de tenore illius, vt requirebatur,
iuxta notata per *Hond. conſ. 26. num. 9. & ſeqq.*
& per Rot. in vna Peruſina releuationis teſtamen-
ti, Veneris 7. Maij 1632. coram Pirouano, im-
preſſa per Gilianum, ad compendium Iuris mu-
nicipalis Peruſiæ, in verb. teſtamentum, fol. 272.
11 Cum probatio tenoris teſtamenti † omninò ne-
ceſſaria, requirat eandem probationem, quæ re-
quiritur in ipſo actu teſtandi, *gloſ. Bart. & alij, in*
l. cum proponebatur, ff. de leg. 2. Mantic. de con-
iect. lib. 12. tit. 16. num. 3 & ſeq. Greg. deciſ. 81.
12 *num. 2.* Qua † teſtamenti inualiditate ſtante, nul-
la competit D. Mariæ hypotheca, *Bart. in l. 1. n.*
3. ff. de ſal. cum alijs per nos citatis, *deciſ. 101.*
13 *num. 2. & 3.* Quæ † quidem hypotheca eſt prin-
cipale fundamentum Saluiani, quod propterea
ceſſat ceſſante hypotheca, vt notant *doct. in l. 1.*
C. de Sal. interd. Gab. conſ. 46. num. 21. lib. 1.
Cocc. deciſ. 50. num. 2. Rot. diuerſ. par. 1. deciſ.
44. num. 4. cum alijs plenè allegatis in dicta no-
ſtra *deciſ. 101. num. 1. & ſeqq.* Vnde fit, vt reuo-
cata prædicta ſententia D. Gubernatoris Auxi-
mani Iudicis, à quo ſint rei conuenti ab impeti-
tis abſoluendi. Nam, & ſi productum fuerit te-
ſtamentum per Dominum Franciſcum Baldum
in tribunali A. C. ex hoc tamen non dicitur ſa-
nata nullitas releuationis illius, quæ la-
nè procuranda erat per ipſos Le-
gatarios citatis hæredibus, ex
14 quorum † manibus vſu-
fructus recipiendus
erat, *l. non*
dubium,
C.
de legat. l. 1. §. redigit, ff. quo-
rum legat. cum alijs per
nos citatis, *deciſ. 44.*
num. 36. &
ita, &c.

ARGVMENTVM.

An liber Mercatoris iunctis adminicu-lis probet ad ipſius fauorem.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas indubitata dicitur, quando conſtat de iuriſdictione Iudicis, de mandatis pro- curatorum, de ſeruatione terminorum ſubſtantia- lium, & de citatione ad ſententiam.*
2 *Mercatorum libri regulariter ad eorum fauorem non probant.*
3. *Fallit concurrentibus adminiculis, quæ omnem falſitatis occaſionem tollunt.*
4 *Hæres non poteſt improbare partitas, quas de- functus approbauit.*
5 *Pro adminiculo deſeruit ſi mercator ſit bonæ opi- nionis, & famæ.*
6 *Si debiti cauſam ſubiunxit.*
7 *Si librum mercantiliter tenuit.*
8 *Si aliquas partitas rectè iuſtificauit.*
9 *Teſtis in vno veridicus cenſetur, & in alijs.*
10 *Si data, & recepta in eodem libro adnotauit.*
11 *Etſi concurrit maxima veriſimilitudo illarum partitarum,*
12 *Probatio imperfecta impleri poteſt ex adminiculis*
13 *Adminicula ſingula, quæ non proſunt, iuncta ta- men ſimul ſuffragantur.*
14 *Iuramentum ſuppletorium defertur etiam in cau- ſis magnis, quando probatio facta excedit ſemi- plena, & is cui defertur eſt honeſtæ vitæ.*

DECISIO CLXIX.

AVditores vnanimi voto cenſuerunt,
confirmandam eſſe ſententiam D.
Locumtenẽtis Ciuitatis Fani, qua
relaxatum fuit mandatum ad fa-
uorem Ioannis Colæ actoris, pro
ſumma in libello petita contra bo-
na hæreditaria quondam D. Franciſci Mariæ Ale-
xandrini. Siquidem non eſt, quod dubitetur de
1 illius validitate; Conſtat enim † de iuriſdictio-
ne Iudicis, de mandatis, procuratorum hinc in-
de comparentium, de ſeruatione terminorum
ſubſtantialium, & de citatione ad audiendam
ſententiam legitimè exequuta, quæ ſunt requiſi-
ta pro validitate illius. *Caput. deciſ. 260. par. 2.*
Mar. And. deciſ. 35. num. 1. & deciſ. 45. num. 1.
De iuſtitia verò conſtat ex partitis in libris ratio-
2 num eiuſdem Colæ mercatoris annotatis, † qui
licet pro ſcribente regulariter non probent, vt
ſancitum dicitur *in l. rationes, & l. exemplo, C.*
de probat. l. fin. C. de conuen. fiſci debit. lib. 10.
Bart. in l. quædam, §. nummularias, num. 2. &
ibi gloſ. & doct. ff. de eden. Iaſ. in l. admonendi,
num. 131. & ibi Rip. num. 121. ff. de iur. iuran.
Rol.

Rolan. conſ. 92. num. 1. & ſeqq. lib. 3. Barſatt. conſ. 224. num. 1. Tiraquell. de pœnis temp. cauſ. 51. num. 138. Genuen. de priuata ſcript. lib. 4. tit. de libris mercat. num. 4. & 5. Rot. diuerſ. par. 1. decif. 164. num. 1. & 3. & decif. 813. num. 1. & coram Caualer. decif. 484. num. 4. & decif. 650. num. 9. & in recent. par. 4. decif. 101. numer. 1.
3 Attament † concurrentibus adminiculis, quæ omnem falſitatis occaſionem tollunt, *d. l. inſtrumenta, C. de probat. Rot. diuerſ. par. 1. d. decif. 813. num. 6. & in recent. par. 5. decif. 246. num. 13.* Plenè, & concludenter probant, *Abb. Felin. & alij Canoniſtæ, in cap. 2. de fid. inſt. Bart. in d. l. admonendi, num. 27. ff. de iur. iuran. Caſt. in d. l. rationes, C. de probat. Specul. tit. de inſtr. edit. Rub quot ſpecies inſtrumentorum, num. 5. Socin. Sen. conſ. 161. num. 3. lib. 2. Rol. d. conſ. 92. nu. 6. lib. 3. Maſcard. de probat. concl. 974. num. 4. Guidop. decif. 441. in fin. Bocr. decif. 105. num. 4. & ſeqq. Surd. decif. 199. num. 11. Belt. ad Greg. decif. 79. num. 5. Rot. diuerſ. par. 1. d. decif. 815. num. 6. & in recent. par. 1. decif. 650. num. 4. & par. 4. d. decif. 101. num. 2. & par. 5. dict. decif. 246. num. 13.*

Pro adminiculis autem hic concurrentibus, adeſt in primis depoſitio Dominici Blanchi, qui ſuper primo, & alijs articulis examinatus, depoſuit pluries dictum Franciſcum Mariam appro-
4 baſſe libros, † & partitas, dum per ipſum teſtem illæ reportarentur a ſquarcia foglio, ad librum giornalem præſente, legente, & approbante, imò inſtante ipſomet debitore, quo fit, vt hodie eius hæredes rei conuenti non poſſint impugnare eaſdem partitas per defunctum approbatas, *ad tex. in l. cum à matre, & ibi doct. C. de rei vend. l. poſt mortem, ff. de adop. l. ex qua perſona, ff. de reg. iur.* Et in puncto notat *Mantic. decif. 363. num. 6.* vbi quod hæres non poteſt improbare partitam, quam defunctus approbauit.
5 Aliud, & potiſſimum adminiculum approbatum, inſimul tamen cum alijs, illud eſt, nempè bona fama, & legalitas, quæ in ipſo Cola mercatore integra reperitur, ex quo veritatem omnimodam ſcribere conſueuit in eius libris, vt luculenter probant omnes ſeptem teſtes examinati ſuper 13. articulo, quod ſanè adminiculum ponderant, *Bart. in l. vnda ratio, num. 8. ff. de donat. Tiraq. d. cauſ. 51. num 105. Guidop. dict. decif. 441. num. 3. Surd d. decif. 199. nu. 11. & 15. Rot. diuerſ. par. 4. decif. 845. num. 1. & in recent. par. 4. d. decif. 108. num. 5. & par. 5. d. decif. 246.*
6 *num. 14.* Quæ bona fama † eò magis præſtat adminiculum, quia ipſemet Cola mercator debiti cauſam ſubiunxit, *Guidop. d. decif. 441. in fin. Rot. in recent. par. 5. d. decif. 246. num. 15.* Nec-
7 non † librum mercantiliter tenuit, vt firmant dicti teſtes, *Seraph. decif. 1222. num. 4.*
8 Præterea aliud maximum adminiculum præſtat verificatio maioris partis partitarum, non tantùm ex confeſſione partis, quæ multas illarum obtulit ſe ſoluturum, ſed etiam ex depoſitionibus teſtium examinatorum, firmantium, quod Franciſcus Maria habuit, & recepit diuerſa bona deſcripta in ipſis libris, & empta per ipſum mercatorem in Ciuitatibus Romæ, & Venetijs, de ordine ipſius debitoris; vnde omnes aliæ præſumuntur veræ, ad notata *per Belt. ad Greg. in allegata decif. 79. num. 7. Rot. diuerſ. par. 1. d. decif. 813. num. 18. & coram Caual. decif. 552. num. 2. & coram Mantic. decif. 144. num. 3. & decif. 363. num. 4. & in recent. par. 3. decif. 321. num. 2. in*
9 *fin.* Prout † in ſimili dicimus de teſte, qui ſi in vno reperiatur verum dixiſſe, præſumatur etiam idem in alijs, vt per *Decian.* qui alios congerit, *conſ. 62. num. 31. lib. 3. Surd. d. decif. 199. n. 12.* & notauimus *decif. 99. num. 47.*

Inſuper deſeruit pro adminiculo non ſpernen-
10 do, † quod libri ipſius Colæ mercatoria continēt data, & recepta, *l. publia, in fin. l. quædam, §. nummularius, ff. depoſ. Guidop. in ſæpè allegata decif. 441. num. 5. Rot. diuerſ par. 4. d. decif. 845.*
11 *num. 2.* Quibus † accedit intrinſeca familiaritas, quæ inter ipſos creditorem, & debitorem intercedebat, cuius occaſione ſolitus erat debitor ſæpè, ac ſæpius habere præ manibus libros, vbi partitæ omnes adnotatæ erant, quo fit, vt præſumi poſſit eſſe verum, quod per mercatorem ipſum ſcriptum reperitur, qua veriſimilitudine ſtante, liber priuatus fidem facit, vt notat *Dec. alios allegans, conſ. 510. poſt numer. 2. Cranet. conſ. 158. num. 9. Guidop. vbi ſuprà num. 6. Greg. dec. 468. num. 13.* Atque ideò ex his omnibus ſimul iunctis videtur creditum partitarum probatum,
12 quoniam in hac materia imperfecta † probatio impleri poteſt ex adminiculis, *d. l. inſtrumenta, C. de prob. Guidop. d. decif. 441. Ach l. de Graſſ. decif. 1. de confeſſ. Rot. diuerſ. par. 1. decif. 375. num. 8. & in recent. par. 5. decif. 192. numer. 23.*
13 Quæ quidem adminicula † ſingula ſi de per ſe non ſufficerent, iuncta tamen ſimul ſuffragantur, ex vulgari regula, quæ non proſunt ſingula, multa iuuant, *l. inſtrumenta, l. rationes, l. non epiſtolis, & l. non nudis, C. de probat.* Rot. *in recent. par. 5. decif. 353. num. 78. & decif. 359. numer. 14. Greg. decif. 448. num. 2.* Et conſequenter firmandum venit ſententiam, quæ relaxauit executionem pro illis partitis in libello contentis, eſſe confirmandam, ſaltim delato Mercatori iuramēto in ſupplementum plenè, & perfectè probationis, vt aliqui Auditores ſentiebant. Cum
14 etiam † in cauſis magnis illud deferatur, quando probatio facta excedit ſemiplenam, & is, cui defertur, eſt honeſtæ vitæ, prout eſſe conſtat in caſu noſtro, *Cran.* qui multos cumulat, *conſ. 198. num. 10. Gozad. conſ. 11. num. 18. Burſatt. conſ. 39. num. 36. lib. 1. Caph. conſ. 141. numer. 20. lib. 1.* Natt. *conſ. 305. num. 5. Rolan. conſ. 16. in fin. lib. 1. Grammat. decif. 42. num. 12. Lud. dec. Peruſ. 100. num. 7. Amat. decif. Ferrar. 61. num. 1.* vbi dicit eſſe arbitrarium Iudicis, *Grat. decif.*

Marib.

March. 36. *in Addit. num.* 1. *Grivel. Senat. Dolan. deciſ.* 10, *num.* 8. & 11. *Mantic. deciſ.* 6. *num.* 11. & *deciſ.* 25. *num.* 4. *Serap. deciſ.* 566. *num.* 1. & 3. *Put. deciſ.* 421. *num.* 3. & 4. *lib.* 2. Et ita reſolutum omiſſo iuramento ſuppletorio, de voto Dominorum pro maiori parte.

ARGVMENTVM.

De recognitione ſcripturarum. Et quæ requirantur, vt ſcriptura dici poſſit recognita.

SVMMARIVM.

1 *Folium ſcripturæ priuatum non recognitum, nihil probat, & nullam meretur executionem, & num.* 5.

2 *Recognitio fit parte opponente, etiam poſt ſententiam, & num.* 3.

4 *Fidem ſcripturæ adimit recognitionis defectus, qui vbicunque, & quandocumque opponi poteſt.*

6 *Legitimatio perſonarum requiritur, tàm in iudicio ordinario, quàm extraordinario, ſeu ſummario.*

7 *Cum hac differentia, quod in ordinario requiratur, etiam ſine oppoſitione partis.*

8 *Secus in executiuo, aut ſummario.*

9 *Qui non admittitur ad probandum, nec etiam admittitur ad ponendum.*

10 *Electio ſpectat ad creditorem in alternatiua remediorum.*

11 *Alternatiuæ ſat is eſt ſi adimpleatur pro vna parte.*

12 *Remedia plura ſi ad vnum finem competant, vno electo ceſſant alia.*

13 *Declara.*

14 *Inſtrumentum nullum non meretur nomen inſtrumenti.*

15 *Indictionis omiſſio vitiat inſtrumentum.*

16 *Prout etiam omiſſio nominis Pontificis.*

17 *Solemnitates ſtatutariæ inſinuationis, & ſimilium, requiruntur etiam in aditione hæreditatis, & num.* 20.

18 *Limita in caſu, vbi euidenter conſtaret hæreditatem eſſe lucroſam.*

19 *Vel in caſu vbi minor hæreditatem adit cum beneficio legis, & inuentarij.*

21 *Non creditur referenti, vbi de relato non conſtat.*

DECISIO CLXX.

Dubium propoſitum numquid ex deductis ſit relaxandum mandatum contra bona hæreditaria quond. Sfortiæ Carmignani de Aſculo, ſiue contra eius hæredes, negatiuè reſolutum fuit omnium votis. Siquidem folium capitulorum matrimonialium

1 cuius vigore agitur, cum non ſit recognitum, †
prout ſanè requirebatur, remanet priuatum,
nullamque fidem facit, *cap* 2. *de fid. Inſtr. l. inſtrumenta, C. de prob. Pariſ. conſ.* 115. *numer.* 53.
lib. 4. *Gratian. diſcept.* 677. *num.* 10. *diſcep.* 907.
num. 31. & *diſcept.* 944. *num.* 28. & 29. *Rot. coram Mantic. deciſ.* 32. *num.* 8. & *in recent. par.* 2.
deciſ. 143. *num.* 3. *deciſ.* 158. *num.* 7. *deciſ.* 234.
num. 3. & *deciſ.* 683. *num.* 1. & *par.* 3. *deciſ.* 145.
num. 3. *in fin.* cum alijs per nos deductis *deciſ.* 143.
2 *num.* 1. Et licèt † ſufficiat, vt recognoſcatur
quando pars opponit, vt per *Cran. conſ.* 150. *n.*
2. *Saluſt. in prax. A. C. cap.* 33. *numer.* 7. *lib.* 1.
Rot. *ex imp. per Zacch. de oblig. Cam. deciſ.* 131.
3 *num.* 4. & *deciſ.* 132. *num.* 1. Etiam † poſt ſententiam, *Bellam. deciſ.* 539. *Put. deciſ.* 415. *lib.*
1. *Rot. penes Zacch.* in *allegata deciſ.* 131. *num.* 3.
Adhuc tamen verſamur extra omnem difficultatem, ex quo pro parte rei conuenti fuit oppoſitum, & per Iudicem admiſſum, quod nihil fie-
4 ret, niſi † adimpletis adimplendis, & verificatis
verificandis, quo ſtante nulli dubium eſt, quin
defectus recognitionis adimat fidem, etiamſi in
partibus non fuiſſet de ea oppoſitum, cum poſſit
opponi hic in Rota etiam in allegationibus iuris,
5 *Gratian. diſcept.* 677. *num.* 10. & *ſeq.* Et † conſequenter folium non recognitum nullam meretur executionem, *doct. in l. ſcripturas, C. qui pot. in pig. hab. Gratian. diſcept.* 183. *num.* 3. & *ſeqq.*
Rot. diuerſ. par. 3. *lib.* 3. *deciſ.* 1156. *num.* 1. *in fin.* & *in recent. par.* 3. *deciſ.* 452. *num.* 1. & *par.* 4.
6 *deciſ.* 167. *num.* 6. Quibus accedit † defectus legitimationis perſonarum, cuius omiſſio reddit
proceſſum nullum, *l. ſi quæramus de teſtam. Bart. in l.* 2. *in fin. C. de edict. diui Ad. tollend.* Quod procedit tàm in iudicio ordinario, quàm in executiuo, aut ſummario, cum hac tamen differentia,
7 † quod in ordinario fieri debeat etiamſi non
opponatur, *Cag. in l. hæredem, num.* 6. *de reg.*
8 *Iur. Bal. conſ.* 374. *num.* 3. *lib.* 4. In † executiuo
autem, vel ſummario parte opponente, alioquin
valet proceſſus, etiam non facta legitimatione,
Saluſt. in prax. A. C. lib. 1. *cap.* 43. *num.* 4. *Belt. ad Greg. deciſ.* 264. *num.* 6. *Rot. in recent. par.* 1.
deciſ. 307. *num.* 7. & *deciſ. noſtra* 91. *num.* 16.

Non obſtat, quod dicebatur ſatis conſtare in
actis de recognitione ſcripturæ matrimonialis,
& de legitimatione perſonarum, ex poſitionibus
exhibitis, & habitis pro confeſſatis per decretum
Iudicis. Quia cum die 8. menſis Iunij 1632. fuerit per ipſum Iudicem datus terminus quinque
dierum ad probandum, & die 16. eiuſdem, & ſic
extra omnem terminum exhibitæ poſitiones,
conſtat nullum eſſe faciendum fundamentum in
9 allegata ficta confeſſione, ex quo, † qui non admittitur ad probandum ratione lapſus temporis
probatorij, nec admittitur ad ponendum, *Paul. de Caſt. in l. in contractibus, §. illo videlicet, n.* 4.
C. de non num. pecun. Bal. in l. 2. *§. quod obſeruari, num.* 15. *C. de iuram. cal. Pap. in forma excipiendi*

piendi contra poſitiones, num. 1. verſ. primo quia,
Miſing. cent. 1. obſer. 34. Sed dato etiam, quod
poſitiones fuiſſent exhibitæ intra terminum pro-
batorium, pro vlteriori reſponſione animaduer-
tebatur, quod Iudex pronunciauit ſub hac forma,
quod niſi ad ſecundam aliquid releuans fuerit
deductum, mandauit reſponderi, alias haberi
pro creditis, & confeſſatis, vel grauari. Vnde
10 † cum verſemur in alternatiua remediorum, in
quibus ſpectat electio ad Creditores, quibus di-
cta remedia competunt, quia eorum fauore ſunt
poſita, & conceſſa, *Caſt. in l. cum proponas, gloſ.*
vlt. num. 4. C. de tranſact. Surd. conſ. 402. num.
33. in fin. Gratian. diſcept. 338. num. 5. & ſeqq.
& diximus *deciſ. 99. num. 62.* Qui quidem aſſerti
creditores elegerunt grauamen intimatum reo
conuento, conſequens eſt, vt ipſe reus ſit libera-
11 tus ab altero, quia ſufficit † vnam partem alter-
natiuæ adimpleri, *l. ſi hæredi plures, ff. de cond.*
& demon. l. ſi ita quis, ff. de verb. oblig. cap. in al-
ternatiuis, de reg. Iur. in 6. Rot. in recent. par. 2.
12 *deciſ. 719. num. 2.* Et † eligendo vnam videntur
actores alteri renunciare, *l. in delictis, §. detra-*
cta, ff. de noxal. Bart. in l. cum qui certarum, §.
fin. ff. de verb. obligat. Surd. conſ. 413. numer. 7.
Capic. deciſ. 46. num. 6. Oſaſch. deciſ. 97. num. 5.
Mantic. deciſ. 118. num. 6. & deciſ. 249. num. 8.
13 Et quamuis poſſit creditor † poſt electionem
vnius remedij mutare conſilium recurrendo ad
aliud, id tamen locum ſibi vendicat, quando per
primum non eſt ſatisfactum, *Gratian. diſcept.*
338. num. 9. & diſcept. 593. num. 9. d. deciſ. no-
ſtra 99. num. 60. & ſeq. Secus verò quando alter-
natiua eſt poſita inter illa in quibus ordo iuris
datur, quoniam tunc debet intelligi, vt ſtet or-
dinatim, & prius verificetur in primo, deinde,
& ſucceſſiuè, in alio, *Bar. in l. vxorem, §. teſta-*
mento, ff. de leg. 3. Gratian. d. cap. 338. num. 12.
Imò dicendum eſt, quod non ſit licita variatio,
quando prout in caſu iſto, electio trahit ſecum
executionem per mandatum de grauando rela-
xatum, *Surd. d. conſ. 413. num. 18. Gaſp. Theſ.*
Forenſ. lib. 1. quæſt. 7. ſub num. 4. verſ. præterea,
Capic. deciſ. 33.

Neque in aliquo releuat inſtrumentum vltimo
14 loco productum: quia † tanquam nullum non
meretur nomen inſtrumenti, & nihil probat, *l.*
ſi ſe non obtulit, §. condemnatum, ff. de re iudic.
Eug. conſ. 51. num. 25. lib. 1. Burz. deciſ. 43. n. 3.
Nullitas autem deducitur non tantùm ex defectu
15 indictionis, † quæ omninò apponēda erat ad va-
liditatem illius, *cap. inter dilectos, vbi Abb. Fe-*
lin. & alij Canoniſtæ *de fid. inſtrum. Auth. vt præ-*
ponatur nomen Imperatoris, & tradunt Bart. & ca-
teri, in l. ſi quis ex argentarijs, §. ſi initium, ff. de
eden. Soc. Sen. conſ. 98. num. 13. lib. 3. Soccin. Iun.
conſ. 127. num. 24. lib. 3. Bal. conſ. 286. num. 3.
vol. 3. Dec. conſ. 447. num. 6. Borrell. conſ. 75.
num. 8. lib. 1. Nat. *conſ. 47. numer. 1. & ſeqq.*
Becc. conſ. 176. num. 20. Hond. conſ. 66. num. 4.
lib. 1. Surd. conſ. 390. num. 9. Ioſeph Lud. deciſ.
Lucenſ. 13. num. 36. Seraph. deciſ. 1236. num. 1.
16 Sed etiam † ex defectu omiſſionis nominis Pon-
tificis, & anni Pontificatus in Terris Eccleſiæ, *ad*
tex. in d. Auth. vt præponatur nomen Imperatoris,
gloſ. in l. generali, C. de tabul. pub. lib. 10. gloſ.
penult. in cap. quoties, 1. quæſt. 7. Specul. in tit.
de Inſtrum. edit. §. 2. col. 3. verſ. poſt diem, Fe-
lin. in cap. 1. num. 5. de fid. Inſtrum. Abb. conſ.
53. vol. 2. Alex. conſ. 148. num. 4. vol. 7. Socc.
Sen. conſ. 86. col. 2. verſ. quarta concluſio, vol. 1.
Borrell. d. conſ. 75. nu. 8. Bertaz. de clauſ. in proœmi
num. 9. Rot. in recent. par. 2. deciſ. 703. num. 7.
& coram Buratt. deciſ. 878. num. 5. Rota noſtra
coram Gratian. deciſ. 1. num. 10. verſ. quia reſpon-
17 *detur.* Ac etiam ex defectu inſinuationis † re-
quiſitæ in inſtrumentis minorum ex forma Statu-
ti Aſculani, & Conſtit. March. quæ quidem ſo-
lemnitas etiam in aditione hæreditatis requiri-
tur tanquam in quaſi contractu, vt firmauimus
multis citatis, *deciſ. 23. num. 80. & tenet. Rot.*
in recent. par. 4. deciſ. 456. num. 6. niſi euidenter
18 conſtaret † hæreditatem eſſe lucroſam, quia
tunc non requiruntur ſolemnitates ſtatutariæ, ſe-
cundùm *Lamb. de cont. quæſt. 3. num. 4. & Carth.*
deciſ. 46. num. 16. quos retulimus, & ſequuti ſu-
mus, *deciſ. 118. num. 23.* & videtur comproba-
re, Rot. *in rec. par. 3. deciſ. 160. n. 5. & par. 4.*
19 *dec. 178. n. 7. & ſeqq.* Prout nec etiam † requi-
runtur, quando minor hæreditatem adit cum be-
neficio leg. & inuentarij, ad notata per *Pic. ad*
Statut. Vrbis, gloſ. 7. num. 105. fol. 52. Quæ om-
20 nia ceſſant in caſu noſtro, & propterea † firman-
dum venit, quod ſit neceſſaria inſinuatio, ſecun-
dùm magis veram, & communem opinionem,
de qua in ſpecie teſtatur *Pic. in d. gloſ. 7. nu. 108.*
& ſeqq. Nec ſuffragatur, quod propè finem in-
ſtrumenti Notarius rogatus dicat actum præſen-
te ſer. Oderico Notario de inſinuatione rogato à
21 Quia † cum hæc verba relatiua ſint ad ſcripturā
Oderici, non conſtito de relato non probant.
Cum relatum ad id, quod, non apparet
nullius ſit momenti, ad notata per
Dec. in Auth. ſi quis in aliquo.
C. de eden. Rot. in re-
centior. par. 1.
deciſ. 1.
num.
6.
& par. 2. deciſ. 139. numer. 3.
cum alijs per nos citatis,
deciſ. 94. num. 32.
Et ita,
&c.

ARGVMENTVM.

In Saluiano ſufficit citare poſſeſſorem, abſque eò quòd citetur poſſeſſoris author. Et ex omiſſione citationis alicuius intereſſati, ſententia non eſt nulla, licet non afficiat non citatum.

SVMMARIVM.

1 *Sententia iuſta confirmari debet.*
2 *Creditum cum hypotheca eſt neceſſarium antecedens in Saluiano.*
3 *In Saluiano datur immiſſio, probata poſſeſſione eius, contra quem dirigitur tale remedium.*
4 *Sententia poteſt eſſe valida contra principalem citatum, & tamen non afficere tertium, cuius intereſſe venit in conſequentiam, & num. 7.*
5 *In Saluiano ſufficit citare poſſeſſorem, contra quem dirigitur iudicium, abſque eò quòd citetur poſſeſſoris author, & num. 8.*
6 *Citari debet is, de cuius intereſſe principaliter agitur, non autem ille, qui habet intereſſe ſecundarium, & num. 9.*

DECISIO CLXXI.

1 Sententia D. Vicarij Archiepiſcopatus Firmi lata in Saluiano, ad fauorem R. D. Dominici Sanini, videtur iuſta, & ideò confirmanda, *cap. cauſam, quæ, de ſent. & re iud. cap. Raynuccius, in fin. de teſtam. l. 1. ff. de appell. Amat. deciſ. 41. num. 31. Cocc. deciſ. 159. num. 1. Canul. deciſ. 98. num. 1. & deciſ. 314. in prin. Greg. deciſ. 288. num. 1. Rot. diuerſ. par. 4. deciſ. 859. num. 1. & in recent. par. 5. deciſ. 295. num. 1.* Concurrunt enim omnia re-
2 quiſita in tali remedio nempè creditum † cum hypotheca, quod eſt neceſſarium antecedens, *Aret. in §. item ſeruiana inſtit. de act. Rot. coram Greg. deciſ. 67. num. 1. & deciſ. 264. num. 3. & in recent. par. 2. deciſ. 61. num. 1.* & diximus *dec. 13. num. 9. deciſ. 26. num. 8. & deciſ. 96. nu. 38.* probatio poſſeſſionis Gentilis Rubei, & eius germani, necnon poſſeſſionis præſentaneæ Magnauacchæ, rei conuenti, vt luculenter probant te-
3 ſtes in cauſa examinati, quibus ſtantibus † rectè ſanè fuit data immiſſio, ad plenè tradita per *Scapuc. de ſal. lib. 1. quæſt. 25. & per Statil. eod. tract. Inſp. 1. cap. 5. Rot. ex impreſſ. apud eund. deciſ. 13. num. 3. deciſ. 29. num. 2. deciſ. 58. nu. 1. & deciſ. 171. num. 3.* cum alijs per nos cumulatis, *d. deciſ. 13. num. 14. deciſ. 26. numer. 11. deciſ. 74. num. 2. deciſ. 95. num. 8. & deciſ. 109. num. 4.* & alibi ſæpè.

Nec viſum fuit obſtare nullitas allegata pro parte D. Ioſephi Gucci Authoris laudati, qui venit ad cauſam, & non fuit citatus ad audiendam ſententiam immiſſionis. Quia pro reſponſione animaduertendum eſt, quod non quæritur, an ſententia afficiat D. Guccium, nec nè; ſed tantummodo agitur ſuper eius validitate, ſiquidem
4 poteſt † ſententia eſſe valida, & non afficere Guccium, contra quem non fuit directa petitio, & cuius intereſſe venit in conſequentiam, *Oſaſch. deciſ. 157. num. 9. & 10. Giurb. deciſ. 1. num. 47. Rot. coram Canal. deciſ. 328. num. 1.* Vndè benè
5 ſubſiſtit † iudicium poſſeſſorium Saluiani intentatum contra Magnauaccham poſſeſſorem, etiam non citato Guccio authore laudato, *Scapucc. de*
6 *Sal. lib. 1. quæſt. 29. per totum.* Quia † citationes ſunt dirigendæ in eum, quem cauſa principaliter tangit, non autem in eum, cuius intereſſe venit in conſequentiam, vt dicit *tex. iuncta gloſ. 2. in l. de vno quoque, ff. de re Iud. Alex. conſ. 86. num. 3. & 4. lib. 2. Oſaſch. d. deciſ. 157. num. 3. Surd. deciſ. 103. num. 3. & deciſ. 256. numer. 1. Giurb.* alios referens *d. deciſ. 1. num. 14.* Atque
7 ideò † ex tali omiſſione citationis Gucci non reſultare videbatur nullitatem ſententiæ, ſed tantummodo, quod ipſa ſententia eundem non afficiat, vt poſt *Oſaſch. d. deciſ. num. 9. & 10. Giurb. d. deciſ. num. 47. Surd. d. deciſ. 256. num. 15.* ferè in terminis decidit *Rot. coram Canal. d. deciſ. 328. num. 2. & 3. & deciſ. 353. num. 3.* Certum eſt enim, quod ratione naturalis poſſeſſionis, quam Dominicus Sauina in hoc iudicio intendit auocare à Magnauaccha, cauſa non tangit niſi ipſum Magnauaccham, non autem Guccium de cuius præiudicio non agitur, niſi in quandam
8 conſequentiam, & propterea ſufficit, † quod Magnauaccha poſſeſſor fuerit citatus, nec fuit neceſſe citare authorem, *ad tex. in l. 1.* cum ibi notatis per ſcribentes, *C. vbi in rem act. Alex. conſ. 85. num. 7. lib. 6. Oſaſch. d. deciſ. 157. ſub n. 13. verſ. non obſtat,* & in puncto firmat *Rot. in recent.*
9 *par. 3. deciſ. 493. num. 2.* Cum † regulare ſit, quod ſufficiat citare illum, contra quem principaliter dirigitur actio, *gloſ. 2. in d. l. de vno quoque, ff. de re Iud. Felin. in cap. fin. numer. 3. de maiorit. & obedientia, Bal. in l. ab eo, numer. 20. C. quom. & quand. Gabr. titul. de citat. concluſ. 1. numero 33. Vant. de nullit. tit. 13. n. 19. Giurb. d. deciſ. 1. n. 14. Rot. in rec. par. 3. d. dec. 493. num. 2. verſ. & eſt regulare.* Et ita reſolutum omnium votis.

AR

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Socius inuitus cogitur ad ædificandum, vel contribuendum in expenſis pro refectione, ſeu reparatione neceſſaria muri communis pro indiuiſo.

SVMMARIVM.

1 *Paries contratitiue, quis dicatur, & ad quem effectum ædificetur, & num. 2.*

3 *Paries communis pro indiuiſo, à ſocio perforari non poteſt.*

4 *Idem quando eſt communis pro diuiſo ſi detrimentum ſocio adferat.*

5 *Iudex ſolicitus eſſe debet in pace ſeruanda, & ſcandalo vitando, & ne deueniatur ad arma, & rixas, & num. 6.*

7 *Socius in re communi pro indiuiſo cogitur inuitus ad ædificandum, vel contribuendum in expenſis pro refectione, ſeu reparatione parietis vrgente neceſſitate, & num. 8.*

9 *Limita.*

10 *Intellige, & declara, vt num. 11.*

DECISIO CLXXII.

1 Erſantibus nobis in pariete contratitio pro cuius ædificatione vicini
inter ſe ſemipedem contulerunt ad
domos eorum diuidendas, iuxta
diſpoſitionem *tex. in l. cum duobus,*
§. item mela ſcripſit, ff. pro ſoc. Et
de quo meminit *Vitruuius, lib. 2. cap. 8. & lib.*
7. cap. 3. in fin. Et conſequens, vt ille dicatur
2 † communis pro indiuiſo ad impediendum, quo
minus vicini ſe videant, vel vnus, in alterius domum
tranſeat, vt dicit *Caſt. in l. ſi quis duas, §.*
ſi quis partem, in fin. ff. commun. prædiorum, &
notant *Veron. de ſeruit. vrb. præd. cap. 40. num.*
33. & Gab. conſ. 149. num. 1. & ſeqq. lib. 1. Rot.
in recent. par. 5. deciſ. 303. numer. 1. & 2. Et vt
3 neutra pars totum † parietem excauare, perforareque
poſſit, ne deſtinatus vſus prorſus extinguatur,
ad l. Sabinus, ff. com. diuid. & l. quidam
hiberus, de ſeruit. vrb. præd. gloſ. & doct. in l. ſi
communes ædeſ. Com. diuid. Veron. d. tract. tit. de
ſcalis, cap. 54. numer. 4. & de camino, cap. 64.
4 *num. 8. Gab. d. conſ. 149. num. 5.* Imò etiamſi †
communis eſſet pro diuiſo, non valet vicinus excauando,
vel perforando aliquid afferre detrimenti
in damnum vicini, vt pariter notant *Doct.*
*in d. l. quidam hiberus, & firmat Caſt. in l. parietem,
ff. de ſeruit. vrb. præd. quæ quidem, l. vt declarat
Bart. in l. inter duos, num. 1. de damn. infect.* Loquitur
de pariete communi pro diuiſo,
Gabr. dict. conſ. num. 6.

Quibus præhabitis, quia in propoſito caſu
conſtat in actis facta fuiſſe pro parte Venantij
Michaelis, & conſortum de Camerino plura foramina
totum parietem debilem, & reddentia penetrantia,
quorum occaſione fuit emanatum
præceptum ad inſtantiam Franciſci Ioannis, contra
Venantium, & conſortes vicinos, inter quos
ſucceſſiuè orta eſt lis, & altercatio, quæ ſcandali
timorem producere ſolet, pro quibus fugien-
5 dis † Iudices ſolicitos eſſe debent, vt per *Felin. in
rub. de treug. & pac. col. vlt. numer. 12. Gratian.*
alios citans, *diſcep. 658. num. 8. & ſeqq.* Et in
6 puncto *Theſ. d. deciſ. 41. num. 8.* Eò quòd † proprium
Iudicis officium ſit euitare, ne deueniatur
ad arma, & rixas, *l. ſi cuius, §. ſed ſi inter alios,
& l. æquiſſimum, ff. de vſufruct. Natt. conſ. 60.
num. 12. Theſ. deciſ. 110. num. 3.*

Ideò dictum fuit omnium votis, Iudicem à
7 quo rectè decreuiſſe mandando † parietem intermedium
cannis contextum, ſeu compaginatum
inter domum Franciſci, & Venantij, poſſeſſum
pro indiuiſo fore deſtruendum, & ibidem murum
inter medium ex lateribus conficiendum ſumptibus
communibus, vt contentiones, litigia, &
ſcandala inter partes euitentur. Cum ſocius etiā
inuitus hoc caſu cogatur contribuere in expenſis,
non ſolum refectionis, ſed etiam reædificationis
neceſſitate ſtante, iuxta diſpoſitionem *tex. in l. ſi
fratres, §. idem reſpondit ſocius, ff. pro ſoc. & in
l. ſi ædibus, ff. de damn. inf. & melius in l. ſi vt
proponis, C. de ædif. priuat. Rot. in recent. par. 5.
d. deciſ. 303. num. 7. verſ. prout concurrere debe-*
8 *ret.* Ita † quod ſi ſocius non velit rem communem
reficere, aut neceſſitate ſtante reedificare,
poſſit priuari commodo, aut agi cum eo ad expenſas,
& intereſſe, *d. l. ſi vt proponis, l. cum
duobus, §. idem reſpondit, ff. pro ſoc. Theſ.* quem
ſufficit allegare pro multis, quos ipſe citat *d. deciſ.
41. num. 3.*

9 Nec obſtat, quod dicebatur ſocium inuito alio
ſocio non poſſe murum communem reficere, &
multo minus reedificare, *per tex. in d. l. parietem,*
10 *de ſeruit. vrb. præd.* Quia † præterquam, quod
ille *tex.* intelligitur habere locum in muro tantummodo
communi pro diuiſo, vt ex *Bart.* ſuprà
dictum eſt. Reſpondetur vlterius, quod eius diſpoſitio
ita demum procedit, ſi refectio non ſit
neceſſaria, vt ſcribit *gloſ. in d. l. ſi ædes, & Ripa
in l. quominus, num. 120. ff. de flum. Craſ. lib. 4.
Miſcell. cap. 16. num. 4. Theſ. d. deciſ. 41. num.*
14. Secus verò, quando ob aliquam cauſam eſt
neceſſaria, prout in præſenti caſu, quia tunc non
ſolum habet Socius ius reficiendi, ſed etiam, demoliendi,
*l. in parietis, cum duab. leg. ſeqq. ff. de
damn. infect. l. fiſtulam, §. fin. de ſeru. vrb. præd.
Iaſ. in d. l. quominus, quæſtion. 17. Gram. conſ. ci-*
11 *uil. 164.* Præſertim † implorato, & adhibito iudicis
officio, vt pulchre declarat *Theſ. d. deciſ.
41. num. 14.* Et ita, &c.

AR-

ARGVMENTVM.

Creditor ratione ſuæ hypothecæ, poteſt auocare mobilia bona penes tertium exiſtentia, ex remedio Saluiani interdicti probatis extremis.

SVMMARIVM.

1 *Intereſſe fideiuſſoris probatur per inſtrumentum fideiuſſionis.*
2 *Hypotheca cadit ſuper mobilibus.*
3 *Saluianum interdictum datur ſuper mobilibus.*
4 *Saluianum datur pro damnis, & intereſſe.*
5 *In Saluiano probatis extremis, non denegatur immiſſio.*
6 *In Saluiano primum extremum eſt poſſeſſio debitoris, de tempore obligationis.*
7 *In Saluiano poſſeſſio debitoris probatur per teſtes deponentes de poſſeſſione debitoris.*
8 *Nec non probatur ex confeſſione rei conuenti in reſponſione ad poſitiones.*
9 *In Saluiano ſecundum extremum probatur ex ſuſtentatione litis.*
10 *Inuectis adminiculis.*
11 *Et de adminiculis remiſſiue, & num. 12.*
13 *Poſſeſſio præſumitur continuata, vſque ad obitum.*
14 *Poſſeſſio mobilium de præterito non arguit poſſeſſionem de præſenti in præiudicium tertij rei conuenti.*
15 *Quod intellige, vt procedat ad plenam probationem inducendam, ſecus ad faciendum adminiculum iungendum ſuſtentationi litis.*
16 *Adminiculum faciunt teſtes nulliter examinati.*
17 *Adminiculum ſuffragatur, vbi præcedit aliquis gradus probationis cui coniungi poſſit.*
18 *Poſſeſſio mobilium de præterito, non arguit poſſeſſionem de præſenti, vbi verſaremur in antiquis, ſecus quando eſt de recenti.*
19 *Poſſeſſio rei mobilis dicitur vilis, ita vt citius perdatur, quam rei immobilis.*
20 *Poſſeſſio rei mobilis, quando eſt de recenti non præſumitur perdita, niſi accidens intermedius detur ad priuationem ipſius, & num. 21.*
22 *Poſſeſſor rei mobilis excipiens de potioritate præſumitur poſſidere.*
23 *Extremum ſecundum in Saluiano probatur leuioribus probationibus.*
24 *Saluianum intentans ſuper rebus mobilibus, habet in ſententia auocationem, non autem immiſſionem.*
25 *Et Iudex pronunciat mobilia actori eſſe conſignanda, quod verbum Saluiano conuenit.*
26 *Stabilia quæ certis finibus deſignentur, & loco circumſcribantur, non conſignationem, ſed immiſſionem patiuntur.*
27 *Verba ſententiæ intelligi debent ſecundum ſubiectam materiam.*
28 *Reus in Saluiano condemnatus ad conſignandum res mobiles, non intelligitur condemnatus actione perſonali tanquam debitor, ſed tantum vti poſſeſſor mobilium illorum.*
29 *Sententia lata præſumitur ex cauſa ex qua valere poteſt.*
30 *Iudicis intentio pronunciandi in Saluiano, quomodo ex verbis ſententiæ deducatur.*
31 *Expenſæ, quæ non ſunt factæ in vltima infirmitate, non gaudent priuilegio potioritatis.*
32 *Conſtitutio Clementis VIII emanata ad fauorem Aromatariorum, an extendatur ad Aromatarios Prouinciæ Marchiæ.*
33 *Obſeruantia non deſideratur in re clara.*
34 *Sententia lata cum vno, vel contra vnum non nocet alijs.*

DECISIO CLXXIII.

ANno 1599. Gregorius, & Dominicos Santalò vendiderunt Ioſepho Herculano cenſum ſcutorum 75. cum acceſſione Gaſparis Lauretani, quem ipſi venditores indemnem releuare ſub hypotheca ſuorum bonorum promiſerunt, extinguendo videlicet cenſum infra duos annos currentes; Quibus elapſis Petrus Lauretanus eiuſdem Gaſparis filius, & hæres, pro adimplemento promiſſorum exhibito in Iudicio pro fundamēto ſuæ hypothe-
1 cæ Inſtrumento † ex quo mora deducitur, & intereſſe ipſius Lauretani fideiubentis probatur, *Seraph. deciſ. 935. num. 4.* Intentauit remedium Saluiani contra Hieronymum Angeli de S. Elpidio ſuper quibuſdam mobilibus poſſeſſis per venditores cenſus, & promiſſores indemnitatis, ac obtinuit fauorabilem ſententiam à D. Locomtenente Curiæ Generalis Maceratæ, quam in gradu appellationis confirmandam eſſe credidimus.
2 Siquidem cū hypotheca † cadat ſuper mobilibus, *l. idemque, §. fin. ff. qui pot. in pig. hab. l. grege, §. ſtatu liber, l. quæ nondum, l. ſi fundus, §. in venditione, ff. de pig. & hypoth. Statil. de Sal. inſp. 3. cap. 2. num. 180. & pluribus ſeqq. Surd. conſ. 4. num. 25. Grinell. ſeu Dolans deciſ. 53. num. 17. & 18. Rot. penes Statil. d. tract. deciſ. 125. ferè*
3 *per tot.* Ita pariter † ſuper illis datur remedium Saluiani probata hypotheca, *Bal. in l. 1. ff. de diſt. pig. Gabr. 10. ſ. 46. num. 20. lib. 1. Statil. d. cap. 2. num. 184. Rot. apud eundem deciſ. 83. num. 1. & ſeqq. & deciſ. 126. ferè per totam, & ex impreſſ. per Cenc. de Cenſ. deciſ. 69. num. 1. & 3. Scap. de*
4 *Sal. lib. 2. quæſt. 13. num. 5.* Idque † pro recuperatione damnorum, & intereſſe cum adhuc duret obligatio ad extinguendum cenſum, *Statil. d. tract. Inſp. 4. cap. 1. num. 108. Scapuc. eod. tract. lib. 1. quæſt. 19. num. 1. & 2. Seraph. dict. deciſion. 935. numer. primo, & ſequen.* Conſtat
5 enim ad hoc effectum † de extremis neceſſarijs,

quibus concurrentibus denegari non ſolet tale re-
medium, Neguz. de pig. 1. mem. 8. par. num. 6.
Rol. conſ. 14. num. 13. lib. 1. Contard. ad l. vnic.
lim. 14. num. 10. C. ſi de moment. poſſ. Put. deciſ.
207, num. 2. lib. 1. Rot. in recent. par. 2. deciſ.
775. num. 1. cum alijs per nos allegatis, deciſ. 13.
num. 14. deciſ. 26. num. 11. deciſ. 74. num. 2. de-
ciſ. 95. num. 8. & luculentius, deciſ. 109. num. 4.
6 Nam † primum, quod eſt poſſeſſio debitoris de
tempore ſuæ obligationis, Rol. d. conſ. 14. num.
13. lib. 1. Scapuc. d. tract. lib. 1. quæſt. 25. num. 1.
cum alijs per nos citatis, deciſ. 13. num. 11. &
7 deciſ. 26. num. 22. Iuſtificatur † ex depoſitione
teſtium ad interrog. 17. & ſuper 1. capitulo de-
ponentium de poſſeſſione Dominici Santalò de-
bitoris, iuxta notata per Scapuc. lib. 1. d. quæſt.
25. & per Rot. diuerſ. par. 3. lib. 3. deciſ. 674. n.
3. & 4. par. 5. in recent. deciſ. 308. num. 1. cum
alijs plenè deductis per nos, deciſ. 44. nu. 7. Nec
8 non ex † confeſſione rei conuenti ad 2. & 3. po-
ſitionem, Statil. eod. tract. Inſp. 1. cap. 6. num.
87. Rot. coram Greg. deciſ. 92. num. 1. & in rec.
par. 3. deciſ. 260. num. 3. Secundùm verò proba-
9 tur † ex ſuſtentatione litis, Scap. eod. tract. lib. 3.
quæſt. 12. num. 5. & diximus d. deciſ. 44. num. 7.
verſ. & poſſeſſio, Caſ. de Graſſ. deciſ. 4. tit. de reſt.
ſpol. Caput. deciſ. 369. lib. 2. Rot. diuerſ. par. 4.
deciſ. 352. & in recent. par. 1. deciſ. 83. num. 2.
& deciſ. 387. num. 2. verſ. quod verò, & par. 2.
deciſ. 775. num. 1. & par. 5. deciſ. 17. num. 5. &
ex impreſſ. per Statil. deciſ. 20. in fin. & deciſ. 295.
10 num. 6. Et ſi cum litis ſuſtentatione † concur-
rere debent adminicula, ad notata per Statil. d.
cap. 6, num. 5. & per Mantic. deciſ. 181. Vtique
11 plura hic cumulari poſſunt, adſunt enim teſtes †
examinati vigore literarum monitorialium, qui
deponunt, quod Hieronymus reus conuentus de-
tinebat bona de quibus agitur de anno præterito
1627. vnde cum lis mota fuerit de anno ſubſequẽ-
ti 1628. dicitur ſanè probata poſſeſſio tempore
moti Iudicij, propter modicum temporis inter-
uallum, Rip. in cap. cum Eccleſia, num. 23. de
cauſ. poſſ. & prop. Menoch. lib. 6. præſ. 64. n. 31.
12 & 32. Inſuper adeſt cõfeſſio † eiuſdem rei ſuper
13 eorundem mobilium poſſeſſione, quæ cenſetur †
continuata, vſque ad tempus motæ litis, niſi quid
extrinſecum afferatur, l. cum nemo, C. de aeq. poſſ.
l. non ſolum, §. 1. ff. de vſuf. Canoniſta, in cap. cum
ad ſedem, & ibi Abb. num. 15. & But. num. 25.
de reſtit. ſpoliat. Menoch. conſ. 353. num. 18. &
ſeq. Falic. de Soc. cap. 25. num. 32. Rot. in recent.
par. 2. dec. 401. n. 4. & par. 4. dec. 224. n. 1. in fin.
14 Nec officit, † quod poſſeſſio mobilium de præ-
terito non arguat poſſeſſionem de præſenti, quo-
niam talis præſumptio cadit in præiudicium rei
conuenti, Menoch. de recup. rem. 15. num. 406. &
de præſ. lib. 6. præſ. 64. num. 21. & ſeqq. Mart-
ſcott. var. lib. 2. reſol. 59. num. 12. Gratian. diſc.
950. n. 39. & ſeq. Rot. ex imp. per March. de com.
par. 1. §. 2. dec. 2. n. 4. fol. 1017. Quia id ſolum
15 modo † procedit ad plenam probationem indu-
cendam, ſecus ad faciendum adminiculum, quod
eſt auxilium probationis deſumptæ ex d. ſuſten-
tatione litis, prout in ſimili dicimus, quod ad-
16 miniculum † præſtant teſtes nulliter examinati,
Rot. in recent. par. 1. deciſ. 18. num. 3. & par. 3.
dec. 374. n. 3. & dec. 742. n. 4. Quod quidem ad-
17 miniculum † ſuffragatur in hoc caſu præcedente
dicta ſuſtentatione litis cum qua cõiungitur, Rot.
in rec. par. 2. dec. 558. n. 3. Præterea reſpondetur,
18 quod † talis poſſeſſio mobilium de præterito, nõ
arguit poſſeſſionem de præſenti ſi verſaremur in
antiquis, ſecus verò quando tempus eſt de recen-
ti, & proximo, vt hic Couar. in cap. raynutius, §. 11.
19 n. 2. de teſt. Men. d. præſ. 64. n. 31. Quia † & ſi poſ-
ſeſſio rei mobilis dicatur vilis, & abiecta, ita vt
citius perdatur, quam poſſeſſio rei immobilis, l.
ſi rem mobilem, & ibi gloſ. ff. de acq. poſſ. Bened. Ca-
pra, conſ. 161. n. 3. Grinell. dec. 53. n. 22. Attamen
20 non præſumitur † perdita, quando eſt de recenti,
niſi aliquod accidens, vel alius actus intermedius
detur ad priuationem poſſeſſionis, iuxta notata in
21 cap. cum Eccleſia, de cauſ. poſſ. & prop. quod † non
præſumitur, niſi probetur, vt in puncto firmant
Capr. d. conſ. 161. ferè per totum, & ſignanter n. 8.
Men. d. conſ. 353. n. 18. & ſeqq. Falic. de Soc. c. 25
22 n. 32. & 33. Vlterius reſpondetur, quod † Hiero-
nymus reus conuentus excepit de potioritate ſu-
per iſtis mobilibus, quæ ſanè exceptio ſupponit
exiſtentiam illorum penes ipſum, Io: de Amic.
23 conſ. 64. n. 1. & ſeqq. Et † tamen in huius ſecun-
di extremi verificatione ſufficiũt leues probatio-
nes, Scap. d. tract. lib. 1. q. 27. n. 9. & lib. 3. q. 12.
n. 5. Rot. dec. 8. de reſt. ſpol. in nouiſ. & ex imp per
Stat. deciſ. 97. numer. 2. & penes Gregor. deciſ.
105. num. 2. Ac ideo, &c.

Neque ad rem pertinet, quod Iudex à quo in
ſua ſententia vſus fuerit verbo condemnamus,
quod eſt proprium Iudicij executiui, non autem
24 Saluiani. Quia † cum agatur de rebus mobilibus,
rectè fuit decretum, & relaxatum mandatum cõ-
tra Hieronymum poſſeſſorem pro auocatione il-
lorum, vt in ſimili firmat Grat. diſc. 943. n. 11. Et
25 propterea † benè fuit per Iudicem pronunciatũ,
mobilia de quibus agitur actori eſſe conſignanda
quod verbum Iudicio Saluiani conuenit, Statil.
d. tract. inſp. 1. cap. 3. nu. 5. Crauit. rit. 132. n. 3.
26 & 4. Ad differentiam ſtabilium, † quæ cum cer-
tis finibus deſignentur, & loco circumſcribantur,
non conſignationem, ſed immiſſionem patiuntur,
iuxta naturam Iudicij intentati, & ſententiæ cu-
27 ius † verba intelligi debent ſecundum ſubiectam
materiam, etiamſi impropriẽtur, Bell. Rot.
Iannen. deciſ. 103. numer. 3. Rot. in recentior.
28 par. 2. deciſ. 137. num. 7. Et ſic Hieronymus †
reus conuentus, & condemnatus ad conſignan-
dum, non intelligitur condemnatus actione per-
ſonali tanquam debitor, ſed tantum vti poſſeſſor
dictorum mobilium, ſecundùm materiam Iudi-
cij Saluiani inſtituti, Rot. ex impreſſ. per March.

de commiſſ. appellationum in poſſeſſorio Saluiani ,
29 par. 2. deciſ. 16. num. 4. fol. 977. Cum † ſenten-
tia lata ſemper præſumatur ex cauſa ex qua vale-
re poteſt, vt firmat Rot. in modo allegata deciſ. 16.
30 num. 1, Prout ſanè † talem fuiſſe intentionem
Iudicis pronunciandi in Saluiano deducitur ex il-
lis verbis ſententiæ, donec fuerit extinctus annus
cenſus ſcutorum 75. & ſic iuxta naturam Saluia-
ni, Seraph. deciſ. 915. num. 2. Rot. penes Statil.
deciſ. 2. num. 8. & 9.

Neq; etiam ſuffragatur allegata exceptio po-
tioritatis crediti ipſius Hieronymi Aromatarij :
Nam cum Dominicus Santalò obierit Romæ,
31 vt in actis conſtat; Nec impenſa † in medelis
traditis in Terra Sancti Elpidij fuerit pro vltima
infirmitate; nulla cadit de iure probatio potiori-
tatis ad fauorem Aromatarij, Rolan. conſ. 14.
num. 26. & ſeq. lib. 1. Surd. deciſ. 225. num. 28.
32 Grat. diſcept. 94. num. 16. Nec † Conſtitutio
Clementis VIII. emanata in ſimili materia pro
degentibus in Vrbe quidquam opitulatur; Quia
non extenditur ad Aromatarios huius Prouinciæ
Marchiæ, vt nouiſſimè declarauit Eminentiſs.
Cardinalis Aldobrandinus S. R. E. Camerarius,
33 die 5. Ianuarij 1633. Neque ſententiæ † in con-
trarium latæ in alijs cauſis, & in hoc iudicio ex-
hibitæ quidquam operantur; Quia ſunt contra
verba expreſſa Conſtitutionis localis, quæ pro-
pterea nullam inducunt obſeruantiam, nec con-
ſuetudinem aduerſus alios, Caſt. in l. hæredes pa-
lam, §. ſi quid, ff. de teſtam. Dec. conſ. 114. num.
5. Natt. conſ. 426. num. 42. Riminal. Iun. conſ.
500. num. 33. & 39. lib. 5. Seraph. 1108. num. 7.
34 Gail. lib. 2. obſeruat. cap. 31. nu. 11. Imò † tan-
quam latæ contra alios, non debent Lauretano
præiudicare, l. ſæpe, ff. de re iud. cap. penult. ex-
tra eod. tit. Natt. conſ. 46. num. 2. Surd. deciſ.
131. num. 9. Grat. diſcept. 436. num. 91. & ſeq.
& plenius diſcept. 966. num. 11. & ſeqq. Gregor.
deciſ. 434. nu. 3. Rot. in recent. par. 4. deciſ. 360.
num. 3. & 4.

ARGVMENTVM.

Hæc deciſio plura notanda continet, quæ colliguntur ex ſummario.

SVMMARIVM.

1 Solutio ſtipulata ad fauorem certæ perſonæ, illa perſona tantum agere poteſt ad ſolutionem conſequendam, quamuis obligatio Cameralis contineat in ventre ſtipulationem pro omnibus quorum intereſt.

2 Anterioritatis qualitas probari debet ab eo, qui ſe fundat in credito cum qualitate anterioritatis.

3 Etiam ſi à parte non opponatur, quaſi ſit principium intrinſecum ex quo oritur actio.

4 Prior in tempore potior eſt in iure hypothecæ, & num. 29.

5 Pecunia accepta cum cautione de reſtituendo, quatenus inſurgerent creditores anteriores præſumitur extare.

6 Mandatum eſt nullum, quando relaxatur nulla præcedente liquidatione, & num. 7.

8 Pignus conuentionale eſt, quod ex conuentione naſcitur.

9 Pignus tacitum eſt, quod lege cauetur.

10 Pretium rei non ſuccedit loco eiuſdem rei, niſi in vniuerſalibus.

11 Vel in dote.

12 Vel in ſubſidium re nimirum perempta.

13 Obligatio ex perſona, & facto ipſius obligati originem trahens, ipſum ſolum afficere debet.

14 Sententia certa ferri debet, & num. 51.

15 Obligans rem communem, partem ſuam tantum obligaſſe cenſetur.

16 Poſſeſſio alicui non acquiritur ſine mandato, & num. 19.

17 Quod eſſe debet ſpeciale.

18 Vel ſaltim generale cum ratificatione.

20 Confeſſio vnius ex litis conſortibus, non præiudicat alijs.

21 Identitas bonorum probanda eſt ab allegante.

22 Poſſeſſio hæredum eſt diuerſa ab illa, quæ erat defuncti.

23 De poſſeſſionis initio vbi non conſtat, dici non poteſt, quis poſſediſſe per tempus determinatum.

24 In poſſeſſionem immiſſus ex primo decreto, non efficitur poſſeſſor, ſed ſimplex detentor.

25 Poſſeſſionis effectus eſt, ex ea colligere, & percipere fructus.

26 Creditor de re in tenutam capta, non poteſt expellere debitorem, ſed vterque in ea permanere debet, debitor vt dominus, & poſſeſſor, creditor, vt detentator, & cuſtos.

27 Fructus rei captæ in tenutam, præſumuntur percepti à debitore, qui ſua poſſeſſione non fuit priuatus.

28 Iudex tunc demum priuat poſſeſſione, quando ritè, & rectè procedit, ſecus ſi nulliter, & iniuſtè.

30 Clauſula ſine præiudicio habentium meliora iura præſeruat iura anteriora, & potentiora, & num. 44.

31 Actore non probante reus abſolui debet.

32 Et quidem diffinitiuè quando eſt datus terminus ad probandum, & nihil probatum fuit.

33 Conditionis natura eſt, actus de futuro ſuſpendere.

34 Conditionalis ſententia eſt inualida.

35 Condemnatio ad fructus liquidandos ſuſtinetur, ſi petuntur acceſſoriè, ſecus ſi principaliter.

36 Fructus bona fide conſumpti non reuocantur, niſi duobus concurrentibus, ſcilicet quod principalis debitor, non ſit ſoluendo, & pecunia ſit penes creditorem ex cauſa lucratiua, num. 37.

38 Executio, vt legitimè facta dicatur, fideiuſſor excuti debet.

39 *Fideiſſoris bona reputantur eſſe principalis debitoris, vt ipſe principalis cenſeatur ſoluendo.*
40 *Pro vno, & eodem credito duæ exactiones fieri minimè poſſunt.*
41 *Vbicumque factum poteſt aliquo velamine excuſari, dicitur factum bona fide.*
42 *Bona fides cauſatur etiam ex iniuſtis, & temerarijs cauſis.*
43 *Creditor cogi non poteſt ad vendendum pignus, ſed ſolum inſtante debitore, aut alijs quorum intereſt tenetur conſentire, vt vendatur.*
45 *Et ſtrictè eſt intelligenda.*
46 *Verba ſententiæ ſunt ſtrictè intelligenda.*
47 *Clauſula ſine præiudicio eſt preſeruatiua, quando illi quibus iura reſeruata fuerunt poſſiterent.*
48 *Et preſeruat iura ſub conditione reſolutiua.*
49 *Conditio reſolutiua reſoluitur, vt nunc quoad fructus futuros poſt purificatam conditionem, non autem, vt tunc quoad fructus perceptos.*
50 *Adminiſtrator ante redditam rationem præſumitur de ſuo credito ſatisfactus.*
51 *Actoris iura ſi ſunt obſcura, dubia, & intricata, reus venit abſoluendus.*

DECISIO CLXXIV.

FRanciſcus Marci de Caſsaro Commiſſatus Anconæ, dum eſſet in humanis tres cenſus paſſiuè creauit, vnum ſcutorum 3. pretio ſcutorum 30. in ſorte ad fauorem Conſtantiæ Piſcianæ vxoris Cæſaris Thomaſij ſub die 5. Martij 1592. Alium verò ſcutorum 8. pretio ſcutorum 100. ad fauorem domus Piæ Orphanellarum Anconæ ſub die 9. Februarij 1593. in quo Ioannes Thomaſius, & Antonius Burza in ſolidum cum Franciſco principali debitore ſeſe obligarunt ad fauorem domus Piæ, quos indemnes Franciſcus releuare, & ad eorum beneplacitum liberare promiſit. Et alium cenſum ſimiliter ſcutorum 8. pretio ſcutorum 100. ad fauorem Petri Io: Furlani ſub die 18. Iunij 1593. cum acceſſione in ſolidum Franciſci Factioli. Quorum cenſuum occaſione, dictus Ioannes Thomaſius, Cæſar eius filius, & Conſtantia vxor de anno 1598. egerunt coram D. Bornio Locumtenente Anconæ, & fuerũt ab eo immiſſi in poſſeſſionem bonorum Franciſci Marci, donec reſpectiuè fuiſſent ſatisfacti de fructibus cenſus, & liberati ab obligatione, ſaluo tamen Iure habentium meliora, & potiora iura; Captaque fuit tenuta, vt in proc. fol. 56. & ſeqq. Deinde ſub prætextu, quod indebitè fuiſſent retenta bona Franciſci Marci per Antonium Mariam Allegrum, & Bartholomeam eius vxorem, anno 1602. à Domino Poſſente Locumtenente Anconæ fuerunt Allegri condemnati ad ſoluendum Ioanni Thomaſio, & Franciſco Factiolo pretium fructuum ex eiſdem bonis per quinquennium perceptorum, ad effectum conſeruandi indemnes eoſdem Thomaſium, & Factiolum ab obligationibus pro Franciſco Marci factis, & interpoſita ad hanc Rotam appellatione pro parte Bartholomeæ de Allegris poſt duplicem ſententiam confirmatoriam ſententiæ Domini Poſſentis, anno 1609 fuerunt ſubhaſtata quædam bona dictæ Bartholomeæ ad inſtantiam Factioli, & Thomaſij, & adiudicata Bartholomeo Ruffino oblatori pro ſcutis 180. quorum medietas, quæ eſt ſcutorum 90. peruenit ad manus Thomaſij, & alia medietas ad manus Factioli, qui ambo promiſerunt ſe eſſe veros, & legitimos creditores anteriores dictæ Bartholomeæ, & caſu, quo inſurgerent habentes meliora, & potiora iura, illas pecunias vterq; reddere, & ſoluere promiſit ſine lite cũ obligatione in forma Cameræ. Quibus ſtantibus cum hodie D. Hieronymus Bonibellus prætenſus creditor anterior Frãciſci Marci intendat repetere à Factiolo d. ſcuta 90, ac etiam fructus perceptos ex bonis Franciſci per annos 24. cum dimidio, & propoſito in Rota dubio, an ipſe obtinere debeat, fuit illud de voto dominorum pro maiori parte reſolutum negatiuè. Siquidem quoad pecunias excluditur; Non tantum, quia Franciſcus Factiolus, dum recepit illas à Bartholomeo Ruffino emptore ſubhaſta non promiſit reſtituere prioribus, & potioribus creditoribus, ſed ipſi Ruffino, quatenus inſurgerent creditores priores, & potiores, & ideò licèt Bonibellus eſſet creditor anterior, non tamen agere poſſet virtute obligationis Camera-
1 lis contra heredes Franciſci Factioli, quia † quando ſolutio ſtipulata fuit ad fauorem certæ perſonæ, illa ſola perſona agere poteſt ad ſolutionem conſequendam, quamuis obligatio Cameralis contineat in ventre ſtipulationem pro omnibus quorum intereſt, vt per *Bart. in l. ſi quis acceſſionis, ff. de fideiuſſor. Gab. conſ. 173. num. 2. lib. 2. Grat. diſcept. 723. num. 4. & 5. Rota penes Cenc. de cenſib. deciſ. 33. & coram Duran. deciſ. 27. num. 13. & deciſ. 247. nu. 7.* Sed etiam quia bona vẽdita ſubhaſta Bartholomeo Ruffino erant bona Dominæ Bartholomeæ de Allegris debitricis Franciſci Factioli, ſed dictus Bonibellus tantum abeſt, vt doceat ſe eſſe creditorem anteriorem Franciſco Factiolo in bonis ſubhaſtatis, vt potius conſtet nullam habere hypothecam in illis, vnde cum non probauerit ſe eſſe creditorem, & quidem cum qualitate anterioritatis de-
2 bet ſuccumbere, nam † quando qualitas eſt cauſa, quod quis obtineat, debet præciſe probari, *Tiraq. de retract. lig. §. 8. gloſ. 7. in prin. Pariſ. conſ. 152. num. 5. lib. 4. Curt. Iun. conſ. 124. nu. 1. Soc. Iun. conſ. 22. num. 11. lib. 1. Crau. conſ. 112. num. 6. Oſaſch. deciſ. 174. num. 5. Rot. in recent. par. 2. deciſ. 402. num. 4. in fin. & coram Mant. deciſ. 163. nu. 3. & coram Duran. deciſ. 19.*
3 *num. 15.* Etiamſi à parte † non opponatur, quaſi hoc ſit principium intriſecum ex quo oritur actio, *Cag. in l. hæredem eiuſdem, numer. 6. ff. de regul. Iur. Riminal. Iun. conſil. 494. num. 30.*

num. 20. *lib.* 5. *Becc. conſ.* 75. *num.* 6. *Decian.*
conſ. 24. *num.* 53 *lib.* 1. *Hond. conſ.* 4. *num.* 103.
lib. 1. *Grat. diſcept.* 668. *num.* 5. *& diſcept.* 689.
num. 27.

Non obſtat, quod Bartholomæa cum eſset po-
ſterior creditrix Franciſci Marci, & per plures
annos bona illius retinuerit, fructuſque percepe-
rit, quorum valorem ſicut ex bonis ſubhaſtatis
coacta fuit reſtituere Franciſco Factiolo anteriori
creditori, quam eſset ipſa in eiſdem bonis, ita
etiam cogi debeant hæredes Factioli, ad reſtitu-
endum pretium Bonibello, qui ex cauſa ceſſionis
cenſus Orphanellarum eſt anterior creditor ipſo
4 Factiolo in bonis Franciſci Marci, † ex regula,
quod prior in tempore potior, eſt in iure hypo-
thecæ, *l. qui balneum, ff. qui pot. in pig. hab. l. ſi
fundum, l. ſi generaliter, l. cum rem, l. licet, &
l. diuerſis temporibus, C. eod. tit.* Quod quidem
5 pretium † præſumitur extare per promiſſionem
de reſtituendo, quatenus inſurgerent creditores
anteriores, *Gratian. diſcept.* 701. *num.* 1. *Ioſeph.
Lud. deciſ. Peruſ.* 45. *num.* 20. *Franch. deciſ.* 75.
num. 9. vbi dantur concordantes, *Rot. apud Pa-
ciſ. de Sal. deciſ.* 133. *num.* 11. Quia reſponde-
tur ſubhaſtationem bonorum ex qua ſolutum fuit
pretium Factiolo, non fuiſſe factam in vim dictæ
ſententiæ condemnatoriæ, ad ſoluendum pretium
dictorum bonorum, ſed in vim mandati Rotalis,
6 quod † relaxari non potuit pro pretio dictorum
fructuum, in Rota non liquidatorum, *Caſtren. conſ.*
270. *in ſecundo dubio, lib.* 2. *Neguz. de pig.* 4. *mem.*
5. *par. prin. num.* 10. *Rot. ex impreſſ. per Statil.
de Sal. deciſ.* 80. *nu.* 1. *& coram Greg. deciſ.* 224.
num. 1. *deciſ.* 241. *num.* 6. *deciſ.* 485. *num.* 8. *&
deciſ.* 545. *num.* 7. Ideoque dicendum eſse man-
datum Rotale fuiſse relaxatum contra Bartholo-
meam ex alia cauſa.

Nam quamuis in Rota confirmata fuerit ſen-
tentia condemnatoria, ad ſoluendum valorem di-
ctorum fructuum propter lapſum fatalium, ni-
7 hilominus ex ipſa confirmatione, † non potuit
relaxari mandatum pro valore fructuum, nulla
præcedente liquidatione, iuribus ſupra dedu-
ctis, quibus addimus *Crau. conſ.* 802. *num.* 11.
lib. 5. *Ceph. conſ.* 693. *num.* 55. *& ſeqq. lib.* 5.
Mag. deciſ. Lucenſ. 3. *num.* 2. *Gall. de oblig. Cam.
quæſt.* 34. *num.* 10. *Cauul. deciſ.* 171. *num.* 6. *&
deciſ.* 348. *num.* 1.

Præterea, reſpondetur quod bona ſubhaſtata
erant Bartholomeæ de Allegris, & conſequenter
licet Bonibellus ex cauſa ceſſionis cenſus haberet
hypothecata bona Franciſci Marci cenſuarij, non
propterea potuit in bonis Bartholomeæ, quæ
fructus percepit ex boni Franciſci Marci habere
hypothecam, neque expreſsam conuentionalem,
8 neque tacitam legalem. † Non expreſsam, quia
nulla conuentio præceſſit inter Bonibellum, ſeu
illius auctores, & Bartholomeam, *ad tex. in l.* 1.
*ff. de pig. act. & in l. ſi tibi, §. de pignore, ff. de
pact. & in l. contrahitur, ff. de pignore,*
Mantic. de tacit. libr. 11. *titul.* 2. *numer.* 3.
9 Non tacitam, quia † hypotheca tacita non
oritur, niſi lege caueatur, de qua in propo-
ſito non docetur, *gloſ. in l. fundi. in fin. ff. de pri-
uil. cred. Neguz. de pig. in* 4. *mem.* 2. *par. num.* 1.
Rip. in l. damus, num. 6. *ff. eod. tit. de priuil. cred.
Grat. diſcept.* 601. *num.* 9. *Surd. deciſ.* 271. *num.*
10. cum alijs, quos retulimus, & ſequuti ſumus,
deciſ. 99. *nu.* 15. Igitur quoniam Bonibellus non
poterat agere contra bona Bartholomeæ ſubha-
ſtata, quia illa non erant ſibi hypothecata, mul-
to minus agere poteſt ad pecuniam receptã per
Factiolum, ex pretio bonorum ſubhaſtatorũ, quia
10 † pretiũ rei hypothecatæ non ſuccedit loco eiuſ-
dem rei, niſi in vniuerſalibus, *l. ſi rem, & pretium,
ff. de pet. hared. l. ſi ſeruum, §. fin. ff. de verb.
oblig. Affl. deciſ.* 369. *nu.* 4. *&* 5. *Bell. Rot. Ia-*
11 *nuen. deciſ.* 127. *num.* 10. vel in † dote, *l. labeo,
§. ſi item dominus,* vbi etiam *gloſ. ff. de verb. ſig.
Rot. in recent. par.* 3. *deciſ.* 113. *num.* 5. Vel in
12 ſubſidium, † ea nimirum perempta, aut præſcri-
pta, & pretio remanente penes recipientem ex
cauſa lucratiua, *Alex. conſ.* 108 *num.* 9. *&* 10.
lib. 5. *Neguz. d. tract. in prim. mem.* 5. *par. num.*
48. *Pereg. de iure Fiſc. lib.* 6. *tit.* 6. *num.* 8. *Me-
noch. conſ.* 25. *num.* 10. *&* 13. *lib.* 1. *Rot. in re-
cent. par* 2. *deciſ.* 595. *nu.* 2. *& ſeq. & deciſ.* 760.
num. 3. *Bell. Rot. Ianuen. deciſ.* 171. *num.* 2. In-
ſuper reſpondetur, quod ſententia continet con-
demnationem ad ſoluendum valorem fructuum
perceptorum ex bonis Franciſci Marci. Nicolai,
13 Iacobi, & Petri Mariæ de Caſſaro, ſed † Bonibel-
lus virtute ceſſionis cenſus, non habet obligata, ni-
ſi bona Franciſci Marci, nec Petrus Maria eſt no-
minatus in inſtrumento cenſus ceſſi Bonibello,
Nicolaus verò, & Iacobus licet in eo nominati
ſint, non tamen in inſtrumento interuenerunt,
ſed Franciſcus promiſit illos ratificaturos, & cum
non conſtet de mandato, aut ratificatione bona
eorum non remanſerunt obligata, *l. quæcumque
gerimus, ff. de act. & oblig. l. inter ſtipulantem,
ff. de verb. oblig. Rot. coram Dura. deciſ.* 48. *num.*
29. proindeque Bonibellus non poſſet agere, ni-
ſi pro fructibus perceptis in bonis Franciſci Mar-
ci, quæ quidem, aut fuerunt ſeparata à bonis
14 aliorum, & † cum non conſtet de quantitate fru-
ctuum in illis perceptorum, non poteſt ferri ſen-
tentia certa, contra *§. curare. Inſt. de act.* Aut fue-
15 runt poſſeſſa † pro indiuiſo per Franciſcum, &
alios ſupra nominatos, & tunc Bonibellus non
habet obligata dicta bona, niſi pro quarta parte
valoris dictorum fructuum, *ad tex. in cap. paſto-
ralis de donat. l. qui tabernas, ff. de cont. empt. l.
vnic. C. ſi communis, res pig. data ſit. Rot. in re-
centior. par.* 5. *deciſ.* 220. *num.* 8. *&* 9. *& coram
Greg. deciſ.* 225. *num.* 1. *& ſeqq.*

Quo verò ad prætenſos fructus, quos Bonibel-
lus aſſerit fuiſſe perceptos per ſpatium annorum
24. cum dimidio, per quond. Franciſcum Factio-
lum, & eius hæredes, in bonis Franciſci Marci,

ſimiliter videtur non poſſe obtinere. Quia non
conſtat Factiolum poſſediſſe bona Franciſci Mar-
ci; Quamuis enim in proceſſu de partibus fol. 57.
appareat Hieronymum Bonibellium, vti Procu-
ratorem Franciſci Factioli accepiſſe Tenutam
quorundam bonorum Franciſci Marci, tamen
non conſtat de mandato, aut ratificatione: Siqui-
dem illud quod eſt regiſtratum in actis, fol. 56.
continet facultatem capiendi poſſeſſionem bo-
norum Petri Mariæ Antognoli, & Franciſci de
Farellis, non autem Franciſci Marci de Caſtaro,
16 & † tamen ad capiendam poſſeſſionem requiri-
tur mandatum, *l. 1. §. per procuratorem, & leg.
poſſeſſio, §. & ſi poſſeſſio, ff. de acq. poſſ. Greg. de-*
17 *ciſ. 50. num. 3.* Et quidem † ſpeciale ſecundùm
vnam opinionem, quam ſequuntur *Surd. conſil.*
150. num. 29. Lud. deciſ. Peruſ. 29. numer. 4. Rot.
coram Caual. deciſ. 14. num. 2. & in recent. par. 4.
18 *deciſ. 339. num. 2.* Vel † ſaltem generale, cum
ratificatione, *Alex. in l. quod meo, num. 13. ff.*
de acq. poſſ. & conſ. 110. numer. 2. lib. 1. Gabr.
conſ. 52. num. 1. lib. 1. quod eſt repetitum, conſil.
31. num. 1. lib. 2. Gratian. diſcept. 365. num. 11.
19 *& ſeqq.* Sine † quo mandato non fuit illi quæſita
poſſeſſio, *l. 1. §. per procuratorem, ff. de acq. poſſ.*
Greg. deciſ. 50. num. 4. Neque aliquid elicitur,
quod releuet ex reſponſione Horatij Factioli ad
poſitiones Bonibelli, aut ex electione hæredum
Factioli per eundem Bonibellium agentem Sal-
uiano. Quia confeſſio Horatij verſatur circa poſ-
ſeſſionem ſuam, non autem Franciſci Patris, &
cum ipſe ſolus non ſit in lite, ſed multi ſint hære-
20 des Franciſci Factioli, ſi confeſſio † eſſet præiu-
dicialis præiudicaret ſibi ſoli, nõ autem litis con-
ſortibus, *l. duobus, §. 1. vbi Iaſ. ff. de iure iuran.*
Alciat. conſ. 174. num. 2. Affl. deciſ. 275. num.
11. Rot. coram Greg. deciſ. 556. num. 10. & in re-
21 *cent. par. 4. deciſ. 30. num. 12.* Neque conſtat †
de identitate bonorum, vt conſtare debet, *Ma-*
22 *reſc. Var. lib. 1. cap. 12. & ſeqq.* Et † ex electio-
ne hæredum, non poteſt inferri ad poſſeſſionem
defuncti, quæ eſt diuerſa ab illa hæredum, *Rot.*
diuerſ. par. 1. deciſ. 27. nu. 14. & in recent. p. 5.
23 *deciſ. 35. num. 11.* Et cum † non conſtet de ini-
tio poſſeſſionis dictorum hæredum, non poteſt
dici illos poſſediſſe per tempus determinatum,
quia certitudo tẽporis habetur per initium, & fi-
nem, *Dec. conſ. 115. num. fin. Crau. conſ. 201.*
num. 23. in fin. Mag. deciſ. Luc. 47. num. 7. Rot.
in recent. par. 3. deciſ. 275. num. 4. & deciſ. 653.
numer. 1.

Secundò, obtinere non poteſt Bonibellus, ſi-
24 quidem ex tenuta † capta, detentio datur dun-
taxat creditori ad cuius inſtantiam fuit obtenta,
non autem transfertur poſſeſſio, *l. 3. §. fin. vbi*
Iaſ. num. 10. & 23. ff. de acq. poſſ. Gratian. deciſ.
82. num. 11. Seraph. deciſ. 1107. num. 2. Rot. di-
uerſ. par. 4. deciſ. 773. in prin. & in recent. par. 2.
deciſ. 545. num. 4. & par. 4. deciſ. 640. num. 10.
25 *in fin.* Sine † qua poſſeſſione nulla probatur per-
ceptio fructuum, qui ſequuntur poſſeſſionem,
Rum. conſ. 53. num. 7. lib. 4. Beron. conſ. 94. num.
9. lib. 3. Bellam. deciſ. 703. Rot. coram Caual. de-
ciſ. 138. num. 2. & deciſ. 637. num. 5. & in rec.
par. 1. deciſ. 397. num. 4. Ideoque creditor non
26 poteſt de re in Tenutam capta † expellere debi-
torem, ſed vterque in ea permanere debet, nimi-
rum debitor vt dominus, & poſſeſſor, creditor
verò, vt detentator, & cuſtos, *Alex. in d. l. 3. §.*
fin. ſub num. 11, in fin. Neguz. de pig. 2. mem. 3.
par. num. 6. Gratian. d. deciſ. 12. num. 13. Rot.
in recent. par. 5. d. deciſ. 248. num. 7. Et propte-
27 rea † fructus rei in tenutam captæ præſomuntur
perueniſſe ad debitorem, qui ſua poſſeſſione non
fuit priuatus, *Seraph. d. deciſ. 1107. num. 3.*
Greg. deciſ. 50. num. 2. Rot. diuerſ. par. 4. d. dec.
773. vbi quod debitor prætendens fructus rei in
tenutam captæ perueniſſe ad creditorem legiti-
me probare tenetur, creditorem poſt executio-
nem habuiſſe poſſeſſionem bonorum ipſius debi-
toris, ſuper quibus executio fuit decreta, & fa-
cta, ipſumque debitorem eo tempore fuiſſe im-
peditum fructus percipere. Quamobrem ſi id
procedit quando tenuta decreta fuit per Iudicem
ſeruatis ſeruandis, multo magis procedere de-
bet, quando prout in caſu noſtro decreta fuit
abſque citatione partis de qua hic non conſtat,
28 cum tunc Iudex, † qui priuare alias poſſet poſ-
ſeſſore ſua poſſeſſione, illum non priuet, *Grat.*
deciſ. 11. num. 5. & ſeqq. in addit. Rot. ex impreſ.
per Pacif. de Sal. deciſ. 101. num. 6. Greg. deciſ. 9.
num. 4. deciſ. 69. num 3. & deciſ. 105. num. 22.

Tertiò, obtinere non poteſt Bonibellus, quia
per Iudicem fuit decreta immiſſio, non ſolum
ad fauorem Franciſci Factioli, ſed etiam Tho-
maſij, cum clauſula citra præiudicium habentium
meliora, & potiora iura, qui quidem Thoma-
ſius cum eſſet anterior creditor pro cenſu ſcuto-
rum 30. in ſorte, & pro releuatione indemnita-
tis pro cenſu Orphanellarum ceſſo poſtmodum
Bonibello, debebat prius ſatisfieri ex fructibus
bonorum in quibus fuit conceſsa immiſſio, quam
ipſe Franciſcus Factiolus poſterior creditor,
29 quia † prior in tempore potior eſt in iure hypo-
thecæ, *d. l. qui balneum, in prin. ff. qui por. in pig.*
hab. cum aliis citatis ſuprà *num.* 4.
30 Et per dictam clauſulam citra præiudicium ha-
bentium meliora, & potiora iura, fuit præſerua-
tum ius anterius, & potentius dicti Thomaſij,
Pereg. de fideicom. Art. 47. num. 29. & Art. 48.
num. 36. Mareſc. var. lib. 1. cap. 55. num. 31.
Surd. deciſ. 333. num. 10. & ſeqq. Lud. deciſ. Pe-
ruſ. 47. num. 22. Dura. deciſ. 84. num. 10. Greg.
deciſ. 332. num. 4. & ibi latè Belt. num. 6. Vnde
cum pro parte Bonibelli probatum non fuerit,
quod ſatisfacto Thomaſio ſuperſint aliqui fru-
ctus percepti ex bonis à prædictis hæredibus Fa-
31 ctioli, ſuccedit vulgata † regula, quod actore
non probante reus abſolui debeat, *l. qui accuſa-*
re, C. de eden. cum alijs per nos citatis *deciſ.* 50.
num.

32 *num.* 85. *& deciſ.* 93. *num.* 9. Et quidem † diffi-
nitiuè cum fuerit datus terminus ad probandum,
& nihil fuerit probatum, *Couarr. var. lib.* 1. *cap.*
1. *num.* 8. *propè fin. Menoch. de recup. remed.* 1.
num. 179. *Chart. deciſ.* 59 *num.* 3. & diximus
deciſ. 59. *num.* 2. *&* 3. Neque ferri poteſt ſenten-
tia condemnatoria cùm cõditione ſi probabitur,
33 quia cum † huiuſmodi conditionis natura ſit actũ
de futuro ſuſpendere, ita vt non poſſit in conti-
nenti verificari, *Franc. deciſ.* 23. *num.* 4. vtique
34 illius adiectio † vitiaret ſententiam, illamque
nullam redderet, *Sim. de Præt. conſ.* 34. *num.* 1.
& 2. *& conſ.* 106. *num.* 5. *lib.* 1. *Mag. deciſ. Lu-
cenſ.* 73. *num.* 19. *Vant. de nullit. ex defectu pro-
ceſſus, num.* 112. *verſ. ſed contrarium.* Quam-
35 uis † condemnatio ad fructus liquidandos ſuſti-
neatur, quando petuntur acceſſoriè, ſecus ſi prin-
cipaliter, vt in caſu de quo agitur, *Natt. conſ.*
569. *num.* 12. *Grat. diſcept.* 444. *num.* 9 *& ſeqq.*
Oſaſcb. deciſ. 129. *num.* 16. *in fin. Guidop. deciſ.*
405. *num.* 2. *Rot. diuerſ. par.* 1. *deciſ.* 100. *nu.* 2.
in fin.

Demum obtinere non poteſt, quia vbi proba-
tum fuiſſet Franciſcum Factiolum, aut illius hæ-
redes percepiſſe aliquos fructus ex bonis Franci-
ſci Marci ſatisfacto prius Thomaſio creditore
anteriore, prout verè probatum non fuit, non
36 poſſet Bonibellus † agere ad dictos fructus bona
fide conſumptos, *gloſ. Bart. Ang. & Salyc. in l.*
ſi fundus, §. in venditione, ff. de pig. Iac. de Aren.
Cyn. & Salyc. in l. 3. *C. in quib. cauſ. pig. vel hy-
poth. tac. contrah. Papiens. in forma libell. in actio-
ne hypothecaria, gloſ. ſimul cum fructib.* Rot. *ex
impreſs. per Pic. deciſ.* 219. *ante num.* 1. Vel ſal-
37 tem † duo requirebantur, vt agere poſſet, vide-
licet excuſſio principalis debitoris, & retentio va-
loris fructuum ex cauſa lucratiua, *Rot. in recent.*
par. 2. *d. deciſ.* 595. *num.* 2. *&* 3. *& deciſ.* 760.
num. 3. cum alijs ſuprà deductis. Quorum neu-
trum verificatur, quia fructus peruenerunt ad
Factiolum ex cauſa onecoſa, & non fuit facta ex-
cuſſio bonorum Franciſci Marci debitoris; Et li-
cet aliqualiter appareat ipſum Franciſcum Mar-
ci lapſum fuiſſe facultatibus, tamen non conſtat,
38 haud eſſe ſoluendo, & vlterius † debebat excuti
etiam Thomaſius illius fideiuſſor, *Alex. d. conſ.*
39 108. *num.* 10. *lib.* 5. Nam bona † fideiuſſoris re-
putantur bona principalis debitoris, et ipſe
principalis debitor cenſetur ſoluendo, *l. ſi plu-
res, §. præterea, vbi Bart. Bal. & Caſt. ff. de fi-
deiuſs. Bal. & Salyc. in Auth. ſed hodie, C. de act.*
& oblig. Roman. conſ. 320. *num.* 2. *Caualc. deciſ.*
34. *num.* 24. *par.* 1. Neque dici poteſt Factiolum
fuiſſe in mala fide, cum fortaſſe non ignoraret
Orphanellas creditrices anteriores pro cenſu ceſ-
40 ſo eidem Bonibello; Quia † non tenebatur pati,
quod pro dicto cenſu fierent duæ exactiones in
ſui præiudicium, vna videlicet per Thomaſium
fideiuſſorem pro ſua indemnitate, & altera per
Orphanellas, argumento, *l. bona fides, ff. depoſit.*

Et potuit veriſimiliter credere, quod Orphanel-
læ, ſeu illarum ceſſionarius à dicto Thomaſio fi-
deiuſſore ſatisfieri deberent, præſertim propter
perceptionem fructuum in bonis Franciſci Mar-
ci ad effectum conſequendi indemnitatem pro-
pter fructus cenſus ſolutos, & pro extinctione
41 facienda de eodem cenſu, † & vbicunq; creditor
conſequitur, quod ſibi debetur, ſi poſtea aliquo
velamine, vel aliqua cauſa etiam minus iuſta ex-
cuſari poteſt (quæ tamen iuſtiſſima fuit in Factio-
lo) dicitur bona fide ſuum creditum conſequutum
fuiſſe, *l.* 1. *vbi Bal. in prin. & Ang. in ſummario,*
42 *ff. de diſt. pig.* Nam † bona fides cauſatur etiam
ex iniuſtis, & temerarijs cauſis, *Surd. conſ.* 115.
num. 8. *Becc. conſ.* 95. *num.* 10. *Oſaſcb. deciſ.* 160.
num. 5. *&* 6. *Rot. in recent. par.* 2. *deciſ.* 320. *nu.*
2. *& par.* 7. *deciſ.* 199. *num.* 10. *&* 11. Sicuti
etiam eidem Factiolo obijci non poterat, quod
43 debebat vendere bona hypothecata. Quia † li-
cet id facere potuiſſet, veruntamen cogi non po-
terat ad vendendum, ſed ſolum inſtante debitore,
aut alijs, quorum intererat tenebatur conſenti-
re, vt venderentur, *l. quamuis*, & ibi *Bart. Bal.*
Salyc. & cæteri, ff. de pig. act. Franch. deciſ. 82.
num. 8. *&* 9.

Neque obſtat, quod immiſſio in bonis Fran-
ciſci Marci data fuerit Factiolo, abſque præiudi-
cio habentium meliora, & potiora iura, quæ clau-
44 ſula, † vt diximus, eſt præſeruatiua iurium ip-
ſius Bonibelli, *Greg. deciſ.* 332. *num.* 4. *& ſeqq.*
Quia præterquam quod iam firmatum fuit non
conſtare aliquos fructus perueniſſe ad manus di-
45 ctorum de Factiolis; Reſpõdetur † vlterius, quod
dicta clauſula referri debet ad Thomaſium, & Fa-
ctiolum, quibus ſimul decreta fuit immiſſio, vt
ſcilicet inter eos ſeruari deberet prærogatiua
prioritatis, *Rot. diuerſ. par.* 1. *deciſ.* 354. *num.* 2.
46 *& deciſ.* 355. *num.* 2. Vnde † non debet trahi ad
alias perſonas, & ſic ad Bonibellum, qui in iu-
dicio non interfuit, quoniam Decretum Iudicis
eſt ſtricti iuris, ita vt quando verificari poſſit in
perſonis iudicio intereſſentibus non extendatur
ad alios, *l.* 1. *C. ſi plures vna ſent. Crau. conſ.* 216.
num. 24 *Menoch. conſ.* 611. *num.* 15. *Rot. coram*
Dura. deciſ. 207. *num.* 4. *deciſ. noſtra* 50. *num.*
501. Et ſi extenderetur ad omnes, comprehen-
deret etiam Thomaſium, qui non eſt veriſimile,
quod pati voluerit Factiolum poſt eorem eo-
dem tempore ſatisfieri, ad *l. cum de indebito, ff.*
de probat. Quare cum pro parte Bonibelli non
fuerit probatum, quod ſatisfacto prius Thoma-
ſio ſupererint aliqui fructus percepti ex dictis bo-
nis per Factiolum, vel eius hæredes debet ſuc-
cumbere, vt ſuprà demonſtratum eſt.

47 His præterea accedat, quod licet dicta clauſu-
la ſit conditionalis, & præſeruatiua, tamen præ-
ſeruat ſolum iura, & eſt conditionalis, quando
illi quibus reſeruata fuerunt iura poſſiderent,
Hond. conſ. 86. *num.* 52. *lib.* 2. *Belt. ad Greg. in
allegata deciſ.* 332. *num.* 6. *in fin. Caual. dec.* 446.

num.

num. 4. cum alijs per nos citatis, *deciſ.* 35. *num.*
19. *& ſeq.* Ideò non potuit ſuffragari Bonibello,
48 qui non poſſidebat. Vltra, quod dicta † clauſula
præſeruat iura ſub conditione reſolutiua, *Bilr.*
ad Greg. d. deciſ. 332. *num.* 6. *verſ. & in his ter-*
49 *minis*. Conditio † autem reſolutiua reſoluit, vt
nunc quo ad fructus futuros poſt purificatam
conditionem, vt diximus *d. deciſ.* 35. *num.* 21.
Non autem, vt tunc quo ad fructus perceptos,
Menoch. conſ. 494. *num.* 3. *& ſeqq. lib.* 5. *Mantic.*
deciſ. 332. *Seraph. deciſ.* 756. *num.* 2.

Tandem accedat, quòd creditum Bonibelli
non videtur ſufficienter iuſtificatum, tum quoad
pecunias ſolutas per Burſam cuius ipſe ſe facit
hæredem, cum tamen non conſtet eſſe talem, tum
quo ad exceſſiuas expenſas, quæ non videntur
legitimè taxatæ. Tum demum, quo ad pecunias
ſolutas Thomaſio fideiuſſori in cenſu ſibi ceſſo
per Orphanellas, quas ſanè pecunias retinere
poterat tanquam creditor dicti cenſus ceſſi, abſ-
50 que eò quòd ſolueret Thomaſio, qui pluſquam †
ſatisfactus præſumebatur non reddita ratione
fructuum preceptorum, *Canal. deciſ.* 171. *num.*
7. Et re vera non caret ſuſpicione colluſionis,
quod Bonibellus voluerit ſoluere notabilem pe-
cuniarum quantitatem Thomaſio, quam poterat
retinere, & reſiduum ſui crediti exigere à Thoma-
ſio fideiuſſore in cenſu ſibi ceſſo, vt poſtea pro
dictarum pecuniarum repetitione vexaret hære-
des Factioli ad quorum manus non conſtat ali-
quos fructus perueniſſe. Ex quibus omnibus ne-
gari non poteſt quin iura Bombelli ſint valdè ob-
ſcura, & intricata, vt propterea rei conuenti ve-
niant abſoluendi, *cap. graue*, 11. *quæſt.* 3. *cap.*
ſin. 33. *diſt. cap. inter dilectos, in fin. de fid. in-*
ſtrument. cap. cum ſint. de reg. Iur. in 6. *l. fauora-*
biliores, ff. de reg. Iur. Bal. conſ. 79. *num.* 7. *lib.*
2. *Cran. conſ.* 6. *num.* 127. *Gratian. diſcept.* 736.
num. 64. *&* 65. *Amat. deciſ. Ferrarien.* 13. *num.*
15. *Mag. deciſ. Lucenſ.* 86. *num.* 24. *Mantic. deciſ.*
364. *num.* 2.

ARGVMENTVM.

Reſtitutio depoſiti ſpontè facta, non li-
berat depoſitarium, cum adhuc illud
dicatur extare. Cum alijs in materia
ſuſpicionis fugæ.

SVMMARIVM.

1 *Depoſitum reſtitutum ſponte, & ſine mandato Iu-*
dicis, non cauſat attentata, nec depoſitarium
liberat, cum adhuc illud dicatur extare.
2 *Sētētia lata pēdente termino ad probādū eſt nulla.*
3 *Dilatione pendente Iudicis officium conquieſcere*
debet.
4 *Debitor ſuſpectus de fuga cogi non poteſt ad ſoluen-*
dum, niſi plenè per creditorem probetur credi-
tum, & num. 13.
5 *Actore non probante intentionem ſuam in termino*
præfixo, ferri debet ſententia diffinitiua abſolu-
toria à petitis, abſque eò quòd reſeruentur iura
melius agendi.
6 *Sententia lata ex eò quòd actor non probauit in-*
tentionem ſuam, reſpicit merita cauſæ, & dici-
tur diffinitiua.
7 *Forma non ſeruata corruit actus.*
8 *Sententia vbi eſt nulla, Iudex nullitatem decla-*
rare debet inſtante tamen parte, & num. 10.
9 *Iudex appellationis qui ſucceſſit in locum Iudicis à*
quo, ea omnia quæ facere poterat primus Iudex,
poteſt, & ipſe facere.
11 *Debitor de fuga ſuſpectus liberatur per depoſitum,*
vel per ſatiſdationem, cum mandatum ſuſpicio-
nis fugæ non tendat ad ſolutionem, ſed ad aſſe-
curationem Iudicij, & num. 12.

DECISIO CLXXV.

IN cauſa Iuramenti ſuſpicionis fugæ
præſtiti coram Iudice Æſino per
Ioannem Brunum, tanquam hæ-
redem Bartholomæi Rotæ Merca-
toris eiuſdem Ciuitatis, contra
Iacobum Bicaram Mathelicanum:
Propoſito dubio in plena Rota. An ſtantibus hinc
inde deductis conſtet de attentatis, quæ veniant
reuocanda per Bicaram, vel potius ſit confir-
manda, ſeu infirmanda ſententia eiuſdem D. Iu-
dicis à quo, fuit per omnes Dominos, quoad
primam partem illius reſolutum, non conſtare
de attentatis ob aſſertam reſtitutionem depoſiti
pendente tempore ad appellandum, ſeu penden-
1 te appellatione, quia † in actis cauſæ non appa-
ret de aliqua reſtitutione facta de mandato Iudi-
cis, ideò ſi quæ reſtitutio facta fuit, de qua nec
etiam liquet, illa vtique fuit voluntaria, & pro-
pterea non potuit cauſare attentata, cum tunc
depoſitarius non liberetur, ſed adhuc depoſitum
dicatur extare, *Roman. conſ.* 287. *Tiraq. de re-*
tract. conſang. §. 4. *gloſ* 9. *num.* 2. *Rot. ex impreſ.*
apud Zacch. de oblig. Cam. deciſ. 99. *num.* 2. *&* 3.

Quo verò ad ſecundam partem dubij fuit con-
cluſum pro maiori parte, ſententiam dicti D. Iu-
dicis à quo, ex capite nullitatis eſſe infirmandam,
cum condemnatione in expenſis illius inſtantiæ.
Nam cum Statutum Æſinum, *Rub.* 31. *lib.* 2. in
cauſis ſuſpicionis fugæ concedat actori dilationē
20. dierum, abſque alia aſſignatione Iudicis ad
probandum creditum, vbi actor fidem fecerit
cum eius iuramento, ſe habere teſtes extra diſtri-
2 ctum Æſij, prout Ioannes Brunus iurauit, † non
poterat Iudex dicta dilatione pendente abſque
vitio nullitatis ad ſententiam deuenire, prout fe-
cit, *l. ſiue pars, cum ibi not. per doct. C. de dilat.*
Rot. in recentior. par. 1. *deciſ.* 173. *in fin. & coram*

Caualet.

Digitized by Google

Canaler. deciſ. 69. num. 4. & deciſ. 319. num. 1. Tempus enim conceſſum ad probandum, cepit currere *die 7. Octobris anni* 1633. Et ſententia, quæ Iacobum Bicaram abſoluit à petitis, fuit lata die 22. eiuſdem menſis, & anni, & ſic intra
3 terminum probatorium, † quo durante Iudicis officium conquieſcere debebat, *l. ſiue pars, C. de dilat. Marant. in prax. part. 4. diſt. 16. num. 68. vbi dantur concordantes, Gab. de dilat. concl. 1. Anch. conſ. 36. nu. 6. Dec. conſ. 356. nu. 1. Affl. deciſ. 50. num. 5. Rot. in recent. par. 1. deciſ. 359. num. 3. & 5.*

Sed tamen agredientes Domini vnico contextu merita cauſæ, vnanimiter dixerunt, mandatum ſuſpicionis fugæ ad inſtantiam Ioannis Bruni, contra dictum Iacobum Bicaram relaxatum, fuiſſe iniuſtum; ideoque rectè feciſſe D. Iudicem à quo illud reuocando, cum abſolutione rei conuenti à petitis; Eo præſertim, quia nec etiam in hac ſecunda inſtantia, in qua actor congruas habuit dilationes creditum probauit, prout tenebatur, non tantùm ex forma ſtatuti, quam etiam
4 iuris communis. Cum † non poſſit is, qui iratus fuit ſuſpectus de fuga adſtringi ad ſoluendum, niſi plenè per creditorem probetur creditum, vt luculenter deduximus, *deciſ. 85. num. 1. & ſeqq.* quibus ſcriptis, nunc addimus *Rot. in recent. par. 1. deciſ. 490. num. 5. & 6. par. 2. deciſ. 654. num. 4. & par. 4. deciſ. 48. num. 2.* Et propterea Bicara reus conuentus venit à petitis abſoluendus, cum victoria expenſarum in hac ſecunda inſtan-
5 tia factarum; Nam cum actor † intentionem ſuam non probauerit, ferri debet ſententia abſolutoria à petitis abſque eo quod reſeruentur iura melius agendi, vt notant *Menoch. de recup. rem. 1. num. 279. Borg. deciſ. 7. nu. 4. verſ. & iſto caſu, Chart. deciſ. 59. num. 2. Rot. in recent. par. 2. deciſ. 731.*
6 *num. 3. & 4.* Quia † tunc perimit ius partis, & reſpicit merita cauſæ, diciturq; diffinitiua, adeò vt non poſſit amplius iudicium de nouo inchoari, vt notauimus, *deciſ. 59. num. 4.*

Quibus non obſtat, quod Ioannes Brunus non ſeruauerit formam ſtatuti, dum iurauit ſuſpectum de fuga Bicaram, & propterea mandatum
7 relaxatum † per Iudicem ſubiacere vitio nullitatis, *Rot. diuerſ. par. 4. deciſ. 347. num. 4.* cum alijs, quos retulimus, & ſequuti ſumus, *deciſ. 94.*
8 *num. 20.* Ita † vt partes D. Iudicis à quo fuiſſent in declarando dictum mandatum nullum cum omnibus inde ſequutis, *ex l. ſi præſes, vbi doct. C. quom. & quando Iudex, Vant. de nullit. tit. coram*
9 *quo, num. 9.* Prout † id fieri debet modo per Iudicem appellationis, qui ſucceſſit in locum Iudicis à quo, & ea omnia, quæ facere poterat primus Iudex poſſit, & ipſe facere, *Caualer. deciſ. 25.*
10 *num. 6. par. 1.* Quia † vltra quod pro parte Bicaræ nonquam petitum fuit pronunciari ſuper nullitate mandati, ſed ſolum à petitis abſolui,
11 Reſpondetur ex depoſito † facto euaneſcere ſuſpicionem fugæ, vt diximus *deciſ. 76. num. 14.* Ita quod non ſit amplius de ea tractandum, ſed de credito, vt requirit dictum ſtatutum, & eſt
12 etiam de iure communi. Nam † præſtita ſatiſdatione ceſſat ſuſpicio, & debitor captus relaxatur, cum mandatum ſuſpicionis fugæ, non tendat ad ſolutionem, ſed ad aſſecurationem Iudicij, vtque actor fideiuſſionis obligationem conſequatur, *Iaſ. in l. ſi ab arbitris, num 5. ff. qui ſatiſ. cog. Caſtal. de debit. ſuſp. quæſt. 9. in prin. Pariſ. conſ. 101. lib. 3. Rot. in recent. part. 4. deciſ. 48. num. 2. in fin. & ex impreſſ. per Zacch. de oblig. cam. deciſ. 118.*
13 *num. 2.* Et † niſi actor ordinariè agendo probet creditum ſuum ſuccumbit, *Caſt. conſ. vlt. ſub num. 1. col. 2. verſ. diſtendum eſt, lib. 1. Riminal. Iun. conſ. 765. num. 8. lib. 5. Caualc. deciſ. 8. num. 12. par. 1. cum alijs per nos citatis d. deciſ. 85. num. 6. & 7.*

ARGVMENTVM.

Tertius, qui non fuit in Iudicio, & ignorauit cauſam agi, non prohibetur appellare à ſententia lata in poſſeſſorio reſpuente appellationem.

SVMMARIVM.

1 *Tertius non citatus, non prohibetur appellare à ſententia lata in Saluiano.*
2 *Lex, vel ſtatutum remouens appellationem, non includit tertium, qui non fuit in Iudicio.*
3 *Sententia inter duos lata, non nocet tertio non vocato.*
4 *Sententia reſpectu tertij non vocati, ſeu citati dicitur nulla.*
5 *Sententiæ executio differtur per appellationem tertij, qui eſt audiendus.*
6 *Iudex præiudicare non poteſt tertio non citato.*
7 *Scientia litis, & ſententiæ, nocet tertio quoad poſſeſſionem.*
8 *Scientia præſumpta quo ad effectum præiudicij non ſufficit, ſed certa, & ſpecifica requiritur.*
9 *Sententia quando non noceat ex qualitate negotij, non ſufficit etiam ſcientia illius in genere, ad excludendum tertium quin poſſit appellare.*
10 *Tertius veniens ad cauſam poſt latam ſententiam, videtur illam feciſſe ſuam.*
11 *Tertius veniens ad cauſam cenſetur admiſſus in ſtatu, & terminis in quibus cauſa reperitur.*
12 *Declara, vt procedat, quando tertius venit adhærendo condemnato, & ad illius defenſionem: ſecus verò quando venit principaliter pro ſuo intereſſe, deducendo ius ſuum ſeparatum ab altero, & num. 13.*
14 *Tertius veniens ad cauſam non poteſt impedire executionem, oblata cautione de indemnitate per illum, qui executionem obtinuit iuxta tex. in*

in l. ſi à quo, ff. de rei vendic.

15 *Intellige, vt diſpoſitio illius tex. non procedat, quando poſſidet tertius, qui non fuit citatus.*

16 *Sed ſolum procedit, quando ipſe condemnatus poſſidet.*

17 *Vel quando ſunt plures competitores agentes contra poſſeſſorem, & vnus ante alium victoriam conſequitur.*

18 *Cauſa, & ſententia quando dicatur indiuidua.*

19 *Sententia ſi eſt indiuidua, appellatio etiam dicitur indiuidua, & vnius prodeſt alteri propter connexitatem, etiam ſi ſit appellationis proſecutio, & num. 20.*

21 *Clericus ratione cenſus poteſt conueniri coram Iudice laico, ſecundum vnam opinionem.*

22 *Clericus ſuccedit in re cum ſuo onere.*

23 *Contrarium eſt verius, & num. 24. & 26.*

25 *Stare in Iudicio in quo quaſi contrahitur reſpicit perſonam.*

27 *Siue agamus perſonali, ſiue reali actione, ſiue petitorio, ſiue poſſeſſorio.*

28 *Clerico, & Laico pro indiuiſo poſſidentibus, ſi intentatur Saluianum contra Laicum, datur immiſſio pro indiuiſo.*

29 *Habens rem communem pro indiuiſo, poteſt inſiſtere, & vti ipſa re pro modo, & menſura ſuæ poſſeſſionis, etiam inuitis ſocijs.*

30 *Cenſum imponens ſuper re in qua habet partem, cenſetur impoſuiſſe ſuper ipſa parte, etiam quod tota res in inſtrumento ſit deſignata.*

31 *Sententia declarari poteſt de quibus bonis agatur.*

32 *Immiſſio pro indiuiſo datur quando eſt detrahenda aliqua portio ſuper re, ſuper qua illa immiſſio datur.*

33 *Vna poſſeſſio non poteſt continere prohibitionem alterius, ſed ſunt compatibiles.*

34 *Prædium eſt diuiduum.*

35 *In electione Creditoris eſt, qui habet plura bona obligata experiri contra quem mauult in ſatisfactionem ſui crediti.*

36 *Etiam intentando Saluianum.*

37 *Nec alteri ſit præiudicium.*

DECISIO CLXXVI.

Viſum fuit non eſſe moderandam inhibitionẽ de qua agitur, ſed procedendum ad vlteriora. Siquidem
1 R. D. Alexander Galeottus, † qui
in cauſa non fuit citatus docendo
de ſuo intereſſe potuit appellare,
etiam quod ſententia de immittendo ad fauorem
DD. de Antolinis in mero ſit poſſeſſorio Saluiani,
Contard. de moment. limit. 23. num. 1. & ſeqq.
vbi latè comprobat *Menoch. de adip. remed. 4.
num. 845. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. amp.
14. num. 3. & 4. Capic. deciſ. 34. num. 5.* Rot. *in*
2 *recent. par. 3. deciſ. 17. num. 2. & ſeqq.* Quia †
lex, vel ſtatutum remouens appellationem, non
extenditur ad eum, qui non fuit in iudicio, *cap.
ſuper eo de off. deleg. Franc. in cap. paſtoralis, num.
25. de appell. Bart. in l. 1. §. interdum, num. 4.
ff. à quib. appell. non licet* Cont. *d. limit. 23. num.
2. & ſeq. Scac. de appellat. quæſt. 17. lim. 6. mem. 4.*
3 *num. 41. & ſeqq.* Nec † illi quidquam nocet talis
ſententia, *l. fin. C. ſi per vim, l. 1. & 2. C. quib.
res iudic. non noc. l. ſæpè, ff. de re iudic. Bart. in l. ſi
fundus, §. creditur, ff. de pig. Iaſ. in l. ſi vnus, §.
ante omnia, num. 4. & in l. iuris gentium, §. prætor ait, num. 9. ff. de pact.* Rolan. *conſ. 5. per tot.
lib. 2. Mareſc. var. lib. 2. reſol. 121. num. 2. Mar.
Ant. var. lib. 1. reſol. 58. num. 8. Bell.* Roſ. *Ianuen. 121. num. 4. Capic. deciſ. 20. nu. 5. Cauale.
deciſ. 5. num. 7. par. 1. Oſaſch. deciſ. 38. num. 2.*
4 Cum † potius dicatur nulla eius reſpectu, *ad tex.
in l. de vno quoque, ff. de re Iudic. Mar. Ant. dict.
reſol. 58. num. 8. Giurb. deciſ. 93. num. 3. verſ.
& cum tertius*, ita vt exequi non poſſit, ſiue ſit
de ſui natura inappellabilis, prout in remedio
Saluiani ſtante Ægidiana, ſiue latis tribus conformibus, quæ faciunt rem iudicatã, ſiue lato ſit de-
5 creto in materia exequutiua. † Nam in omnibus
iſtis, & ſimilibus cauſis, tertius veniens pro ſuo
intereſſe, & docens de poſſeſſione ſua impedit
executionem, & eſt audiendus ſuper iuribus ſuis.
*Innoc. in cap. veniens il 2. num. 3. de teſt. quem ibi
omnes canoniſtæ ſequuntur, Couarr. Pract. quæſt.
cap. 16. num. 3 Cont. d. lim. 23. num. 4. & 17.
Bellam. deciſ. 708. & deciſ. 709. Rot. in recentior.
part. 3. d. deciſ. 17. num. 2. & 3. Giurb. deciſ. 8.*
6 *num. 36. in prin. & deciſ. 62. num. 2.* Quoniam †
Iudex præiudicare non poteſt tertio non citato,
vt diximus *deciſ. 17. num. 10. Rot. in recent. par.
3. deciſ. 117. num. 6.*

Non obſtat, quod dicebatur ex cohabitatione
Alexandri cum Io: Baptiſta eius fratre eſſe præ-
7 ſumendam litis, & ſententiæ ſcientiam, † quæ
nocet ipſi Alexandro quoad eius poſſeſſionem,
Cont. d. lim. 23. num. 9. & proinde excludendum
ab omni appellatione, *l. ab executore, §. alia, ff.
de appell. l. à ſententia, ff. eod.* Natt. *conſ. 457.
num. 2. Lud. deciſ. Peruſ. 26. num. 17.* Quia re-
8 ſpondetur, † quod ad effectum præiudicij ſcientia præſumpta non ſufficit, ſed certa, & ſpecifica requiritur cum omnibus qualitatibus, & circumſtantijs, *gloſ. in cap. concertationis, verb. ſciuerit, & ibi Gemin. de appell. in 6.* Natt. *conſ. 636.
num. 192. Surd. conſ. 190. num. 136.* Rot. *in recent. par. 3. deciſ. 584. num. 1. & ſeqq. & par. 5.
deciſ. 301. num. 28.* cum alijs innumeris conge-
9 ſtis in noſtra *deciſ. 116. num. 30. Imò* † quando
ſententia ex qualitate negotij non afficit tertium,
non ſufficit etiam ſcientia ſententiæ in genere ad
ipſum excludendum quin poſſit appellare, *cap.
concertationi, vbi gloſ. in verb. ſciuerit de appell.
in 6. Capuc. deciſ. 33. num. 7 par. 1. Lud. d. deciſ.
Peruſ. 26. num. 19. & ſeqq. Rota in recent. par. 3.
deciſ. 425. num. 6. & par. 4. deciſ. 270. num. 6.*
10 Neque obſtat, quod R. D. Alexander veniens
ad cauſam poſt latam ſententiam videatur illam

feciſſe

11 feciſſe ſuam, *Put. deciſ. 71. num. 2. lib. 3.* Cum † cenſeatur admiſſus in ſtatu, & terminis in quibus cauſa reperitur, & aliter admitti non potuerit, *cap. 2. §. fin. vt lit. pend. in 6. Conar. pract. quaſt. cap. 13. in prin.* Et proinde illum non eſſe audiendum in ſuſpenſiuo, ſed tantum in deuolutiuo, in quo audiri poteſt etiam frater eius condemnatus

12 ad dimittendum. Quia id procederet, † quando D. Alexander veniſſet ad cauſam adherendo fratri condemnato, & ad illius defenſionem, ad latè tradita per *Giurb. deciſ. 1. num. 24. & deciſ. 8.*

13 *num. 28. 29. & 41.* Secus † verò, quando prout in præſenti caſu, venit pro ſuo intereſſe, deducendo particulariter ius ſuum, appellando à ſententia quatenus ex ea ſibi fieret aliquod præiudicium, qui eſt modus proprius, quando tertius venit prout in prima, quod facere poteſt, *Giurb. deciſ. 90. num. 2. Rot. in recent. par. 3. deciſ. 17. num. 5.*

Neque dicendum eſt, quod vbi agitur de exequendo ſententiam ſuper eadem re, ſuper qua

14 lata eſt, † tertius veniens ad cauſam non poteſt impedire executionem oblata cautione de indemnitate, *ad tex. in l. is à quo, & l. ſequenti, ff. de*

15 *rei vend.* Quoniam † diſpoſitio illius *tex.* non videtur procedere, quando tertius, qui non fuit citatus poſſidet, vt hic, iuxta notata per *Alex. in l. admonendi pio, §. ſi ſuper rebus, num 9. ff. de re iudic.* quem ſequitur, *Caput. deciſ. 327. num. 3.*

16 *par. 1.* ſed † ſolum procedit, quando ipſe condemnatus poſſidet, *Oſaſ. d. deciſ. 38. num. 4.*

17 *Boer. deciſ. 79. num. 2.* Vel quando † ſunt plures competitores agentes contra poſſeſſorem, & vnus ante alium victoriam conſequitur, *Menoch. deciſ. 29. lib. 3.* quem refert Ricc. *coll. 619. verſ. & ratio eſt.*

Nec placuit, quod quarto loco dicebatur, prædium de quo agitur poſſideri ab Alexandro inſimul cum Io: Baptiſta fratre, & ideò intereſſe prætenſum dicti Clerici eſſe reſtringendum ad medietatem fundi, proindeque ſuper alia medietate poſſeſſa per Io: Baptiſtam citatum, & condemnatum, non poſſe intrare appellationem ſu-

18 ſpenſiuam vigore Ægidianæ. Quia ex quo † Antolini actores petierunt, & obtinuerunt immiſſionem indiſtinctè in toto prædio, dicitur cauſa, & ſententia indiuidua, *Iaſ. in l. 1. §. ſi ſtipulatio, num. 8. verſ. ſecundo limita, ff. de verb. oblig.*

19 *Put. deciſ. 315. num 7. lib. 1.* Quo † caſu debet etiam appellatio cenſeri indiuidua, & vnius prodeſſe alteri ſtante connexitate, *Bart. in l. appellat, ff. de appell. Franc. in cap. ſi duobus, num. 5. & in cap. vna ſententia, nu. 5. de appell. Pariſ. conſ. 66. col. 1. & conſ. 107. num. 122. lib. 3. Rutn.*

20 *conſ. 26. lib. 4.* Prout † prodeſt alijs conſortibus appellationis proſecutio facta per vnum ex eis tantum, *l. 1. vbi Bal. num. 2. C. ſi vnus ex pluribus, Put. deciſ. 409. lib. 2. Surd. deciſ. 143. num. 4.*

Demum non obſtat, quod in gradu appellationis interpoſitæ à dicto Clerico, & per Rotam admiſſæ, dictum fuit pro parte dictorum de Antolinis, ſententiam huiuſmodi eſſe confirmandã.

21 Cum ratione cenſus † poſſit Clericus conueniri coram ſæculari Iudice, dummodò executio fiat contra bona, vt per *Gul. de Cuneo, in l. de iis, C. de Epiſc. & Cleric.* quem refert, & ſequitur *Ca-*

22 *ual. quaſt. 36. num. 19. & ſeqq.* Cum ipſe † ſuccedat in re cum ſuo onere, *l. fin. C. ſine cenſ. vel reliq. fund. comp. non poſſ. Spec. tit. de locat. §. nunc aliqua, num. 86. Crau. conſ. 217. num. 5. Surd. conſ. 162. num. 11. Guidop. deciſ. 79. num. 1.* Si-

23 quidem † ex dicta ratione non ſequitur, quod ad huiuſmodi cenſum ſoluendum cogi poſſit Clericus per Iudicem ſæcularem, nam ſicut eius perſona eſt excepta, eſt etiam excipienda res, tan-

24 quam acceſſoria, † Cum Clericus in reali quoq; debeat gaudere priuilegio Clericali, *l. decernimus, C. de Epiſc. aud. cap. conſtitutus, de integr. reſtit. Diſq. cleric. Bell. tit. de fauor. cler. reali. §. 1.*

25 *num. 1. & ſeqq.* Et † quia ſtare in Iudicio reſpicit perſonam, cum in illo quaſi contrahatur, *l. 3. §. idem ſcribit, de Pecul. l. 2. ff. de prætor. ſtipulat. Dec. in cap. at ſi Clerici, num. 161. de Iudic.* Pro-

26 inde † non poteſt vllo modo conueniri coram Iudice ſæculari, etiam reſpectu cenſus, ſeu tributi, quia tunc perſona ſubijceretur Iudici laico, contra *cap. ſi diligenti, de foro compet. cap. 1. & 2. 11. quaſt. 1.* vt ſic in ſpecie firmant, *Abb. in cap. qualiter, & quando, num. 8. de Iudic. Soc. in cap. ſane, num. 10. de foro compet. idem Soc. conſ. 13. num. 30. lib. 4. Rol. conſ. 15. num. 37. & conſ.*

27 *32. num. 13. lib. 2.* vb. quod ita † eſt tenendum, ſiuè agamus perſonali, ſiuè reali petitione, ſiuè petitorio, ſiuè poſſeſſorio, tàm ordinario, quàm ſummario. Et communem, ac magis communem dicit *Miſing. obſeruat. 22. cent. 1. Aufred. de poteſt. ſæcular. in Eccleſ. reg. 2. fall 4. Bell. d. tit. & §. 1. num. 8. Carol. de Graſſ. effect. cleric. 1. num. 17.* Vndè cum ex prædictis ſententia ſic indiſtinctè lata, non afficiat Alexandrum Clericum, qui erat citandus, & conueniendus coram Iudice ſuo; Videtur nunc reformanda, & conſequen-

28 ter † quod ſit concedenda immiſſio Dominis de Antolinis in poſſeſſione de qua agitur, retinenda pro indiuiſo, ita vt reſtringatur tantummodo ad portionem Ioannis Baptiſtæ laici, ad tradita per *Neguz. Iun. quaſt. 216. num. 1. & ſeqq.*

29 Nam † ſicut habens rem communem pro indiuiſo, poteſt licitè inſiſtere, & vti ipſa re pro modo, & menſura ſuæ poſſeſſionis, etiam inuitis ſocijs, *l. duo fratres, ff. de acq. hæred. Crau. conſ. 60.*

30 *num. 3.* Nec non ſuper eadem † re cenſum imponere, quem diceretur impoſuiſſe ſuper ſua medietate, etiam quod tota res in inſtrumento eſſet deſignata, *Hond. conſ. 38. num. 99. lib. 1. Mareſc. var. lib. 1. cap. 72. num. 4. Rot. in recent. par. 1. deciſ. 249. num. 1. & par. 5. deciſ. 220. num. 9.*

31 *& coram Greg. deciſ. 225. num. 14. & 16.* Ita † & ſententia reſtringi, ſeu declarari poteſt de quibus

Digitized by Google

quibus bonis ſit agendum, *Bart. in l. ſerui electione, §. fin. ff. de leg. 1. Ruin. conſ. 145. num. 11.*
32 *lib. 1. Negu. d. quaſt. 216. num 4.* Pro † vt inſinuſi ſeruat hoc Tribunal, innixus auctoritate Rotæ Romanæ, quod quando ex aliqua re ſuper qua petitur immiſſio eſt detrahenda aliqua portio, conceditur pro indiuiſo, vt diximus *deciſ. 23. num. 120. Argil. de legit. Contrad. quaſt. 10. art. 1. num. 156. & quaſt. 13. art. 6. num. 72. Rot. in recent. par. 4. deciſ. 562. num. 5. & par. 5. deciſ. 51. num. 19. & 20. & coram Cauaẞer. deciſ. 573. num. 2. & 3.* cum alijs relatis per *Belt. ad Greg. deciſ. 185. num. 4.* & coram *Duran. deciſ. 180. num 8.* vbi quod hæredi debetur immiſſio pro indiuiſo, ſi teſtator cum alijs pro indiuiſo
33 poſſidebat, Quoniam vna poſſeſſio † non poteſt continere prohibitionem alterius, ſed ſunt compatibiles, *doct. in cap. licet cauſam, de probat. Bart. in l. ſi duo, ſub num. 4. ff. vti poſſid. Caſ. de Graſſ. deciſ. 33. num. 7. de cauſ. poſſ. & prop. Rot. in recent. par. 3. deciſ. 318. num. 1. in fin.* Igitur
34 cum † prædium hypothecatum ſit diuiduum, *Afflict. deciſ. 283. num. 4.* ob id ſicut eſt in ele-
35 ctione † creditoris, qui habet plura bona obligata experiri contra quem maluit in ſatisfactionem ſui crediti, *l. creditoris, ff. de diſt. pig. Neguz. de pig. 8. par. 1. mem. num. 48. & ſeq. dec.*
36 *noſtra 22. num. 16.* Ita † videtur, quod Antolini creditores potuerint intentare Saluianum contra portionem bonorum poſſeſſorum per Ioannem Baptiſtam laicum, ad tradita per *Scapuc. de ſal. lib. 2. quaſt. 15. per tot.* cum alijs per nos congeſtis in modo allegata *deciſ. 22.* Cum per talem immiſſionem per Rotam concedendam pro indiuiſo, non inferatur aliquod præiudicium in parte, & poſſeſſione dicti Alexandri, *Argil. d. tract. quaſt. 7. art. 8. num. 171. & quaſt. 13. artic. 6. num. 27. Neguz d. quaſt. 216. numer. 5. Med. deciſ. Senen. 63. numer. 1. Rot. in recentior. par. 1. deciſ. 500. numer. 8. verſ. ſed ſolum.* Et ita, &c.

A R G V M E N T V M.

Poſſeſſio defuncti in hærede continuata vigore Statuti, an ſufficiat ad manutentionem obtinendam, præſertim quando deuolutio eſt clara, ita vt bona de ſui natura non tranſmittantur ad hæredes, ſed pertineant ipſo iure ad proprietarium.

S V M M A R I V M.

1 *Poſſeſſio præſumitur continuata, vſque ad obitum poſſidentis.*
2 *In ſummariſſimo attenditur tantum nuda poſſeſſio detinenda, donec de titulo cognoſcatur.*
3 *Poſſeſſor lite pendente eſt manutenendus.*
4 *Poſſeſſio anterior in manutentione eſt præferenda poſteriori, & num. 27.*
5 *Poſſeſſio inſtrumentalis ſufficit pro manutentione, ſi tunc temporis erat vacans.*
6 *Poſſeſſio in dubio capta, præſumitur alio non poſſidente.*
7 *Poſſeſſio capta Iudicis decreto, manutenibilis eſt.*
8 *Poſſeſſio probatur ex confeſſione partis, quæ nominat aduerſarium occupatorem, & numero 10. & 11.*
9 *Poſſeſſio cuiuslibet præſumitur iuſta.*
12 *Et talis confeſſio præiudicat ſucceſſori, & hæredi.*
13 *Poſſeſſio probatur ex decreto Iudicis mandantis bona reſtitui.*
14 *Proprietarius ex translatione vſusfructus in aliquem, non amittit poſſeſſionem ciuilem, & numer. 22.*
15 *Poſſeſſionem ciuilem anteriorem habens, debet præferri habenti naturalem poſteriorem.*
16 *Poſſeſſio ciuilis ſola ſufficit, ad obtinendam manutentionem.*
17 *Poſſeſſio de tempore litis motæ requiritur, ad obtinendam in iudicio manutentionis.*
18 *Poſſeſſio ſemel apprehenſa, præſumitur continuata, ad effectum obtinendi manutentionem.*
19 *Quia ſolo animo retinetur.*
20 *Dictio (tantum) limitat diſpoſitionem ad expreſſa, & includit non expreſſa.*
21 *Factum ob cauſam ſecundam illam determinari.*
23 *Clauſula ſine præiudicio iurium vtriuſque partis appoſita in decreto Iudicis, ſuſpendit acquiſitionem poſſeſſionis.*
24 *Et rem integram conſtituit perinde, ac ſi per Iudicem nihil geſtum fuiſſet.*
25 *Saltim quoad expreſſa.*
26 *Vſufructu finito competit mandatum de manutenendo proprietario.*
28 *Statutum de continuanda poſſeſſione in hæredem, non habet locum in ſummariſſimo remedio manutentionis, eo quia dicens in ſe continuatam poſſeſſionem, debet docere ſe eſſe verum hæredem.*
29 *Statutum continuandæ poſſeſſionis, præſupponit illam continuabilem.*
30 *Nec habet locum in bonis, quæ ſui natura ad hæredes non tranſmittuntur, & num. 33.*
31 *Statutum non comprehendit actum iuratum, niſi de illo mentionem faciat.*
32 *Hæres plus iuris non habet, quam defunctus.*
34 *Statutum, quod poſſeſſio continuetur, in hæredem, non intelligitur de illa poſſeſſione, quæ cohæret iuri perſonali.*
35 *Lex fingere poteſt quod non eſt, non autem id facere poteſt homo.*
36 *Statutum de continuanda poſſeſſione in hæredem, non procedit vbi deficit poſſeſſio defuncti, & quod illa ſit proprio nomine.*

37 *Vſu-*

37 *Vſufructuarius non poſſidet;*
38 *Sed tantum cuſtodit cauſa vtendi, et fruendi.*
39 *Vſusfructus eſt ius perſonale, quod morte vſufructuarij extinguitur.*
40 *Relictum iuris, quod quis habet in re morte ſua periturum, nõ valet in præiudicium proprietarij.*
41 *Statutum de continuanda poſſeſſione in hæredem militat contra tertium, non contra dominum, vel militat, quando deuolutio bonorum non eſt clara.*

DECISIO CLXXVII.

CVm Excellentiſs. Domina Duciſſa Fælix Saxatella ad computum dotis ſcutorum octuaginta millium promiſſorum Excellentiſſimo D. Duci Torquato de Comitibus eius marito, ceſſiſſet pro ſcutis 50. mil. creditum, quod habebat contra Dominos de Beuilaquis, qui pro eadem ſumma in ſolutum dederunt eidem D. Duci bona Caſtaldariæ Bagooli, &
1 alia de quibus agitur per eum † poſſeſſa, vſque ad obitum, prout de iure continuaſſe præſumitur, *doct. in l. ſine poſſidentis, C. de prob. Natt. conſ. 235. num. 18. Rot. in rec. par. 3. deciſ. 235. num. 2. deciſ. 497. num. 2. & deciſ. 670. num. 4. & par. 4. deciſ. 340. num. 3.* Et hodie orta ſit controuerſia, inter Illuſtriſſimum D. Ioannem Nicolaum d. D. Ducis Torquati fratrem, ac hæredem teſtamentarium ex vna, & D. Ludouicum Pendaſium prætenſum hæredem d. D. Duciſſæ Saxatellæ ex alia, & quidem non in ordinario poſſeſſorio. Sed ex-
2 traordinario gratia litis ordinandæ, vocato † ſummariſſimo, vbi tantùm agi oportet de ſimplici, & nuda poſſeſſione eorundem bonorum, de retinenda, donec in petitorio, vel ordinario poſſeſſorio de validitate contractuum inter partes cognoſcatur, ex allegatis pleno calamo per *D. Lodouicum Poſt. in ſuo tract. de Manutenendo, obſer. 3. num. 23. & ſeqq. & per Rot. coram Greg. deciſ. 275. num. 14. coram Duran. deciſ. 269. num. 4.*
3 Cum iuſtum, † & æquum ſit, vt qui non poſſidet lite pendente ſuper negotio principali, non impediat poſſeſſorem in ſua poſſeſſione, *Rot. noſtra coram R. P. D. Thomat. deciſ. 12. num. 5. & 6. & deciſ. 120. num. 8.* Ideoque omiſſis, quæ pertinẽt ad petitorium, vel poſſeſſorium ordinarium, quia aſſerta poſſeſſio D. Pendaſij capta apparet die 4. Martij præteriti: Nos infraſcripti Auditores Rotæ Maceraten. interrogati reſpondidimus vti ſupra, & conſideratis prius ſcripturis R. P. D. Franciſco Fælicio collegæ noſtro tranſmiſſis, manutenſionem competere D. Ioanni Nicolao de Comitibus, qui legitimè docet de eius
4 actuali poſſeſſione valde anteriori adepta, † nẽpè, die vltima Maij 1636. Statim ſequuta morte D. Ducis Torquati eius fratris, *cap. licet cauſam, de probat. l. prædia, vbi Bart. & alij, ff. de acq. poſſ. idem Bart. in l. ſi duo, num. 4. ff. vti poſſidet. Greg. deciſ. 9. num. 5. deciſ. 40. num. 2. &*
5 *deciſ. 549. num. 1. & 4.* Idque † per publicum Inſtrumentum adoptionis illius, quod alio tunc temporis non exiſtente in poſſeſſione, vt in præſenti caſu probat, & ſuffragatur ad quemcunque effectum, & præſertim manutentionis, vt latè probat idem *Thomat. deciſ. 15. numer. 6. & de-*
6 *ciſ. 35. num. 7. & ſeqq.* Etiamſi † D. Ioannes Nicolaus non doceret de illo tempore poſſeſſionem fuiſſe vacantem per obitum D. Ducis, quoniam de iure poſſeſſio capta præſumitur alio non poſſidente, dum contrarium non probatur, *Pereg. Pat. deciſ. 47. num. 3. Rot. coram Seraph. deciſ. 322. num. 5. & coram Duran. deciſ. 436. n. 2.*
7 Quòd eò † magis procedit accedente decreto de immittendo deſuper lato ad eius fauorem per D. Locumtenentem ad ciuilia Ciuitatis Ferrariæ, *Menoch. de retin. rem. 3. num. 575. Rot. in recent. par. 1. deciſ. 92. num. 3. & deciſ. 513. numer. 2.*
8 Ac † etiam accedente confeſſione D. Duciſſæ, dum in petitione coram Prętore Rotæ Ferrarien. pro reſtitutione ſuarum dotium, nominat D. Ioannem Nicolaum occupatorem, nam licet ex his verbis videatur confiteri poſſeſſionem vitioſam, attamen cum habeat iſta confeſſio præſum-
9 ptionem iuris contra ſe, nimirum, quod † cuiuſlibet poſſeſſio iuſta præſumatur, & non vitioſa,
10 *l. meritò, ff. pro ſoc.* poteſt acceptari reſpectu † poſſeſſionis reiecta qualitate vitij, *Rot. in recen. par. 2. deciſ. 525. num. 2. & par. 4. deciſ. 562. n. 1.* & latius comprobauit *Thomat. d. deciſ. 15. n. 8.*
11 Quæ ſanè confeſſio † indubitanter probat aduerſus confitentem, vbi agitur de manutentione, *Greg. deciſ. 458. num. 6. Thomat. ead. deciſ. 15.*
12 *num. 9.* Et † afficit D. Pendaſium aſſertum hæredem, *vulgatis l. cum à matre, C. de rei vend. l. ex qua perſona, ff. de reg. iur. Afflict. deciſ. 381. num. 8. Surd. deciſ. 11. num. 15. Rot. coram Greg. deciſ. 418. num. 5. & coram Caualer. deciſ. 430. num. 5. & in recent. par. 4. deciſ. 578. num. 2.* Ac
13 demũ † accedente decreto Eminentiſs. D. Card. Legati mandantis bona prædicta reſtitui per D. Ioannem Nicolaum D. Duciſſæ ad vſufructuandum pro medietate, & pro alia medietate liberè, vnde ſignum euidens, quod ipſe Ioannes Nicolaus poſſidebat ex priuatione, quæ præſupponit habitum, ſicut reſtitutio priuationem, vt latè deduxit *Thomat. d. deciſ. 15. n. 10. & ſeqq.* Quam-
14 uis † ex dicta tranſlatione ad vſufructuandum pro medietate bonorum facta, iuxta formam decreti, ac etiam ex obligatione D. Duciſſæ ſubſecuta dominium, & proprietas, & ſic poſſeſſio ciuilis ſine dubitatione remanſerit penes eundem D. Ioannem Nicolaum, *ad tex. in l. quiſquis, C. de donat. Gratian. diſcept. 779. numer. vigeſimoprimo, Rot. coram Mantic. deciſ. 167. numer. 7.*
15 cum alijs infrà allegandis. † Qui propterea etiamſi haberet tantùm ciuilem poſſeſſionem, debet tanquam anterior præferri D. Pendaſio habenti naturalem poſteriorem, vt ſæpè firmauit Rota, & ſignanter coram *Cocein. deciſion. 239.*

num. 3. & deciſ. 417. num. 4. cum alijs per *diſt.*
26 *Lud. Poſt. obſeruat. 78. num. 8.* Illaque ſola † ci-
uilis in concurſu naturalis ſufficit ad obtinendam
manutentionem, *Menoch. de retinend. remed. 3.*
num. 22. Rot. *diuerſ. par. 2. deciſ. 19. num. 2. &*
in rec. par. 2. deciſ. 36. n. 2. & par. 4. dec. 372. n. 5.
27 Quibus non obſtat, quod dicebatur non pro-
bari poſseſſionem de tempore litis motæ, vt re-
quiritur ad obtinendum in hoc iudicio, iuxta
tex. in § retinendæ, Inſtit. de interd. cum ſimili-
28 bus. Quia † reſpondetur ſufficere poſſeſſionem
anteriorem probatam; Cum illa præſumatur cō-
tinuata ſaltim per decennium ad effectum obti-
nendi manutentionem, *Rot. ex impreſſ. poſt d. tr.*
de manut. deciſ. 298. num. 1. & 2. & in recentior.
par. 1. deciſ. 513. num. 2. & par. 4. deciſ. 129.
29 *num. 4.* niſi probetur ab alio apprehenſa, † quia
ſolo animo retinetur, *ad tex. in l. licet, C. de acq.*
poſſ. Abb. in cap. olim, il primo, num. 14. & in
cap. cum ad ſedem, de reſt. ſpoliat. Alex. conſ. 133.
num. 4. lib. 1. Gratian. diſcept. 310. num. 54. &
ſeqq. & diſcept. 981. num. 31. Put. deciſ. 17. lib.
2. Rot. *ex imp. per Cenc. de Cenſ. deciſ. 242. num.*
6. & 7. coram Greg. deciſ. 307. num. 9. & coram
Mantic. deciſ. 95. num. 4. & deciſ. 172. n. 4. & 5.
Nec pariter obſtare viſum fuit, quod dicebatur
D. Ioannem Nicolaum fuiſſe priuatum poſſeſ-
ſione eorundem bonorum, ex allegato decreto E-
minentiſs. Cardinalis Legati, quo mandauit reſti-
tui dotes Duciſſæ, & ad talem effectum bona de
quibus agitur; Quia in primis reſpondetur, quod
reſpectu medietatis ſolus vſusfructus fuit reſtitu-
tus, vt expreſſe cautum reperitur in eodem decre-
to, & in obligatione deſuper facta à Duciſsa, pon-
30 derata maximè † illa dictione (tantùm) quæ di-
ſpoſitionem, & reſtitutionem limitat ad expreſſa,
& excludit non expreſſa, *Grat. diſcept. 216. n. 18.*
& 19. Surd. deciſ. 291. num. 19. Cocc. deciſ. 348.
num. 2. Rot. *in recent. par. 1. deciſ. 603. num. 7.*
& deciſ. 740. num. 4. Ita vt decretum vltra vſum-
fructum vitę Duciſſæ durante, nihil debeat opera-
31 ri, † vt effectus ſuæ cauſæ commenſuretur, & à
limitata cauſa limitetur, *vulgata l. in agris, ff. de*
acq. rerum dom. l. quod dictum, ff. de pact. Surd.
de alim. tit. 1. quæſt. 33. num. 20. & ſeqq. Grat.
diſc. 916. num. 39. Rot. *coram Buratt. deciſ. 470.*
32 *num. 4.* Quo caſu † certum eſt dominium, & pro-
prietatem, & conſequenter ciuilem poſseſſionem
remanſiſſe penes Dominum Ioannem Nicolaū,
Gabr. conſ. 141. n. 4. lib. 1. Hond. conſ. 18. n. 2. &
3. lib. 2. Rot. *ex imp. poſt d. tra. de man. dec. 299.*
n. 4. & in rec. par. 4. dec. 258. n. 2. verſ. tum etiam,
& dec. 408. n. 9. Præterea reſpondetur, quod talis
poſſeſſio tradita per Eminentiſſimum Legatum
33 Duciſſæ, fuit cum clauſula † ſine præiudicio iu-
rium vtriuſque partis quomodocunq; competen.
vt ibidem expreſſè legitur, quæ clauſula appoſi-
ta per Iudicem in decreto ſuſpendit acquiſitio-
nem poſſeſſionis, *Gratian. diſcept. 317. num. 27.*
34 *& 28.* Tanquam † ſit præſeruatiua iurium, &
rem integram conſtituat perinde, ac ſi per Iudi-
cem nihil geſtum fuiſſet, Rot. *in recent. par. 1. d.*
deciſ. 513. num. 6. & par. 4. deciſ. 230. num. 16.
35 Saltim † quoad expreſſam reſeruationem pro-
prietatis, ad notata per *Belt. ad Greg.* quem ſuf-
ficit allegare pro multis, *deciſ. 332. num. 6. & 7.*
36 Ita vt † ſtante dicta anteriori poſſeſſionem, quã-
uis per decretum reſtricta ad proprietatem, com-
petat nihilominus per obitum Duciſſæ manuten-
tio vigore poſſeſſionis ciuilis, quæ ſtatim ad ſe
traxit naturalem ſi fuiſſet penes Duciſſam, &
operatur, vt D. Ioannes Nicolaus proprietarius
fiat dominus, & poſſeſſor pleno iure, vt ex *Me-*
noch. Natt. Aldob. Gaſp. Theſ. Gratian. & alijs la-
tè firmat *Thomat. in allegata deciſ. 35. numer. 40.*
& 41. & deciſ. 118. num. 7. & ſeqq. quibus ad-
dimus *Beron. conſ. 60. num. 26. & 27. lib. 1. Cu-*
man. conſ. 173. Caſtil. de vſuf. cap. 61. num. 7. Poſt.
d. tract. obſer. 16. num. 36. Rot. *apud eundem d.*
deciſ. 299. num. 5. & coram Duran. deciſ. 84. nu.
25. & in recent. par. 3. deciſ. 396. num. 1. & par.
3. deciſ. 258. num. 1. & deciſ. 408. numer. 2. &
par. 4. deciſ. 359. num. 2. Quamobrem dicendum
eſt mandatum prædictum de manutenendo, non
poſſe vllo modo prætendi per D. Pendaſium aſ-
ſertum hæredem Duciſſæ ex allegata poſteriori
poſſeſſione capta, vt dictum fuit die 4. Martij
37 præteriti, † quæ tanquam valde poſterior in con-
curſu alterius, dicitur eſſe nullius cōſiderationis,
habeturque loco turbationis, nec eſt manuteni-
bilis in præiudicium D. Ioannis Nicolai veri poſ-
ſeſſoris, *ad tex. in cap. licet cauſam, vbi doct. de*
probat. l. clam poſſidere, in prin. ff. de acq. poſſ.
Beron. conſ. 45. num. 23. & conſ. 53. num. 3. &
4. lib. 3. Menoch. d. rem. 3. num. 725. Gratian.
diſcep. 526. num. 43. Rot. *coram Mantic. deciſ. 72.*
num. 5. coram Duran. deciſ. 407. num. 2. coram
Coccin. deciſ. 239. numer. 2. & in recent. par. 3.
deciſ. 396. num. 2.
Neque fomentum anterioritatis recipere po-
teſt à ſtatuto Ferrariæ *lib. 2. c. 82.* de continuan-
38 da poſſeſſione in hæredem. Tum † quia illud al-
legare, vel illo vti non poteſt Pendaſium in hoc
ſummariſſimo vbi verſamur, ex cumulatis per
Marcam. d. conſ. 62. n. 10. & 13. Nam concurrit
neceſſario mixtura dominij, quæſtioque eſſe de-
bet ſuper hæreditate principaliter, & ſubſtantia-
tiuè, non autem ſuper poſſeſſione, cum hæres,
& dominus idem ſint, quod eſſe non poteſt præ-
ſertim indaginis, vt docent *Cont. ad l. vn. de mom.*
poſſ. lim. 2. § 2. ferè per tot. Scac. de ap. q. 17. lim.
6. mem. 9. n. 114. & ſeq. Lader. conſ. 67. n. 10. Rot.
diu. par. 2. dec. 34. n. 21. & 22. & in rec. par. 1. d.
39 *dec. 513. n. 12. Thom. dec. 32. n. 12.* Tum † etiam,
quia ſtatutum præſupponit poſſeſſionem conti-
nuabilem, ex quo ſuper impoſſibile nō diſponit,
vt pluribus citatis firmãt in ſpecie *Grat. diſc. 954.*
n. 15. & ſeqq. & Per. Patu. dec. 127. n. 8. & 9. Ac
40 ideò † locū habere non poteſt in rebus ſtabilibus,
quæ ex obligatione Duciſſæ defũctæ nō trãſeunt,
nec

nec tranſire poſſunt in portionē hæreditaria, *Lud.*
Poſt. d. tract. obſer. 55. *num.* 64. vbi dantur con-
cordantes, *Rot. apud eund. deciſ.* 195. *num.* 6. *&*
deciſ. 269. *num.* 9. *& apud Pac. de Sal. deciſ.* 142.
num. 4. *Mag. deciſ. Lucenſ.* 45. *num.* 6. *&* 7. *Tho-*
maſ. d. deciſ. 118. *num.* 29. *&* 30. Maximè ſtan-
te iurata promiſſione Duciſſæ de vtendo, & fruē-
do dicta medietate bonorum arbitrio boni viri,
31 illaque dimittendo finito vſufructu, † quamquiſ-
dem promiſſionem iuratam ſtatutum, non com-
prehendit, niſi quando de iuramento mentionem
facit, *Mag. deciſ. Florent.* 64. *nu.* 38. *Rot. ex imp.*
poſt d. tract. de manut. deciſ. 269. *num.* 6. *& ſeqq.*
& coram Buratt. deciſ. 44 *num.* 4. Quæ quidem
32 promiſſio iurata obligat etiam D. Pendaſium †
aſſertum hæredem, qui non debet habere plus
iuris, quam defuncta Duciſſa, *Grat. diſc.* 372. *n.*
22. *Surd. deciſ.* 11. *num.* 15. *Rot. coram Caualer.*
deciſ. 430. *num.* 5. *& coram Greg. deciſ.* 418. *n.* 5.
& in recent. par. 3. *deciſ.* 232. *num.* 2. *deciſ.* 450.
33 *num.* 3. *& deciſ.* 649. *num.* 1. Nec † vrges in con-
trarium allegata ex aduerſo Rotæ *deciſ.* 36. corā
M. Aud. repetita *in rec. par.* 3. *deciſ.* 691. quia be-
ne perpenſa probat opinionem noſtram, dum
firmat continuationem vigore ſtatuti non proce-
dere, quando incontinenti conſtat, quod quali-
tas rei non ſit continuabilis, vt in hoc caſu, non
tantum ex natura vſusfructus, quam ex vi obliga-
tionis Cameralis ipſiuſmet Duciſſæ, vt dictam
deciſionem declarando diſtinguit, *Grat. d. diſc.*
954. *num.* 18. *& ſeq. & latè comprobat, Cocc.*
deciſ. 488. *repetita in recentior. par.* 2. *deciſ.* 263.
34 Vel † ſaltem firmandum venit, quod licet ſtatu-
tum faciat poſſeſſionem continuabilem, debeat
tamen intelligi, excepta poſſeſſione cohærenti
perſonæ, vt notant *Marcabr. conſ.* 62. *num.* 2. *&*
ſeqq. & Cocc. d. deciſ. nu. 6. *&* 7. Quia licet poſ-
ſeſſio, etiam ratione vſusfructus, transferri poſ-
ſit per ſtatutum in hæredem, abſque noua appre-
henſione, ſed ſolo legis municipalis miniſterio,
vt hic, non tamen idem procedit ex voluntate
35 ipſius Duciſſæ teſtatricis, quoniam † lex fingere
poteſt, quod non eſt, non autem homo, *l. ſi ſur-*
te, ff. de Caſtren. pecul. l. 2. *ff. de vſ. earũ rerum,*
quæ vſu conſum. Rot. coram Dura. deciſ. 62. *nu.* 22.
36 *& ſeqq.* Tum demum, quia ſtatutum † huiuſmo-
di non militat niſi probetur poſſeſſio defuncti,
& quod illa eſſet proprio nomine, *Cont. ad d. l.*
vnic. lim. 21. *num.* 4. *Curt. Iun. conſ.* 108. *num.* 27.
Rot. coram Dura. deciſ. 185. *num.* 18. Ad Duciſ-
ſa cum haberet in allegata medietate bonorum
vſumfructum tantum formalem à proprietate ſe-
37 paratum, & cōſequenter in illa parte tanquam †
vſufructuaria non poſſideret, vt expreſſe probat
tex. in §. fructuarius, Inſtit. per quas perſon. cuiq.
dom. acq. quem ſequitur Rot. in recent. par. 1. *de-*
38 *ciſ.* 304. *num.* 4. Sed † tantum bona cuſtodiret
cauſa vtendi, & fruendi, iuxta *tex. in l.* 1. *&* 2. *ff.*
de vſufruct. idem tex. in d. §. fructuarius, Inſtit.
vbi ſupra, *Pirell. in ſecunda par. l.* 2. *de bonis ma-*

teri. num. 16. *Boer. deciſ.* 172. *num.* 13. *Grinelli*
deciſ. 37. *num.* 3. *Mantic. deciſ.* 167. *num.* 6. Pro-
pterea dicimus D. Pendaſium hoc ſe colore tue-
ri non poſſe, quod hæreditatem poſſideat tan-
quam inſtitutus hæres ab vſufructuaria, quia vl-
39 tra quod non poſſidebat, vt dictum eſt, † verſa-
mur in iure perſonali, extincto ipſo iure per obi-
tum Duciſſæ, *l. ſi vſusfructus, ff. de iur. doct. l. ſi*
titio, ff. de vſuf. l. penult. C. de vſuf. §. finitur, In-
ſtit. eod. tit. Menoch. conſ. 139. *num.* 18. *& ſeqq.*
Marcab. conſ. 62. *num.* 10. *Gaſp. Theſ. Forenſ. lib.*
2. *quæſt.* 69. *num* 7. *Mantic. de tac. lib.* 14. *tit.* 29.
num. 52. *Rot. Auenio. deciſ.* 104. *num.* 10. Et in
terminis ſimilis ſtatuti latè firmat *Peregr. Patu.*
deciſ. 127. *per totam*, & ſignanter *num.* 11. *Rot.*
coram Mantic. deciſ. 167. *num* 7. *coram Cocc. d.*
deciſ. 488. *num.* 6. *&* 11. *coram Duran. deciſ.* 84.
num. 25. *&* 31. *coram Buratt. deciſ.* 24. *num.* 8.
& deciſ. 257. *num.* 5. *&* 6. *& in recent. par.* 3.
40 *deciſ.* 203. *numer.* 6 quia † relictum iuris, quod
quis habet in re morte ſua periturum, non valet
in præiudicium proprietarij, *l. vxor patrui, C. de*
legat. Mantic. de coniect. lib. 9. *tit.* 1. *nu.* 24. *Rot.*
coram Durun. deciſ. 62. *num.* 19. *& deciſ.* 448. *n.*
14. *&* 19. *& ex impreſſ. per Statil. de Sal. d. de-*
ciſ. 142. *nu.* 3. Quamobrem concludendum venit
41 illud ſtatutum † non habere locum in hac præſē-
ti facti ſpecie, ſed in alia, puta contra tertium,
vel quando de notitio bonorum non eſt clara, vt
notant *Menoch d. conſ.* 139. *nu.* 56. *& ſeq. Surd.*
conſ. 491. *num.* 3. *Paſett. conſ.* 140. *num.* 13. *&*
Marcabr. d. conſ 62. *num.* 10. Et conſequenter
D. Pendaſio aſſerto hæredi Duciſſæ, tam vigo-
re poſſeſſionis poſterioris, quam vigore dicti ſta-
tuti, non competere remedium recuperandæ poſ-
ſeſſionis ſummariſſimum contra D. Ioannem
Nicolaum de Comitibus, valde anteriorem in
apprehendenda poſſeſſione; Et ita, &c.

M. Ant. Thomatus Rotæ Prætor.

Bernardinus Brunocius. | Franciſcus Fælicina. | Io: Guidiccionus. | Tiburtius Thomaſius. — Rotæ Auditores.

A R G V M E N T V M.

Spolium non intrat niſi probatis duobus extremis. Et vbi agitur contra eum, qui ingreſſus eſt poſſeſſionem auctore Prętore, probetur etiam nullitas, ſeu iniuſtitia Iudicis immittētis.

S V M M A R I V M.

1 *Primum extremum in iudicio ſpolij, eſt plene, & concludenter probandum.*

2 *Nec ſufficit probatio præſumptiua.*

3 *Probatio ſpolij, ſine probatione poſſeſſionis, reputatur impoſſibilis.*
4 *Actore non probante, reus eſt abſoluendus.*
5 *Fides non recognita, nulla facit fidem.*
6 *Conſtitutum probat poſſeſſionem inter conſtituentem, & conſtitutarium, non autem contra tertium, non habentem cauſam à conſtituente.*
7 *Spoliare non dicitur, qui immiſſus fuit authore Pretore.*
8 *Spolium in iudicialibus ad hoc, vt intret probari debet tertium extremum nempè, quod Iudex iniuſtè, aut nulliter proceſſerit.*
9 *Iniuſtitia, ſeu nullitas ſententiæ euidens eſſe debet.*
10 *Qui cecidit à poſſeſſione facto proprio caret remedio ſpolij.*

DECISIO CLXXVIII.

1 CVm in Iudicio ſpolij à Dominis Victorio, & Ioſepho de Campianis intentato aduerſus Collegium Ieſuitarum Ciuitatis Firmi, plenè, & concludenter fuiſſet probanda poſſeſſio eorum, quod eſt primum extremum, vt latè docent *Menorh. de recup. rem. 15. num. 408. & ſeq.* Nat. *conſ. 630. num. 5. & ſeqq.* Rol. *conſ. 50. num. 16. lib. 2. Surd. conſ. 73. num. 1. Gieuag. conſ. 8. num. 91. & conſ. 11. numer. 51. lib. 1. & conſ. 39. num. 20. lib. 2. Grat. diſcept. 502. num. 1. & 12. Caput. deciſ. 368. & deciſ. 370. par. 2. Rot. diuerſ. par. 1. deciſ. 165. num. 1. & coram Duran. deciſ. 7. nu. 6. & in rec. par. 2. deciſ. 170. num. 9. & penes Greg. deciſ. 423.*
2 *num. 1.* Ita † vt non ſufficiat probatio præſumptiua, *Belt. ad Greg. in d. deciſ. 423. Rot. diuerſ. par. 2. d. deciſ. 165. num. 1. & 5. & deciſ. 337. in fin. & par. 3. lib. 3. deciſ. 543. num. 3. dec. no-*
3 *ſtra 60. num. 21.* Quinimo reputetur † impoſſibilis probatio ſpolij ſine probatione poſſeſſionis, *Abb. in cap. olim in primo not. de reſt. ſpol. Rul. conſ. 6. num. 1. lib. 2. Dec. conſ. 671. num. . . Sola. ad conſtit. Sabatin. de reſt. ſpo. gloſ. vnic. n. 19.* Proin-
4 de † Rota cenſuit eoſdem actores de Campianis eſſe in caſu ſuccumbentiæ; Præfactumque Collegium ab impetitis abſoluendum, quia nullo modo conſtat ex reuolutione actorũ de allegato pri-
5 mo extremo, niſi † per quandam fidem, quæ non recognita nullam facit fidem, *l. 3. §. idem diuus hadrianus, ff. de teſtib. l. inſtrumento, C. de prob. cap. 2. de fid. inſtr. Mant. deciſ. 51. num. 6. Rot. in recent. par. 2. deciſ. 143. num. 3. Grat. diſc. 677.*
6 *num. 10. & ſeqq.* Neque prædictis obſtat † clauſula conſtituti, quæ quidem probat poſſeſſionem inter conſtituentem, & conſtitutarium, nempè inter Lucium Bracã venditorem bonorum de quibus agitur, & Fœlicem de Campianis emptorem, non autem contra tertios poſſeſſores, vt ſunt Ieſuitæ, qui non habent cauſam à conſtituente, *Grat. conſ. 42. num. 12. lib. 2. Grat. diſcept. 954. num. 4. Ser. deciſ. 302. n. 6. Rot. in rec. par. 2. dec. 768. num.*

Præterea Collegium præfactum venit abſoluendum, quia D. Decurio Baſilius Fauus à quo Ieſuitæ cauſam habent ingreſſus fuit poſſeſſionem au-
7 ctoritate, & mandato Iudicis, quo caſu † ſicut præſumitur non ſpoliaſſe, ſed iuſtè poſſidere, *l. iuſtè poſſidet, ff. de acq. poſſ. Rot. in rec. par. 4. de-*
8 *ciſ. 109. num. 2.* Ita pariter † agentes ſpolio obtinere non valent, niſi vltra probationem ſuæ poſſeſſionis, probent etiam iniuſtitiam, videlicet, quod Iudex non ritè, nec rectè proceſſerit in ſubhaſtatione de qua quæritur, *Hoſt. tit. de reſt. ſpo. §. quando facienda, Abb. in cap. conquerente, n. 12. de reſt. ſpoliat. Felin. in cap. dilectus, num. 1. eod. tit. Cran. conſ. 18. num. 8. Mareſc. var. lib. 1. cap. 59. num. 25. Caſ. de Graſſ. deciſ. 1. num. 4. de conſtit. Caput. deciſ. 186. par. 3. Greg. deciſ. 485. num. 3. Rot. coram Duran. deciſ. 7. num. 16. deciſ. 37-*
9 *9. num. 5. & deciſ. 89. num. 3.* Quæ † quidem iniuſtitia, ſeu nullitas ſententiæ euidens eſſe debet, ita vt in dubium reuocari non poſſit, veluti cum ſententia lata eſt ſine cauſæ cognitione, *Mantic. deciſ. 44. num. 5. Rot. in recent. par. 3. deciſ. 668. num. 1.* cum alijs per nos citatis *deciſ. 55. nu. 10.* de quo tantum abeſt, vt appareat quin potius liquet de contrario ex ſubhaſtatione bonorum facta, etiam de conſenſu Campianorum, & conſe-
10 quenter † dum ex facto proprio ceciderũ à poſſeſſione non debent reintegrari, *Innoc. & alij in cap. ſæpè, de reſt. ſpol. Alex. conſ. 103. num. 6. lib. 7. Ruin. conſ. 48. num. 10. lib. 4. Soc. Iun. conſ. 47. num. 24. lib. 2. Mantic. deciſ. 352. numer. 1. Rot. penes Zacch. de oblig. Cam. deciſ. 142. num. 9. & in rec. par. 3. deciſ. 190. num. 1. & deciſ. 568. num. 2. in fin. & par. 4. deciſ. 261. n. 2.* cum alijs in *d. deciſ. noſtra 55. n. 30. & 31. & dec. 80. n. 11.*

ARGVMENTVM.

Attentata in primis, & ante omnia non debent reuocari, ſi ſunt turbida; vel quando materia illorum dependet à cognitione negotij principalis.

SVMMARIVM.

1 *Attentare eſt delictum.*
2 *Attentata probari debent concludenter.*
3 *Aliud eſt facere, aliud reficere.*
4 *Prohibitus ædificare, non prohibetur reficere.*
5 *Iudæi quamuis nouas ſinagogas extruere non valeant, veteres tamen reficere non prohibentur.*
6 *Nouum non dicitur, quod alias extabat, licet renouetur.*
7 *Opus nouum facere videtur, & attentare dicitur, qui ædificando priſtinã faciẽ operis mutat, et n. 8.*
9 *Reficienti vetus ædificium nouum opus minimè nunciatur.*

10 Nec

10 *Nec dari poteſt de attentatis fraterniʒantibus cum nunciatione noui operis.*

11 *Reficiens etiam poſt præceptum emanatum à Iudice, non dicitur innouare, ſeu attentare.*

12 *Continuare dicitur, qui vtitur re ad vſum per prius deſtinatum, & ita in dubio iudicandum eſt.*

13 *Qui continuat non attentat.*

14 *Collapſo ædificio, licet iterum reparare prout erat prius, ſine vitio attentatorum, & num. 15.*

16 *Iniuriam nemini facit, qui iure ſuo vtitur.*

17 *Attentata non reuocantur, vbi non conſtat de iure petentis reuocationem.*

18 *Attentata, quæ ſunt torbida, vel quorum reuocatio pendet à cognitione negotij principalis, ante omnia non ſunt reuocanda, ſed eſt expectandus finis articuli de quo diſputatur.*

DECISIO CLXXIX.

1 CVm attentare ſit delictum, *Lancel. de atten. in præf. num. 102. Bellam. deciſ. 18. num. 1. Rot. coram Dura. deciſ. 198. num. 1.* debet illud con-
2 cludenter † probari, ad *text. in l. merito, ff. pro Soc. cap. ſuper his. vbi Felin. num. 17. de accuſat. Dura. d. deciſ. num. 2. & in recent. par. 2. deciſ. 411. num. 1.* Ac ideò videbatur vnanimi Auditorum ſententia reſoluendum in cauſa Firmana de attentatis non conſtare, Siquidem teſtes, & quidem tres conformes examinati pro parte, & ad iſtantiam D. Ioannis Baptiſtæ Primicerij, illa videntur excludere, dum iuxta 22. Articulum deponunt, *che nella muraglia, della qual ſi tratta, vi era vna tromba di Camino, che andaua fino al tetto, e doue ſi è rotto il muro per far il camino, vi era la coniettura d'eſſerui ſtato il camino, e vi erano li mattoni affumati, che ſtauano per ordine, e per ſegno, che vi era ſtato il camino, e che ciò ſanno per hauerui lauorato, e faticato*, Qua depoſitione ſtante non videtur probatum, quod Ioannes Georgius nouum Caminum, ſeu nouam fiſtulam conſtruxerit in muro communi cum Primicerio, qui excepit de attentatis.
3 Nam † aliud eſt facere, & aliud reficere, *l. 3. §.*
4 *reficere, ff. de itiner. act. priuat.* Et prohibitus † ædificare, non prohibetur reficere, *l. domum ſuam, ff. de reg. Iur. vbi Decius, num. 3. l. 1. §. ſi quis ædificium, & l. de pupillo, §. ſi quis riuos, vbi Bart. & alij Doct. ff. de nou. oper. nunc.* Hinc
5 videmus, † quod ſi Iudæis nouas Synagogas extruere prohibitum ſit, non tamen veteres illi reficere prohibentur, *l. hac valitura, §. illud, C. de iud. cap. iudæi, & cap. conſuluit, vbi Abb. num. 3. de Iud. Galg. de iur. pub. lib. 3. tit. 14. no. 16.*
6 Nouum † enim non dicitur, quod aliàs ædificatum fuit, licet renouetur, *cap. achatius 11. primo, 24. quæſt. 1. l. non eſt nouum, ff. de legib. l. 1. §. 1. & §. ſi quis ædificium, ff. de oper. nou. nunc. d. l. domum ſuam, vbi Dec. num. 3. & 4. de reg. Iur. Grat. diſcept. 84. num. 9. ſeq. Mag. deciſ. Luceoſ. 29. num. 12. Mantic. deciſ. 163. num. 4.* Quid-
7 quid † aliud in contrarium firmandum eſſet, vbi ædificando conſtaret priſtinam operis faciem mutatam fuiſſe, iuxta *tex. in d. l. 1. §. opus no-*
8 *uum, ff de oper. nou. nunc.* Vel vbi † fiſtola camini funditus deſtructa, vel ſublata fuiſſet, quoniam tunc locum haberent exaduerſo allegata, diceretur que nouum opus, *Abb. in d. cap. conſuluit, circa finem, vbi etiam Felin. de iudic.* in quibus terminis loquitur *Grat. diſcept. 84. num. 16. & ſeqq.* vbi agebatur de conſtructione noui pontis lapidei, loco antiqui lignei in totum deſtructi, & apparebat mutatam formam primi pontis, non ſolum de lignis in lapides, ſed etiam in maiorem altitudinem, latitudinem, & longitudinem, vnde non mirum, quod ibidem dixerit locum fuiſſe nunciationi noui operis. quæ omnia ceſſant in
9 caſu noſtro, vbi conſtat, † quod Ioannes Georgius vſus fuit fiſtula olim conſtructa, & deſtinata ad vſum Camini, quam reficere voluit, quo caſu ſicut non eſt locus nunciationi noui operis, vt probant *tex. in d. l. 1. §. ſi quis ædificium, & in l. de pupillo, §. ſi quis riuos, vbi Bart. ff. de*
10 *nou. oper. nunc.* Ita † nec dari poteſt de attentatis fraterniʒantibus cum nunciatione noui operis,
11 eo † quia reficiens etiam poſt præceptum emanatum à Iudice, non dicitur innouare, ſeu attentare, *Alciat. conſ. 100. num. 8. lib. 5. Lancell de attent. par. 2. cap. 4. limit. 1. num. 41. & ſeqq.*
12 Sed potius † continuare cenſetur, vbi actus ſequuti ſunt conformes actibus antecedentibus, vtendo nempè fiſtula ad vſum per prius deſtinatum, prout ſanè etiam ſi deſſet, nos in dubio iudicandum eſſet, ad excludendum delictum attentatorum, vt luculenter probat *Lancell. loco cita-*
13 *to num. 116. & ſeqq.* Qui verò † continuat, non attentat, vt notum eſt ex *cap cum teneamus, vbi Doct. de appellat. Lancell. vbi ſuprà num. 92. & ſeq. Ricc. in prax. rerum fori Eccleſiaſticarum, par. 4. reſolut. 4. num. 1. & ſeqq. Caput. deciſ. 5. to. lib. 1. Cac. deciſ. 252. num. 3. deciſ. 365. num. 10. deciſ. 380. num. 6. deciſ. 399. num. 2. & deciſ. 418. num. 2. Rot. in recent. par. 1. deciſ. 74. num. 4. deciſ. 110. num. 1. & deciſ. 637. num. 4. & par. 3. deciſ. 39. num. 7. par. 4. deciſ. 87. nu. 3.* Quod
14 vtique procedit † quamuis fiſtula clauſa, ſeu collapſa fuiſſet, quia adhuc Ioanni Georgio ius ſaltuum reparandi, & vtendi illa remanſit, *l. hoc autem, §. fin. de ſeru. vrban. præd. Capoll. de ſeruit. tig. immit. cap. 30. num. 4. Mag. d. deciſ. Luceſ.*
15 *29. nu. 10. & ſeqq.* Ita vt † illam reficere, & reparare potuerit abſque vitio attentatorum, *Lan-*
16 *cell. d. limit. 1. num. 42. & 43.* Et † quidem ſine aduerſarij iniuria, quam quis nemini facit, qui iure ſuo vtitur, *l. iniuriarum, §. is qui, & l. quod reſpublica, ff. de iniur. Bal. in c. licet cauſam, n. 4. de*
17 *prob. Farinac. q. 105. n. 130.* Et † proptereà quemadmodum ex his conſtare videbatur de non iure Primicerij attentatorũ reuocationẽ petẽtis, eodẽ modo, & pari ratione firmandũ venit, quod reme-

dium illud intentatum per eum locum non habeat. *Aſſ. cit. deciſ. 98. in fin. & deciſ. 352. num. 2. Rot. penes Caſſad. deciſ. 3. num. 4. de reſtit. ſpoliat. & penes Bellam. deciſ. 101. 356. & 393. & in antiq. deciſ. 7. num. 1. vt lite pendente, & deciſ. 76. num. 2. de appellat. & in nouiſ. deciſ. 2. num. 1. vt lite pendente. & deciſ. 2. num. 1. & 4. de reſtit. ſpoliat. & in recent. par. 1. deciſ. 503. num. 6. cum ſimilibus.*

Verum enimuerò ſuſpenſa hac reſolutione ob difficultatem cauſæ, quæ factum habet intricatum ex planta loci exhibita, necnon ex depoſitionibus teſtium, ex quo verſamur in re communi inter ipſas partes, cognitioque continuationis poſseſſionis allegatæ pro parte Ioannis Georgij ad excludendum attentata, & tuendum ius ſuum pendet à cognitione cauſæ principalis, quæ quodammodo diſcuſsa diceretur abſque ſeruatione
18 terminorum; Proinde † vt cautius procedatur in conceſſione poſseſſionis, imò taciti dominij fuit concorditer reſolutum, vt videretur de bono iure, reſeruato articulo attentatorum in fine litis diſcutiendo, vnà cum negotio principali, de quo tempore ſi Ioannes Georgius bonum ius fouebit, pronunciandum erit non conſtare de attentatis, & conſequenter eundem fore, ab impeditis abſoluendum; Prout è contra, ſi quoad merita bonum ius fouebit Dominus Primicerius, erunt pariter attentata in eius fauorem reuocanda, prout in ſimili nos docent, *Lancell. d. tract. par. 3. cap. 24. quæſt. 19. Bell. ad Greg. deciſ. 283. num. 8. in fin. Capic. deciſ. 72. per tot. Rot. diuerſ. par. 3. lib. 3. deciſ. 501. numer. 6. & 7. & deciſ. 574. per tot. & in recent. par. 3. deciſ. 251. numer. 1. & 3.*

ARGVMENTVM.

Mandatum relaxatum pro maiori ſumma eius quod debetur, in totum eſt nullum, prout etiam nulla eſt ſubhaſtatio, adiudicatio, & immiſſio exinde ſequuta, ita vt locus ſit manutentioni ad fauorem rei poſſeſſoris, qui non habuit ſe pro ſpoliato.

SVMMARIVM.

1 *Manutenendus, quis eſt propter ciuilem poſſeſſionem, quæ animo ſolo retinetur.*
2 *Immiſſio nulliter, & iniuſtè decreta, non priuat poſſeſſione, ſi pars non habet ſe pro ſpoliata, & num. 15.*
3 *Decretum relaxationis executionis abſque citatione eſt nullum.*
4 *Etiam cum omnibus inde ſequutis.*
5 *Mandatum relaxatum pro maiori ſumma, quam ſit debitum corruit in totum.*
6 *Etiamſi exceſſus ſit in minimo, & num. 7.*
8 *Subhaſtatio facta non præſente pecunia eſt nulla.*
9 *Et conſuetudo contraria non releuat, niſi in ſpecie probetur.*
10 *Habeturque ſubhaſtatio pro non facta.*
11 *Subhaſtari non debet pro paruo credito res magni valoris.*
12 *Implementi defectus obſtat agenti.*
13 *Subhaſtatio nulla non tribuit dominium.*
14 *Nec ius aliquod.*
16 *Paria ſunt non eſſe factum, vel nulliter factum.*
17 *Extinctio cenſus pendet à mera voluntate venditoris illius.*
18 *Dominus cenſus, emptor rei cenſuatæ, non poteſt inuito venditore in pretio emptionis imputare pecunias erogatas in emptione cenſus.*
19 *Acta dicuntur nulla ob non præſtitum iuramentum calumniæ petitum.*
20 *Quod procedit etiam in iudicio ſummario.*
21 *Ac etiam ſi actor plenè ſuam intentionem probaniſſet.*
22 *Maximè vbi ſemper fuit de nullitate proteſtatum, & non conſtat de iudiciali actoris bono iure.*

DECISIO CLXXX.

Reſolutum fuit Santino, & Ioannæ coniugibus dandum eſſe mandatum de manutenendo in poſſeſſione tertiæ partis domus de qua agitur: Conſtat enim de eorum anteriori poſſeſſione ex toto proceſſu, &
1 præcipuè *fol. 9. 10. 27. 32. & 34.* Ac ideo † ratione eorum ciuilis poſſeſſionis, quæ ſolo animo retinuerunt, cum ſe non habuerint pro ſpoliatis, vt patet ex eorum proteſtationibus, & actibus factis, manutenere debent, *Io: Fab. in §. retinendæ, num. 21. Inſtit. de interdict. Menoch. de retinend. remed. 3. num. 22. Rot diuerſ. par. 1. deciſ. 99. num. 1. & par. 2. deciſ. 19. num. 12. & in recent. par. 5. deciſ. 91. num. 1. & coram Caualer. deciſ. 2. num. 10. coram Montic. deciſ. 185. num. 4. coram Greg. deciſ. 105. num. 22. & coram Duran. deciſ. 114. num. 9. & deciſ. 138. num. 5.*

Nec viſum fuit obſtare prætenſa poſſeſſio Pompei Sataceni, & Iuliani Stucetti eius ſucceſſoris obtenta à Domino Vicario Maceraten. in vim
2 iudicij ſubhaſtationis, & adiudicationis. Quia † cum nulliter, & iniuſtè proceſſerit, non priuauit coniuges eorum poſſeſſione, ex quo non habuerunt ſe pro ſpoliatis, vt dictum eſt, *Bart. in l. 1. §. huiuſmodi, num. 1. ff. vti poſſid. Ang. in l. clam poſſidere, §. qui ad nundinas, num. 2. ff. de acq. poſſ. Canoniſtæ, in cap. conquerente, de reſtit. ſpoliat. Caput. deciſ. 186. par. 3. Rot. diuerſ. par. 1. deciſ. 802. num. 7. & in recent. par. 5. deciſ. 110. num. 3. & 4. coram Caualer. deciſ. 432. num. 2. & coram Greg. deciſ. 105. numer. 22. deciſ. 307. num.*

num. 6. deciſ. 458. num. 9. & deciſ. 555. num. 6.
& coram Duran. deciſ. 114. num. 4. & deciſ. 220.
3 num. 4. & 5. Nullitas † deducitur ex eo, quia
decretum relaxationis executionis pro ſumma
petita eſt ſine citatione, l. de vnoquoque, ff. de re
iud. l. nam ita diuus, ff. de adop. l. 1. §. item, ff.
quæ ſent. ſine appellat. reſcindan. Greg. deciſ. 4.
num. 1. fuit namque prolatum die 3. Octobris,
& citatio ad illud audiendum reproducta die 2.
Nouembris ſubſequentis, & ſic poſt menſem in-
tegrum à die decreti, vt conſtat ex proc. fol. 24.
4 Et idcircò ſubhaſtatio, † & adiudicatio in vim
illius ſubſequuta dicitur nulla, l. creditor, C. de
diſt. pig. Rolan. conſ. 37. num. 9. lib. 1. Honded.
conſ. 32. num. 104. lib. 1. Afflict. deciſ. 358. nu-
mer. 3. Greg. deciſ. 319. num. 1. Rot. in recentior.
par. 1. deciſ. 340. num. 1. & coram Mat. And.
deciſ. 65. num. 5.

Iniuſtitia verò eſt manifeſta, quia apparet re-
5 laxatum mandatum † pro maiori ſumma, quam
eſſet debitum, quo caſu in totum corruit, Bart.
Iaſ. & alij, in l. ſi non ſortem, §. ſi centum, ff. de
cond. indeb. Affl. deciſ. 218. num. 3. & 4. Grat.
diſcept. 739. num. 27. & ſeqq. Rot. in recent. par.
2. deciſ. 630. num. 3. & coram Gregor. deciſ. 198.
num. 1. & ibi Belt. num. 3. & deciſ. 319. num. 3.
6 & coram Duran. deciſ. 30. num. 4. Qui quidem †
exceſſus mandati relaxati etiam in minimò attē-
ditur, vt locus ſit manutentioni, Iaſ. in d. l. ſi non
ſortem, §. ſi centum, num. 2. ff. de cond. indeb. Af-
flict. deciſ. 358. num. 7. Rot. coram Greg. deciſ.
198. num. 1. & coram Duran. deciſ. 37. num. 15.
& in recent. par. 2. deciſ. 630. num. 2. & 3. Quod
autem fuerit relaxata executio pro maiori ſum-
ma, quam eſſet debitum patet, quia Iulianus Stu-
certus egit ceſſionario nomine pro ſumma ſcuto-
rum 20. cum dimidio, & tamen in inſtrumento
ceſſionis apparet ſibi tantum ceſſa ſcuta vndecim
2 vt in proceſſu, fol. 6. Nec obſtat, quod deinde
ſint decurſi alij fructus, Quia cum ceſſio fuerit
facta die 10. Iunij 1627. ab illo tempore citra,
vſque ad diem 15. Octobris, de quo tempore fuit
ceptum Iudicium, non potuerunt decurrere niſi
fructus annorum duorum, hoc eſt ſumma ſcuto-
rum 8. pro duobus annis, ad rationem octo pro
centenario, vt cantat inſtrumentum cenſus ſcuto-
rum 50. in ſorte, quæ partite ſimul iunctæ con-
ſtituunt ſummam ſcutorum 19. in totum, & ſic
7 liquet executionem † petitam, & obtentam pro
ſumma ſcutorum 20. cum dimidio eſſe nullam,
cum omnibus inde ſequutis, Greg. d. deciſ. 319.
num. 3. Caualer. deciſ. 84. num. 1. & 2.

8 Præterea deducitur iniuſtitia, quia ſubhaſta-
tio, & adiudicatio facta fuit pretio effectualiter
non ſoluto, ac proinde habetur, ac ſi facta non
eſſet, l. à diuo pio, §. ſed ſi emptor, ff. de re iudic.
Saluſt. in Prax. lib. 1. cap. 41. num. 16. Greg. de-
ciſ. 23. num. 1. & ſeqq. & d. deciſ. 319. num. 4.
9 Quod eſt adeò verum, vt neque † conſuetudo in
contrarium valeat, niſi in ſpecie probetur, Gra-
tian. diſcept. 7. num. 5. & 6. Belt. ad Greg. in d.
deciſ. 23. num. 7. Rot. in recent. par. 2. deciſ. 464.
10 num. 1. Ita vt † ſi aliter fiat deliberatio, quam
præſente, pecunia res auferri debeat ab emptore
perinde, ac ſi venditio, & ſubhaſtatio facta non
eſſet, d. l. à diuo pio, §. ſed ſi emptor, Greg. dict.
deciſ. 23. num. 1. & ſeqq.

11 Vlterius deducitur iniuſtitia, ex eo quia ſub-
haſtari non poterat res magni valoris pro paruo
pretio, iuxta terminos, l. magis puto, §. ne paſ-
ſim (ibi) ne propter modicum æs alienum, ma-
gna poſſeſſio diſtrahatur, ff. de rebus eorum, Sa-
luſt. in d. Prax. lib. 1. cap. 40. num. 15. Rot. co-
ram Duran. deciſ. 37. num. 14. & coram Caualer.
deciſ. 585. num. 4. vbi in puncto fuit concluſum
pro iniuſtitia ſubhaſtationis domus pro valde
modica ſumma ſcutorum 25. Cum domus illa eſſet
æſtimata ſcutis 340. fuit enim domus, de qua
agitur, æſtimata in hoc præſenti caſu noſtro ſcu-
tis 200.

Quibus accedit, quod ſententia adiudicatio-
nis non fuit adimpleta in depoſitio faciendo de
12 reſiduo, qui † defectus implementi obſtat pari-
ter Pompeo Saraceno oblatori, & conſequenter
Iuliano, qui in eius locum ſucceſſiſſe dicitur,
13 Greg. deciſ. 261. num. 3. & ſeqq. Ac † propterea
ſequitur, quod ex ſubhaſtatione nulla, nullum
dominiū fuerit translatum, l. 4. §. condemnatum,
ff. de re iud. Rot. ex impreſſ. per Cenc. deciſ. 153.
14 numer. 7. Nec † ius quæſitum parti, Seraph. de-
15 ciſ. 808. num. 4. Pro vt † nec etiam coniuges rei,
& poſſeſſores priua i ſua poſſeſſione, cum non
16 habuerint ſe pro ſpoliatis, vt dictum eſt. Paria †
enim ſunt non eſſe ſequutam ſubhaſtationem, &
adiudicationem, vel nulliter ſequutam, argu-
mento, l. penult. in prin. ff. de ſuis, & leg. hæred.
l. 4. §. condemnatum, ff. de re iud. l. an putant,
§. non quævis, vbi Bart. ff. de offic. præſid. l. quo-
ties, ff. qui ſatiſd. cogunt. Surd. conſ. 28. num. 89.
Afflict. deciſ. 182. num. 4. Pereg. deciſ. 158. num.
22. Rot. in recent. par. 4. deciſ. 516. num. 8.

Neque obſtat, quod dici poſſet reſiduum pre-
tij domus conſeri conuerſum in extinctionem dicti
17 cenſus creati ſuper eadem domo: Quia † præ-
terquam, quod extinctio cenſus pendet à mera
voluntate domini domus ſuppoſitæ, prout ex
Conſtit. Pij V. determinat, Cenc. de Cenſ. par. 2.
cap. 1. quæſt. 3. art. 9. & Rot. apud eundem deciſ.
152. num. 7. & deciſ. 153. num. 8. & coram Bu-
ratt. deciſ. 57. num. 5. deciſ. 645. num. 1. & de-
ciſ. 889. num. 4. Reſpondetur quod etiam facta
dicta extinctione ſcutorum 50. ſortis principalis,
& ſolutis ſibi ſcutis 20. cum dimidio iuxta petita,
ac etiam expenſis ſcutorum 12. circiter, adhuc
remanet reſiduum deponendum, vſque ad ſum-
mam ſcutorum 130. pro quo pretio domus fuit
deliberata Pompeo Saraceno vltimo oblatori,
vndè nec etiam ex hoc capite ſaluari poteſt nul-
18 litas ſubhaſtationis. Vltra † quod Dominus cen-
ſus, qui eſt dictus Iulianus aſſertus emptor do-
mus

mus ſubhaſtatæ, & cenſuatæ, non poteſt inuito venditore in pretio domus imputare pecunias, quas in emptione dicti cenſus errogauit, *Cenc. de Cenſ. par. 2. cap. 2. quæſt. 1. art. 4. numer. 15.* cum alijs per nos deduct s, *deciſ. 40. num. 33.*

19 Tandem accedit defectus iuramenti de calumnia non præſtiti per actorem, quamuis petiti per coniuges, & decreti per Iudicem, vt in proc. *fol. 23.* quo caſu acta dicuntur nulla, & inualida, *cap. 1. de iure calum. in 6. laté Mareſc. var. lib. 1. cap. 47. num. 1. Rot. coram Mantic. deciſ. 33. numer. 4. coram Seraph. deciſ. 1355. num. 1. coram Greg. deciſ. 209. num. 3. & ibi Belt. num. 6. & in recent. par. 2. deciſ. 346. numer. 3. Pereg. deciſ. Pata. 337. num. 9.* cum alijs pleno calamo per

20 nos citatis, *deciſ. 31. num. 3.* Quod † procedit etiamſi iudicium eſſet ſummarium, *Mantic. d. de-*

21 *ciſ. num. 4.* Ac etiam † ſi actor plenè ſuam intentionem probauiſſet, *Mantic. ead. deciſ. num. 8.*

22 Eò magis quia † de nullitate poſtmodum ſemper fuit proteſtatum, nec conſtat ex ſupra deductis de Iuliani actoris bono iure, *Mareſc. dict. cap. 47. num. 10.*

A R G V M E N T V M.

Retentionem habet creditor ad quem res peruenit ex cauſa illius debiti, pro quo vult retentione, vt licet nulliter ingreſſus ſit poſſeſſionem, qua nullitate ſtante facit etjam fructus ſuos ante motam litem, dum tamen non ſit in mala fide, vel dolo, nempè, quod titulus ſuę poſſeſſionis ortũ habeat à cauſa irrita, ex defectu conſenſus, impedientis tranſlationem poſſeſſionis: vel auctoritate propria rem poſſeſſam apprehendidiſſet.

S V M M A R I V M.

1 *Vxor, quæ ſub conditione viduitatis eſt inſtituta, ſi contraxit ſecundas nuptias perdit relictum.*

2 *Capuccini ſunt incapaces ſucceſſionis bonorum, & cuiuſcunque acquiſitionis.*

3 *Et habentur perinde, ac ſi naturaliter obijſſent.*

4 *Ius accreſcendi habet locum in teſtamentis, non tantum ex diſpoſitione legis, quam ex coniectura mentis teſtatoris.*

5 *Inſtitutus ex pluribus, vnus ſolus dicitur, quando cæteri ſunt incapaces.*

6 *Succedere volens defuncto, & petens immiſſionem ex remedio l. fin. C. de edicto Diu. Adr. Toll. quid probare debeat, & num. 7.*

8 *Clauſula (ex nunc, prout ex tunc conſtituit) transfert omnem poſſeſſionem, & operatur etiam in tempus futurum.*

9 *Conſtitutum cum clauſula (ex nunc, prout ex tunc) operatur ab initio de tempore contractus, licet effectus poſſeſſionis tranſlatæ in tempus mortis collatus intelligatur.*

10 *Poſſeſſio ſolo animo amittitur.*

11 *Animus declaratur ex ijs, quæ poſtea fiunt.*

12 *Etiam ſi alteri non fuerit quæſita.*

13 Remedium l. fin. C. de edicto diu. *Adr. Toll.* competit etiam pro bonis detentis per defunctum.

14 *Filius familias in poſſeſſorijs legitimam habet perſonam ſtandi in Iudicio, ſine conſenſu patris.*

15 *Retentio bonorum poſſeſſorum datur pro dote.*

16 *Retentio admittitur etiam vbi non admitteretur compenſatio dummodo debitum, & creditum dubia inde proueniat ex perſona debitoris, & creditoris.*

17 *Duo ſimul poſſidere poſſunt vnam, & eandem rem diuerſis reſpectibus.*

18 *Retentio non datur ei ad quem res peruenit cum vitio.*

19 *Limita in caſu vbi res peruenit ex cauſa illius debiti pro quo ille vult vti retentione, quia tunc datur retentio, & num. 21.*

20 *Contractus ſecundus ſi eſt nullus, non cenſetur diſceſſum a primo valido.*

22 *Conſentiens alienationi rei ſibi obligatæ, ad effectum vt ſibi pro ſuo credito ſatiſfiat, poteſt redire ad ſuam hypothecam, ſi res ex noua cauſa reuertitur ad debitorem.*

23 *Et pro omni credito cum hypotheca, & num. 24.*

25 *Debitum, & creditum inducunt compenſationem.*

26 *Titulum habens nullum, & iniuſtum tenetur ad reſtitutionem fructuum non ſolum perceptorum, ſed etiam percipiendorum.*

27 *Quod intellige, & declara, vt num. 28. 29. & 30.*

31 *Limita tamen, vbi nullitas tantummodo proueniſſet ex defectu ſolemnitatum ommiſſarum.*

32 *Poſſeſſio transfertur ex actu nullo, quando deuentum eſt ad actum facti.*

33 *Quia tunc non tenetur poſſeſſor cum bona fide ad reſtitutionem fructuum perceptorum ante motam litem, & num. 39.*

34 *Bona fides in dubio præſumitur in poſſidente.*

35 *Et oritur etiam ex cauſis temerarijs, & iniuſtis.*

36 *In muliere præſumitur ignorantia iuris, & nu. 51.*

37 *Error iuris dicitur, quando quis credit actum, qui fieri debebat cum ſolemnitatibus, eſſe validum, abſque illis.*

38 *Error iuris non inducit malam fidem, licet impediat præſcriptionem, & num. 52.*

39 *Fructus, vt quis lucretur, ſufficit bona fides, imò ſatis eſt, quod abſit mala, & num. 53.*

40 *Medium datur inter bonam, & malam fidem, quod eſt ſufficiens ad acquiſitionem fructuum.*

41 *Ad acquiſitionem fructuum ſufficit qualiſqualis occaſio poſſidendi, ſeu titulus putatiuus, & vero.*

vocant coloratus, qui oritur ex contractu nullo, aut ex gratia ſubreptitia, & num. 42.

43 *De liquido ad non liquidum nulla fit compenſatio, ad effectum impediendi retentionem.*

44 *In interdicto adipiſcendæ fructus non veniunt, niſi à die motæ litis.*

45 *Amplia regulam habere locum in quolibet interdicto.*

46 *In mandato de manutenendo veniunt tantummodo fructus percepti poſt intentatam manutentionem.*

47 *Quod procedit ſi petatur manutentio ſuper aliqua re fructifera, quia tunc res ipſa principaliter petitur, & fructus veniunt in quamdam conſequentiam. Secus autem quando fructus decurſi petuntur principaliter, prout in penſionibus domorum, & annuis præſtationibus cenſuum decurſis ante intentatam manutentionem.*

48 *Retentioni quando locus non ſit in ſpolio Iudiciali.*

49 *Vt retentio detur, creditum debet eſſe clarum, & liquidum.*

50 *Spolium etiam Iudiciale in primis, & ante omnia eſt purgandum.*

54 *Fructus percepti poſt litem conteſtatam, dicuntur percepti mala fide.*

55 *Quæ operatur, vt computentur, vel reſtituantur.*

DECISIO CLXXXI.

CEnſuit Auditorum fore pronunciandum benè appellatum, maleque iudicatum per Dominum Iudicem à quo; Et ſucceſſiuè D. Petrum Matthæium Celſum actorem immittendum eſſe in realem, & actualem poſſeſſionem bonorum de quibus in actis, hæreditariorum quondam Bernabei Mandirolæ de Mõte S. Petri, abſque tamen præiudicio retentionis eorundem ad fauorem Dominorum de Flauianis pro credito ſcutorum mille dotis Dominæ Claræ Pelicanæ olim Bernabei vxoris, cuius ipſi de Flauianis detentores ſunt hæredes. Fundamentum autem reſolutionis fuit, ſiquidem cum idem Bernabeius in ſuo vltimo, cum quo deceſſit teſtamẽto, hæredes vniuerſales ſibi inſtituerit Claram eius vxorem, nec non Celſum, Franciſcum, & Petrum Matthæium Fratres, ipſoſque teſtatoris Nepotes, hac conditione adiecta, quod totius hæreditatis Clara eſſet Domina, & Patrona, donec vixerit, vitamque caſtam, & vidualem ſeruauerit, itaut ad Nepotes tantummodo hæreditas deuolueretur poſt ipſius Claræ mortem, vel conuolationem ad ſecundas nuptias; Et hodie conſtet ipſam Claram ſecundo nupſiſſe, & conſe-
1 quenter † deficere conditionem, expiratamque eſſe eius inſtitutionem vnà cum vſufructu, *ad tex. in Auth. cui relictum, C. de indict. vidu. toll. vbi gloſ. & Bart. Pariſ. conſ. 94. num. 48. lib. 2. Bal. conſ. 42. in fin. lib. 2. Mantic. de coniect. lib. 4. tit. 5. art. 18. num. 7. & 8.* Et vlterius conſtet Celſũ Nepotem ſequuta morte teſtatoris ingreſſum
2 fuiſſe Capuccinorum religionem, vbi † profeſſus eſt incapax ſucceſſionis bonorum, tam in particulari, quàm in communi, *vt in Clementina, exiui de Paradiſo, de verb. ſignific.* & in ſpecie cautum reperitur *à Sacr. Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 3. de reformat. Et notant Hond. conſ. 62. num. 18. & ſeqq. Rot. in recent. par. 5. deciſ. 414. num. 32.*
3 Habeaturque † perinde, ac ſi naturaliter obijſſet, *cap. placuit 16. quæſt. 1. l. deo nobis, C. de Epiſc. & Cleric. Doct. in cap. in præſentia, de probat. Rot. in recent. par. 5. deciſ. 6. num. 1. & 2. & deciſ. 109. num. 2.* Et inſuper conſtet Franciſcum alium teſtatoris Nepotem abſque filijs de-
4 ceſſiſſe: Et conſequenter † portiones eorum deficientium omninò pertinere ad Petrum Matthæium Celſum ex iure accreſcendi, quod habet locum in teſtamentis, non tantum ex diſpoſitione legis, quam ex coniectura mentis teſtatoris, *l. qui ex duobus, §. vlt. ff. de neq. hæred. l. interdum, §. paterfamilias, verſ. denique, l. hæres, ff. de hæred. inſtit. Graſſ. in §. ius accreſcendi, quæſt. 12. num. 1. Mantic. de coniect. lib. 4. tit. 12. num. 4. cum ſeqq. Gratian. diſcept. 104. num. 50. Amat. deciſ. Ferr. 14. num. 4. & ſeqq.* Vtique ipſe Pe-
5 trus Matthæius eſt in caſu, vt † dicatur ſolus inſtitutus, *l. vnum ex familia, §. rogo, in fin. & l. cum quidam, verſ. planè, ff. de leg. 2.* Rot. *in re-*
6 *cent. par. 3. deciſ. 342. num. 3.* Et proinde † exhibito teſtamento non abolito, & probata morte teſtatoris, ac verificatis omnibus prænarratis, ac etiam verificato, quod bona, de quibus agitur poſſidebantur per Bernabeum teſtatorem de tẽpore obitus, *l. precibus in fin. C. de impub. & alijs ſubſtit. l. 3. C. de iure delib. Surd. deciſ. 339. num. 1.*
7 Potuit † petere immiſſionem bonorum prout fecit, iuxta *tex. in l. fin. C. de edict. diu. Adr. Toll. Mantic. deciſ. 295. cum alijs relatis in noſtra deciſ. 82. num. 9.*

Quibus non obſtat, quod dicebatur remedium *d. l. fin.* non cõpetere pro rebus prædictis nõ poſſeſſis à teſtatore, ex quo in Inſtrumẽto celebrato de anno 1603. Bernabeus teſtator promiſſit Dominæ Claræ eius vxori adueniente caſu reſtitutionis, dotem ſcutorum mille receptam ſub obligatione omnium bonorum præſentium, & futurorum reſtituere, quæ quidem bona ex nunc,
8 prout ex tunc conſtituit, &c. Ex quibus † verbis, & clauſulis, dicitur in ipſam mulierem tranſtuliſſe omnem poſſeſſionem, non ſolum in bonis quæſitis de illo tempore, ſed in futurum quærendis, *Tiraquell. de conſtit. par. 2. amp. 32. num. 1. 7. & 10. & par. 3. lim. 1. num. 1. & 13. Lud. Poſt. tract. de manut. obſer. 20. num. 38. Afflict. deciſ. 37. num. 3. & 4. Rot. diuerſ. par. 1. deciſ. 549. num. 1. & par. 2. deciſ. 59. num. 6. & in re-*
9 *cent. par. 3. deciſ. 770. num. 2.* Etiam quod † conſtitutum videatur collatum poſt mortem, cum virtus dictæ Clauſulæ (ex nunc, prout ex tunc) operetur tranſlationem poſſeſſionis de tempore contractus, licèt effectus poſſeſſionis tranſlatæ

in

Digitized by Google

In tempus dictæ mortis collatus intelligatur. *Pa-
riſ. conſ. 62. num. 23. & conſ. 126. num. 128. lib.
2. Alex. conſ. 83. num. 6. vol. 2. Gabr. conſ. 141.
num. 4. lib. 2. Natt. conſ. 453. num. 6. Surd. conſ.
171. num. 22. & conſ. 221. num. 53. Neguz. de
pig. par. 2. mem. 2. num. 5. Mart. de Clauſ. par. tẽ
Clauſ. 20. nu. 8. & ſeqq. Guidop. deciſ. 268. Barz.
deciſ. 49. num. 28. Lud. Poſt. eod. tract. obſeruat.
20. num. 38. Rot. ex impreſs. apud eundem deciſ.
28. num. 6. deciſ. 68. num. 1. deciſ. 150. num. 4.
& 5. & deciſ. 299. num. 7. & 9. & in recent. par.
3. d. deciſ. 770. num. 3. & 787. num. 4.* Quia pro
reſponſione animaduertebant votantes, quod
D. Clara vxor teſtatoris, & conſtituitaria potuit
10 † ex ſpontanea eius voluntate amittere, prout
ex declaratione animi ſui amiſſit dictã poſſeſſio-
nem per conſtitutum acquiſitam, *ad tex. in l. 3.
§. in amittenda, vbi Bart. Alex. & alij, ff. de acq.
poſſ. Bal. in cap. apud ſedem, de reſtit. ſpoliat. Poſt.
d. tract. obſeruat. 57. num. 49. & ſeqq. & dixi-*
11 *mus deciſ. 35. num. 37.* De qua † quidem animi
declaratione, non videtur dubitandum, quoniam
ipſa ſubhaſtari fecit dicta bona pro conſecutione
ſuarum dotium, illaque met conſequuta fuit ex
internallo ab Vgolino oblatore, vt latè de omni-
bus conſtat ex inſtrumento retroceſsionis bono-
rum facto de anno 1612. de quo in proceſsu *fol.
65.* Ita vt dicendum videatur illam ab illo tem-
pore citra non poſsediſſe, neque hodie eius hæ-
redes poſſidere ex titulo prænarrati conſtituti;
quamuis ſubhaſtatio ſit nulla, & nullum ius trã-
12 ſtulerit in Vgolinum; Nam † cum ipſa mulier
animo declarauerit velle amittere poſſeſſionem,
vt patet in allegato inſtrumento, illam vtique
amiſiſſe etiamſi alteri non fuerit quæſita, *l. ſi quis
vi, §. differentia, ff. de acq. poſſ. Poſt. d. tract. &
d. obſeruat. 57. num. 52. & ſeqq.* Eſſet enim ridi-
culum dicere, quod non aliter vult quis dimitte-
re, quam ſi transferatur, vt inquit *Rot. ex impreſſ.
poſt dictum tract. de manut. deciſ. 170. num. 1.* Et
propterea dum mulier deſiit ex illo titulo poſſi-
dere, & vlterius conſtet ex teſtibus examinatis,
eadem bona fuiſse poſsefsa per Bernabeum teſta-
torem tempore ſui obitus, conſequens eſt, vt di-
camus eſse locum remedio dictæ *l. fin.* Cuius vi-
13 gore † peti nequeunt non ſolum bona, quæ teſtator
poſſidebat, ſed etiam, quæ detinebat quouis mo-
do tempore mortis, vt communiter docent inter-
pretes *in d. l. fin.* Eamque receptiſsimam Do-
ctorum ſententiam aiunt, *Rol. conſ. 5. num. 30.
& conſ. 78. num. 11. lib. 3. Menoch. de adip. re-
med. 4. num. 363. Graſſ. vltim. volunt. lib. 2. tit.
de tranſmiſſione, quæſt. 16. num. 1. & ſeqq. Greg.
deciſ. 149. num. 11.*
14 Quod quidem remedium procedere dictum
fuit, quamuis intentatum ſit contra dictos fra-
tres de Flauianis filios familias poſsefsores. Quia
in huiuſmodi iudicio filius familias legitimam
habet perſonam ſtandi in iudicio ſine conſenſu
patris, *gloſ. in cap. ſi annum, in verbo regularum
de Iudic. in 6. per tex. in l. fin. C. qui leg. perſonam
ſtand. in Iud. Bal. conſ. 317. num. 6. lib. 2. Alex.
conſ. 55. num. 30. lib. 4. Caſtren.* qui teſtatur de
communi, *conſ. 199. in prin. lib. 2. Cranet. conſ.
166. num. 4. Rol. conſ. 42. num. 43. lib. 3. Me-
noch.* qui pariter de magis recepta opinione te-
ſtatur, *tract. recup. remed. 15. num. 587. & ſeqq.
Vinc. de Franch. deciſ. 494. num. 6. Put. deciſ.
158. num. 3. lib. 1. & alias tenuit hac Rot. co-
ram R. P. D. Puccio, ac etiam in noſtra deciſ. 109.
num. 17.*

Quæ tamen firmata procedere intellexerunt
15 Domini, abſque præiudicio retentionis † eorun-
dem bonorum ad fauorem dictorũ de Flauianis,
qui bona detinet pro dote D. Claræ, cuius ipſi
ſunt hæredes, vt dictum eſt, *l. ſi non ſortem, §. ſi
centum, ff. de cond. indeb. Gaſp. Theſ. Forenſ. lib.
2. quæſt. 96. num. 11. cum alijs, quos retulimus,
& ſequuti ſumus, deciſ. 153. num. 4.* Cum reten-
16 tio † admittatur etiam in cauſis in quibus nõ ad-
mitteretur compenſatio, dummodo debitum, &
creditum hinc inde proueniat ex perſona debito-
ris, & creditoris, vt in præſenti caſu, *gloſ. in l.
grege, §. cum pignori, in verb. compenſatum, ff.
de pig. Graſſ. de except. cap. 16. num. 20. & ſeq.
Gratian. diſcept. 948. num. 1. & 4. & diximus d.
deciſ. 69. num. 11.* Ita tamen, vt non impediat
immiſsionem ad diuerſum finem conceſsam D.
17 Petro Matthæi; Eò † quia vtraque pars poſsi-
dere poteſt diuerſis reſpectibus, *l. 1. §. ex pluri-
bus, vbi Alex. ff. de acq. poſſeſſ. Bart. in l. ſi duo,
num. 4. verſ. ſi conſtaret, ff. vti poſſid. Caſtr. de
Graſſ. deciſ. 5. num. 7. de canſ. poſſ. & prop. Rot.
ex impreſſ. per Stattl. de Sal. deciſ. 156. num. 6. &
17. & deciſ. 157. num. 1. & ſeqq. & in recent.
par. 3. deciſ. 315. num. 2. & 6. & deciſ. 632. num.
3. & par. 4. deciſ. 388. num. 10. & notauimus d.
deciſ. 153. num. 5.*

Neque obſtat, quod pro parte Petri Matthæi
18 Celſi dicebant bona prædicta ad D. Claram, †
ſiue ad Flauianos eius hæredes peruenisse cum
vitio nullitatis ſubhaſtationis, ac proinde locum
non eſse retentioni, *ad tex. in cap. fin. de ord. cog.
Surd. deciſ. 46. nu. 2. cum ſimilibus.* Nam reſpon-
19 detur id non procedere, quando † res ad credi-
torem peruenit ex cauſa illius debiti pro quo
nunc vult retinere, quia etiamſi id non ſit ſine vi-
tio, datur tamen retentio, vt benè declarat *Bart.
in d. §. ſi centum, num. 8. Surd. d. deciſ. 46. num.
11. Caualer. deciſ. 543. num. 1.* Vt in præſenti ca-
ſu contingit, vbi Flauiani, qui ſunt in poſsefsio-
ne poſt mortem D. Claræ vtuntur retentione bo-
norum hypothecatorum pro dote ſcutorũ 1000.
pro cuius ſatisfactione eadem bona olim de con-
ſenſu mulieris fuerunt ſubhaſtata, & deliberata
Petro Vgolino, qui poſt adeptam poſsefsionem,
non habens modum ſoluendi ſummam per ipſum
oblatam, retroceſsit Claræ eadem bona. Quam-
20 obrem † licet ſubhaſtatio, vel retroceſsio nulli-
ter facta fuiſſet, adhuc primus contractus dotis
non

Digitized by Google

non dicitur ſublatus. *Surd. deciſ.* 5 *num.* 15. &
21 *ſeqq.* Et conſequenter † datur retentio, ex quo bona hypothecata ad ipſam creditricem peruenerunt ex eadem cauſa dotis reſtituendæ, *d. l. ſi non ſortem. §. ſi centum, vbi optimè Bart. num.* 8. *ff. de cond. ind. Grat. diſcept.* 269. *nu.* 14. *Surd. d. deciſ.* 46. *num.* 12. *Caualer. deciſ.* 539. *num.* 4. & *deciſ.* 543. *num.* 1. & 3. Rot. *in recent. par.* 4. *deciſ.* 433. *num.* 2. cum alijs per nos citatis, *d.*
22 *deciſ.* 19. *num.* 5. Prout † in ſimili dicimus de creditore, qui conſentiens alienationi rei ſibi obligatæ, ad effectum, vt ſibi pro ſuo credito ſatiſfiat, poteſt redire ad ſuam hypothecam, etiamſi res ex noua cauſa reuertatur ad debitorem, *vt poſt Bart*. Bal. & alios notabiliter firmat, *Surd. deciſ.*
23 156. *num.* 7. *in fin.* & *num.* 8. quod ſanè † remedium retentionis generaliter competit omnibus habentibus ius in re cum hypotheca, *l. paulus, ff. de dol. except. l. ſi in area, ff. de cond. indeb. l. qua ratione, §. litteræ, ff. de acq. rerum dom. Bart. in l. ſi non inducta, C. quib. cauſ. pig. vel hypotheca tac. cont. Gaſp. Theſ. Forenſ. lib.* 2. *quæſt.* 96.
24 *num.* 9. Et ſpecialiter † locum ſibi vendicat in caſu reſtitutionis dotis, vt hic *l.* 1. *C. de rei vxor. act. l. ſi filio familias, ff. ſol. matr. Gaſp. Theſ. d. quæſt.* 96. *num.* 11.

Similiter nec obſtare viſum fuit, quod dicebatur, non eſſe locum retentioni pro credito dotis
25 ob compenſationem † faciendam cum fructibus per vigiuti annos, & vltra perceptis à die mortis teſtatoris, *Alex. conſ.* 5. *num.* 5. *lib.* 3. *Soc. conſ.* 65. *num.* 5. *lib.* 4. *Maſcard. de prob. concl.* 1319. *num.* 1. & *ſeqq. Greg. deciſ.* 342. *num.* 4. & 5. & *deciſ.* 366. *num.* 3. & *ibi Adden. num.* 8. Eo præ-
26 ſertim, quia titulus † ſubhaſtationis, in quo ſe fundant Flauiani ſit nullus, & irritus, quo caſu poſſeſſores fructus reſtituere debent, non modo perceptos, ſed etiam percipiendos. *Roman. conſ.* 454. *num.* 26. & *ſeq. Oſaſcb. deciſ.* 160. *num.* 12.
27 Quia † reſpondetur id vtique procedere, vbi titulus quoquis ſe tuetur ortum habet à cauſa irrita ex defectu conſenſus impedientis translationem poſſeſſionis, *Hond. conſ.* 23. *num.* 27. *lib.* 1. Gratian. *diſcept.* 704. *num.* 21. *Rot. diuer. par.* 2. *deciſ.* 93. *num.* 2. & *in recent. par.* 2. *deciſ.* 768. *num.* 9. cum alijs per nos citatis, *d. deciſ.* 88. *nu.*
28 41. & *ſeq.* Vel † vbi ius commune, ſeu municipale expreſſe cõtractui à principio reſiſteret acquiſitionis rei, *Bart. in l. ſed, & ſi, §. ſcire, num.* 4. *ff. de pet. heredit. Oſaſcb. d. deciſ.* 160. *num.* 1. & *ſeqq. Surd. deciſ.* 45. *num.* 9. *Boer. deciſ.* 98. *num.* 3. *Belt. ad* Greg. *deciſ.* 74. *verſ. ſicut etiam.* Vel
29 vbi quis † rem auctoritate propria apprehẽdiſſet *l. non dubium, C. de leg. Surd. conſ.* 4. *num.* 40. *Gratian. diſcept.* 269. *num.* 16. *Gaſp. Theſ. dict. quæſt.* 96. *nu.* 9. *circa medium, Caualer. deciſ.* 539.
30 *num.* 5. Vel tandem † vbi immiſſio per Iudicem data fuiſſet nulliter, & iniuſtè ſimul, *Caualer. d. deciſ.* 539. *num.* 8. *verſ. ſed reſponſum fuit.* Secus
31 autem, quando nullitas † tantummodo proue-

nit ex defectu ſolemnitatum omiſſarum, *Hond. conſ.* 23. *num.* 26. *Rot. diuerſ. par.* 2. *deciſ.* 93. *per tot.* cum alijs cumulatis *in d. noſtra deciſ.* 88. *nu.*
32 41. Quia tunc † ſicut ex actu nullo transfertur poſſeſſio, quando deuentum eſt ad actum facti, *Gab. conſ.* 36. *num.* 22. *lib.* 1. *Hond. conſ.* 23. *num.* 26. *lib.* 1. *Belt. ad Greg. deciſ.* 194. *num.* 28. *Rot. coram Canal. deciſ.* 503. *num* 2. & *diuerſ. par.* 1. *deciſ.* 612. *num.* 2. & *in recent. par.* 1. *deciſ.* 92.
33 *num.* 5. & *par.* 2. *deciſ.* 768. *num.* 9. Ita † pariter firmandum venit, quod dicta exceptio nullitatis, nihil concludat ad impediẽdam fructuum acquiſitionem, cum ſimul ſtare poſſit, quod ſubhaſtatio, ſiue contractus retroceſſionis dictorum bonorum reſoluatur, & nihilominus Clara, & eius hæredes fructus ante litem motam præceptos fecerint ſuos ex eorum bona fide, vt in terminis nullitatis ſubhaſtationis firmauit *Rot. ex impreſſ. penes Cenc. de Cenſ. deciſ.* 206. *num.* 5. & *in recent. par.* 1. *deciſ.* 333. *num.* 4. & *par.* 2. *deciſ.* 320. *num.* 1. & 2. & *par.* 7. *deciſ.* 199. *num.* 10. & 11.
34 Quæ quidem † bona fides in dubio præſumitur in poſſidente, *gloſ. in cap. ſi diligenti*, vbi etiam *Abb. de præſcript. Becc. conſ.* 95. *num.* 9. Et ori-
35 ri poteſt † etiam ex cauſis temerarijs, & iniuſtis, *Surd. conſ.* 115. *num.* 8. *Becc. d. conſ.* 95. *num.* 10. *Oſaſcb. d. deciſ.* 160. *num.* 5. & 6. *Rot. in recent. par.* 2. *deciſ.* 320. *num.* 2. & *par.* 7. *d. deciſ.* 199. *num.* 11. Quamobrem licet in caſu noſtro accedat titulus inualidus, vel putatiuus, dummodo non reprobatus, vt puta rei furtinæ, vel inuaſæ,
36 aut ſimilium, vt ſupra dictum eſt, ſed cauſatus † ab errore iuris, vt in dicta muliere præſumitur, *Rot. coram Greg. deciſ.* 271. *num.* 26. & *in recen.*
37 *par.* 4. *deciſ.* 61. *num.* 8. *in fin.* Credendo † nempè ad vdicationem Vgolino factam minus ſolẽniter eſſe validam, *Rot. in recent. par.* 2. *d. deciſ.*
38 320. *n.* 6. Ipſi † non nocebit ad cõſeruandã bonã fidem, quæ ex errore, ſiue ignorantia iuris deducta eſt, etiamſi quoad præſcriptionem dominij, quod eſt maioris præiudicij non ſufficiat, ad latè cumulata per *Becc. d. deciſ.* 95. *num.* 15. Pro-
39 ut ſic ad † acquiſitionem fructuum indiſtinctè procedere voluerunt, *Bart. in l. ſed ſi lege, §. ſcire, ff. de pet. hared. Menoch. de recup. remed.* 15. *num.* 630. *Surd. d. conſ.* 115. *num.* 5. & 6. *Oſaſcb. d. deciſ.* 160. *num.* 5. Firmantes, quod quamuis ex titulo inualido, non inducatur bona fides poſitiua, quæ eſt excluſiua omnis ignorantiæ facti, & iuris, non tamen cauſatur mala, quam ſufficit abeſſe, ne poſſeſſor dicatur in dolo. *l. quæſitum, in fin. ff. de acq. rerum dom. l.* 4. *§. lana, ff. de vſucap. Surd. d. conſ.* 115. *num.* 4. *Caſſad. deciſ.* 6. *num.* 9. *tit. de præb.* Rot. *ex impreſſ. penes Cenc. d. deciſ.* 206. *numer.* 6. & *in recent. par.* 4. *deciſ.* 326. *num.* 3. & *coram Caualer. deciſ.* 409. *num.* 6. & *deciſ.* 646. *num.* 1. *et coram Greg. deciſ.* 74.
40 *num.* 1. Cum inter bonam, † & malam fidem detur medium ſufficiens ad acquiſitionem fructuum, vt per *Rot. in recent. par.* 2. *d. deciſ.* 320.

num.

num. 2. in fin. & par. 3. d. deciſ. 333. num. 1. Ni-
41 mirum † qualiſqualis occaſio poſſidendi, *l. 4. §. fin. ff. fin. regu. Surd. deciſ. 25. nu. 5. & deciſ. 212. num. 7. Rot. diuerſ. par. 1. deciſ. 55. num. 6. & in recent. par. 2. deciſ. 66. num. 2. & deciſ. 665. nu.*
42 *7. & coram Mar. Aud. deciſ. 24. num. 7* Seu † titulus putatiuus, & vt vocant coloratus, qui oritur ex contractu nullo, aut ex gratia ſubreptitia, *Becc. d. conſ. 95. in fin. Gratian. diſcept. 494. num. 27. & ſeqq.* Rot. *penes Put. deciſ. 80. lib. 1. & diuer. par. 3. lib. 3. deciſ. 190. & in recent. par. 4. deciſ. 387. num. 9. & 10. & par. 7. d. deciſ. 199. num. 9. & ſeqq.* Præterea ſecundo loco reſpondetur, quod etiamſi dicti fructus percepti eſſent cõpenſandi cum credito claro, & liquido, per inſtrumentum publicum in actis exhibitum, adhuc non obeſſet exceptio, ex quo fructus percepti nõ
43 ſunt liquidi, & † de liquido ad non liquidem nulla ſit compenſatio ad effectum impediendi retentionem, *l. fin. vbi Doct. C. de compenſat. l. reſiduum. C. de diſtract. pign. Gaſp. Theſ. Forenſ. lib. 2. quæſt. 28 num. 4. Surd. conſ. 84. num. 6. & deciſ. 284. num. 6.* Rot. *in recent. par. 2. deciſ. 43. num. 2. par. 3. deciſ. 380. num. 3. & deciſ. 743. nu. 11. & par. 5. deciſ. 411. num. 14. & coram Greg. deciſ. 254. num. 3.* Inſuper reſpondetur ad tollendam omnem amaritudinem, quod in hoc interdicto
44 adipiſcendæ † Iudex, qui pronunciat ſcriptum hæredem eſſe immittendum in poſſeſſionem, nullam debet facere de fructibus mentionem, condemnando reum ad illorum reſtitutionem per viã compenſationis; Siquidem in hoc iudicio illi nõ veniunt, niſi à die motæ litis, *l. 3. vbi gloſ. Bart. & comm. omnes, ff. de interd. Menoch. de adip. remed. 4. num. 800.* vbi ſubdit, quod pro dictis fructibus competit aliud remedium, nempè petitionis hæreditatis, iuxta *tex. in l. 2.* C. *de pet. hæred.*
45 Et hanc regulam † habere locum in quolibet interdicto, firmauit Rot. *coram Cauuler. deciſ. 409. per totam, & coram Seraph. deciſ. 170.* Vnde fit,
46 vt in mandato † de manutenendo veniant tantummodo fructus poſt intentatam manutentionem, non autem, qui ſunt percepti antea, *l. 3. ff. de interd. l. 1. §. ex die, ff. de vi, & vi armat. Lud. Poſt. tract. de manut. obſeruat. 74. num. 1. & ſeqq. Put. deciſ. 61. num. 1. lib. 3. Seraph. deciſ. 835. & deciſ. 1168. num. 3. & 4. Mantic. deciſ. 172. num. 6.* Rot. *in recent. par. 3. deciſ. 262. num. 4. & deciſ. 347. num. 1. & 3. vbi reſpondet ad deciſ. in cauſa Medinluna fructuum 13. Februarij 1595. coram Gypſio,* quæ aliquando allegatur in contrarium. Nempè illam ſaluari poſſe, vt habeat lo-
47 cum in ſuo caſu † quando ſcilicet fructus decurſi petuntur principaliter, prout in penſionibus domorum, vel annuis præſtationibus cenſuum, vel affictuum decurſis ante intentatam manutentionem; ſecus quando petitur aliqua res fructifera, vt prædium, quia tunc res ipſa principaliter petitur, & fructus veniunt in quandam conſequẽtiam, quare nil mirum ſi in hoc ſecundo caſu nõ habetur eadem ratio fructuum, quæ habetur in primo, vbi petuntur principaliter, quæ diſtinctio eſt de mente Clara, dictæ Rot. *coram Seraph. deciſ. 835. & deciſ. 1168. in recent. par. 3. d. deciſ. 347. num. 3. cum alijs quos refert, & ſequitur Poſt. vbi ſupra, num. 11.*

Demũ nec obſtare viſum fuit *dec. Caualer. 539.*
48 ex aduerſo allegata. Quia † in illo caſu Iudex nulliter, ſpoliatiuè, & iniuſtè proceſſerat; Et ex quo pars aduerſa ante, & poſt litem motam ſuper ſpolio intentato fructus receperat, qui videbantur minuere creditum ſortis, ita vt cum eo compenſari deberent, meritoque dictum fuit non eſſe locum retentioni, vt comprobat eadem *Rot.*
49 *in recent. par. 5. deciſ. 411. num. 23.* Eo quia † dici nõn poterat conſtare de credito liquido, ſtante dicta fructuum perceptione iuſta, cum adhunc effectum requiratur, vel confeſſio partis, vel res iudicata, vt in cauſa ſpolij latè firmauimus *deciſ. 116. num. 39.* & tenet etiam *Gratian. d. diſc. 948.*
50 *num. 5.* Proptereaque in primis, † & ante omnia ſpolium illud purgandum erat, quamuis eſſet iudiciale, adnotata *in l. ſi quis ad ſe fundum, C. ad leg. Iul. de vi pub. Surd. conſ. 189. num. 50.* cum alijs in ipſa *deciſ. Cauuler. 539. allegatis.* Quod eſt valde diuerſum à caſu noſtro, vbi Domina Clara Pelicana poſſidebat, & hodie eius hæredes poſſident ex titulo præambulo conceſſionis in ſolutum, pro credito eius dotis ab Vgolino, qui eadem met bona habuerat ex cauſa ſubhaſtationis (quamuis nulliter factæ) quam tamen ipſa
51 mulier credidit † ritè, rectè, & validè factum ex iuris errore in ea præſumpto, iuribus ſupra deductis, quibus addimus, *Surd. deciſ. 216. n. 26.* Rot. *in recent. par. 4. deciſ. 61. num. 8.* Qui qui-
52 dem † error inducit bonam fidem, maximè in muliere, & ſufficit ad acquiſitionem fructuum legitimam, licet non proſit ad præſcribendum, *leg. ſed ſi lege, §. ſcire, ff. de pet. hæred. l. de fructibus, ff. de donat. inter vir. & vxor. l. fructus, vbi gloſ. ff. de vſur. l. 1. §. ſi vir. ff. de acq. poſſ. Soc. Iun. conſ. 72. numer. 10. & ſeq. lib. 2. Cur. Iun. conſ. 168. num. 29. & 35. par. 1. Becc. d. conſ. 95. n. 15. Surd. deciſ. 45. num. 7. & deciſ. 281. num. 5. & ſeqq. Gtarb. deciſ. 89. num. 18. Seraph. dec. 100. num. 3.* cum alijs ſupra allegatis; Itaque cum a-
53 gatur † de fructibus bona fide conſumptis, æquitas non patitur, quod illi in ſortem, ſeu in diminutionem dotis computentur, Rot. *in recent. par. 2. deciſ. 622. num. 4. & coram Caualer. deciſ. 409. num. 6.* Et conſequenter facilè deprehenditur deciſionem Eminentiſs. *Caualer.* allegatam non obeſſe in caſu, & ad effectum de quo agitur; Atque ideò ſubductis omnibus contrarijs, Domini vnanimiter cenſuerunt dandam eſſe immiſſionem ſine præiudicio retentionis dictorum bonorum, ad effectum, vt de fructibus perceptis à die litis conteſtatæ, & in futurum percipiendis ipſi credi-
54 tores ſibi integraliter ſatisfiant, quoniam ab † illo die incipit mala fides, *l. ſi fundum, C. de rei vend.*

Digitized by Google

vend. l. ſi maior, C. de reſc. vend. l. ſed etſi lege, §. ſi ante litem, de petit. hæred. Gratian. *diſcept. 2. num. 49.* Rot. *in recent. par. 3. deciſ. 347. num. 2. & par. 4. deciſ. 661. numer. 1. & ex imp. penes Cenc. de Cenſ. d. deciſ. 206. num. 8.* Quæ quidem
55 mala fidea operatur, † vt fructus percepti, & percipiendi computentur, vel reſtituantur, *l. domum, et l. certum, vbi gloſ. fin. & com. Doct. C. de rei vend. gloſ. & Doct. in l. cum fundus, ff. ſi certum pet.* Rot, *in rec. par. 3. d. dec. 347. n. 2. & deciſ. 583. nu. 1. & ex impreſ. penes Cenc. d. deciſ. 206. n. 8.*

A R G V M E N T V M.

Ex ſummarijs ſunt pro Argumento concluſiones de quibus in eo.

S V M M A R I V M.

1 *Cameralis obligatio paratam, habet executionem.*
2 *Et tranſit actiuè, & paſſiuè ad hæredes.*
3 *Tempus ad appellandum eſt decem dierum.*
4 *Sententiam approbat, qui ab ea non appellat intra legitima tempora.*
5 *Solui poteſt ei cum quo eſt celebratus contractus. Licet contraxerit nomine alterius.*
6 *Referenti non creditur, non conſtito de relato, quãdo factum ad quod refertur eſt præteritum, & certum.*
7 *Et principaliter agitur de veritate enunciati.*
8 *Sententia in dubio præſumitur lata cõtra abſentem, non contra præſentem, quia præſentia non præſumitur niſi probetur. Limita, vt numero 11.*
9 *Stylus concernens ordinatoria probatur ex atteſtatione Curialium.*
10 *De ſtylo ordinatorio poteſt ſe Iudex extraiudicialiter informare partibus non vocatis.*
11 *Confeſſio erronea non eſt attendenda, nec præiudicat confitenti.*
13 *Mandatum factum ad reuocandum attentata, intelligitur quatenus illa adſint.*
14 *Interiſse, qui non habet in cauſa audiri non debet.*

DECISIO CLXXXII.

Viſum fuit decretum, de quo agitur exequendam eſſe contra bona hæreditaria quõdam Ioannis Picinini, poſſeſſa per hæredes citatos, qui ad cauſam venerunt: Quia præterquam quod fuit actum vi-
1 gore inſtrumenti † obligatione Camerali valati, & poſiti ad librum iuſtitiæ, quorum fauore non eſt licita appellatio, ad luculenter tradita per *Zacch. ad Gall. de oblig. Cam. quaſt. 37. ferè per tot.* Et comprobat Rot. *in recent. par. 3. deciſ. 585.*
2 *num. 1. & deciſ. 608. num. 4.* Etiam † ſi verſaremur in hæredibus obligati, ex quo talis obligatio ad ipſos actiuè, & paſſiuè tranſit, *Zacch. vbi ſupra num. 9. Veſt. in prax. lib. 7. cap. 3. num. 17.* Rot. *in recent. par. 4. deciſ. 647. num. 3.* Appa-
3 ret † etiam illud tanquam latum præſentibus partibus, non reclamantibus infra decem dierum præfixum ad appellandum, iuxta *Auth. hodie,*
4 *C. de appellat.* feciſſe tranſitum in iudicatum, † ita vt hæredes ipſi audiri ampliùs non valeant, *cap. quoad conſultationem, de re iudic. capit. concertationi, de appellat. in 6. l. poſt rem iudicatam ff. de re iud. l. ingenuum, ff. de ſtat. homin. l. ſolutionem, C. eod. tit. Crau. conſ. 79. num. 3. & conſ. 103. num. 12. & conſ. 108. numer. 3. Scac. de appellat. quaſt. 12. num. 118. Amat. deciſ. Ferr. 52. num. 39. Peregr. deciſ. 98. numer. 11. in fin. Gratian. deciſ. 52. num. 7. Barz. deciſ. 52. numer. 2. & ſeqq. Giurb. deciſ. 70. numer. 12.* cum alijs per nos cumulatis *deciſ. 36. num. 4.* Quibus accedit bonum ius clarum, quod fouet Luciana Colina, ad eius fauorem emanauit, quæ nihil conſequuta fuit de pretio domus venditæ, pro eius tertia *parte,* vt *ex inſtrumento* exhibito in proceſſu *fol. 12.*
5 Imò nec conſtat † ſolutum integrum pretium, reis ſtipulandi, ita quod Picininus emptor dici poſſit liberatus per ſolutionem factam illis, cum quibus celebratus eſt contractus, *iuxta dec. Surd. 229. num. 10. & ſeqq.* Cum ſolutio florenorum 250. pro medietate pretij domus, quæ dicitur facta Octauio Colis nõ iuſtificetur, *niſi per enunciatiuam* Notarij rogati de dicto inſtrumento, qui
6 aſſerit vidiſſe receptuum, proindeque † non conſtito de relato recepto, non eſt attendendum dictum Notarij referentis quando factum ad quod refertur eſt præteritum, & certum, *l. ſi ita ſcripſeru, ff. de cond. & demonſt. Auth. ſi quis in aliquo, C. de eden. cap. Abbati, de verb. ſig. Manetc. deciſ. 352. num. 2. Grig. deciſ. 459. num. 1. & 2. Roe. curam Marc. Aud. deciſ. 96. num. 8. & ſeqq. & in recent. par. 3. deciſ. 237. numer. 1. & 2.* Et
7 principaliter † agitur, prout in hoc caſu de veritate enunciati, *Caput. deciſ. 19. numer. 4. par. 2. Put. deciſ. 381. in fin. lib. 1. Seraph. deciſ. 1278. num. 2. Mart. And. deciſ. 54. numer. 8. Rot. in recent. par. 5. deciſ. 2. num. 1.*
8 Nec ad excludendam rem iudicatam obſtat doctrina Ploti in *conſ. 8. & 9.* ex aduerſo allegati, vbi quod decretum in dubio latum præſumitur abſente reo, dum actor expreſſe non probat præſentiam illius in momento prolationis, ex quo inter ipſam comparitionem actoris, & replicationem rei, requiritur interuallum temporis datum Iudici ad legendum, & conſiderandum, & interea reus potuit receſſiſſe, vel ſaltim non audiuiſſe decreti prolationem. Quia vltra quod verſamur in obligatione Camerali, vt dictum est
9 Cum † ex ſtylo Curiæ Exinæ, de quo expreſsè teſtantur ferè omnes illius Curiales, quoad hunc effectum probant *Rot. in recentior. par. 1. prima,*

decif. 393. num. 2. & decif. 644. num. 4. & par. 5.
10 *decif. 248. num. 2.* Et de quo † Index poteſt ſe extraiudicialiter informare partibus nō vocatis, *Bart. in l. 3. in fin. ff. de teſtibus, Greg. decif. 484.*
11 *num. 6. &* 8. Conſtet, † quod procuratores, ſeu partes litigantes, & inſtantes ad bancum iuris pro decreto, ſeu ſententia, non recedunt, nec recedere cenſentur, donec audiatur decretum, ſeu ſententiam prolatam, ad cuius prolationem cenſentur præſentes, ſicut inſtantiæ, propterea non videtur dubitandum ſententiam latam præſente parte, ſeu procuratore illius non appellante, tranſiuiſſe in iudicatum, ex ſupra deductis.

Neque aduerſatur confeſſio Lucianæ circa at-
12 tentata. Quia † illa non præiudicat confitenti, quando apparet de errore ob quem veritas rei geſtæ non immutatur, *Rot. in recent. par. 5. dec. 330. num. 7. & coram Greg. decif. 512. num. 14.* De cuius errore cum conſtet ex actis cauſæ, & al-
13 legatis ſuperius, fatendum eſt, quod † mandatum factum ab ipſa muliere ad reuocandum attentata intelligatur dummodo adſint, & non alias vt rectè per *Lancell. de attent. par. 3. cap. 26. numer. 73. & ſeq.*

Neque ad rem facit appellatio interpoſita per Lucam Antonium, & Octauium tertios, qui mo-
14 do veniunt ad cauſam. Quia reſpondetur, † quod executionem impedire minimè poſſunt, niſi habeant intereſſe, de quo non docuerunt, propterea non audiendi, *l. 1. ff. de appell. recip. vel non, Scacc. de appellat. quæſt. 5. numer. 31. & ſeqq. & quæſt. 12. num. 72. Mantic. decif. 333. numer. 2. Greg. decif. 148. num. 5. & 6. & decif. 410. numer. 6.* cum ſimilibus. Et ita, &c.

ARGVMENTVM.

Sententia lata in Saluiano, non eſt appellabilis, niſi quo ad effectum deuolutiuum, propter Ægidianam in Statu Eccleſiaſtico vſu receptam.

SVMMARIVM.

1 *Saluiaaum datur donatario habenti inſtrumentum cum hypotheca bonorum donantis.*
2 *Pro legato, & fideicommiſſo ſicut competit hypothecaria.*
3 *Ita, & Saluianum.*
4 *Ægidiana eſt locus, quando ſententia eſt lata in Saluiano.*
5 *Ægidiana ſublato iure Canonico, reducit nos ad ius Ciuile.*
6 *Quo inſpecto eſt prohibita appellatio in quolibet poſſeſſorio.*
7 *Ad effectum ſuſpenſiuum, non autem deuolutiuum.*
8 *Sententia lata in vim contractus donationis eſt appellabilis ad vtrumque effectum.*
9 *Quod intellige ſi promiſſa ſit poſſeſſio, ſecus verò quando agitur ex Saluiano, quia illud eſt ad effectum poſſeſſorij tantum.*
10 *Complicatio, & mixturo faciunt cauſam appellabilem.*
11 *Ægidianæ locus eſt, licet ſuper nullitate fuerit cognitum, quando ſententia eſſet reſtricta ad ſolum poſſeſſorium.*
12 *Poſſeſſorium non admittit diſputationem ſuper validitate donationis.*
13 *Limita quando nullitas donationis eſt patens ex lectura inſtrumenti.*
14 *Sententia, qua liquidat debitum, eſt appellabilis.*
15 *Liquidatio non dicitur facta per cancellationem ſummæ, de qua liquet in inſtrumento.*
16 *Liquidum dicitur inſtrumentum continens ſummam promiſſam, etiamſi deſuper ſubſequatur ſententia.*
17 *Sententia lata in poſſeſſorio per cedulam, & per verbum diffinitiuè, eſt appellabilis.*
18 *Sed contra.*
19 *Declara, quod ſit appellabilis quoad effectum deuolutiuum dumtaxat, non autem ſuſpenſiuum.*
20 *Iudicium non alteratur per ſolam cedulam, nec ſententiam ſit appellabilis.*
21 *Sententia non ex eo dicitur diffinitiua, ſi Index dicit per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam, ſi ſui natura eſt interlocatoria.*
22 *Sententia vt non dicatur diffinitiua ſufficit, vt ex verbis illius non colligatur, fuiſſe diffinitiuè pronunciatum.*
23 *In ſententia lata in Saluiano, vbi eſt locus Ægidiana, apponitur verbum diffinitiuè ſecundum praxim Salaſt. Tib.*
24 *Notorium grauamen in ſententia operatur, vt non ſit locus Ægidianæ.*
25 *Incerta res ratione loci, & quota poſſideri non poteſt.*
26 *Qualitas obligationis, non mutatur in perſona hæredis.*
27 *Vſufructuarius ciuiliter non poſſidet.*
28 *Sententia, vt ſuſtineatur verba illius impropriandà ſunt.*
29 *Verba ſententiæ interpretantur ſecundum naturam cauſa, & num. 45.*
30 *Clauſula (non tantum modo prædicto, ſed, & omni alio) facit valere actum omni meliori modo.*
31 *Reſeruatio vſusfructus facta à donatrice operatur translationem poſſeſſionis ciuilis in donatarium.*
32 *Et idem de clauſula conſtituti.*
33 *Reſeruatio vſusfructus, & clauſula conſtituti regulantur ſecundum naturam contractus cui adijciuntur.*
34 *Nec operantur quando datur incertitudo ratione loci, & quota, & num. 35.*

36 Li-

36 *Limita regulam, quando quis conſtituit ſe poſſide-
re omnia bona ſua.*
37. *Clauſula (amota) denotat expulſionem facti.*
38. *Ad acquirendam ciuilem poſſeſſionem requiritur
corporalis apprehenſio.*
39 *Poſſeſſio ciuilis non acquiritur, niſi mediante cor-
porali apprehenſione.*
40 *Iudex immittendo vnum priuat alium ſuam poſſeſ-
ſione.*
41 *Poſſeſſio dum eſt ineſſe dicitur quid facti; Acqui-
ſita verò dicitur iuris.*
42 *Duo in ſolidū poſſidere poſſunt diuerſis reſpectibus.*
43 *Verba vtendi, & fruendi reſpiciunt petitorium.*
44 *Declara id procedere quando principaliter agitur
ad vſumfructum.*
46 *Appellatio in Saluiano, admiſſa in deuolutiuo, eſt
ad finem, vt dimiſſo poſſeſſorio, & aſſumpto pe-
titorio poſſit, quis melius docere de iure ſuo.*

DECISIO CLXXXIII.

DOmina Anna Amata de Corinaldo,
donauit irreuocabiliter inter viros
Lucæ eius Nepoti ſcuta duo millia
in tot bonis dotalibus, reſeruato
ſibi vſufructu donec viueret, &
poſt eius mortem reſeruato vſu-
fructu ſcutorum mille Leandræ eius filiæ duran-
te vita ipſius ad habendum, vtendum, fruendum,
& alienandum, &c. conſtituens ſe tenere, & poſ-
ſidere dicta ſcuta duo millia in tot bonis ſtabili-
bus, vt ſupra nomine dicti Lucæ, quem fecit pro-
curatorem irreuocabilem, ad dictam donatio-
nem inſinuandam, & pro obſeruatione prædi-
ctorum obligauit ſe, & bona ſua in ampliori for-
ma Cameræ Apoſtolicæ. Sequuta morte Annæ
donatricis, Lucas donatarius exhibito inſtrumen-
to donationis in Curia generali Maceraten. petijt,
& liquidatis liquidandis obtinuit immiſſionem
ex Saluiano in bonis ipſius donatricis, modo poſ-
ſeſſa per dictam Leandram auditam, & citatam
ad omnes, & ſingulos actus, vſque ad ſententiam,
à qua ipſa interpoſuit appellationem in Rota, vbi
dato dubio, an appellatio deuoluat ad vtrumq;
effectum, fuit vnanimi voto Dominorum reſolu-
tum nō deuoluere, niſi ad effectum deuolutiuum;
Quia cum actum, & ſententiatum fuerit in Sal-
1 uiano, quod competebat † vigore hypothecæ
bonorum appoſitæ in inſtrumento donationis, *l.
1. & ibi gloſ. C. de præc. & ſal. inter. Gabr. conſ.
46. num. 20. & conſ. 141. num. 7. lib. 1. Menoch.
de adip. rem. 3. num. 17. Pat. deciſ. 201. num. 2.
lib. 1. Rot. diuerſ. par. 1. deciſ. 44. num. 4. & par.
2. deciſ. 34. numer. 17.* & in terminis donationis
*Rot. recent. par. 4. deciſ. 539. num. 1. & ſeqq. &
par. 5. deciſ. 308. numer. 8. & par. 7. deciſ. 205.
2 num. 1. & 2.* Ad ſimilitudinem † legati, & fidei-
commiſſi pro quibus ſicut competit hypotheca-
ria, *l. 1. C. com. de leg. §. ſed olim, verſ. noſtra
autem conſtitutio, inſtit. de leg. Gabr. conſ. 46. num.
19. lib. 1. & conſ. 44. num. 4. & ſeq. lib. 2. Rot.
apud Statill. deciſ. 131. nu. 3.* Ita, & Saluianum,
3 ad † latè tradita *per Statill. de Salu. inſpect. 3.
cap. 4. num. 9. & ſeqq. Scapac. eod. tract. lib. 1.
quæſt. 7.* Rot. *coram Caualer. deciſ. 420. num. 1.
& coram Duran. deciſ. 185.* cum alijs per nos ci-
4 tatis *deciſ. 43. num. 8.* Vtique dicendum eſt †
locum eſſe Ægidianæ, *Caput. deciſ. 106. & deciſ.
141. par. 3. Greg. deciſ. 491. num. 1. & ibi Belt.*
5 Quæ † ſublato impedimento iuris Canonici de-
duxit nos ad Ius ciuile, vt latè per *Cantard. ad l.
vnic. C. ſi de mom. poſs. qu. 1. ſuper Ægidiana,
Rot. in recent. par. 2. deciſ. 324. num. 1. Greg. d.
6 deciſ. 491. num. 3.* Quo inſpecto † eſt appellatio
prohibita in quolibet poſſeſſorio, *l. vnic. C. ſi de
moment. poſſ. Pacif. de Salu. inſpect. 4. cap. 2. n. 11
Scap. eod. tract. lib. 3. quæſt. 1. vbi etiam Adden.*
Rot. *noſtra Maceraten. coram Amat. deciſ. 15. nu.
17. coram Gratian. deciſ. 204. num. 1. & coram
nobis, deciſ. 99. num. 2. Theſ. deciſ. 175. num. 2.
Caput. deciſ. 141. lib. 3. Pat. deciſ. 480. num. 12.
Rot. apud eundem Statill. deciſ. 98. num. 1. deciſ.
131. num. 2. deciſ. 228. num. 1. deciſ. 240. num. 1.
7 & deciſ. 243. n. 1.* Ad effectum † tamen ſuſpen-
ſiuum, non autem deuolutiuum, adnotata per
Scapac. in alleg. quæſt. 1. num. 8. & 9. & notaui-
mus *d. deciſ. 99. num. 3.*

Non obſtat, quod dicebatur pro parte Lean-
8 dræ Amatæ † ſententiam Illuſtriſs. Gubernato-
ris fuiſſe latam in vim contractus donationis, &
propterea eſſe appellabilem ad vtrumq; effectum,
vt per *Bal. in l. vnic. n. 6. C. ſi de mom poſſ. & in conſ.
220. n. 5. & lib. 5. Ser. in dec. 430. nu. 2.* Quia re-
9 ſpondetur † id verum eſſe, quando in contractu
promittitur poſſeſſio, ſecus quando prout in
præſenti caſu, datur Saluianum ratione hypothe-
cæ, quia illud eſt ad effectum tantum poſſeſſorij,
*Iaſ. in §. item Seruiana, n. 95. Inſtit. de act. Men. de
adip. poſſ. rem. 3. n. 186. Cant. ad l. vnic. de mom.
poſſ. lim. 14. num. 6. & ſeqq. Scap. d. tract. lib. 3.
quæſt. 4. n. 5.* Rot. *diu. par. 2. dec. 34. n. 16. & 32.*

Neque obſtat fuiſſe allegatam exceptionem
nullitatis donationis, & ſuper ea cognitum, &
conſequenter ex hoc capite ineſſe complicatio-
10 nem, & mixturam, † quæ faciunt cauſam appel-
labilem, *Scapac. d. tract. lib. 3. quæſt. 4. n. 6. Grat.
diſc. 694. n. 32. & ſeqq. Ser. dec. 603. n. 1.* Quia re-
11 ſpondetur Ægidianæ † locum eſſe etiam, quod
fuerit cognitum de nullitate, ex quo ſententia eſt
reſtricta ad ſolū poſſeſſoriū, vt per *Rot. apud Stat.
dec. 144. n. 7. & 8. dec. 229. n. 4. & ſeqq. dec. 243.
per tot.* ſequitur *Belt. ad Greg. dec. 232. n. 6. & de-
12 ciſ. 34. n. 13. par. 2. in rec.* Quod quidem † poſ-
ſeſſorium diſputationem ſuper validitate, vel in-
ualiditate donationis non admittit, vt in indiui-
duo firmarunt *Houd. conſ. 17. n. 13. lib. 2. Scap.
d. tr. lib. 1. q. 16. n. 1. & 2. Greg. dec. 491. n. 9.* Rot.
in rec. p. 1. dec. 570. n. 4. & par. 2. dec. 324. n. 4.
13 Niſi † nullitas eſſe patens, & de ea conſtaret in
continenti ex lectura Inſtrumenti, vt latè deduxi-

Digitized by Google

mus *deciſ. noſtra* 101. *numer.* 42. *Scapac. d. tract. lib.* 2. *quaeſt.* 16. *num.* 4. *Zacch. ad Galleſ. de obl. Cam. quaeſt.* 3. *num.* 1. *& ſeqq. Rot. apud eund. deciſ.* 46. *num.* 6.

Similiter non obſtat, quod dicebatur eandem ſententiam eſſe liquidatoriam ſcutorum 2000. Et
14 ideò † ratione liquidationis admittere appellationem, *Menoch. de adipiſc. remed.* 3. *num.* 192. *Vrſill. ad Affl. &. deciſ.* 35. *num.* 2. *& deciſ.* 157. *num.* 1. *Surd. deciſ.* 27. *num.* 7. *Gratian. deciſ.* 212. *num.* 32. *Greg. deciſ.* 232. *num.* 2. *& ibi Brlis. n.* 5.
15 Nam reſpondetur, † quod vbi de ſumma liquet ex eodem inſtrumento donationis, non videtur facta liquidatio per enunciationem illius ſummae in ſententia, *Menoch. d. remed.* 3. *numer.* 189. *& declarat* Rot. *d. deciſ* 34. *num.* 14. *& ſeqq. par.* 2.
16 *diuerſ.* Dicitur enim debitum liquidum, † quando Inſtrumentum continet ſummam promiſſam, etiamſi ſuper illius diſpoſitione ſubſequatur ſententia, vt per *Alex. in conſ.* 93. *numer.* 1. *vol.* 4. *Barz. deciſ.* 40. *num.* 9. *Boer. deciſ.* 295. *ſub num.* 6. *Magon. deciſ. Florent.* 3. *num.* 31.
17 Nec facit, quod ſententia lata ſit per verbum diffinitiuè pronunciamus, & per cedulam, & ſic appellationi locus ſit, Rot. *in recent. par.* 2. *deciſ.* 183. *num.* 4. *& deciſ.* 187. *num.* 17. *& coram*
18 *Cocc. deciſ.* 441. Quia † vltra quod in hoc iudicio nihil refert *per tex. in d. l. vnic. C. ſi de mom. poſſ.* (ibi) ſententia ſortiatur effectum, *capit. ſia. ſ. ſi de poſſeſſione* 2. *quaeſt.* 6. (ibi) lata ſententia
19 ſortiatur effectum. Reſpondetur † regulam, quod ſit appellationi locus intelligendam eſſe ad effectum deuolutiuum dumtaxat, non autem ſuſpenſiuum, vt declarat *Lancell. de attent. par.* 2. *cap.* 12. *lim.* 25. *num.* 1. & firmauit Rot. *coram Cauailer. deciſ.* 42. *nu.* 2. *& in recent. par.* 5. *deciſ.* 117. *num.* 17. *& ſeq. & par.* 7. *deciſ.* 84. *nu.* 16. Siquidem
20 † per ſolam cedulam non alteratur iudicium, nec ſententia ſit appellabilis, ex latè deductis per Rot. *in vna Firmana penſionis ex impreſſ. per Viuian. de iure patron. deciſ.* 9. *num.* 31. *& in rec. par.* 7. *d. deciſ.* 84. *num.* 17. Vbi quod ſubſtantia, & naturâ iudicij non autem contextura verborum inſpici debet *ead.* Rot. *in recent. par.* 7. *d. deciſ.* 84. *num.* 17. *&* 18. Et in propoſito noſtro bene *Falin. in cap. ſignificaſti, num.* 6. *verſ. ſimi-*
21 *liter de reſcript.* docet quod licet † Iudex dicat per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam, non ex eo dicitur ſententia diffinitiua ſi ſui naturâ eſt interlocutoria, vel merè poſſeſſorium, quem ſequitur *Crauet. conſ.* 186. *num.* 5. *Mag. deciſ. Lucen.* 18. *num.* 17. *& ſeq.* Rot. *in recent. par.* 7. *d.*
22 *deciſ.* 84. *num.* 19. Satis enim † eſt, quod ex verbis ſententiae non colligatur fuiſſe diffinitiuè pronunciatum, ita vt ſi pars aduerſa poſtea doceat de aliquo iure ſuo poſſit Iudex ſe reponere in deuolutiuo, vt declarat *Statil. de Salu. inſpect.* 4. *cap.* 2. *num.* 59. *& ſeqq. Benine. deciſ.* 79. *Seraphi. deciſ.* 1259. *num.* 3. Rot. *in recent. par.* 7. *d. de-*
23 *ciſ.* 84. *num.* 20. Et in prax. Auditoris Camerae, †

quod in ſententijs poſſeſſorijs, in quibus denegatur appellatio vigore Ægidianae, apponatur verbum diffinitiuè, notat *Sal. Tib. lib.* 2. *c.* 2. *n.* 24.

Nec ſimiliter obſtant illa verba poſita in ſententia, videlicet (Lucam immittendum eſſe in actualem, realem, & corporalem poſſeſſionem bonorum, pro ſumma, & rata ſcutorum 2000. iuxta formam donationis amotis pro dicta quantitate, & rata D. Leandra, & quolibet alio, &c.) quaſi videatur, quod talis immiſſio, & amotio priuet Leandram naturali poſſeſſione pro ſumma ſcutorum 1000. pro qua vſumfructum habere de-
24 bet eius vita durante; Et ſic † ſententia in hac parte contineat exceſſum, & notorium grauamen, quod operatur, vt non ſit locus Ægidianae, neq; executioni, *Cont. ad l. vnic. de moment. poſſ. lim.* 2. *num.* 45. *& quaeſt.* 4. *de Ægidiana, numer.* 6. cum alijs per nos relatis *deciſ.* 38. *num.* 1. *deciſ.* 49. *num.* 8. *& deciſ.* 55. *nu.* 1. Quia conſiderandum eſt pro reſponſione, quod non fuerunt donata bona aliqua, ſed tantum quantitas ſcutorum 2000. in tot bonis dotalibus, quare antequam bona diuiderentur, & aſſignarentur partes, ex quibus dicta ſumma ſoluenda erat, dabatur incertitudo ratione loci, & quotae, & ſic etiam ante aſ-
25 ſignationem, & diuiſionem bonorum † ratione iſtius incertitudinis nulla ipſi Leandrae competebat poſſeſſio naturalis pro dicto vſufructu conſequendo, iuxta *tex. in l.* 3. *§. incertam, ff. de acq. poſſeſſ. vbi Bart. Paul. de Caſtr. Aret. Alex. Iaſ. & alij, Dec. conſ.* 179. *&* 226. *nu.* 8. *Ruin. conſ.* 136. *num.* 8. *& conſ.* 144. *numer.* 2. *lib.* 1. *Pariſ. conſ.* 55. *num.* 4. *& conſ.* 59. *num.* 22. *lib.* 1. *Surd. conſ.* 225. *num.* 13. *Tiraq. de conſtit. par.* 3. *lim.* 19. *num.* 3. *Cenc. de Cenſ. quaeſt.* 9. *num.* 5. *& ſeq. O,aſch. deciſ.* 34. *num.* 23. *Gratian. diſcept.* 519. *num.* 72. *Adden. ad Burat. deciſ.* 226. *num.* 12. Vnde cum Leandra nullam haberet poſſeſſionem reſpectu vſusfructus, ex ipſa immiſſione in poſſeſſionem, etiam naturalem nullum ei grauamen intulit Iudex, etiamſi eſſet ij tali poſſeſſione ex alio titulo, ſcilicet inſtitutionis, quia hic titulus ei non ſuffragabat, quoniam ratione dictae obligationis omnium bonorum factę per donatricem intentando Lucas Saluianum poterat auocare dictam poſſeſſionem à quocunq; poſſeſſorum dictorum bonorum, & multò fortius à Leandra haere-
26 de ipſius donatricis, in cuius † perſona non mutatur qualitas obligationis, qua defuncta tenebatur, vt probatur *in l.* 2. *§. ex his, ff. de verb. oblig. l. haeredem, ff. de reg. Iur.* Inſuper dicendum eſt, quod cum dicta immiſſio in poſſeſſionem ſit facta ad effectum vtendi, & fruendi, iuxta formam donationis, debet cenſeri facta eo modo, & forma, qua donatrix in donatione explicauit, ita vt pro dictis ſcutis mille, in quibus tãtùm debet donatarius habere proprietatem durante vita Leandrae cenſeatur data immiſſio in eiuſdem poſſeſſio-
27 nem, † quae eſſe non poteſt penes Leandram vſufructuariam, adnotata *in l. naturaliter, in princ. ff. de*

Digitized by Google

28 *ff. de acq. poſſ.* Et ſic ſubſtineatur dicta † ſententia,
etiamſi verba illius impropiarentur, vt per *Dec.*
in conſ. 388. num. 4. quem ſequitur Oſaſch. dec. 64.
29 *num. 3.* Debemus enim interpretare † ſententiam,
vt Iudex cenſeatur elegiſſe illud fundamentum,
quod ſeruiebat ad ſubſtinendum eam ſecundum
naturam cauſæ, vt per *Caſt. in conſ. 136. col. vlt.*
lib. 1. Cran. conſ. 23. num. 2. Contard. ad d. l. vnic.
lim. 24. num. 35. Giurb. deciſ. 49. num. 24. Rot.
ex impreſſ. per Pacif. de Salu. deciſ. 217. numer. 4.
30 Maximè ſtante † clauſula illa ſalutari (non tantum
modo prædicto, ſed, & omni alio) quæ operatur,
vt faciat valere actum omni meliori modo,
etiam vltra expreſſa, *Put. deciſ. 230. num. 2.*
par. 2. Rot. diuerſ. deciſ. 230. numer. 3. par. 1.
Mart. de clauſ. par. 3. clauſ. 56. num. 8.

Preterea non obſtat, quod non debeat cenſeri
facta immiſſio in poſſeſſionem ciuilem pro dictis
ſcutis 1000. in quibus Leandræ competit vſumfructum,
cum iam ante dictam ſententiam, Lu-
31 cas haberet dictam poſſeſſionem ciuilem, † tum
ex reſeruatione vſusfructus facta à donatrice ex
qua ſtatim ipſo iure cenſetur tranſlata poſſeſſio
ciuilis in ipſum donatarium, *iuxta l. quiſquis, C.*
de donat. iuncta gloſ. ibid. in verb. credatur, & pluribus
comprobat *Gomez ad l. 45. Tauri, num. 63.*
32 tum etiam ex † clauſula conſtituti, de qua in
donatione, quæ etiam transfert ciuilem poſſeſſionem,
ad tradita per *Doct. in l. quod meo, ff. de*
acq. poſſ. latè Gomez ad d. l. num. 75. Quia clau-
33 ſulæ † prædictæ regulantur ſecundum naturam
contractus cui adijciuntur, *Rot. coram Buratt.*
deciſ. 937. num. 17. Et ſic non habent locum in
34 præſenti caſu, vbi cum detur incertitudo † ratione
loci, & quotæ, vt dictum fuit, non potuit
transferri talis poſſeſſio ciuilis in Lucam ex dicta
reſeruatione vſusfructus, vt in puncto tradit *Iaſ.*
in d. §. incertam, num. 11. Gomez in præcitata l.
45. num. 96. col. 3. verſ. quia illud. Sicuti nec
35 etiam ex † dicta clauſula conſtituti, vt per *Iaſ.*
vbi ſupra, & Dec. qui optimè declarat, & probat
conſ. 226. num. 1. & 8. Gomez vbi ſupra, Gabr.
conſ. 31. num. 11. lib. 1. Tiraq. de conſt. par. 3.
lim. 11. Gratian. diſcept. 519. numer. 72. Oſaſch.
deciſ. 34. num. 23. Adden. ad Buratt. deciſ. 220.
nu. 12. & deciſ. 952. num. 5. Eo præſertim cum
clauſula conſtituti non fuerit inſerta pro omnibus
bonis obligatis, ſed dumtaxat pro quantitate
36 ſcutorum 2000. Et ſic ceſſat † doctrina *Iaſ. in d.*
§. incertam, num. 16. & Alex. num. 7. dum limitant
regulam, *dicti §. incertam,* quando quis conſtituit
ſe poſſidere omnia bona ſua.

Sic etiam dicimus non obſtare clauſulam illam
37 (amota) de qua in ſententia, † quæ denotat
amotionem, & expulſionem facti, vt per *Mart.*
de clauſ. par. 1. clauſ. 10. num. 3. ita vt cenſeri
debeat Leandra amota non ſolum à ciuili, verum
etiam à naturali poſſeſſione. Quia reſpondetur,
quod referri debet ad poſſeſſionem, de qua in
ſententia, vt ſupra oſtenſum fuit, vel etiam dicendum
venit, quod cum ad acquirendam de no-
38 uo ciuilem † poſſeſſionem requiratur actualis,
& corporalis apprehenſio, *vt in d. l. 3. & in §. neratius,*
ff. de acq. poſſ. cum alijs per *Gomez, in d. l.*
45. num. 80. Interpretari debeat, quod amotio
de qua in dicta ſententia quoad corporalem eo
reſpectu facta ſit, vt exindè poſſeſſio ciuilis tantum
queratur dicto Lucæ, ita vt Leandra cenſeatur
amota à corporali poſſeſſione ad eundem ef-
39 fectum tantum. Cum † poſſeſſio ciuilis pro dicta
ſumma ſcutorum mille aſſequi non poſſit niſi mediante
actuali, reali, & corporali poſſeſſione, &
amotione Leandræ, *iuxta tex. in d. l. 3. in prin.*
& §. neratius, & in l. quemadmodum 8. ff. de acq.
poſſ. Iaſ. in d. l. 3. §. in amittenda, num. 1. Caſt.
in l. clam. poſſidere, §. qui ad nundinas, col. 2. ante
medium, ff. eod. quem refert, & ſequitur Maſc.
de probat. concl. 1178. num. 16. Gomez, vbi ſup.
40 *num. 32. & ſeqq.* Et licet regula ſit, † quod Iudex
immittendo vnum priuet alium eius poſſeſſione,
iuxta notata in *d. l. clam. poſſidere, §. qui*
ad nundinas, vbi Iaſ. num. 20. ff. de acq. poſſ. Attamen
conſiderandum eſt, quod ſumus extra terminos
dictæ regulæ, non ſolum, quia ob incertitudinem,
vt ſupra demonſtratum fuit huculque
Leandra non poteſt eſſe verè vſufructuaria, ſed
etiam, quia quatenus eſſet vſufructuaria, cum
data ſit immiſſio cum dicta clauſula vtendi, &
fruendi iuxta formam donationis per quæ verba
41 videtur præſeruata etiam eius poſſeſſio, † quæ, &
ſi dum eſt in eſſe dicitur quid facti, tamen acquiſita
dicitur iuris, & iuris appellatione venit, *Bart.*
42 *& alij in d. l. 1. ff. de acq. poſſ.* quia † duo in ſolidum
poſſidere poſſunt diuerſis reſpectibus, poſſeſſioque
naturalis Leandræ eſt compatibilis cũ
poſſeſſione Lucæ, *l. fin. ff. vti poſſid.* & optimè
in his ferè terminis tenet *Rot. ex impr. apud Statil.*
de Salu. deciſ. 156. num. 1. cum ſeqq.

Vltimo loco non obſtat conſideratio facta pro
43 parte Leandræ ſuper illis † verbis ſententiæ (vtendi,
& fruendi) ex doctrina *Contard. ad l. vnic.*
quaſt. 13. verſ. petitorium quid ſit, num. 6. & 26.
& Menoch. in præl. de rec. poſſ. ſub num. 9. Quia
reſpondetur, quod præfati Doctores loquuntur,
quando principaliter agitur ad vſum, & vſum-
44 fructum conſequendum. † At in caſu noſtro reſpiciunt
poſſeſſorium tantùm, cum bona de quibus
agitur ſint in obligatione, quo caſu ſicut immiſſus
in poſſeſſionem bonorum facit fructus
ſuos, & ad libitum voluntatis poteſt de illis diſponere,
rectè dictum fuit vtendi, & fruendi iuxta
formam donationis. Vltra quod apparent
verba illa vtendi, & fruendi appoſita ad declarãdum
ne talis immiſſio faceret præiudicium ipſi
Leandræ vſufructuariæ pro rata ſcutorũ 1000.
quatenus pro illis competeret retentio; Ideò de-
45 bent intelligi † ſecundùm naturam remedij intentati,
vt per *Rot. in cauſ. Rom. de Comitibus 17. Maij*
1588. ex impreſſ. apud Saluſt. in prax. A. C. lib. 2.
poſt cap. 5. fol. 175.

Digitized by Google

Neque dicendum eſt, quod hæc ſententia ſic concepta tacitè canonizet donationem, & conſequenter importet perpetuum præiudicium, quod reparari non poſſit. Quia hoc negatur, nam fuit
46 admiſſa † appellatio in deuolutiuo ad finem, vt ipſa Leandra dimiſſo poſſeſſorio, & aſſumpto petitorio, *iuxta l. exitus, ff. de acq. poſſ.* melius poſſit docere de Iure ſuo, & obtinere circa nullitatem donationis, ac conſequenter dictum Lucam nullum ius habere ſuper bonis ei ablatis vigore Saluiani, ad notata per *Menoch. d. tract. de adip. rem. 4. num. 828. & ſeqq. Pacif. de Salu. inſp. 4. cap. 2. num. 61. & ſeq. Scap. eod. tract. lib. 1. quæſt. 3. num. 3. verſ. ſecundo moueor, Seraph. deciſ. 1295. ſub num. 5.*

ARGVMENTVM.

Iuris communis aſſiſtentia in decimis, non ſuffragatur Parocho ad effectum obtinendi manutentionem, niſi concurrat probatio poſſeſſionis. Et de quota decimarum, vt præſcribatur, quid ſit neceſſarium.

SVMMARIVM.

1 *Parochus ratione Curæ, debet indiſtinctè recipere omnes decimas*
2 *Habet aſſiſtentiam iuris communis ſuper illis intra limites ſuæ Parochiæ.*
3 *Aſſiſtentia iuris communis, non ſuffragatur Parocho ad effectum manutentionis, niſi concurrat probatio poſſeſſionis.*
4 *Manutenendus eſt Parochus, qui docet de poſſeſſione, ſeu quaſi exigendi decimas.*
5 *Litteræ patentales Epiſcopi probant.*
6 *Quaſi poſſeſſio generalis totius Diœceſis exigendi decimas, ſufficit pro manutentione.*
7 *Ex poſſeſſione anteceſſoris Modernus Rector, iuuatur ad effectum manutentionis.*
8 *Quota decimarum præſcribi poteſt.*
9 *Præſcriptio in materia decimarum, vt dicatur probata, requiritur præſtatio vniformis per annos 40.*
10 *Teſtes de eorum commodo principaliter tractantes, nihil probant.*
11 *Teſtes vt probent conuenire debent vniformitate requiſita ſecundum Canones.*
12 *Teſtium dicta confunduntur à teſtibus numero pluribus.*
13 *Et magis informatis.*
14 *Obſeruantia proxima, & vltima eſt attendenda.*

DECISIO CLXXXIV.

1 QVia poſtequam Parochiæ diſtinctæ fuerunt, Parochus † ratione curæ animarum debet indiſtinctè percipere omnes decimas, *cap. cum contingat, cap. cum in ſua, de decim. cap. fin. de Paroch. Rebuff. de dec. quæſt. 7. num. 4. & 5. & quæſt. 13. num. 83. Mones. eod. tract. cap. 2. num. 2. Rot. diuerſ. par. 2. deciſ. 31. num. 1. & in recent. par. 1. deciſ. 469. num. 1. & deciſ. 541. num. 4. & par. 6. dec. 30.*
2 *num. 2.* Super † quibus habet aſſiſtentiam iuris intra limites ſuæ Parochiæ, *Barb. de eff. Paroch. cap. 28. §. 2. num. 8.* Ricc. *in Prax. par. 4. reſol. 294. num. 1.* Rot. *in recent. par. 1. deciſ. 178. numer. 5. & par. 2. deciſ. 135. numer. 5. deciſ. 147. num. 1. & deciſ. 192. num. 5. & coram Greg. de-*
3 *ciſ. 449. num. 1.* Quæ quidem † aſſiſtentia cum non ſuffragetur Parocho pro manutentione obtinenda, niſi concurrat probatio poſſeſſionis, ad notata per *Barboſ. in d. cap. 28. §. 2. num. 10. & per Ferentill. ad Buratt. deciſ. 219.* Ideò Rota cenſuit R. D. Ioannis Baptiſtæ Tinto Parocho Eccleſiæ Caſtri Collis Luci Diœceſis Sancti Seue-
4 rini † dandú eſſe mandatum de manutenendo in poſſeſſione, ſeu quaſi exigendi cupam vnam frumenti, & batile vnum muſti pro decimis, ſibi iuxta ſolitum debitis à qualibet familia dicti Caſtri, ex quo vltra iuris aſſiſtentiam, quam ille habet, exactionem, ſeu collectionem per nouem annos factam modo prædicto legitimè probauit, ita vt dubitari non poſſit de ſua poſſeſſione, vel quaſi pro qua manutentio competit, *§. hodie inſtit. de int. l. 1. §. interdictum, ff. vti. poſſid.* Rot. *in recentior. par. 1. deciſ. 685. num. 1. Ferentill. ad Buratt. deciſ. 219. Lit. A.* Et idemq; compro-
5 bauit † per litteras patentales Epiſcopi S. Seuerini atteſtantis de pluribus, & diuerſis exactionibus decimarum factis per eundem Rectorem, modò quo ſuprà, cui in ſimilibus creditur, ad firmata per *Maſcard. de probat. concl. 627. num. 1. Dec. conſil. 420. num. 9.* R*iminal. Iun. conſ. 716. num. 39. & 40.* Et eò magis præmiſſa qua-
6 ſi poſſeſsio manutenibilis eſt, † quia etiam ſuper ſolita, & inueterata conſuetudine totius Diœceſis innititur, quæ in hac facti ſpecie parit effectum, vt quamuis etiam ipſe Rector in ſpecie de dicta poſſeſsione exigendi ab hominibus Caſtri Collis Luci non probaſſet, adhuc decimas eodem modo exigere potuiſſet, *Feder. de ſen. conſ. 91. num. 1. verſ. tertio probo, Seraph. deciſ. 1047. num. 1. & deciſ. 1295. num. 6. Rot. in. recentior. par. 2. dec. 212. num. 2. & deciſ. 289. num. 1.* Et coram *Greg. deciſ. 449. num. 2.* Stante maximè, quod homines Carpignani, Villæ eiuſdem Parochiæ Reuerendo Iuliano prædeceſſori Parocho decimam iuxta dictam generalem conſuetudinem
7 perſoluerunt † ex qua poſſeſſione anteceſſoris

moder-

moderꝰus Rector iuuatur ſignanter ad effectum
manutentionis, *Canoniſta in cap. cum ſuper, de*
cauſa poſſ. & prop. Aldan. conſ. 48. num. 31. Gra-
tian. diſcept. 402. num. 10. & diſcept. 872. num.
21 Seraph. deciſ. 1147. num. 1. & ſeqq. & deciſ.
1417. n. 3. Rot. in nou. dec. 1. de reſtit. ſpol. & co-
ram Greg. deciſ. 116. num. 1. vbi latè Adden. &
deciſ. 246. num. 1. vbi etiam Adden. & coram
Cocc. deciſ. 86. num. 1. Et ita, &c. Nec amplius
dubitabatur, quin dicta vniuerſitas teneretur ad
ſolutionem decimarum, ſed tantummodo fuit
reſeruatum, vt videretur; An præſcriptio circa
quotam obſtaret, quod ſemper fuit de intentione
vniuerſitatis prætendentis fuiſse ſolutam, & ſol-
uendam eſse in futuram decimam per gradum
perſonarum, & iuxta decimarum datum, & dan-
dum pro tempore ab ipſa vniuerſitate, allegan-
8 tes, quod quota præſcribi † poteſt, vt tenuerunt
Summiſtæ, Canoniſtæ, & Legiſtæ, longa ſerie
enumerati, à *Camill. Borrell. in ſum. deciſ. par. 1.*
tit. de decim. num. 53. & poſt eum Monet. eod. tract.
cap. 5. num. 105. & ſeqq. Ideò quia omnis con-
trouerſia conſiſtit in probatione præſcriptionis
ad quam vniuerſitas in proceſſu cauſæ ſe reſtrin-
xit. Propoſito tandem dubio, An præſcriptio-
nem probauerit, vel in ea defecerit, fuit reſolu-
tum vniuerſitatem defeciſse, & illam non pro-
9 baſse; quia † de vniformi præſtatione decima-
rum per tempus ſufficiens nempè ſpatio 40. an-
norum non docuit prout neceſsarium eſse. fir-
mat *Rot. in recent. par. 1. deciſ. 474. num. 5. &*
par. 2. deciſ. 497. num. 2. & par. 6. deciſ. 23. num.
2. & ſeqq. Quibus non aduerſatur aſserta exa-
ctio decimarum facta per duos annos nomine
Ren. Pauli olim Rectoris dicti Caſtri iuxta gra-
dum perſonarum: prout nec aduerſatur alia exa-
ctio facta à Reu. Seuerino Matthiolo pariter Re-
ctore, vt teſtes duo vniuerſitatis deponunt. Quia
10 præterquam quod vti principales, † & de eorum
commodo principaliter tractantes, nihil pro-
bant, ſecundùm magis communem, de qua per
Farinac. de teſtib. quæſt. 60. num. 484. & 496.
11 Non † conueniunt vniformitati requiſitæ ſecun-
12 dùm canones, illorumque dicta † confunduntur
à teſtibus examinatis per modernum Rectorem
numero pluribus, ad firmata per *Rot. in recent.*
13 *par. 1. deciſ. 315. num. 8.* & magis informatis †
cum decimã exegerint iuxta modum, & formam
manutentionis datæ, *Rot. in recent. par. 2. deciſ.*
189. num. 2. Ideò cum non conſtet de vniformi-
tate, & conſtet ſolitum diuerſimode ſeruatum
per teſtes vniuerſitatis, vtique vltimo loco ſerua-
tum per nouem annos attendendum eſse conue-
nit, *l. mela, §. 1. ff. de aliment. & cib. leg. Bal. in*
l. Binos, num. 4. verſ. ſed ponimus, C. de aden. &
diuerſ. iud. Capic. deciſ. 163. num. 4. Seraph. dec.
1047. num. 6. Rot. in recentior. par. 2. deciſ. 448.
num. 3. & par. 2. deciſ. 236. num. 4. & coram
Cocc. deciſ. 466. num. 6. Et ita, &c.

ARGVMENTVM.

Cenſus reuiuiſcit, & illius Dominus redit ad primæua iura, debetq; conſequi fructus, quando titulus dationis in ſolutum pro ſorte eſt nullus, & reducitur ad non titulum.

SVMMARIVM.

1 *Creditor cenſus in concurſu bonorum debitoris, poteſt graduari pro fructibus, & ſorte.*
2 *Solutio, quæ non habuit effectum perinde eſt, ac ſi facta non fuiſſet.*
3 *Creditor à quo euincuntur ſoluta per debitorem, poteſt ad primæua iura, & primam hypothecam redire. Etiam in præiudicium tertij, & num. 8.*
4 *Solutio extinguit hypothecam.*
5 *Quod non procedit ſi facta ſit reuocabiliter.*
6 *Sed tantummodo quando eſt facta irreuocabiliter; & num. 7.*
9 *In ſaluiano creditum cum hypotheca eſt neceſſariam antecedere.*
10 *Inſtrumentum probationem indubitatam facere ſolet.*
11 *In Saluiano probatio extremis, non denegatur immiſſio.*
12 *Executiuæ exceptio, non militat in Saluiano.*
13 *Sententia lata etiam ad fauorem mortui, nulla eſt declaranda.*
14 *Sententia tanquam indiuidua ſi nulla eſt in vna parte, in totum remanet nulla, & num. 16.*
15 *Sententia propter vnicam petitionem, & vnicum decretum, dicitur quid indiuiduum, & connexum ex voluntate partium, quamuis ſumma petita ſit diuiſibilis.*
17 *Enunciatiua verba probant inter ipſas partes.*
18 *Amplia.*
19 *Dos à patre profecta ad patrem ſoluto matrimonio per mortem viri reuerti debet.*
20 *Poſſidens iure familiaritatis, ſpolium intentare non poteſt.*
21 *Actio de dote etiam profectitia eſt communis Patri, & filiæ. Et de ratione num. 24.*
22 *Imò pluſculam iuris habet in actione dotis recuperandæ filia, quam Pater.*
23 *Pater agens pro dote tenetur cauere filiam rem ratam habituram.*
24 *Idque ratione dominij.*
25 *Dominium dotis, quod reſidet penes filiam, operatur vt ipſa ſine patris conſenſu, poſſit agere contra quoſcunque pro dotis reſtitutione.*
26 *Dos eſt proprium filiæ patrimonium.*
27 *Et ſemel conſtituta tranſit in dominium eius irreuocabiliter.*
28 *Etſi ad patrem reuertitur, non confunditur cum eius patrimonio, ſed filia eam habet præcipuam*
penes

Digitized by Google

peat patrem.

29 *Et debent remanere viua actiones filia, tàm reales, quàm perſonalas, ſuper illo patrimonio.*

30 *Dos conſtituta filiæ pro omni iure, quod habere poſſet in bonis patris, ſuccedit loco legitima, nec in eo procedit, tex in l. dos à patre, C. ſol. mat.*

31 *Tertius cum titulo, & bona fide poſſidens, ſpatio decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes præſcribit hypothecariam in qua generatur Saluianum.*

32 *Actor ante natam actionem agere non poteſt.*

33 *Præſcriptio decem, vel viginti annorum, non currit niſi à tempore, quo licitum ſit actori agere.*

34 *Petens plus debito cadit à cauſa.*

35 *Procurator non poteſt declarare animum ſuorum principalium ſine ſpeciali mandato.*

36 *Colluſio non præſumitur, ſed probari debet concludenter cum ſapiat delictum.*

37 *Melius eſt habere rem ſub dubio, quam certam actionem ad illam propter expenſas, & anfractus litium.*

38 *Quod fit Iudice mandante, dicitur factum bona fide, & ex neceſſitate, ita vt ſoluens iuſſu Iudicis dicatur liber, & immunis, etiam à leuiſſima culpa.*

39 *Creditor cui per ius offerendi ſoluitur pecunia debita, non cogitur cedere iura ſua niſi talia qualia.*

40 *Limita quando ſumus in concurſu creditorum, & diſputatur de anterioritate, quia tunc ille, qui vult habere pecuniam, vel rem ſubhaſtatam, tenetur cedere iura, ac præſtare ſe anteriorem, & potiorem, euictionemque promittere pro facto ſuo.*

41 *Negligentia non imputatur, vbi quis non defendit cauſam de iure perituram.*

42 *Fruſtra appellatur à ſententia, quæ de iure eſt inappellabilis.*

DECISIO CLXXXV.

CVm Cæſar Vanarella de S. Geneſio die 27. Septembris anni 1603. impoſuerit ſuper certis, & circumſcriptis ſuis bonis annuum perpetuum cẽſum ſcutorum octo in fructibus, & centum in ſorte, & ſic impoſitum illum vendiderit Orpheo Scaramuc-
2 cia: Cumque † eodem Cæſare vita functo vocatis ad concurſum omnibus creditoribus illius hæreditatis, lataque ſententia graduatoria de anno 1620. fuerit Geneſio, & Coſimo de Scaramuccijs vti filijs, & hæredibus Orphei emptoris cenſus quartus locus aſſignatus pro ſorte, & fructibus, quod fieri potuit iuxta praxim, quam docent *Caec. de Cenſ. nouiter impreſſ. Taurin. quaſt. 108. num 7. & ſeqq. Seraph. deciſ. 1333.* cum alijs, quos allegauimus *dec. 39. n. 14.* Sitq; etiam quod in executionem ſententiæ graduatoriæ pro ſatisfactione creditorum Franciſcus Schioppa curator hæreditatis iacentis de conſenſu creditorum vendiderit ſubhaſta quædam bona ſtabilia dictæ hæreditatis Ioãne Baroncio de Tolentino oblatori, qui de pretio reum emptarum ſoluit Dominis de Scaramuccijs florenos 461. cum promiſſione facta per ipſos, quod in caſu moleſtiarum tenerentur ipſi Baroncio reſtituere eandem pecuniam, cum omnibus damnis, & intereſſe. Quodque de anno 1627. Baroncius emptor moleſtias receperit, ex ſententia lata in curia Generali Maceraten. cuius vigore fuerunt ei euicta bona pro ſumma florenorum 300. ab Erittea dicti Cæſaris filia, creditrice anteriori dictis de Scaramuccijs, cuius euictionis occaſione, Baroncius in vim dictæ promiſſionis conuentis Scaramuccijs obtinuerit pariter ſententiam fauorabilem pro reſtitutione florenorum 416. videlicet 300. pro ſorte principali, & 116. pro expenſis, & intereſſe, liquidato ad rationem quinque pro centena-
3 rio; † Ideò quoad dictam ſummam reſtitutam perinde eſt, ac ſi ſolutio ipſis facta non fuiſſet, *l. cum is, §. 1. ff. de condit. indeb. Caſt. conſ. 180. num. 1. lib. 2. Gab. conſ. 36. num. 66. lib. 1. Surd.*
3 *deciſ. 51. num. 19. & ſeqq.* Ita † vt licuerit Dominis de Scaramuccijs creditoribus, tanquam non ſatisfactis ad primeua iura redire, *l. titius, & l. refert, §. fin. & l. ſed reuocata, ff. de iur. fiſc. l. ſi quis aliam, l. ſi rem, ff. de ſolut. l. Sextante, §. latinus, ff. de except. rei iud. Bal. in l. libera, num. 6. C. de ſent. & inter. omn. Iud. Surd. conſ. 145. num. 34. & ſeqq. Afflict. deciſ. 8. in fin. deciſ. noſtra 81. num. 25.* Rat. *in recent. par. 4. deciſ. 373. num. 24. & deciſ. 550. num. 3. & par. 5.*
4 *deciſ. 278. num. 20.* Cum † regula, quæ ſe habet, quod ſolutione extinguatur hypotheca, *l. nulla, & l. obligatione, C. de ſolut. l. item liberatus, §. qui paratus, ff. quib. mod. pig. vel hypothec. ſolu.*
5 *§. 1. Inſtit. quib. mod. tollat. obligat.* Non † procedat quoties ſolutio fit reuocabiliter, vt in præſenti caſu, *l. non videtur, ff. de acq. poſſ. l. ſi creditor, ff. de ſolut. l. ſi pignore, §. fin. ff. de pig. l. 1. vbi etiam gloſ. C. cred. euict. pig. non deberi, Sal. in prax. lib. 3. cap. 16. nu. 5. Neguz. de pig. prim. mem. 6. par. num. 42. Franch. deciſ. 200. num. 12. Mid. deciſ. Senen. 74. num. 2. & ſeqq. & examina. 47. per totam, & diximus d. deciſ. 81. numer. 26. & 27. Magil. de euict. quaſt. 44. num. 23. & 24. & quaſt. 45. num. 5.* Et in puncto *Durun. de cenſib. §. 5. quaſt. 11. & 12. & §. 6. quaſt. 14. nu-*
6 *mer. 18. & 19.* Sed ſolummodo † quando ſolutio, ſeu noua obligatio in quam eſt transfuſa prior eſſet perfecta, & irreuocabilis, *Rot. in recent. par. 5. d. deciſ. 278. num. 18. & 19.* Nam
7 tunc † prior omnino extinguitur, & non reuiuiſcit, eo quia habet creditor remedium, & actionem ex poſteriori contractu, vt poſt *Bal. in d. l. libera, num. 6.* declarat *Rot. in recent. par. 4. d. deciſ. 373. numer. 65.* Et propterea ſicut in caſu noſtro, actio hypothecaria primeua reuiuiſcit,
8 etiam † in præiudicium tertij titulo poſſidentis, vt poſt *Afflict. deciſ. 16.* in ſpecie determinat

Gaſp.

Gaſp. Theſ. alios citans *lib. 2. forenſ. quæſt. 88. num. 11. & per totam*. Ità fatendum eſt intrare
Saluianum ſuper bona de quibus agitur poſſeſſa
à Galaſcinis reis conuentis, & tertijs poſſeſſoribus.
Concurrunt enim omnia requiſita in ſimili reme-
9 dio; Nempè † creditum cum hypotheca, quod
eſt neceſſarium antecedens, *Aret. in §. item Ser-
uiana, Inſt. de actionib. Greg. deciſ. 671. num. 1. &
deciſ. 264. num. 3. deciſ. noſtra 13. num. 9. deciſ.
26. num. 8. deciſ. 96. num. 37. & 38. & dec. 99.*
10 *num. 1.* Idque † ex Inſtrumento dicti cenſus de
quo in proceſſu, quod ſolet facere probationem
indubitatam, *l. cum precibus, C. de prob. Gram.
deciſ. 103. in prin. Seraph. deciſ. 1134. num. 2.* &
diximus *deciſ. 13. num. 10. deciſ. 26. num. 9. de-
ciſ. 50. num. 28. & 334. & deciſ. 77. nu. 1. & ali-
bi ſæpè*. Poſſeſſio verò Cæſaris Vanarelli debito-
ris de tempore impoſitionis cenſus, & poſſeſſio
Dominorum de Galaſcinis de tempore litis mo-
tæ, probatur concludenter per plures conteſtes,
iuxta octauum interrogatorium, & ſuper 1. 2.
11 & 3. capitulo, † quibus extremis probatis, non
poteſt denegari immiſſio, vt latè deduximus *d.
deciſ. 13. nu. 13. deciſ. 26. num. 11. deciſ. 74. nu-
mer. 2. deciſ. 95. num. 8. & deciſ. 109. numer. 4.
Coſt. de remed. ſubſid. rem. 41. num. 13. Scapuc.
de Sal. lib. 1. quæſt. 25. Statil. eod. tract. inſpect. 5.
cap. 5. Seraph. deciſ. 785. num. 1. Greg. deciſ. 491.*
12 *num. 6.* Quæ † ſanè immiſſio concedenda venit
Dominus de Scaramuccijs aduerſus Galaſcinos
tertios poſſeſſores, non obſtante debitoris prin-
cipalis oppoſita exceſſione excuſſionis, quæ non
militat in hoc remedio Summario vtilis Saluiani
interdicti, vt contra *Gaſp. Theſ. in allegata quæſt.*
88. *num. 14.* Firmant omnes moderni ſine con-
trouerſia, nempè *Scapuc. de Sal. lib. 2. quæſt. 19.
num. 4. & ſeqq. Gratian. diſcept. 34. num. 1. &
deciſ. 15. num. 8. & deciſ. 25. nu. fin. Rot. diverſ.
par. 1. deciſ. 43. num. fin. & par. 2. deciſ. 34. nu-
mer. 11.* cum alijs plenè cumulatis in noſtra *dec.
113. num. 9.* Concedenda in quam immiſſio, non
vtique pro cenſu, qui reuiuixit, & remanet in
ſuo robore, vt dictum eſt. ſed pro reliqua ſum-
ma reſtituta, quæ eſt Florenorum 210. reformar-
13 do propterea D. Iudicis à quo ſententiam, quæ †
tamen ſicut in primis, & ante omnia nulla decla-
randa eſt quoad Geneſium mortuum tempore
prolationis illius, quamuis lata ad eius fauorem,
ſecundùm receptiſſimam ſententiam doctorum,
*tex. in ſumma, §. ſi quis, ff. de re iudic. & in l. pau-
lus, ff. quæ ſent. ſine appellat. reſcind. Grat.* alios
referens *diſcept. 18. num. 20. & diſcept. 127. nu-
mer. 33. Surd. conſ. 99. num. 22. Becc. conſ. 120.
Myſing. cent. 1. obſeruat. 85. Scac. de ſent. & re
iudic. gloſ. 14. quæſt. 25. num. 75. Franch. deciſ.
245. num. 4. Maſtrill. deciſ. 137. num. 12. Put.*
14 *deciſ. 186. num. 8. lib. 2.* Ità pariter nulla decla-
randa venit etiam quoad Coſimum propter indi-
uiduitatem illius, vt dicunt *Caſ. de Graſſ. deciſ. 5.
num. 2. & 3. de re iudic. Rot. in recent. par. 3. de-
ciſ. 576. num. 5.* Nam licet ſumma per eos petita
15 ſit diuiſibilis. † Attamen propter vnicam eorum
petitionem, & vnicam ſententiam, dicitur quid
indiuiduum, & connexum ex voluntate eorum,
*Gratian. diſcept. 162. num. 26. Seraph. de iuram.
priuil. 107. num. 23. Put. deciſ. 323. num. 7. lib.
1. Rot. in recent. par. 3. deciſ. 592. numer. 2.* Ac
16 ideò † ſententia nulla ex vna parte, in totum re-
manet nulla propter dictam indiuiduitatem, &
connexitatem, *Bal. in l. certi conditio, §. quoniam,
ff. ſi cert. pet. Pariſ. conſ. 81. numer. 36. lib. 2.
Ruin. conſ. 136. num. 5. vol. 1. Capb. conſ. 198.
num. 1. Rol. conſ. 7. num. 87. vol. 3. Natt. conſ.
681. num. 3. Surd.* alios referens, *deciſ. 74. num.
9. Afflict. deciſ. 403. numer. 20. & 21. Caſ. de
Graſſ. d. deciſ. num. 3. Rot. in recent. par. 3. deciſ.
576. num. 5. & 7.*

Non obſtat modo obiecta legitimationis per-
ſonarum omiſſio. Quia reſpõdetur conſtare Co-
ſimum, & Geneſium actores eſſe filios, & hære-
des Orphei Scaramucciæ emptoris cenſus ex ſen-
tentia graduatoria lata inter creditores, inter
quos aderant etiam Domini de Galaſcinis, in qua
quidem ſententia cum fuerit aſſignatus quartus
locus Dominis de Scaramuccijs, tanquam filiis,
& hæredibus quondam Orphei Scaramuccii in-
17 de ſequitur, vt talis † enunciatiua benè probet
inter ipſas partes, iuxta doctrinam *Bart. commu-
niter receptam, in l. gerit, numer. 14. ff. de acq.
hæred. Seraph. deciſ. 1339. num. 1. & deciſ. 1387.
num. 3. Rot. in recent. par. 4. deciſ. 136. num. 3.*
18 Quod † procedit etiamſi illud iudicium factum
fuiſſet inter diuerſas perſonas, *Saluſt. Tiber. in
prax. lib. 1. cap. 43. ſub numer. 5. verſ. ad propo-
ſitum*.

Neque poteſt ſuffragari, quod dicebatur Co-
ſimum, & Batoncium nequaquam audiendos eſ-
ſe ex quo ipſi paſſi fuerunt ſpolium culpa, & fa-
cto ipſorum non opponentium exceptiones ſibi
19 competentes, nimirum quod bona ad quam † E-
ritrea agerat in ſpolio ſpectabãt ad Cæſarem eius
Auum dotantem poſt mortem Rainaldi eius viri,
ex tex. in l. dos à patre profecta, C. ſol. matr. cum
20 *vulgarib.* Et propterea † poſſeſſionem probatam
in Iudicio ſpolij per Eritream fuiſſe iure familia-
ritatis, pro qua non datur ſpolium, *l. qui iure
familiaritatis, ff. de acq. poſſ.* cum alijs notatis
per Modernum Poſtium amicum noſtrum, *in tra-
ctat. de manutenend. obſeruat. 54. num. 2. & ſeqq.*
21 Quia reſpondetur, quod huiuſmodi actio † recu-
perandæ dotis etiam profectitiæ eſt communis
Patris ſeu Aui dotãtis, & filiæ, vt probat *tex. in l. 2.
§. quod ſi in patris, & l. 3. ff. ſolut. matrim. Gal-
ganett. de iure publico, lib. 3. tit. 99. numer. 50.
Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 8. numer. 16. Oſaſcb.*
22 *deciſ. 62. num. 20.* Imò † pluſculum iuris habet
in actione dotis recuperandæ filia, quam pater,
Bal. in Auth. quod locum, numer. 7. C. de collat.
23 *Rot. in recent. par. 3. deciſ. 101. num. 8.* Ità, vt †
pater agens pro dote, teneatur cauere de rem ratam
filiam

Digitized by Google

filiam habituram, *l. non ſolum*; *§. ſi de dote agat*
24 *pater*, *ff. de procurat.* Quæ † quidem communio
actionis à lege introducta eſt quoad exercitium
tantum, adhoc ne pater teneatur filiam ſæpè do-
tare ſi dos ipſa non condiceretur, non autem, vt
dominium, iam filiæ acquiſitum auferatur, *Gloſ.*
in d. l. 2. § 1. in verb. dos eſt, *ff. ſol. matrim.* quam
Doctores ibidem communiter ſequuntur, *Bart. in*
l. ſi conſtante, *ff. eod. Galg. d. tit. 99. num. 58. &*
25 *ſeq.* Quod quidem † dominium operatur, vt ipſa
filia ſine patris conſenſu poſſit agere contra quo-
ſcunque pro dotis reſtitutione, *Gaſp. Theſ. Forenſ.*
26 *lib. 3. quæſt. 72. n. 13.* Eſt enim † dos proprium
patrimonium ipſius, *l. Pomponius Philadelphus*,
27 *ff. famil. herciſcund.* Quæ † ſemel conſtituta tran-
ſit in dominium eius irreuocabiliter, nedum pro
primo matrimonio pro quo promiſſa fuit, ſed
etiam abſolutè, & tranſitoriè ad filias, *§. quia*
28 *verò*, *Auth. de æqualitate dotis.* Et ſi ad patrẽ † re-
uertitur, non confunditur cum eius patrimonio,
ſed filia eam habet præcipuam penes patrem,
29 vt teſtatur *Siluanus conſ. 2. num. 61.* Vndè † ni-
mirum ſi debeant remanere ſemper viuę actiones
filiæ, tàm reales, quàm perſonales ſuper illo ſuo
patrimonio, *Gaſp. Theſ. d. quæſt 72. num. 8.*

Præterea reſpondetur, quod tempore nuptus
30 fuit ipſi conſtituta † dos à Cæſare eius Auo pro
legitima, & alio quocunque iure, quod vel in
vita, vel poſt mortem poſſet prætendere, tàm
in bonis Aui, quàm Patris, & Matris, quo ca-
ſu dos ſuccedit loco legitimæ & ſoluto matrimo-
nio ad dotantem, non reuertitur, ſed filiæ, ſeu
nepti pleno iure acquiritur, *Caſt. conſ. 372. num.*
4. lib. 2. Ceau. conſ. 84. num. 5. Menoch. conſ. 238.
num. 54. & ſeq. Vrſil. ad Affl. deciſ. 286. num. 7.
Paſchal. de pat. poteſtat. par. 1. cap. 4. num. 84.
Galg. d. tit. 99. num. 55. Rot. *in recentior. par. 1.*
deciſ. 708. num. 3. in prin. Mareſcot. var. lib. 1.
cap. 73. num. 5.

Neque debet attendi allegata exceptio præ-
ſcriptionis ad fauorem Dominorum de Galaſci-
31 nis, † qui tanquam poſſeſſores bonorum de qui-
bus agitur per 20. annos, cum titulo, & bona fide
tuti dicuntur præſcriptione decennali inter præ-
ſentes, & viginti ſi verſaremur inter abſentes, cũ
tanto tempore præſcribatur hypothecaria in qua
ipſum Saluianum interdictum generatur, vt pro-
bat tex. *in l. 1. & 2. C. ſi aduerſus cred. & in pun-*
cta Saluiani, *Corn. conſ. 306. num. 6. & 7. lib. 3.*
Scapuc. de Sal. lib. 2. quæſt. 21. num. 1. & ſeqq.
Statil. eod. tract. Inſp. 2. cap. 2. num. 274. Cenc. de
32 *cenſib. quæſt. 98. num. 46. & ſeq.* Nam cum † Do-
mini de Scaramuccijs ante tempus moleſtiarum
paſſarum à Ioanne Baroncio per Eritream, quod
fuit de anno 1630. & ſic ante reſtitutionem di-
ctorum florenorum 486. pro euictione ſequuta
non potuerint de iure agere, ex quo nondum erat
nata actio, *l. ſicut*, *§. qui erga*, *vbi gloſ. in verb ſer-*
uanda, *C. de præſc. 30. annorum*, dicuntur impe-
diti impedimento iuris, *ad tex. in l. 1. §. fin. C.*
de annali excep. Riminal. *Iun. conſ. 396. num. 43.*
lib. 4. Scapuc. d. quæſt. 21. num. 9. in prin. Et per
33 conſequens contra † ipſos non potuit currere
præſcriptio, niſi ab inde citra, ex vulgari regula,
quod impedito agere non currit præſcriptio, *l. 2.*
C. de annal. except. Rimin. *Senior. conſ. 389. num.*
22. lib. 2. Riminal. *Iun. conſ. 314. num. 24. Scapuc.*
d. quæſt. 21. num. 9. Statil. eod. tract. d. Inſp. 2.
cap. 2. num. 298. Cenc. de cenſib. d. quæſt. 98. nu.
50. & ſeqq & rurſus quæſt. 118. num. fin. Rot. *ex*
impreſſ. apud eundem deciſ. 264. num. 1. & 265.
num. 5. & 6. Grat. deciſ. 15. num. 5.

Nec officit Dominis de Scaramuccijs aſſerta
declaratio facta per illorum Procuratorem, qui
interrogatus ab aduerſarijs, pro qua ſumma pe-
teret immiſſionem in territorio de quo agitur,
dixit principales ſuos conſequi intendere ſortem,
& fructus dicti cenſus, pro qua repetenda nullum
ius competit emptoribus ex forma Piane Con-
34 ſtit. † & propterea videantur repellendi, cum
ceciderint à cauſa petendo plus debito, *§. ſi quis*
agens, *cum ſeqq. Inſtit. de actionibus.* Quia pro
reſponſione animaduertebatur, quod ipſi prin-
cipales nunquam approbauerunt talem declara-
35 tionem; Et in iure clarum eſt, quod † Procura-
tor non potuit declarare animum ſuorum princi-
palium ſine ſpeciali mandato, vel ratificatione,
Gloſ. communiter recepta, in cap. concertationi, in
verb. ſciuerit, de appellat. in 6. Pariſ. conſ. 86.
num. 17. & conſ. 108. num. 98. lib. 4. Greg deciſ.
75. num. 1. & 4. deciſ. 79. num. 3. Rot. *in recent.*
par. 4. deciſ. 268. num. 2. de qua ſanè ratificatio-
ne, & mandato ſpeciali non conſtat, igitur ex-
ceptio non releuat.

Quæ verò dicebatur de colluſione, optimè vi-
dentur ſublata per informantem pro Dominis
36 de Scaramuccijs, qui dixit colluſionem † non eſ-
ſe præſumendam, ſed probandam; Et quidem
concludenter, cum ſapiat delictum, *cap. audiui-*
mus, de coll. deteg. l. quoties, §. qui dolum, ff. de
probat. Menoch. lib. 4. præſump. 12. numer. 2. &
lib. 5. præſ. 3. numer. 14. & ſeq. Caput. deciſ. 25.
lib. 1. Rot. *in recent. par. 3. deciſ. 329. numer. 6.*
Præſertim in hoc caſu, vbi non eſt verò ſimile,
quod ipſi de Scaramuccijs voluerint ſponte reſti-
tuere Baroncio pecunias, vt illas denuò cum ma-
ximo diſpendio condicant à tertij poſſeſſoribus,
37 ex regula, quod † melius ſit habere rem ſub du-
bio, quam certam actionem ad rem, propter ex-
penſas, & amfractus litium, *l. minus eſt, ff. de*
reg. iur. gloſ. in l. qui actionem, ff. eod. vbi Dec.
& Cagnol. Quibus accedit ad excludendam alle-
gatam colluſionem, quod hæc reſtitutio pecunia-
rum facta apparet per Scaramuccios vigore ſẽ-
tentiæ, & mandati deſuper relaxati in Iudicio
contentioſo, & ſeruatis ſeruandis; quod autem
38 fit Iudice mandante, † dicitur fieri bona fide, &
ex neceſſitate, ita vt ſoluens iuſſu Iudicis dicatur
liber, & immunis, etiam à leuiſſima culpa, *l.*
non videtur, §. qui iuſſu, ff. de reg. iur. cap. quod

quis

quis mandato, de reg. Iur. in 6. cap. Clericas, de ſent. excom. cum alijs per nos cumulatis, *dec.* 108. *num.* 7. *& ſeqq.* Neque allegare poſſunt Galaſcini ad comprobandam talem colluſionem, quod illi de Scaramuccijs non tenebantur in receptione pecuniarum à Baroncio emptore ſubhaſta ratione concurſus promittere de euictione, & quod eùent creditores anteriores, cum ſatis fuiſſet ceſſionem facere iurium talium qualium.
39 Quoniam † iſtud procederet ſi facta fuiſſet Scaramuccijs ſolutio à poſteriore creditore per inſoſferendi, nam tunc ſufficit ceſſio iurium talium qualium, iuxta notata per *Franch. deciſ.* 427. *& per Gaſp Theſ. Foreaſ. lib.* 4. *quaſt.* 39. *num.* 1.
40 Secus verò † quando (*prout hic*) verſamur in venditione facta ratione concurſus, ſiquidem hoc caſu ille, qui in licitatione facta vult habere pecuniam, tenetur cedere iura, ac præſtare ſe anteriorem, & potiorem, euictionemque promittere pro facto ſuo, vt firmant *Neguz. de pig. par.* 6. *mem.* 1. *num.* 40. *Bal. conſ.* 227. *lib.* 5. *Bellon. conſ.* 75. *num.* 9. *Theſ. d. quaſt.* 39. *num. fin.* Nec releuat, quod Scaramuccij intimati à Baroncio ad litem ſuſcipiendam, illam non ſuſceperint, vnde dicendum ſit culpa ipſorum rem euictam fuiſ-
41 ſe; qui non defenderunt. Quia † cum conſtet de anteriori hypotheca Eritreæ euincentis, vt ſupra dictum eſt, ſit conſequens, vt illis non ſit imputanda negligentia, ſi non defenderunt cauſam omnino perituram, vt in ſpecie notant *gloſ. in l. ſi ideo, ff. de euict. Natt. conſ.* 462. *num.* 8. cum alijs per *Margil. de euict. quaſt.* 4. *num.* 56. *& quaſt.* 9. *num.* 32. Ex qua ratione, pariter ceſſat obiectum de non appellatione interpoſita ex parte ipſorum de Scaramuccijs à ſententia lata ad fauorem Baroncij pro reſtitutione dictorum Flo-
42 renorum 416. Nam † cum ad id ſe ſe obligaſſent per publicum inſtrumentum obligatione Camerali valatum in caſu euictionis promiſſæ, vt tenebantur, fruſtra appellaſſent in hoc caſu, vbi illa non erat de iure admittenda, vt notiſſimum eſt, *ad tex. in cap. in caſum, de Pænit. diſtinct.* 3. *l. non videtur, ff. de Iudic.* cum ſimilibus.

ARGVMENTVM.

Sicut mutuans ad nauem reficiendam, vel ad rem conſeruandam, præfertur etiam anterioribus creditoribus. Ita pariter is, qui Colono mutuauit ad prædium colendum, ſeu reficiendum debet alijs præferri.

SVMMARIVM.

1 *Prior in tempore eſt potior in iure.*
2 *Mutuãs pecuniam pro aliqua re emenda, cum pacto quod illa res ſit ſibi obligata, præfertur etiam priorem hypothecam generalem habentibus.*
3 *Mutuans pro refectione eſt priuilegiatus, vt etiam præferatur omnibus anterioribus.*
4 *Poſterior, qui Colono mutuauit ad excolendum, & reficiendum prædium, eſt potior alijs anterioribus, & num* 6. *&* 18.
5 *Dominus fundi locati eſt præferendus in fructibus, ex fundo perceptis creditori habenti anteriorem hypothecam.*
6 *Duo vincula magis ligant, quam vnum anterioris hypothecæ.*
7 *Mutuans in refectionem ad hoc vt præferatur debet probare pecuniam mutuatam in eam cauſam.*
8 *Et talis probatio deſumitur ex eodem inſtrumento mutui, ac etiam ex libris domeſticis.*
9 *Verſio pecuniæ in alicuius vtilitatem probatur ſtante indigentia præcedenti, iuncto ſubſequenti effectu.*
10 *Fructus futuri veniunt in generali obligatione bonorum ad fauorem creditoris.*
11 *Quod intellige duobus concurrentibus.*
12 *Nempè quod res principalis ſit in bonis debitoris, & quod fructus fuerint ab eodem obligante percepti.*
13 *Conductor à publico dicitur dominus vtilis, & habet ius in re, & num.* 14.
15 *Quamuis non ſibi, ſed domino poſſideat.*
16 *Impẽſa facta in certis fructibus deducitur ex alijs fructibus eoſdem anni, & eiuſdem fundi.*
17 *Fructus non dicuntur, niſi deductis expenſis.*

DECISIO CLXXXVI.

Qvamuis Franciſcus Lucarellus creditor Vici Mengarelli Coloni Donati Nembrini de Ancona prætenderet fructus, ſcilicet muſtum par-
1 tis Colonicæ ad ipſum ſpectare, † vti anteriorem creditorem cum generali hypotheca, *ad tex. in cap. qui prior, de reg. Iur. in* 6. *& in l. potior, & l. creditor, ff. qui pot. in pig. hab.* Attamen fuit reſolutum Donatum Nembrinum eſſe præferendum pro ſumma petita ſcutorum . . . mutuatorum pro cultura ipſius prædii, cum hypotheca ſpeciali ſuper muſto, de quo agitur, vt expreſſe cauetur in inſtrumento in actis exhibito, quamuis poſteriori tempo-
2 re celebrato; Ratioque reſolutionis fuit: Nam † ſicut ille ex cuius pecunia prædium emptum fuit cum pacto, quod res ſit ei obligata præfertur etiam priorem hypothecam generalem habentibus, *l. licet, C. qui pot. in pig. hab. Mantic. de tacit. lib.* 11. *tit.* 23. *num.* 20. *& ſeq.* Et ſicut, qui
3 mutuat † pro refectione eſt priuilegiatus, vt pariter omnibus præferatur etiam anterioribus, *l. interdum, & l. ſequenti, ff. qui pot. in pig. hab. l. creditor, ff. ſi cert. pet. l.* 1. *ff. in quib. cauſ. pig. tac. cont. Gaſp. Theſ. Forenſ. lib.* 1. *quaſt.* 71. *num.* 6. *Mantic. eod. lib.* 11. *tit.* 23. *num.* 11. *&* 22. *Rot.*

in re-

in recent. par. 5. *deciſ.* 328. *num.* 22. *Surd. deciſ.*
4 311. *num.* 1. Ità † dicendum eſt, quod debeat
præferri Nembrinus, qui mutuauit ad excolen-
dum, & reficiendum prædium pro dicta ſumma,
ſine qua muſtum non fuiſſet productum in eſſe,
vel conſeruatum, aut perceptum, *Pap. in forma*
libell. in actione hypotheca, in verb. ſub eadem
num. 12. *Carroc. de locat. par.* 5. *tit. de ceſſione,*
quæſt. 2. *num.* 2. *Neguz. de pig.* 2. *mem.* 5. *part.*
num. 15. *Gaſp. Theſ. Forenſ. lib.* 2. *quæſt.* 29. *nu.* 2.
& 6. *Caſtill. deciſ.* 10. *num.* 6. *Mantic. d. tit.* 23.
num. 11. *verſ. nam ſicut.* Prout in ſimili dicimus
5 de † domino, qui præfertur anterioribus credi-
toribus in fructibus perceptis ex ipſo fundo loca-
to, cum illi ſint tacite obligati pro penſione, *l. ſi*
in lege, §. ſi colonus, ff. locat. l. in prædijs, ff. qui-
bus modis pig. vel hypoth. tac. contrah. vbi Bart.
Ang. & alij, Grat. alios referens *diſcept.* 25. *nu.* 9.
& ſeqq. Surd. deciſ. 97. *num.* 4. *Mantic. vbi ſupra*
6 *num.* 11. *in prin.* Idque ea ratione, † quia circa
perſonam domini duo ſpecialia concurrunt, nem-
pè traditio pecuniæ pro cultura, & proprietas
fundi ex quo muſtum perceptum fuit, quæ duo
vincula magis ligant, quam vnum anterioris hy-
pothecæ, *Gaſp. Theſ. d. quæſt.* 29. *num.* 6. Quod
7 autem † pecunia fuerit expreſse mutuata in cau-
ſam refectionis, prout ſanè requiritur, *Grat. d.*
8 *diſcept.* 25. *num.* 23. Probatur, non † tantum ex
ipſo inſtrumento mutui, quàm ex partitis libro-
rum eiuſdem Nembrini, vt in ſimili teſtatur, *De-*
9 *cian. conſ.* 108. *num.* 27. *lib.* 2. † ſufficitque ad
hunc effectum traditio pecuniarum facta in illam
cauſam, & effectus poſtea ſubſequutus, vt pro-
bant teſtes in proceſſu Rotali, firmantes, quod
Vicus Mengarellus colonus ob ſuam ingentem
paupertatem prædium colere non potuiſſet, niſi
cum auxilio dicti Donati Nembrini, quo fit, vt
ſtante indigentia pecuniæ, & recollectione ſub-
ſequuta, ſatis probetur verſio pecuniarum in vti-
litatem, & culturam fundi, *Greg. deciſ.* 31. *num.* 2.
vbi Adden. num. 11.

10 Non obſtat, quod fructus futuri veniant in ge-
nerali obligatione bonorum ad fauorem Lucarel-
11 li, *Surd. deciſ.* 97. *num.* 2. Quia hoc eſt verum †
duobus concurrentibus, nimirum, quod prædiũ
ſit in bonis debitoris tempore obligationis, &
quod fructus fuerint ab eodem obligante perce-
pti, *gloſ. in l. potior, §. ſi de futuro, vbi Bart, &*
Salicet. ff. qui pot. in pig. hab. Seſſa. deciſ. Arag. 87.
12 *num.* 5. *Surd. deciſ.* 97. *num.* 12. Sed in † caſu no-
ſtro tempore obligationis muſtum non erat, nec
eſſe poterat debitoris, quia adhuc non erat in re-
rum natura, & prædiũ à quo fuit perceptum, non
erat in dominio ipſius Coloni debitoris, ideò non
obeſſe poteſt allegata regula, quod fructus futuri
obligari poſſint, *Gaſp. Theſ. d. quæſt.* 29. *num.* 8.
Seſſa. d. deciſ. 87. *num.* 5.

Neque obſtat, quod Donatus Nembrinus eſſet
13 conductor tantum, & non dominus: Quia † re-
ſpondetur, quod vti conductor à publico dicitur
dominus vtilis, vt in conductore, qui ſublocauit,
loquitur *tex. in l. ſi in lege, §. ſi colonus, ff. locat.*
14 *Grat. diſcept.* 357. *num.* 19. Habetque † ius in re,
Grat. d. diſcept. 357. *num.* 15. *& ſeqq. & deciſ.*
15 99. *num.* 1. *Surd. deciſ.* 225. *num.* 9. Quamuis †
non ſibi, ſed domino poſſideat pro tempore con-
ductionis, *vt diximus deciſ.* 30. *num.* 16.

Demum, nec viſum fuit obſtare, quod dice-
batur mutuum non fuiſſe factum pro cultura vi-
neæ, cum partitæ librorum loquantur generali-
ter (*per le faccende*) quod poteſt adaptari, tam
pro cultura ſeminis, quàm pro cultura vineæ:
16 Quia reſpondetur, † quod impenſa facta in cer-
tis fructibus deducitur ex alijs fructibus eiuſdem
anni, & eiuſdem fundi, vt cauetur expreſse per
tex. in l. ſi fundus, §. quod in ſementem, ff. ſolut.
17 *matr.* Ac ideò † cum fructus non dicantur, niſi
deductis expenſis, *l. fructus, ff. ſolut. matr. l. fru-*
ctus in prin. ff. de impenſ. in reb. dot. fact. l. ſi à
patre, §. vlt. ff. de pet. hæred. conſequens eſt, vt
dicamus deducendum eſſe in primis, quod eſt im-
18 penſum pro cultura, & propterea † Nembrinum,
qui non ſolum habet tacitam, ſed etiam expreſ-
ſam hypothecam ſuper muſto de quo agitur, alijs
creditoribus, etiam anterioribus præferendum
eſſe, *Mantic. d. tit.* 23. *num.* 12. 16. & 19. *Rot.*
in recent. par. 5. *d. deciſ.* 328. *num.* 22. Et ita, &c.

ARGVMENTVM.

Tractatur materia, quando filia dotata per Statutum ab vno, puta Patre, dicatur excluſa ab omnium hæreditate, etiam non dotantium. In terminis Stat. Camerinen. lib. 2. Rubrica 119.

SVMMARIVM.

1 *Statutum excludens filiam dotatam cenſetur in dubio ſolum excludere ab hæreditate dotantis.*
2 *Sed contra in terminis Statuti Camerini lib. 2. Rubric. 119.*
3 *Fœmina ab vno dotata, dicitur ab omnium hæreditate excluſa, quando Statutum excluſiuum vlterius progreditur numerando perſonas à quarum ſucceſſione illas excludere intendit.*
4 *Maximè vbi exprimit illas excludere à ſucceſſione, etiam non dotantium.*
5 *Prima ſucceſſio eſt filiorum, ſublata ſexus differentia.*
6 *Statutum fingens dotem datam de bonis mulieris, inducit præſumptionem iuris, & de iure.*
7 *Contra quam non admittitur probatio, niſi per confeſſionem partis.*
8 *Statutum excluſiuum fœminarum propter maſculos,*

los, ita demum illas excludit quouſque ſuperſunt maſculi.

9 *Diciturque excluſio temporalis, non perpetua.*

10 *Statutum excludens mulierem ſtantibus maſculis, illis non extantibus ceſſare ſolet.*

11 *Amplia.*

12 *Declara, & limita, & num. 14.*

13 *In claris non eſt opus coniecturis.*

15 *Statuti verba excludentia fœminas, donec ſuperſit maſculus, debent intelligi de omnibus nominatis in ſtatuto, non autem donec ſuperſit maſculus ab eo de cuius hæreditate tractatur, & num. 16.*

DECISIO CLXXXVII.

ETſi veriſſimum ſit, & à nemine in
controuerſiam reuocetur, quod
1 ſtatutum † excludens dotatam cē-
ſeatur in dubio ſolum excludere
ab hæreditate dotantis, vt multis
citatis firmauit, *Rot. in recentior.*
2 *par. 5. deciſ. 147. & 321.* Attamen in † terminis
Statuti Camerinen. *lib. 2. Rub. 119.* quo cauetur,
ſi qua mulier fuerit dotata à patre, vel matre,
vel Auo, Patruo, vel Auia paterna, vel mater-
na, vel fratre carnali, non poſſit ipſa dotata, nec
deſcendentes ex ea reuerti ad hæreditatem, vel
ſucceſſionem prædictorum, vel alicuius eorum
dotantium, vel non dotantium, vel deſcenden-
tium ab eis, vel aliquo prædictorum per lineam
maſculinam, quouſque ſuperuixerit aliquis ma-
ſculus legitimus, & naturalis de prædictis, vel ali-
quo ipſorum, vel deſcendentibus ab eis, vel ali-
quo prædictorum per lineam maſculinam. Ideò
nos confirmantes ſententiam D. Iudicis à quo in
gradu appellationis, diximus Benedictam, &
Venantiam filias quondam Iacobi Tiberij de Vil-
la Lippi Camerinen. poſt dotem florenorum 700.
cuilibet ipſarum conſtitutam, & ſolutam à Patre,
eſſe expellendas à petitione dotis, ſeu hæredita-
tis Baſtianæ matris earum, ex auctoritate, *Bal.
& Caſt. quos refert, & ſequitur in puncto eiuſdem-
met Statuti Camerinen. Corn. conſ. 127. num. 1.
lib. 1. conſ. 123. & conſ. 134. num. 1. lib. 2. &
& conſ. 42. num. 9. & conſ. 323. n. 8. lib. 3. Curt.
Iun. conſ. 65. num. 3. & conſ. 150. num. 9. & 10.
Dec. conſ. 587. num. 2. Borell. conſ. 49. num. 4.
Brun. in tract. ſtantib. maſcul. art. 8. quaſt. 16. n. 70.*
3 Quia conſtat ſtatutum † enumerando perſonas
à quarum ſucceſſione excludere intendit fęminas,
voluiſſe ſolum, quod dotem haberent, nec curaſ-
ſe à quo dotarentur, quo caſu ſufficit mulierem à
patre fuiſſe dotatam ad effectum, vt à ſucceſſione
matris, vel aliorum ibidem nominatorum exclu-
datur, *Altob. conſ. 2. num. 136. & ſeq.* Rolan.
*conſ. 24. num. 10. lib. 3. Bellon. Iun. conſ. 74. nu.
46. & ſeqq. Hond. conſ. 10. num. 42. & 49. Surd.
conſ. 100. num. 9. Menoch. conſ. 3. nu. 9. & ſeqq.
& conſ. 873. num. 12. Gratian. diſcept. 25. nu. 1.
& ſeqq. & diſcept. 651. num. 2. cum ſeqq. Theſ.*
deciſ. 62. num. 5. Rot. in recent. par. 5. deciſ. 347.
4 *num. 8. & 9. & d. deciſ. 321. num. 10.* Eò † ma-
gis quoniam exprimit velle fœminam excludere
à ſucceſſione prædictorum etiam non dotantium,
Gab. de ſtatutis, concl. 5. num. 5. Quibus accedit,
quod ipſæ mulieres non poſſunt hodie prætende-
5 re dictam dotem matris, † quæ cum ad ipſas fuiſ-
ſet deuoluta tēpore dotationis ex prædecedentia
matris, *Auth. in ſucceſſione, C. de ſuis, & leg. hæ-
red.* intrat præſumptio eiuſdem ſtatuti, *in §. &*
6 *intelligatur, &c.* † quod ſcilicet, vbi dos eſt mu-
lieri conſtituta à Patre, vel ab alio, eo ipſo intel-
ligatur, & appareat talem dotem fuiſſe de bonis
proprijs ipſius mulieris dotatæ, etiam quod id
non dicatur in inſtrumento, ac etiam quod dans
dotem ſtipulatus fuiſſet in caſu reſtitutionis ſibi
reddi, & conſequenter hodie fruſtra petunt dictæ
mulieres dotem maternam, quæ præſumitur fuiſ-
ſe computatam à patre in ipſarum dotatione, vt
intret de neceſſitate præſumptio ſtatuti, quæ eſt
iuris, & de iure, vt inquit *Bal. conſ. 2. n. 5. lib. 3.*
7 contra quam † præſumptionem non admittitur
probatio, niſi per confeſſionem partis, *ſecundum
Bart. in Auth. ſed iam neceſſe, C. de donat.
ante nupt. Mantic. qui alios citat, deciſ. 189.
num. 5.*
8 Nec obſtare viſum fuit, quod ſtatutum, ita de-
mum fœminas excludat quouſque ſuperſunt ma-
ſculi, iuxta doctrinam *Bart. in l. fin. num. 8. & 9.
ff. ad Sen. Conſult. Tertull. & in l. legato ſeruo, §.
ſi teſtator, ff. de leg. 1. Bal. in Auth. ingreſſi, in
fin. C. de Sac. Sanct. Eccleſ. Fuſar. de ſubſtit. quaſt.*
9 *318. num. 103.* Quo caſu † videtur inducere exclu-
ſionem perpetuam fœminarum, ſed temporalem,
& potius quandam ſuſpenſionem, quouſque exi-
ſtunt maſculi, *Soc. Iun. conſ. 1. num. 1. lib. 1. Tob.
Nonius, conſ. 8. num. 6. Eug. conſ. 39. nu. 3. Gab.*
10 *conſ. 7. num. 5. lib. 2.* Quibus deficientibus † cum
permittat ſtatutum eas poſſe ſuccedere, & conſtet
vlterius non extare maſculos ex dicta Baſtiana,
mulieres præfatę filiæ debent admitti ad bona ip-
ſius ceſſante cauſa excluſionis, *Gaſp. Theſ. Forenſ.
lib. 1. quaſt. 42. num. 12. & 15. Rot. coram Bu-
ratt. deciſ. 851. num. 7. & deciſ. 930. num. 9. &
coram Put. deciſ. 119. in prin. & deciſ. 193. ferè
per totam, lib. 2. & in recent. par. 2. deciſ. 475.*
11 *num. 2. & 3.* Idque † etiamſi adſit patruus, ſeu
maſculi eius filii, ex quo verba illa (de prædictis)
intelliguntur de illis, de quorum ſucceſſione tra-
15 ctatur. Quia † reſpondetur verum ſenſum ſtatuti
eſſe in dicto verſiculo (quouſque ſuperuixerit fi-
lius legitimus, & naturalis de prædictis, vel ali-
quo prædictorum, vel deſcendentium ab eiſdem
per lineam maſculinam) quod debeat intelligi de
prædictis omnibus nominatis in ſtatuto, cuius
13 verba ſunt clara, † & in claris non eſt opus
coniecturis, *l. ille, aut ille, §. cum in verbis, ff.*
14 *de leg. 3.* Quod autem ſint clara apparet, ex †
eò quòd ſicut mulier dotata ab vno ex nomi-
natis in ſtatuto excluditur per alios ibid. n-

Digitized by Google

nominatos non dotantes, ita debet excludi ab alijs deſcendentibus ex ipſis perſonis in ſtatuto nominatis; Nemo enim ſani iudicij poteſt inficiari, quin dotata à Patre, vel Matre, vel ab Auo, vel Fratre, non excludatur à perſonis à ſtatuto nominatis, etiam non dotantibus, aliàs enim videretur vana diſpoſitio ſtatuti parificantis dotantes, & non dotantes, ſi reſtringeretur ad caſum, donec ſuperſit aliquis ex deſcendentibus ab eo de cuius hæreditate tractatur. Quando enim ſupereſt aliquis ex illo de cuius hæreditate agitur fruſtra vocarentur alij nõ dotantes in ſtatuto nominati: quia ſine dubio maſculi deſcendentes ab eo de cuius hæreditate tractatur, excluderent alios tranſuerſales remotiores, & ſic diſpoſitio ſtatuti vocantis tranſuerſales, non dotantes redderetur vana, & eluſoria, quod nullatenus eſt dicen-
15 dum; Proinde † verba illa ſtatuti excludentia fœminas, donec ſuperſit maſculus, debent intelligi, ex omnibus nominatis in ſtatuto, non autem donec ſuperſit maſculus ab eo de cuius hæreditate tractatur, *Curt. Iun.* in puncto huiuſmet *ſtatuti conſ.* 150. *num.* 9. vbi vlterius ad tollenda abſurda excitata, & quæ excitari poſſunt dicit eſſe animaduertendum, quod quando contingit caſus de excludenda muliere dotata à perſonis in ſtatuto nominatis, vel ab eis deſcendentibus, ſi ſupereſſet maſculus deſcendens ab eo de cuius hæreditate tractatur, ille tanquam proximior debet admitti: ſed quando nullus ſupereſſet (prout in caſu noſtro) admittuntur alij in ſtatuto nominati, intelligendo ſemper, ſalua gradus proximitate, & ſalua ratione agnationis conſeruandæ, & hoc modo intelligendo de facili poſſunt tolli omnia
16 abſurda conſiderata: † Ne igitur ſequatur iſtud inconueniens, quod principalis diſpoſitio ſtatuti reddatur eluſoria, tenendus eſt ille intellectus, cui verba generalia ſtatuti optimè conueniunt, quod ille verſiculus (donec aliquis ſuperſit maſculus ex prædictis) debeat intelligi, de perſonis in ſtatuto nominatis, vt per eundem *Curt. Iun. loc. citato, & per Brunum in d. tract. quod ſtantibus maſculis, art.* 8. *quæſt.* 16. *num.* 70. *in fin.* Et ita, &c.

ARGVMENTVM.

Lucrum ſocietatis diuidi debet ſecundum legem dictam in ipſa ſocietate.

SVMMARIVM.

1 *Societas eſt contractus, qui ſolo conſenſu, tàm expreſſo, quàm tacito perficitur.*
2 *Societas probari ſolet ex participatione negotij.*
3 *Ac etiam ex teſtibus ſingularibus, & confeſſione extraiudiciali.*
4 *Ac etiam ex inditijs, & præſumptionibus.*
5 *Probatur etiam ex actibus, qui citra nomen, & ius ſocietatis fieri non poſſunt.*
6 *Teſtis contra inducentem, probat pluſquam ſemiplenè.*
7 *Verbum participationis conuenit ſocio ſocietati, & ſocietatem probat.*
8 *Societas in dubio præſumitur contracta æquis portionibus, tàm reſpectu capitalis, quàm lucri.*
9 *Capitale inter ſocios æquis portionibus, in dubio eſt diuidendum.*
10 *Niſi contrarium appareat nempè vnum ex ſocijs plus alio expoſuiſſe.*
11 *Socius ponens in ſocietate ſuas pecunias, debet ſe reimburſare ex effectibus ſocietatis.*
12 *Societatis natura eſt, vt damnum, & lucrum ſecundum legem dictam in coeunda ſocietate communicetur.*
13 *Socius debet habere ſuam portionem in ſocietate.*
14 *Confeſſio in ciuilibus, quæ non habet contra ſe iuris præſumptionem, non poteſt diuidi, ſed debet totus illius tenor approbari, quando non ſunt capitula plura.*

DECISIO CLXXXVIII.

1 Quoniam ſocietas eſt de contractibus, qui ſolo conſenſu, tàm expreſſo, quàm tacito perficiuntur, *l. coiri, ff. pro ſoc. l. conſenſu, de act. & oblig. Grat. diſcept.* 993. *num.* 23. *Mantic. de Tacit. lib.* 6. *tit.* 1. *num.* 1. *tit.* 2. *num.* 2. *tit.* 3. *num.* 10. *& tit.* 9. *num.* 27. Rot. *coram Coc. deciſ.* 421. *num.* 2. *& in recent. par.* 3. *deciſ.* 354. *num.* 1. & diximus *deciſ.* 124. *num.* 5. *& deciſ.* 132. *num.* 4. Probari
2 que ſolet, † non tantùm ex participatione negotij, *l. cum in ſocietatis, & ibi gloſ. in verb. participaſſe, C. pro Soc. l. ſi non fuerit. ff. eod. tit. Gratian. diſcept.* 547. *num.* 25. *Bello. Rota Ianuen. deciſ.* 14. *num.* 55. *& deciſ.* 46. *num.* 1. *Rot. diuerſ. par.* 2. *deciſ.* 169. *num.* 6. *&* 7. *& deciſ. noſtra* 132.
3 *num.* 8. Quam † ex teſtibus ſingularibus, vel confeſſione extraiudiciali, *Fælic. de ſociet. cap.* 11.
4 *num.* 12. *&* 13. Imò † etiam ex inditijs, & præſumptionibus, *Bal. conſ.* 452. *per tot. lib.* 1. *Menoch. lib.* 3. *præſ.* 56. *num.* 4. *Seraph. deciſ.* 1303. *num.* 6. Propterea in caſu, & ad effectum de quo agitur, cum teſtes examinati hinc inde deponant de ſocietate emptionis, vel venditionis ſeminis lini inter Picionum, & Hyacinthum Aſculanos,
5 & inſuper atteſtentur † de pluribus actibus, qui citra nomen, & ius ſocietatis minimè fieri poſſunt ex quibus illa probatur, *Mantic. d. lib.* 6. *tit.* 11. *num.* 1. *&* 2. Iuncta maximè confeſſione propria Picioni probata per Papirium primum teſtem D.
6 Deliæ, † qui contra ipſam inducentem pluſquam ſemiplenè probat, *Gab. qui de vera, & communi opinione teſtatur, tit. de teſtibus, concl.* 1. *num.* 13. *Grat. deciſ.* 81. *num.* 3. *& deciſ.* 90. *num.* 18.

Dum

Dũ deponit audiuiſſe ex proprio ore Picioni di-
ctum Hyacinthum de lucro ſocietatis feciſſe par-
7 ticipem, † quod ſanè verbum participationis,
conuenit ſocio, ſocietati, & illam probat, *gloſ.
in l. cum in ſocietatis, C. pro ſoc. Rot. Iaanen. d.
deciſ. 46. num. 1. Rot. in recent. par. 4. deciſ. 208.
num. 8. in prin.* Cenſuit Auditorium probatam eſ-
ſe ſocietatem ad effectũ ſolidandi compnta ipſius
inter Hyacinthum, & D. Deliam hæredem Picio-
ni, iuxta ſententiam R. P. D. Iudicis à quo.
8 Et inſuper, quia illa ſocietas in dubio præſu-
mitur contracta æquis portionibus, tàm reſpectu
capitalis, quàm lucri, *d. l. ſi non fuerint, in prin.
ff. pro ſoc. Inſtit. de ſoc. in prin. verſ. & quidem,
Mantic. d. lib. 6. tit. 14. num. 1. Affl. deciſ. 58.
vbi etiam Vrſil. Lud. deciſ. Lucenſ. 31. num. 4.*
9 *Rot. in recent. par. 3. deciſ. 536. num. 4.* Et † con-
ſequenter videretur dicendum capitale expoſitũ
æquis portionibus inter partes fore diuidendum,
l. verum, ff. pro ſoc. Rot. in recent. par. 3. deciſ.
10 *350. num. 2. & 4.* Attamen, quia † ex actis, &
confeſſione propria Hyacinthi conſtat illum non
expoſuiſſe, niſi ſummam ſcutorum quinquaginta
duo; Reliquum verò ſpectare ad Picionum con-
ſocium, ſed ſummam illius non eſſe liquidam,
de qua nemo deponit præterquam Paulus Ioan-
nia vnicus teſtis, qui dixit eſſe ſcutorum 400.
propterea in hac etiam parte DD. vnanimi vo-
to cenſuerunt rectè fuiſſe pronunciatum per
11 eundem Iudicem à quo, † dum factis computis
mandauit detrahi de negotiatione ſcuta 52. pro
Hyacintho, prout de iure fieri oportet, *Rot.
in recentiorib. part. 3. deciſ. 380. numer. 11*
12 Nec † non deduci pro D. Delia ſuum pariter ca-
pitale liquidandum; & reliquum diuidi iuxta
conuenta inter partes, ex quo ſocietatis natura
eſt, vt lucrum, & damnum ſecundum legem di-
ctam in ipſa contrahenda communicetur, *l. 1. C. pro
ſoc. l. mutuit, ff. eod.* Girrb. *deciſ. 15. num. 3.*
cum alijs per nos relatis, *d. deciſ. 132. num. 40.*
13 *& 43.* Ita vt † vnuſquiſque pro ſua contingenti
portione participet, *l. ſi ſocietatem, & l. ſi non
fuerint, ff. pro ſoc. Inſtit. eo in prin. verſ. & quidem
Bal. in l. 1. num. 22. C. pro ſoc. Menoch. de Arbit.
caſu 125. num. 5.* cum alijs allegatis *per Falic. de
ſociet. cap. 15. num. 44.* Rot. *coram Mar. Aud.
deciſ. 26. num. 1.*

Neque prædictis obſtat, quod dicebatur, ca-
pitale ſocietatis eſſe totum ſupradicti Picioni,
prout patet ex propria confeſſione Hyacinthi cõ-
14 cludenter probata; Quia reſpondetur, † quod
illa confeſſio non continet ſimpliciter, quod ca-
pitale ſit totum ipſius Picioni, ſed etiam, quod
ipſe Hyacinthus expoſuit ſcuta 52. Et ideò cum
verſemur in ciuilibus, iſta confeſſio, quæ non ha-
bet contra ſe iuris præſumptionem, ex quo ſocii
de iure præſumuntur habere partes pro virili, vt
dictũ eſt ſupra, non poteſt diuidi, ſed debet totus
illius tenor approbari, quando non ſunt capitula
plura, vt pluribus citatis latè firmauimus, *deciſ.
75. num. 1. & ſeqq. & comprobat Surd. deciſ. 258.
num. 4. & 9.* Et ita, &c.

A R G V M E N T V M.

Vxor quando mutet proprium domicilium, & aſſumat illud viri; Et ad quẽ effectum hoc debeat intelligi; Et an valeat illius teſtamentum, non ſeruato ſtatuto loci illius, vbi eſt nupta.

S V M M A R I V M.

1 *Mulier non poteſt teſtari de dote, quando illa eſt ad aliquem applicata, vigore ſtatuti.*

2 *Statutum viri, quo ad reſtitutionem dotis ſeruandum eſt.*

3 *Amplia etiamſi dos conſiſteret in ſtabilibus exiſtentibus in domicilio vxoris.*

4 *Sacramentum matrimonij facit, vt transfundatur origo vxoris, in originem viri, ita vt ſit illa ciuis illius Ciuitatis cuius eſt vir.*

5 *Quod intellige reſpectu fori iudicialis, ne alibi conueniri poſſit.*

6 *Secus quo ad alia.*

7 *Mulier onera realia, & mixta ſubiaceat in loco vbi poſſidet.*

8 *Mulier alibi nupta nunquam perdit domicilium originis, ſed illud quoad omnes effectus retinet, præter iudicialia, ac à ſeruitijs mariti diſtrahatur.*

9 *Quod procedit non ſolum in fauorabilibus, ſed etiam in odioſis.*

10 *Statutum, vt afficiat requiritur, vt eidem ſubiaceant bona, & perſonæ, quæ ad ſucceſſionem aſpirant, nec ſufficit alterum, & num. 16.*

11 *Statutum non comprehendit bona extra territorium ſtatuentium, & hanc opinionem indiſtinctè tenet Rota.*

12 *In ſtatutis de ſucceſſione loquentibus, ſemper habetur ratio ſituationis bonorum.*

13 *Statuere eſt iuriſdictionis actus, qui tantummodo exercetur circa adminiſtrationem rerum ſuarum, non autem extra proprium territorium.*

14 *Quod procedit ſiue loquatur in rem, ſiue in perſonam, quia nunquam extẽditur extra territorium.*

15 *Etiamſi expreſſe hoc diceret.*

17 *Statutum poteſt inhabilitare perſonam ſubditam, & incapacem illam reddere, etiam quoad bona in alieno territorio exiſtentia.*

18 *Sed contra.*

19 *Declara, & num. 20.*

21 *Deciſio Put. 29. lib. 2. de iure non ſubſiſtit, & damnatur à Rota.*

22 *Statuto ceſſante, ſubintrat Ius commune.*

23 *Vxor iure communi reſpectu dotis ad libitum diſponere poteſt.*

34 *Dos ſoluto matrimonio ſine filijs reuertitur ad patrem dotantem.*

35 *Mulier de dote alteri applicata, in caſu ſoluti matrimonij, diſponere non poteſt.*

36 *In dubio pronunciandum eſt fauore Eccleſiæ.*

37 *Materia dicitur fauorabilis, quæ nos reducit ad iuris communis diſpoſitionem.*

DECISIO CLXXXIX.

CVm D. Aſcentia de Monte Georgio nupſerit Contio Capranicæ de Fallerono Firmanæ Diœc. cum dote multorum bonorum ſtabilium exiſtentiũ in eodem territorio Montis Georgij, & ex ipſo marito ſuſceperit Petrum Franciſcum filium, quem in vltimo ſuo teſtamento hæredem inſtituerit, ipſique abſque filijs decedenti ſubſtituerit Monaſterium S. Mariæ Gratiarum, ac Venerabilem Societatem Sanctiſſimi Sacramenti dictæ Terræ Montis Georgij: Mortuo dicto filio ſine prole adhuc viuẽte Contio Capranica Patre, poſtea vita functo, Domini Ioannes Simon, & Lucas Antonius filij eiuſdem Contii ex alia, & prima vxore, prætendunt dicta bona dotalia ſpectaſſe ad Contium communem Patrem, & hodie pertinere ad eos tanquam hæredes, in terminis Statuti Firmani *Rub. 44. lib. 3.* diſponentis, quod maritus mortua vxore cum liberis communis matrimonii de dote, nihil reſtituere teneatur, ſed ſit filiorum communium, Quæ ſa-
1 nè † verba tanquam diſpoſitiua, inducunt nouã ſucceſſionem fauore filii communis matrimonii, derogando iuri communi, & ſic Mater de dote teſtari non poterat, *Caſt. in l. ſi cum dotem, num. 52. ff. ſolut. matrim. Hond. conſ. 16. lib. 2. Theſ. deciſ. 34. num. 1. Oſaſch. deciſ. 20. num. 7. Rot. in recent. par. 2. deciſ. 653. num. 6. & 7. & par. 5.*
2 *deciſ. 104. num. 9.* Quod quidem † Statutum Firmanum vti Ciuitatis dominantis Terræ Falleroni dicitur eſſe ſeruandum, quoad bona dotalia reſtituenda, *l. exigere dotem, vbi Doct. ff. de Iud. Bart. Bal. Iaſ. Fulg. Purpur. & alij in repetitione, l. cunctos populos, C. de Sum. Trinit. & fid. Cath. Alex. conſ. 100. num. 8. lib. 3. Soc. Iun. conſ. 14. lib. 1. Mantic. de Tacit. lib. 3. tit. 14. num. 1. Theſ. deciſ. 106. num. 3. Seraph. deciſ. 504. num. 5. Rot. diuerſ. par. 1. deciſ. 690. num. 4.*

Neque prædictis obſtare dicebatur, quod dos conſiſtat in ſtabilibus exiſtentibus in Territorio
3 Montis Georgij; Quia † nihilominus eſt attendendum domicilium Mariti, *Mantic. de Tacit eod. tit. 14. num. 9. verſ. ſed aduertendum eſt,* vbi dantur concordantes.

Ex quibus concludendum videbatur ſubſtitutionem factam per D. Aſcentiam ad fauorẽ piorum locorum non eſse attendẽdam in iſtis bonis dotalibus, niſi pro tertia parte, pro quã ab eodẽ Statuto Firmano facultas conceditur diſponendi pro Anima; Ac ideò cauſa introducta in prima inſtantia coram D. Vicario Firmano pro parte ipſorum Dominorum Ioannis, Simonis, & Lucæ Antonii, petentium immiſſionem, illam obtinerunt.

Verum appellatio introducta in Rota, & hodie propoſito dubio. An ſententia huiuſmodi de immittendo ſit confirmanda, fuit reſolutum ne-
4 gatiuè. Nam licet † vxor mutet proprium domicilium, & aſsumat illud viri, & ſit Ciuis illius Ciuitatis cuius eſt vir, & eiuſdem originis propter vnionem Sacramenti matrimonii, quod habet naturam, vt transfundatur origo vxoris in originem viri, vt latè omnia prædicta comprobant, *Tiraq. de legib. Connub. l. 1. in prima parte, num. 18. & ſeqq. Gratian. diſcept. 886. n. 1. Surd. deciſ. 330.*
5 *num. 9. & ſeqq.* Attamen † prædicta procedere dictum fuit reſpectu fori iudicialis, in quo conueniri debet, ad tradita per Doctores, *in l. cum quædam puella, de Iur. om. Iudic. & in l. exigere dotem,*
5 *ff. de re iudic.* non autem † quoad bona, & alia in quibus retinet originale domicilium, & ligatur ſtatutis loci originis, extra quem ſi fuerit nupta, vt contingit D. Aſcentiæ, mutat ſolum originem, quoad ea, quæ poſſent illam abſtrahere ab obſequio, & ſeruitijs mariti, non autem reſpectu ſuc-
7 ceſſionum, *Mag. deciſ. Florent. 107. nu. 11.* Ideò † quoad onera realia, & mixta illa ſuſtinet in loco vbi poſſidet, *l. eam quæ, C. de mulier. in quo loc. mun. agnoſc. lib. 10. Bal. in l. cum quadam puella, n. 1. ff. de Iuriſ. om. Iud.* & diximus *deciſ. 131. n. 12.*
8 Cum nunquam † perdat domicilium originis, iuxta tex. *in l. prima, & l. origine, & ſeq. C. de municip. & orig. lib. 10. & in l. Ciues, C. de incol. eod. lib. & in l. aſſumptio, & in l. incola, ff. ad munic.* quod circa omnes effectus retinet præter iudicialia, ne à dictis ſeruitiis diſtrahatur, *Bart. in l. fin. §. idem reſcripſerunt, num. 5. ff. ad munic. Iaſ. in l. ſi arrogator, num. 45. ff. de iuriſ. omn. Iud. Bal. in l. cum quadam puella, vbi Dec. num. 6. Cagnol. num. 20. ff. eod. idem Bal. conſ. 351. num. 8. lib. 1. & conſ. 308. num. 7. lib. 3. Alex. conſ. 20. lib. 2. Caſt. conſ. 89. ad medium, lib. 2. Capra. conſ. 28. circa fin. Crau. conſ. 271. in prin. Ceph. conſ. 526. num. 33. lib. 4. Rui. conſ. 49. num. 9. lib. 3. Surd. conſ. 560. num. 8. & ſeqq. Curt. Iun. conſ. 5. col. 2. Gratian. diſcept. 886. num. 2. & 14. Franc. deciſ. 416. num. 4. & 5. & deciſ. 546. n. 31.* Quæ pro-
9 cedunt † non ſolum in fauorabilibus, in quibus mulier alibi nupta retinet propriam originem, ſed etiam in odioſis, cum vtroque modo ligetur ſtatuto loci ſuæ originis, vt poſt *Salic. Corneum, Ruin. Rolan. Ceph. Beron. Surd. & alios,* latè *docet idem Gratian. d. diſcept. 886. num. 3. & 4.* Et multis exemplis comprobat, *Modernus Lalius Altog. conſ. 97. num. 14. & ſeqq. lib. 1.*

10 Quinimo ad effectum, vt ſtatutum diſponens circa ſucceſſionem afficiat, neceſſe eſt, quod eidẽ ſtatuto ſubiaceant inſimul bona, & perſonæ, quæ ad ſucceſſionem aſpirant, & quod iſta ſubiectio ſit in vno, & eodem ſtatuto, nec ſufficit alterum,

nempè,

Digitized by Google

nempè, vel ſubiectio perſonarum, vel bonorum, quia ſemper erit ſtatutum penitus inutile, *Grat. d. diſcept. 431. num. 16. & ſeqq. & diſcept. 449. num. 24.* Rot. *coram Greg. deciſ. 255. num. 4. & in recent. par. 4. deciſ. 484. num. 3. & par. 5. d.*
11 *deciſ. 177. num. 44.* Quod autem † bona de quibus agitur poſita extra territorium Firmanum non comprehendantur ab ipſo ſtatuto, tenent magis communiter Doctores, ita *Bart.* qui fuit auctor huius opinionis, *in l. cunctos populos, num. 32. & Bal. ibidem, num. 91. C. de Sum. Trinit. & fid. Cath. Anch. in cap. canonum ſtatuta, nu. 214. de conſtit. Felin. in cap. poſtulaſti, num. 4. de foro comp. Brun. ad Stat. art. 8. num. 130. Gozad. conſ. 49. num. 8. Rol. conſ. 80. per tot. lib. 4. Beron. conſ. 155. n. 12. & ſeqq. lib. 2. Hond. conſ. 5. n. 14. lib. 1. Menoch. conſ. 875. per tot. & conſ. 1021. num. 9. 10. & 56. Aldon. conſ. 98. num. 3. Lal. Altog. conſ. 93. num. 17. lib. 1. Grat. dict. diſcept. 431. num. 20. 21. 26. & 29. Lud. deciſ. Peruſ. 76. num 8. Pereg. deciſ. Patau. 117. n. 2. & 3. Oſaſcb. deciſ. 76. num. 19. Theſ. Senior. deciſ. 106. num. 14. Theſ. Iunior. Foreuſ. lib. 2. quaſt. 5. num. 4. Mag. deciſ. Floren. 107. num. 8. Grat. deciſ. 238. num. 2. in Addit.* quam quidem opinionem Rota ſemper, & indiſtinctè ſequuta eſt, ita coram *Put. lib. 1. deciſ. 341. coram Seraph. deciſ. 782. num. 2. coram Greg. d. deciſ. 255. num. 1. & ſeqq. & diuerſ. par. 1. deciſ. 304. num. 3. & in recent. par. 4. deciſ. 484. num. 2. & par. 5. d. deciſ. 177.*
12 *num. 2. & 3.* Quoniam † in ſtatutis præſertim de ſucceſſione loquentibus ſemper habetur ratio ſituationis bonorum, *Theſ. Iun. d. quaſt. 4. num. 3. & quaſt. 5. nu. 5. lib. 2. Mag. d. deciſ. Floren. 107. num. 11. verſ. non autem reſpectu ſucceſſionum.*
13 Ea nimirum ratione, † quia ſtatuere eſt iuriſdictionis actus, qui tantummodo exercetur circa administrationem rerum ſuarum, non autem extra proprium territorium, *cap. fin. de conſtit. in 6. l. fin. ff. & C. de iuriſ. omn. Iudic. vbi Doct. communiter, Beron. d. conſ. 155. num. 14. lib. 2.* Rot.
14 *in recent. par. 5. d. deciſ. 177. nu. 9. & 10.* Quod † ſanè procedit ſiuè ſtatutum loquatur in rem, ſiuè in perſonam, quia nunquam extenditur extra territorium ex defectu Iuriſdictionis, *Rol. d. conſ. 80. num. 29. lib. 4. Gratian. d. diſcept. 431. num. 24. 25. & 27. Theſ. Iun. d. quaſt. 5. num. 4. Rot. in recent. par. 5. in ſæpè allegata deciſ. 177. nu. 12. & ſeqq. & coram Greg. d. deciſ. 255. num. 6. & 7.*
15 Ac etiam † ſi expreſſe hoc diceret *Rol. conſ. 80. num. 29. in fin. Menoch. conſ. 1081. num. 10. &*
16 *ſeq. Rot. d. deciſ. 177. num. 21.* Meritoque † cum nec perſona, nec res ſint ſubiectæ d. ſtatuto, conſequens eſt, vt dicamus ceſſare illius diſpoſitionem, *Rot. ead. deciſ. 177. num. 44. Cocc. deciſ. 111. num. 3. & ſeqq.*

Neque ſuffragatur id in quo potiſſimum inſiſtunt, qui contrariam tuentur ſententiam, quod
17 ſcilicet ſtatutum poſſit † inhabilitare perſonam ſubditam, ita vt vinculum iniectum à ſtatuto originis comitetur perſonam, etiam quoad bona in alieno territorio exiſtentia, vt cenſuerunt, *Salyc.* & alij relati per Rotam in allegata *deciſ. 177. nu.*
18 *17.* Quoniam † eadem Rota illorum opinionem ſemper reprobauit, & deteſtata eſt, *vt diuerſ. par. 1. d. deciſ. 304. & in recent. par. 5. d. dec. 177. n. 18. & ſeqq.* vbi ſignanter ſub *nu. 25.* dicit, quod
19 in omnem euentum opinio illorum † Doct. interpretari debet, vt ſtatutum poſſit quidem inhabilitare perſonam ſubditam, & quod hæc inhabilitas adhærebit perſonæ quocunque in loco reperiatur etiam in alieno territorio, ſed tamen in illis actibus, qui perſonis principaliter hæreant, nec extra illam exerceantur, vt in obligationibus, diſpoſitionibus, & pœnis perſonalibus, ac ſimilibus, & in his terminis procedunt *tex. in l. magis puto, §. illud, ff. de rebus eorum, l. proter litem, §. licet, ff. excuſat. tutor.* ponderati, & inducti à præallegatis Doctoribus concluſionem illam cō-
20 trariam firmātibus. Non † autem reſpectu actuū quorum effectus principaliter oritur in rebus, & ipſas afficit, vt in hoc præſenti caſu noſtro, vbi agitur principaliter de ipſis bonis, quo caſu non ſolum ſtatutum diſponeret ſuper perſona illi ſubdita, verum etiam illius iuriſdictio exerceretur principaliter in re, & materia, quæ illi ſubiecta non eſt, vt in his terminis conſiderant *Rol. d. conſ. 80. num. 34. & ſeqq. Altog. d. conſ. 93. num. 12.* vbi pleniſſimè *Rot. in recent. par. 5. d. deciſ. 177. num. 25. & ſeqq. & coram Buratt. deciſ. 588. nu. 2. & 17. vbi Adden.*

21 Nec pariter obſtat in contrarium *deciſ. Put. 29. lib. 2.* vbi tenet, quod ſtatutum originis porrigat vires extra territoriū. Quia illa nō eſt deciſio Rotæ, ſed particulare votum Putei, quod ex ſupra adductis non ſubſiſtit, & in ſpecie illud damnant, *Gratian. d. diſcept. 431. nu. 19. Greg. d. deciſ. 255. in fin.* Ex quibus omnibus, & ſingulis patet non fuiſſe, nec eſſe attendendum in teſtamēto D. Aſcē-
22 tiæ ſtatutum Firmanum, † quo deficiente ſubintrat ſemper diſpoſitio iuris communis, *l. ſi cum dotem, ff. ſol. matrim. l. ſi extraneus, ff. de caud. cauſ. dat. Aneb. conſ. 26. nu. 2. Soc. Sen. conſ. 228. n. 2. lib. 2.* & diximus *deciſ. 681 num. 93. Rot. in*
23 *recen. par. 5. d. deciſ. 177. n. 46.* Qua inſpecta † vxor ſine dubio potuit diſponere ad libitum de ſua dote, vt latè probat *Iaſ. conſ. 127. n. 5. lib. 1.*
24 *Rot. in rec. par. 3. deciſ. 263. n. 2.* Niſi viueret eius † pater ad quem reuerti deberet, iuxta *l. dos à patre pro profecta, C. ſol. matr.* cum alijs congeſtis in noſtra *deciſ. 79. n. 4.* Vel in caſu reſtitutionis dos
25 eſſet alteri promiſſa ex ſpeciali conuentione. † Quia tunc mulier non poteſt de ea in totū, vel pro parte teſtari, cum ſit ad alium applicata ex vi cōtractus, *l. cum maritus, ff. de pact. dot. Iaſ. in l. qui Romæ, §. Flauius, col. 8. ff. de verb. oblig. Cagn. in l. fin. num. 100. C. de pact. Mar. Ant. var. lib. 2. reſolut. 59. caſ. 26.* Quæ ſtipulatio ad alterius fauorem hìc ceſſat, & propterea concludendum venit ad fauorem filij inſtituti, & piorum

locorum ſubſtitutorum, prout etiam ſi verſare-
26 mur in dubio † faciendum eſſet fauore Eccleſiæ,
*l. ſunt perſonæ, ff. de relig. & ſumpt. fun. Menoch.
præſumpt. 83. num. 60. lib. 4. Tiraq. de pia cauſ.
priuil. 98. in fin. Gratian. diſcept. 88. num. 6. &*
27 *diſcept. 131. num. 2.* Tanto † magis, quia hanc
opinionem ſectando verſamur in materia fauora-
bili, quæ nos reducit ad iuris communi diſpoſi-
tionem, *Seraph. deciſ. 606. num. 6.* Et ita, &c.

A R G V M E N T V M.

Conſtitutio Marchiæ annullat contra-ctus mulierum non inſinuatos. Et plura alia in materia inſinuationis,

S V M M A R I V M.

1 *Iudex dare non poteſt executionem inſtrumento obligationis nullæ.*
2 *Etiamſi nullitas obligationis proueniens ex ventre inſtrumenti requireret altiorem indaginem.*
3 *Conſtitutio Marchiæ lib. 5. cap. 25. annullat omnes contractus mulierum non inſinuatos.*
4 *Inſinuationis defectus ſuppletur per iuramentum,*
5 *Limita in terminis Conſtit. Marchiæ requirentis vtrumque copulatiuè.*
6 *Limita ſecundò, quando conſtitutio vlterius procedit annullando actum etiam iuratum.*
7 *Iudicis præſentia regulariter ſupplet defectum inſinuationis.*
8 *Inſinuare nihil aliud eſt, quam legere contractum coram Iudice, vt publicè ad notitiam deueniat.*
9 *Inſinuatio non ſuppletur ex præſentia Iudicis, vbi requiritur regiſtratio inſinuationis in actis.*
10 *Quia tunc requiritur pro ſolemnitate contractus.*
11 *Stante reſolutione actus ob defectum inſinuationis, eſt extincta omnis obligatio.*
12 *Quando mutuum in parte eſt verſum in vtilitatem vxoris, marito non exiſtente ſoluendo, agitur contra vxorem.*
13 *Facta tamē in primis excuſſione bonorum mariti.*
14 *Maritus vxorem, non autem vxor maritum ſuſtentare debet.*
15 *Mulier obligata ex falſa cauſa ad ſolutionem non tenetur.*
16 *Iuramentum de Calumnia petitum, & non præſtitum, reddit proceſſum, & decretum nullum.*

D E C I S I O CXC.

IVdicauimus mandatum exequutiuum
relaxatum in Curia Epiſcopali Re-
canaten. vigore inſtrumenti obliga-
tione Camerali valati contra Simo-
nam, quæ ſe obligauerat pro quodā
frumento mutuato Horatio Maroni
eius marito, eſſe reuocandum cum omnibus inde
1 ſequutis, quia non poterat Iudex † dare execu-
tionem inſtrumento obligationis nullæ, quando
nullitas, vt hic apparet ex inſpectione eiuſdem
inſtrumenti, *Gal. de oblig. Cam. quæſt. 3. num. 3.
& ſeqq. Zach. ibidem num. 2. & ſeqq. Scac. de
appell. quæſt. 17. limit. 9. num. 76. & quæſt. 19.
num. 1. concl. 5. num. 30. & ſeq. Rug. eod. tract.
§. 2. cap. 3. num. 146. Mareſcot. var. lib. 2. cap.
181. num. 33.* Rot. *apud Zach. vbi ſupra deciſ. 36.*
2 *num. 2.* quod procedit † etiamſi nullitas obliga-
tionis proueniens ex ventre inſtrumenti require-
ret altiorem indaginem, *Mareſcot. d. cap. nu. 36.
Zach. vbi ſupra num. 6.* quod autem obligatio ſit
3 nulla, patet ex † vitio inſinuationis, quod red-
dit ipſo iure contractum mulieris nullum ex for-
ma *Conſtit. Marcb. lib. 5. cap. 25.* vt in ſpecie de-
terminat *Rot. ex impreſſ. apud Pic. ad Stat. Vrb.
deciſ. 8. num. 1.* vbi concordantes allegat, & nos
tantum *deciſ. 13. num. 16.*
4 Non obſtat, quod dicebatur defectum inſinua-
tionis ſuppleri per iuramentum in eodem contra-
ctu oppoſitum, *Rot. apud Zach. deciſ. 4. num. 11.*
cum aliis deductis per ſcribentem pro hac parte;
5 Quia reſpondetur † regulam non procedere in
terminis eiuſdem conſtitutionis requirentis vtrū-
que copulatiuè, nempè iuramentum, & inſinua-
tionem, *Rot. in recent. par. 1. deciſ. 671. num. 2.
& par. 2. deciſ. 385. num. 9. Ferentill. ad Buratt.
deciſ. 47. num. 11. & ad deciſ. 924. num. 19. Ma-
reſcot. var. lib. 2. cap. 27. num. 13. & 14.* vbi al-
legat deciſiones, quæ loquuntur etiam in termi-
6 nis dictæ Conſtit. Nec † procedit regula, quan-
do conſtitutio, vt hic vlterius procedit annullan-
do actum etiam iuratum, quia tunc inſinuatio re-
quiritur pro forma, quæ non poteſt adimpleri
per æquipollens, Rot. *in recent. d. deciſ. 385. in
fin. Seraph. deciſ. 210. num. 2.*
Nec pariter obſtat, quod huiuſmodi obliga-
tionis inſtrumentum fuerit celebratum coram Iu-
7 dice, † qui regulariter ſupplet defectum inſinua-
tionis, *ad tex. in l. omnium, vbi Doct. C. de teſtam.
l. ſancimus, C. de donat. Bart. in l. modeſtinus, ff.
eod. Alex. conſ. 167. vol. 2. Dec. conſ. 536. Gab.
tit. de donat. concl. 1. num. 46. Soln. ad Conſtit. Sab.
tit. de donat. minorum, & ſimplicium, gloſ. 2. par-
te, num. 4. fol. 183. Rot. apud Greg. deciſ. 391.*
8 *num. 8.* cum nihil aliud ſit inſinuare, † quam le-
gere contractum coram Iudice ordinario, vt pu-
blicè ad notitiam deueniat, Rot. *apud Zach. deciſ.
63. num. 4. & in recent. par. 1. deciſ. 103. num. 7.*
9 Quia contrarium cauetur † ex conſtitutione re-
quirente regiſtrationem inſinuationis in actis,
quo caſu non ſufficere præſentiam Iudicis, tenuit
in terminis eiuſdem Conſtit. Marchiæ, Rot. *apud
Greg. deciſ. 260. num. 6. & deciſ. 334. num. 1.* Si-
10 quidem † talis inſinuatio requiritur pro ſolem-
nitate contractus, *ead. deciſ. num. 7.* vbi allegat
Tiraquell. & alios, Et propterea Iudex præſens
ſibi de prædictis benè conſcius mandauit Inſtru-
mentum

mentum inſinuari, vt in Calce ſui decreti legitur;
11 Vnde † ſtante reſolutione actus ob defectum in-
ſinuationis eſt extincta omnis obligatio, *Bal. in
l. 2. quæſt. 13. num. 17. in fin. C. de reſcind. vend.
Surd. de Alim. tit. 9. quæſt. 42. num. 18. Gratian.
diſcept. 355. num. 12 & ſeqq.*
12 Nec pariter obſtat, quod dicebatur mutuum
fuiſſe verſum in alendo mutuatarium, vxorem,
& filios eius, propterea non exiſtente ſoluendo
marito, in ſubſidium agi poſſe contra vxorem,
*vt notat gloſ. in l. ſuis ſolis, de cond. in deb. vbi
Bart. num. 3. Caſt. num. 2.* quam opinionem pro-
bat, & commendat *Canal. com. cont. com. quæſt.
727. num. 42. & ſequentibus.* Quia vltra, quod
13 requirebatur † excuſſio in bonis mariti, in primis
& ante omnia, cum iura prædicta ſibi tantum lo-
cum vindicent in ſubſidium. *Arg. l. in rebus, C.
de iur. dot. l. in rebus, C. de fund. dot.* Pro vlterio-
ri reſponſione dictum fuit, quod maritus vxorem,
14 † non autem vxor maritum ſubſtentare debet,
*l. ſi quis pro vxore, §. non enim donat. l. ex annuo,
& ibi gloſ. ff. de donat. inter virum, & vxorem.
gloſ. in l. ſi ſtipulata, in verb. contra ſexus, verſ.
nam vir vxorem, ff. eod. tit. l. ſi cum dotem. §. ſin
autem in ſeniſſime, ff. ſol. mat. Gaſp. Theſ. Forenſ.
lib. 2. quæſt. 52. num. 1. & ſeq.* Ideò mulier etiam
15 ceſſante nullitate contractus videtur obligata †
ex falſa cauſa, & proinde ad ſolutionem non te-
neretur, *Rot. ex impreſſ. apud Pic. deciſ. 71. n. 5.*
Præterea ex alio etiam capite decretum tam-
quam nullum diximus eſſe reuocandum, nempè
16 quia fuit petitum † iurari de calumnia, & iura-
mentum minimè præſtitum, prout oportebat,
*cap. 1. de iuram. Cal. in 6. Rot. ex impreſſ. apud
Zacch. de oblig. Cam. deciſ. 105. num. 1. & ſeq.*
quod procedit nõ obſtante dicta obligatione Ca-
merali cuius vigore agebatur, *Rot. apud eundem
Zacch. deciſ. 79. num. 2. & deciſ. 101. num. 1.*

ARGVMENTVM.

Vendens ſubhaſta, quid teneatur præ-ſtare emptori.

SVMMARIVM.

1 *Emens ſubhaſta actionem non habet de euictione.*
2 *Vendens ſubhaſta iure Creditoris, quatuor præſta-
re debet.*
3 *Vendens ſubhaſta, & promittens defenſionem iu-
re Creditoris, ac etiam ſuſcipere in ſe omnia iu-
dicia, tenetur ad expenſas illorum iudiciorum,
& num. 5.*
4 *Conuentio eſt lex inter partes.*
6 *Qui tenetur litem defendere debet ſubminiſtrare
expenſas illius.*
7 *Auctor laudatus poteſt iudicium in ſe aſſumere, &
compellere actorem inuitum litigare ſecum.*

DECISIO CXCI.

1 QVamuis regulariter emens ſubha-
ſta de euictione actionem non
habeat, *l. periculum, ff. de pig. l.
cum iure creditoris, C. de euict.* Et
2 hoc modo vendens † teneatur tan-
tummodo iure creditoris quatuor
præſtare, nempè quod ſit ſibi res obligata, quod
ſit potior quolibet alio, quod iura cedat, & poſ-
ſeſſionem tradat, *l. penul. ff. de diſtrat. pig. l. in
creditore, ff. de euict. d. l. cum iure creditoris, C.
eod.* Verumtamen in caſu propoſito diximus Do-
3 minos de Cataneis † venditores ſubhaſta teneri
ad expenſas, quas Franciſcus Pironus emptor
paſſus fuit, quia in inſtrumento venditionis ipſi
non ſolum promiſerunt defenſionem iure credi-
toris in forma, ſed etiam in ſpecie ſuſcipere in ſe
4 omnia iudicia. Quæ conuentio inter partes cum
ſit lex, *Ad tex. in l. 1. §. ſi conuenerit, ff. depoſiti.
l. 1. & penult. C. de euict. Franch. deciſ. 239. num.
8.* Sequitur, quod teneantur ad ſumptus litis cau-
ſa euictionis paſſæ, ex quo ſe obligarunt ad de-
5 fenſionem Rei in † quocunque Iudicio, *Natt. conſ.
6 232. num. 2.* Siquidem ille, † qui tenetur litem
defendere, iuxta *tex. in l. ſi plus, §. mota, ff. de
euict.* in hac defenſione incluſum habet, quod ex-
penſas ſubminiſtret, argumento, *l. ſuo victu de
operis libert. Soc. Sen. conſ. 26. num. 3. Marant.
in prax. par. 6. mem. 5. verſ. item tenetur, Dec.
in l. non videtur defendere, num. 6. ff. de reg. Iur.*
vbi qui promiſit defendere intelligitur, vt faciat
in iudicio ea, quæ ſunt facti nimirum aſſiſtere
apud tribunal, teſtes producere, & ſoluere expen-
ſas, alias ad intereſſe tenetur, *Barz. deciſ. 65.
num. 5.*
Non obſtat, quod pro parte illorum de Cata-
neis dicitur iudicium ſuſcepiſſe quantum in eis
fuit, licet pro parte actorum fuerit ſemper in-
acta poteſtatum nolle mutare iudicium, neque
perſonam. Quia reſpondebatur hoc illis non ſuf-
7 fragari, cum † venditores venientes ad defenſio-
nem emptoris, vel auctores laudati poſſint iudi-
cium in ſe aſſumere, & compellere actores inui-
tos ſecum litigare, *l. & ſi lege, §. item ſi rem,
circa finem, ff. de pet. hæredit. Benint. deciſ. 92.
in prin. Capic. deciſ. 197. num. 6.* quod in
proceſſu non videtur factum per Ca-
taneos, qui propterea tenen-
tur ad expenſas in quibus
fuerunt iure merito
condemnati
per ſen-
tentiam D. Iudicis
à quo.

AR:

ARGVMENTVM.

Auditores Rotæ Maceratenſis decreta voluntariæ iuriſdictionis interponere poſſunt, non ſolum in contractibus, Laicorum, ſed etiam Eccleſiaſticorum.

SVMMARIVM.

1 *Auditores Rotæ Maceraten. poſſunt decreta voluntariæ iuriſdictionis interponere, non ſolum tanquam Iudices ordinarij, ſed etiam vti ſpecialiter deputati à conſtitutione Rotali, num. 2. & 20.*

3 *Quis Iudex ſit competens in interpoſitione decreti voluntariæ Iuriſdictionis.*

4 *Duplex decretum, quando requiratur.*

5 *Et an ſufficiat vnicum.*

6 *Renunciationes, & obligationes religioſorum non poſſunt fieri, niſi cum licentia Epiſcopi, vel eius Vicarij intra duos menſes proximos ante profeſſionem.*

7 *Limita regulam, vt non procedat in actu neceſſario, prout eſt venditio facta pro ſoluendo ære alieno.*

8 *Decretum Iudicis in alienatione rerum minoris neceſſaria non requiritur.*

9 *Nouitius reputatur perſona Eccleſiaſtica.*

10 *In contrahentibus attenditur ſtatus, in quo ipſi reperiuntur tempore contractus.*

11 *Nouitius non ſubijcitur ſtatuto Sæculari, ſed iuri Canonico.*

12 *Auditores Rotæ Maceraten. concurrunt cum Iudice Eccleſiaſtico in interpoſitione decretorum voluntariæ Iuriſdictionis.*

13 *Iuriſdictio vniuerſalis, non intelligitur reuocata per Iuriſdictionem ſpecialiter conceſſam.*

14 *Vbi ſunt Iudices pares in Iuriſdictione, eſt locus præocupationi.*

15 *Iuriſdictio cenſetur in dubio conceſſa cumulatiuè, non priuatiuè, quo ad Iudices ordinarios.*

16 *Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 20. de reformat. intelligitur de cauſis contentioſæ iuriſdictionis.*

17 *In cauſis voluntariæ iuriſdictionis non admittitur contradictor.*

18 *Et exercetur iuriſdictio etiam in diebus feriatis, dummodo feriæ non ſint in honorem Dei.*

19 *Contentioſæ iuriſdictionis ſunt ea, quæ redduntur in inuitum, & vbi lis conteſtatur.*

21 *Epiſcopus non poteſt contrauenire, geſtis per ſuum Vicarium.*

22 *Intellige, & declara de benè geſtis, non autem malè.*

23 *Epiſcopus poteſt cognoſcere de nullitate, & iniuſtitia decreti interlocutorij ſui Vicarij, & illud reuocare eo modo, quo poſſet ipſe Vicarius.*

DECISIO CXCII.

PAulus Iardinus Maceraten. minor 25. annis ingreſſus ordinem S. Franciſci Conuentualium de Obſeruantia poſt annum Nouitiatus, & ante Profeſſionem, ad quam non admittebatur, niſi ſoluto prius ære alieno, quo tenebatur iuxta ſanctiones Apoſtolicas, perſuaſus à conſanguineis proximioribus, vt votum animi ſui adimplere poſſet, vendidit Domino Capitaneo Alberto Compagnono vnam eius poſſeſſionem ſitam in territorio Ciuitatis Nouæ Firmanæ Diœceſis, cuius inſtrumentum celebrauit in Palatio Rotali Maceraten. cum præſentia, & decreto duorum Auditorum, adhibitiſque omnibus alijs ſolemnitatibus neceſſarijs, & opportunis, ſecundum ſtylum Notariorum, & ſolitum Ciuitatis. At cum id totum ad aures D. Vicarij Epiſcopalis peruenerit ille ſtatim declarauit nullum, & inualidum inſtrumentum, & vlterius procedendo ſub prætexto, quod fuiſſet celebratum coram Iudicibus incompetentibus, & in præiudicium ſuæ Iuriſdictionis, mandauit citari emptorem ad dicendum cauſam quare non deberet declarari excommunicatum ob turbatam Iuriſdictionem Eccleſiaſticam, qui quidem emptor habito recurſu ad Eminentiſſimum Cardinalem Epiſcopum obtinuit incontinenti reuocationem decreti facti à Vicario, & confirmationem inſtrumenti celebrati coram Auditoribus, & ſanè iure merito. Siqui-
1 dem † ipſi non ſolum tanquam Iudices ordinarij omnium appellationum cauſarum profanarum, & Eccleſiaſticarum, Collegiorum regularium, & non regularium, ac Monaſteriorum virorum in tota Prouincia Marchiæ, vt literaliter diſponit Bulla Rotalis Sixti V. inſerta in principio noſtrarum Deciſionum, §. 6. *verſ. qui omnes, &c.* poſſunt decreta voluntariæ Iuriſdictionis interponere inter ſubditos, vt notant *Pic. ad Statuta Vrb. lib. 1. gloſ. 21. num. 1. & 2. Simoncell. de decret.*
2 *lib. 1. tit. 1. num. 75.* Sed etiam † in ſpecie fuit ipſis conceſſum per eandem Bullam Rotalem *num. 50.* (ibi) decreta voluntariæ iuriſdictionis interponendi in Palatio, & extra, ſi dictis Auditoribus videbitur, & prout fuerint requiſiti, ac dandi, & decernendi tutores, & curatores minoribus ſinguli Auditores ſicut Prætor poteſtatem
3 habeant. Imò † attenta huiuſmodi ampla facultate Auditorum in tota Prouincia videbatur in præſenti caſu perneceſſe interponendum fuiſſe decretum potius per Auditores, quam per Vicarium, ad tollendam diſputationem illam excitatam à Doctoribus, quis Iudex ſit competens in interpoſitione decreti, An ſcilicet ille cui minor ratione originis ſubſit; An verò ille in cuius territorio eſt ſita res, vt latè tradita *per Simoncell. de decretis, d. tit. 1. num. 69. & ſeqq.* Nam cum bona prædicta eſſent ſita in Diœceſi Firmana, & Paulus venditor originarius Maceratæ, vtique

Vica-

Digitized by Google

Vicarius non erat Iudex niſi ratione perſonæ, &
ſic rectius fuit interpoſitum decretum per Audi-
tores Iudices competentes, tàm ratione perſonæ,
quàm rei ſitæ intra Prouinciam, & hoc ad e ui-
4 tandum duplex decretum, † quod in tali caſu
requirebatur, nempè Iudicis domicilij, & Iudi-
cis rei ſitæ ſecundum opinionem, *Grat. in addit.*
5 *ad deciſ.* 28. *num.* , Quamuis ſecundùm alios †
ſufficiat vnicum decretum, *Felin. in cap. dilectus*
il 2. n. 9. de reſcript. Tiraquell. de retractu, *§.* 36.
gloſ. 3. *num.* 22. *Rodo. de Reb. Eccleſ. non alien.*
cap. 17. *num.* 40. *Pic. d. gloſ.* 21. *num.* 4.
6 Nec prædictis obſtare videbatur diſpoſitio al-
legata *Sac. Conc. Triden. in cap.* 16. *ſeſſ.* 25. de Re-
gularibus, vbi quod renunciationes, & obliga-
tiones religioſorum non poſſunt fieri, niſi cum
licentia Epiſcopi, ſiue eius Vicarij intra duos
menſes proximos ante profeſſionem ſub pœna
nullitatis. Quia id locum ſibi vendicat in renun-
ciationibus, remiſſionibus, donationibus, & ſi-
milibus, quæ fiunt animo gratuito iuxta terminos
eiuſdem Concil. hac nimirum ratione, ne defrau-
detur ingreſsus religioſorum, caſu quo non ſe-
7 quatur profeſſio, † non autem procedere vide-
tur in caſu neceſſario, prout eſt venditio facta
pro ſoluendo ære alieno, vt hic *Sperell.* qui alios
8 citat *deciſ.* 16. *num.* 52. Quo caſu † etiam iure
communi inſpecto, valet alienatio bonorum mi-
noris abſque ſolemnitatibus, *Vinius deciſ.* 22.
Surd. deciſ. 186. *Ricc. deciſ.* 226. *& deciſ.* 227.
num. 4. *lib.* 1. *Sperell. d. deciſ.* 16. *num.* 53. Et
9 quamuis Nouitius reputetur † perſona Eccleſia-
ſtica, iuxta magis communem, & approbatam
ſententiam, ex *cap. religioſo*, *§.* 1. *de ſenten. ex-*
com. in 6. *Dec. conſ.* 31. *num.* 3. *Anch. conſ.* 69.
Rot. coram Durano, deciſ. 121. *num.* 38. *repetita*
in recent. par. 5. *deciſ.* 125. *num.* 48. *Sperell. d.*
deciſ. 16. *num.* 13. *& ſeqq.* vbi latè, Attendique
10 debeat † ſtatus in quo reperitur tempore contra-
ctus, iuxta doctrinam *Bart. in l. Iulianus*, *ff. de*
cond. indeb. Caſt. conſ. 433. *num.* 3. *lib.* 1. *Rot.*
coram Duran. d. deciſ. 121. *num.* 39. *Sperell. d.*
11 *deciſ.* 16. *num.* 38. Itaut † tanquam perſona Ec-
cleſiaſtica, non ſit adhibenda ſolemnitas ſtatuti
ſæcularis, cui non ſubijcitur, ſed ſolemnitas iu-
ris Canonici, *vt per Abb. & Io. And. in cap. Ec-*
cleſia S. Mariæ de conſtit. Anchor. d. conſ. 69. *num.*
6. *Rot. coram Durand. deciſ.* 121. *num.* 40. *Sperell.*
d. deciſ. num. 12. Adhuc tamen dicendum venit,
12 quod Auditores Rotæ Maceraten. † Eccleſiaſtici,
& Iudices ordinarij cauſarum Eccleſiaſticarum,
& profanarum concurrere habeant cum dicto
Vicario Iudice merè Eccleſiaſtico in interpoſi-
tione decretorum voluntariæ iuriſdictionis, *ad*
tex. in l. 3. *C. de off. præf. vrb. & in cap. per hoc,*
de heret. in 6. *Rolan. conſ.* 80. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 2.
vbi licet iuriſdictio ſpecialis detur in aliquos, ni-
hilominus contra eaſdem perſonas, non intelligi-
tur adempta Præſidi Prouinciæ, cui vti maiori
magiſtratui circa eaſdem perſonas collata eſt, *l.*
cum aliquis, *& l. fin. iuncta gloſ. C. vbi cauſ. fiſc.*
13 Et ideo † inquit *Bart. in d. l. quod licet*, in Ciuita-
te fiat vnus officialis ſpecialis ſuper damnis da-
tis, vel ſimilibus, non tamen per hoc intelligitur
iuriſdictio Iudicis, qui habet vniuerſalem iuriſ-
dictionem reuocata, ſeu adempta, *Rolan. d. conſ.*
80. *num.* 4. *Bal. conſ.* 253. *col.* 2. *vol.* 5. Et pro-
14 inde † ſicut in dictis caſibus eſt locus præocupa-
tioni, *Rol. d. conſ. num.* 5. Ità pari modo atten-
15 ta † Auditorum poteſtate, quæ in ſimilibus de-
cretis voluntariæ iuriſdictionis interponendis cō-
ſideratur non priuatiua, ſed accumulatiua, tàm
in profanis, quàm in Eccleſiaſticis non videtur,
quod ſit præiudicialis, ordinariæ poteſtati, vt
per Canoniſtas *in cap. Paſtoralis*, *de offic. ordin.*
Rolan. d. conſ. num. 6. *Rot. in recent. par.* 2. *deciſ.*
30. *num.* 3. prout quidem cenſetur diſponere Bul-
la loco præcitato, &c.
Neque etiam obſtare videbatur *Sac. Conc. Trid.*
in cap. 20. *de reformat. ſeſſ.* 24. vbi cauſæ omnes
in prima inſtantia cognoſci debent coram Epi-
16 ſcopo, vel eius Vicario: Quia † loquitur de cauſis
contentioſæ iuriſdictionis, vt denotant verba illa
(cauſæ omnes) cum cauſa ſit ſolum poſt litem
conteſtatam, *gloſ. in l. cauſas*, *vel lites*, *C. de*
tranſact. & declarat *Galganet. de different. in verb.*
lis cauſa, *& controuerſia*. Non autem verſamur
17 in caſu voluntariæ iuriſdictionis, vbi non adeſt †
contradictor, nec admittitur, *Pic. vbi ſupra nu.* 11.
18 Exerceturque iuriſdictio † etiam in diebus feria-
tis, dummodo feriæ non ſint in honorem Dei, vt
per *Simoncell. d. tit.* 1. *num.* 85. *& per Pic. in d.*
gloſ. num. 6. *& ſeqq.* Contentioſæ enim iuriſdi-
19 ctionis † dicuntur ea, quæ in inuitum redduntur,
& vbi lis conteſtatur, *l. inter ſtipulantem*, *§.* 1. *ff.*
de verb. oblig. vbi gloſ. ff. de offic. proc. Marant. in
prax. par. 4. *diſt.* 18. *num.* 1. *& ſeqq.* *Ricc. deciſ.*
187. *num.* 1. *& ſeq. lib.* 2. Nec vim facit argumē-
tum illud, quod per Vicarium deſumitur ex dicta
Bulla Rotali, *num.* 50. vbi diſponitur, quod ſin-
guli Auditores poſſint decreta quæcunque volun-
tariæ iuriſdictionis interponere ſicut Prætor; Sed
ſic eſt, quod Prætor in prima inſtantia non poteſt
ius dicere; Ergo nec decreta voluntariæ iuriſdi-
ctionis interponere, quia ad interponendum de-
creta ſimilia non requiritur iuriſdictio primarū
inſtantiarum, ſed tantummodo quod Iudex ſit ad
id ſpecialiter deputatus, vt ſunt Auditores Rotæ
in allegat. conſtitutione Rotali *num.* 50. Vel quod
20 ſit Iudex ordinarius † habens merum, vel mixtū
Imperium, vt de vtroque teſtatur *Pic. in ſæpe*
allegata gloſ. 21. *num.* 1. *&* 2. & ſic ex vtroque ca-
pite habent Auditores intentum cum de eorum
iuriſdictione non ſit dubitandum atq; ideò patet
contrahentes prædictos ſeſe conformaſſe cum di-
ſpoſitione legis Ciuilis, & Canonicæ tribuentium
iuriſdictionem prædictis Auditoribus, & propte-
reà in nihilo peccaſſe, quo caſu ceſſat etiam cen-
ſura, vt docent communiter Doctores *in cap. no-*
uit de Iudic.

21 Nec eſt, quod hic dicatur vltimo loco non po- tuiſſe Eminentiſs. Epiſcopum contrauenire geſtis per ſuum Vicarium, ex notatis per *Sbroz. de off. Vicarij, lib. 3. quæſt. 29. nu. 1, & 2.* Quia reſpon-
22 debatur † hoc itelligi debere, quando Vicarius benè agit, ſecus ſi malè, vt in hoc caſu, quia tunc Epiſcopus, non tenetur ſtare illi actui, niſi tra- ctaretur de ſententia diffinitiua, vt declarat idem
23 *Sbroz. vbi ſupra num. 3.* Ideòque † potuit Emi- nentiſs. Cadinalis Epiſcopus cognoſcere de nul- litate, & iniuſtitia dicti decreti interlocutorij, & illud reuocare, eò modò quo potuiſſet idemmet Vicarius, vt docet idem *Sbroz.* qui alios citat *d. tract. & lib. 3. quæſt. 10. per totam.*

ARGVMENTVM.

Quamuis Ægidiana locum habeat, tàm in prima, quàm in ſecunda inſtantia, limitatur tamen vbi expreſſe re- uocatur prima ſententia, quia verba illa malè iudicatum, & benè appel- latum faciunt mixturam.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum competit pro fructibus cenſualibus con- ſequendis.*
2 *In Saluiano non admittitur appellatio.*
3 *Ægidiana durat, tàm in prima, quàm in ſecunda, & quacunque alia inſtantia.*
4 *Limita, vt non procedat quando prima ſententia eſt expreſſe reuocata.*
5 *Manutentio datur poſſidenti ex decreto Iudicis.*
6 *Poſſeſſione quis priuatur ex mandato Iudicis.*

DECISIO CXCIII.

De anno 1593. Ludouicus Biſigottus conſtituit ſuper vno ſuo prædio, de quo agitur vnum annuum perpetuũ cenſum ſcutorum octo, quem ſic im- poſitum vendidit pretio ſcutorum centum D. Ioannæ Leonardæ de Ar- ditijs, quæ de anno 1608. illum ceſſit Bartholo- meo de Gauellis cauſa, & occaſione de quibus in inſtrumento deſuper confecto. Et de anno 1624. die 17. Maij filij, & hæredes dicti Bartho- lomei ceſſionarij creditores in ſumma notabili, præmiſſis quibuſdam præparatorijs, inſtituerunt Iudicium Saluiani coram Pretore Ciuitatis Fani contra illos de Biſigottis poſſeſſores fundi cenſua-
1 ti, quod † competit pro fructibus cenſualibus conſequendis ex veriori, & communiori ſenten- tia de qua latè *Pacif. de Salu. inſp. 3. cap. 2. num. 210. & cap. 4. num. 600. & ſeqq. Scapuc. eodem tract. lib. 1. quæſt. 14. num. 3. Cenc. de cenſib.* qui innumeros allegat, *quæſt. 98. num. 8. & ſeqq.* Et nos ſequuti fuimus, *deciſ. 26. num. 12.* Et ſuc- ceſſiuè legitimatis perſonis, & docto de eorum credito cum hypotheca, ac probatis extremis neceſſarijs obtinuerunt ſententiam fauorabilem ſub die tertia Augusti eiuſdem anni, & in conti- nenti actualem, & corporalem immiſſionem in
2 poſſeſſione dicti prædij, † quia Saluianum non admittit appellationem, cum ſit ad effectum tantum poſſeſſorii, *Boccac. in ſuo tract. de cenſib. quæſt. 98. num. 87.* & nos diximus *d. deciſ. 26. num. 1.* & alibi paſſim. Verum cum aduerſus eandem ſententiam Biſigotti non acquieſcerent, appellationem introduxerunt coram D. Locum- tenente Gubernatoris illius Ciuitatis, qui ſuam protulit ſententiam reuocatoriam primæ ſub die nona Decembris, & die vndecima eiuſdem fue- runt immiſſi Biſigotti in poſſeſſionem eiuſdem prædii non obſtante appellatione partis intra le- gitima tempora interpoſita ad Rotam. Ideò
3 quæſitum † fuit, an eſſet locus Ægidianæ, quæ durat, tàm in prima, quàm in ſecunda, & qua- cunq; alia inſtantia, vt notauimus *deciſ 99. nu. 2.* & firmat *Rot. coram Canaler. deciſ. 42. num. 3. & deciſ. 69. num. 2.* Et fuit reſolutum negatiuè.
4 Quia regula † allegata de Ægidiana non pro- cedit in hoc caſu, vbi prima ſententia fuit per D. Locumtenentem expreſſe reuocata; Siquidem verba illa malè iudicatum, & benè appellatum faciunt mixturam, & reddunt cauſam appellabi- lem, ita vt intret *conſ. Bal. 141. lib. 1.* pluries in Rota canonizatum, vt in terminis noſtris firmant *Scapuc. d. tract. lib. 3. quæſt. 3. num. 3. & Rot. apud eundem in vna Rauennaten. Saluiani coram R. P. D. Iuſto, & in alia Viterbien. Spolij ex im- preſſ. apud Pacif. de Saluian. deciſ. 246. & coram Caualer. d. deciſ. 42. num. 5. & deciſ. 69. num. 1.*
5 Quamobrem † placuit Rotæ dare mandatum de manutenendo dictis de Gauellis inſtantibus, qui ritè, & rectè fuerunt immiſſi in poſſeſſionem per ſententiam, & mandatum primi Iudicis, *ad text. in l. iuſtè poſſidet, & l. qui vniuerſas, §. item eum Prætor, ff. de acq. poſſeſſ. Angel. in l. clam. poſſi- dere, §. qui ad nundinas, num. 2. & ibi etiam Iaſ. num. 20. eod. tit. Rot. coram Caualer. deciſ. 42. num. 1.*

Nec obſtat poſſeſſio antiquior illorum de Biſigottis. Quia per dictam ſenten-
6 tiam, & † mandatum primi Iu- dicis fuerunt illa poſſeſſio- ne priuati, *Rot. coram Canaler. ead. de- ciſ. 42. num. 2.* cum ſimilibus, Et ita, &c.

✠

AR-

ARGVMENTVM.

Iuri petendi executionem ſententiarũ trium conformium, an præſcribatur ſpatio triginta annorum.

SVMMARIVM.

1 *Auditores Rotæ Maceraten. executioni demandare poſſunt ſententias, vim rei iudicatæ habentes, etiam latas extra Rotam.*
2 *Iuri exequendi ſententias 30. annorum ſpatio eſt præſcriptum. Limita, vt num. 14.*
3 *Sententiæ productæ ſine actis non faciunt fidem, neque attenduntur.*
4 *Cauſæ omnes Prouinciæ Marchiæ in tertia inſtantia deuoluuntur ipſo iure ad Rotam Maceraten. priuatiuè, quoad alios Iudices, & nu. 15. Quod intellige de cauſis Rotalibus ſummam ſcutorum 100. excedentibus, num. 16.*
5 *Sententia nulla nomen, vel effectum ſententiæ non meretur.*
6 *Mala fides reſultat ex ſcientia rei alienæ.*
7 *In mala fide conſtituitur, qui ſuccubuit per tres ſententias conformes.*
8 *Sententiæ tres conformes executionem poſtulant.*
9 *Sententiæ fruſtra proferuntur, ſi executioni, non demandentur poſt rem iudicatam.*
10 *Mala fides eſt impeditiua præſcriptionis.*
11 *Præſcriptio actionem ipſo iure non excludit, ſed eſt opus oppoſitione.*
12 *Sententiæ tranſactæ in iudicatum probãt ſine actis, & pro illis præſumitur.*
13 *Præſertim quando ſunt antiquæ.*
16 *Nempè annorum triginta completorum.*

DECISIO CXCIV.

CVm Blaſius Caſſianus de Sarnano
triginta abhinc annis completis,
& vltra ſententias tres conformes
obtinuiſſet contra Petrum Nico-
laum, & conſortes de Cantuccijs
pro reſtitutione dotis Conteſſæ ſo-
roris; Et modò inſtaret pro illarum ſententiarum
1 executione in Rota † cuius Auditores ex ſpeciali
privilegio, de quo in Bulla Rotali *num.* 48. poſ-
ſunt, & debent ſententias diffinitiuas vim rei iu-
dicatæ ſortitas in eadem Rota, vel extra, ipſam
per quemcumque etiam ſuperiorem Iudicem la-
tas exequi, tria videbantur vrgere in contrarium.
2 Primò, quod iuri exequendi ipſas ſententias
30. annorum ſpatio eſt præſcriptum, *l. fin. C. de
præſc. 30. vel 40. annorum, Innoc. in cap. fin. de
except. Felin. in cap. inter monaſterium, col. 16.
verſ. decimoſexto limita, de ſent. & re iudic. Bal.
in l. creditur, C. de pact. Pariſ. conſ.* 116. *num.* 6.
lib. 4. *Aſſl. deciſ.* 245. *num.* 13. *& ibi Vrſill. nu.*
11. *& deciſ.* 345. *num.* 10. *Gratian. diſcept.* 66.
num. 21. *Giurb. deciſ.* 96. *num.* 1. *Rot. in recent.
par.* 7. *deciſ.* 1. *num.* 3. *&* 4. vbi dantur alij con-
cordantes.
3 Secundò, quod ſententiæ productæ ſine actis
non faciunt fidem, neque attenduntur, *l. ſi cum
nulla, vbi gloſ.* Bart. *& Alex. ff. de re iudic. cap.
quoniam contra, de probat. Maſcard. de probat.
concl.* 1383. *num.* 17. *Mara. in ſpecul. par.* 6. *verſ.
& demum fertur ſententia, num.* 59. *Bellam. deciſ.*
89. *Moed. deciſ.* 3. *alias* 148. *tit. de teſtib. & deciſ.*
18. *alias* 319. *tit. de ſent. & re iudic. Put. deciſ.*
198. *num.* 1. *lib.* 1. Rot. *diuerſ. par.* 2. *deciſ.* 196.
num. 5. *coram* Seraph. *deciſ.* 723. *num.* 12. *coram
Buratt. deciſ.* 76. *num.* 2. *& deciſ.* 94. *num.* 1. *&
in recent. par.* 2. *d. deciſ.* 391.
Tertiò, quod vltima ſententia D. Cellini Lo-
cumtenentis Curiæ Maceraten. ſit euidenter nul-
4 la defectu iuriſdictionis; Cum † cauſæ omnes
Prouinciæ Marchiæ in tertia inſtantia deuoluan-
tur ipſo iure ad hanc Rotã priuatiuè quoad alios
Iudices, vt expreſſe cautum reperitur in allegata
5 Conſtitutione Rotali, *num.* 17. † Et propterea
nomen, vel effectum ſententiæ non meretur, *l.* 4.
*§. condemnatum, ff. de re iudic. l. non putauit, §.
non quæuis, de bonor. poſſeſſ. cont. tab. Surd conſ.*
3. *num.* 10. *Gratian. diſcept.* 850. *num.* 14. cum
alijs cumulatis in noſtra *deciſ.* 18. *nu.* 39. *& deciſ.*
59. *num.* 11. *& ſeq.*
6 Attamen hijs non obſtantibus quoniam con-
ſtabat de promiſſione dotis per inſtrumentum
publicum exhibitum quod conſtituebat ipſos de
Cantuccijs in mala fide, *Rot. coram Buratt. deciſ.*
505. *num.* 6. *& coram Duran. deciſ.* 401. *num.* 14.
7 *& deciſ.* 426. *num.* 25. Prout etiam † dicebantur
in mala fide ex tribus ſententijs conformibus in
quibus ſuccubuerunt, *Gratian. diſcept.* 403. *num.*
50. *& ſeqq. Rot. coram Duran. d. deciſ.* 426. *num.*
30. Quinimò, & citati legitimè ad videndum exe-
qui dictas ſententias, & allegandũ quidquid, & ci
nihil in contrarium deduxerunt, fuit dictum ſen-
8 tentias † conformes, & tranſactas in iudicatum
eſſe exequendas, *ad tex. in Clement. vt calumnijs,
& ibi Doct. de ſent. & re indic. Guidop. deciſ.* 579.
num 4. *Franc. Mar. deciſ.* 291. *num.* 2. *par.* 2. *Ca-
pell. Toloſ. deciſ.* 430. *Grat. deciſ.* 18. *nu.* 2. *Barz.
deciſ.* 38. *num.* 2. *& deciſ.* 40. *num.* 4. *Theſ. deciſ.*
122. *& deciſ.* 228. *Creſcen. deciſ.* 5. *tit. de ſent.
& re indic. Caput. deciſ.* 130. *num.* 2. *par.* 3. *Rot.
in recent. par.* 1. *deciſ.* 370. *num.* 1. *& deciſ.* 662.
num. 1. *& coram Buratt. deciſ.* 567. *nu.* 9. *&* 10.
9 Fruſtra enim ſententiæ † proferuntur, niſi debi-
tæ executioni demandarentur ſtante re iudicata,
*cap. quod ad conſultationem, de ſent. & re iudic. l.
cum quadam puella, ff. de iuriſd. om. Iud. gloſ. in
Rub. C. de execut. rei iudicatæ, Veſt. in prax. lib.*
8. *cap. vlt. in prin. Oſaſch. deciſ.* 129. *num.* 1.
10 Neque obſtat præſcriptio, tum ob malam fidẽ,
quæ eſt impeditiua præſcriptionis, vt in puncto
teſtatur Gab. *conſ.* 149. *num.* 57. *& ſeqq. lib.* 2.

Grat.

Digitized by Google

Gratiani diſcept. 403. *num.* 1. *& ſeqq. & diſcept.* 994. *num.* 1. *& ſeqq.* Rot. *in recent. par.* 7. *deciſ.*
11 481. *num.* 15. Tum etiam † quia præſcriptio actionem ipſo iure non excludit, ſed eſt opus exceptione, & oppoſitione partis, *l. ſi maritus*, §. *præſcriptionem*, *C. de adult. Surd. plenè deciſ.* 24. *num.* 1. *& ſeqq. Bocr. deciſ.* 344. *num.* 8. *Giurb. deciſ.* 13. *num.* 6. *& ſeqq. & deciſ.* 103. *num.* 13. *Seraph. deciſ.* 769. *num.* 6. Quæ oppoſitio ceſſat in hoc præſenti caſu, ideò non obſtat præſcriptio.

Similiter non obſtat, quod ſententiæ ſine actis
12 non faciant fidem. Quia cum † fecerint tranſitum in iudicatum, probant ſinè actis, & ſinè proceſſu, & pro illis præſumitur, tàm pro rectitudine, quàm pro ritirudine proceſsus, vt per *Falin. in cap. quoniam contra*, *num.* 31. *de probat.* qui de communi teſtatur, idque procedere dicit, ſiuè ſententia lata ſit de recenti, ſiuè non, ſiuè contra præſentem, ſiuè contra abſentem, & eundem *Falin.* ſequuntur *Statil. de ſal. inſp.* 1. *cap.* 4. *nu.* 64. *Roman. conſ.* 234. *num.* 8. Gab. *de ſent. concl.* 4. *num.* 14. *Caput. deciſ.* 380. *par.* 1. Tanto ma-
13 gis, quia † ſunt antiquæ, *Maſcard. de probat. concl.* 1302. *num.* 33. *Gratian. deciſ.* 197. *num.* 3. *Put. deciſ.* 338. *lib.* 2. *Caſſad. deciſ.* 3. *num.* 2. *tit. de procurat. Mantic. deciſ.* 296. *num* 6. *Adden. ad Burat. deciſ.* 76. *num.* 26. *& deciſ.* 94. *num.* 8. *idem Burat. deciſ.* 376. *num.* 6. Et ad hunc effe-
14 ctum intelliguntur † antiquæ ex ſpatio 30. annorum complectorum, vt tenent *Menoch. de arb. caſu* 4. *Rip. reſponſ.* 1. *num.* 9. *lib.* 2. *Grat. d. deciſ.* 197. *num.* 3. *Put. d. deciſ.* 338. *Mantic. ead. dec.* 296. *num.* 6. *&* 7. *Adden. ad Buratt. d. deciſ.* 94. *num.* 8. *&* 9. *Rot. in recent. part.* 2. *deciſ.* 235. *num.* 5. *& par.* 7. *deciſ.* 1. *num.* 1.

Demum non obſtat, quod tertio loco dicebatur de nullitate vltimæ ſententiæ ex defectu Iuriſ-
15 dictionis, dum Rota Maceraten. † in tertia inſtantia cauſas appellationum cognoſcit priuatiuè quoad alios omnes Iudices Prouinciæ, vt latè firmauimus *deciſ.* 1145
16 Quia † conſtitutio Rotalis in allegato *num.* 17. intelligi debet, prout expreſſe loquitur, de cauſis Rotalibus ſummam ſcutorũ 100. excedentibus, & ſic non militat in hoc præſenti caſu, vbi agitur de ſumma florenorum 166.

ARGVMENTVM.

Venditio prædij puta ſalmarum quatuor pro pretio æſtimando in ſingulas ſalmas, dicitur facta ad menſuram, illæque ſalmæ quatuor tantum in venditione veniunt. Etiamſi aliquid plus reperiatur Prædium.

SVMMARIVM.

1 *Venditor menſuram rei venditæ ſcire præſumitur.*
2 *Venditio facta dicitur ad menſuram, ſi prædium eſt menſurandum, & æſtimandum pretio diſtributo in iugera, ſeu ſalmas.*
3 *Vbi de mente partium contrahentium conſtat, illa eſt attendenda.*
4 *Venditio facta de prædio tot iugerum, quod plus reperitur, quam menſura fuit expreſſum, in venditione non venit.*
5 *Menſura cenſetur adiecta demonſtrationis gratia.*
6 *Quod procedit quando venditio eſt facta ad corpus, & num.* 8.
7 *Venditio ſi facta ſit ad corpus, & maior numerus iugerum reperitur, quam dictum fuerit, pertinet ad emptorem.*
9 *Venditio cenſetur facta ad corpus quando contrahentes, non ſunt loquuti de certa, & determinata menſura, ſed vſi fuerunt dictione (in circa.)*
10 *Dictio (in circa) denotat quid modicum.*
11 *Vel refertur ad decimam partem menſuræ expreſſæ; ſeu relinquitur arbitrio Iudicis.*
12 *Immiſſus in Saluiano acquirit ſolam detentionem.*
13 *Venditor tenetur admonere emptorem de vitio, ſeu qualitate rei venditæ.*
14 *Saluiani natura repugnat, quod res auocata poſſit liberè vendi.*
15 *Res libera tradi non dicitur, quæ peruenire debet ad alium verum dominum.*
16 *Vendẽs ſcienter rem alienam, eſt in manifeſto dolo.*
17 *Dolus eſt cauſa ſufficiens ad effectum reſciſſionis contractus, & num.* 19.
18 *Falſa aſſertio, quæ dat cauſam contractui detecta veritate contractus ipſo iure reſoluitur.*
20 *Dolus vbi interuenit ab vna parte, facit deficere conſenſum ex alio.*

DECISIO CXCV.

INnocentius vendidit D. T. prædiolum ſalmarum quatuor in circa, ſituatum lateratumque prout in Apoca, menſurandum per Mag. Matthiam Torres agrimenſorem, & pro pretio æſtimando in ſingulas ſalmas ab æſtimatoribus eligendis vnum pro qualibet parte; facta autem menſuratione, & reper-

reperto prædio vltra ſalmatum ſepte, & ſic pluſquam fuerit enunciatum per venditorem, qui menſuram ſcire præſumitur, *Surd. deciſ. 64. num. 28. verſ. quia venditor, Capic. deciſ. 14. num. 3.* Emptor non intendebat ſtare contractui, niſi pro ſumma expreſſa in apocha, & è conuerſo venditor totam quantitatem menſuratam vendidiſſe prætendebat; Ideò cum ſuper hoc dubitaretur,
2 fuit dictum † venditionem apparere factam ad menſuram, & æſtimationem, non autem ad corpus, vt clarè denotant illa verba (menſurandum, & pro pretio æſtimādo) vt in ſpecie firmant *Bart. in l. Iulianus, §. ſi Titius, de act. empt. Gab. conſ. 64. num. 1. lib. 2. Mantic. qui alios citat de tacit. lib. 4. tit. 17. num. 13. in fin. & num. 16. verſ. diuerſum videtur, Capic. d. deciſ. 14. num. 5. Cocc. deciſ. 470. num. 1. verſ. eam ad primum.* Et pro-
3 inde † conſtito de mente partium expreſſa illam fore attendendam, *l. ſi in venditione in fin. vbi gloſ. ff. com. præd. l. in conuentionibus, ff. de verb. ſig. l. ſemper in ſtipulationibus, ff. de reg. iur. Amat. deciſ. Ferrar. 4. num. 88. Rot. coram Caualer. deciſ.*
4 *243. num. 2.* Itaut in ea venditione † non veniat niſi quantitas illa ſalmarum expreſſa in apocha, confeſſa inter partes, *Bal. in Rub. C. de contrah. empt. & vend. num. 23. Paul. de Caſt. in d. l. ſi ſeruum, §. ſi modus, num. 2. ff. de act. empt. & vend. Cagnol. in l. 2. num. 178. C. de reſcind. vend. Oldrad. d. conſ. 197. num. 3. Soct. Sen. conſ. 32. num. 8. vol. 4. Suc. Iun. conſ. 42. num. 9. lib. 2. Surd. alios referens conſ. 366. num. 2. & d. deciſ. 64. ſub num. 8. verſ. quod ſi eſſet venditio ad menſuram, Couar. pract. quaſt. cap. 3. num. 1. Gratian. diſcep. 566. num. 6. verſ. quod ſi eſſet, Boer. deciſ. 50. nu. 7.*
5 Non obſtat, quod obijciebatur menſuram fuiſſe adiectam gratia tantummodo maioris demonſtrationis, ideoque nihil operari, vt per *Decian. conſ. 347. num. 1. cum ſimilibus.* Quia ſi hoc eſſet
6 verum † diceretur venditio facta ad corpus, in quibus terminis Doctores vnanimiter loquuntur, *Mantic. d. tit. 17. num. 18. Gab. d. conſ. 64. num. 4. & ſeqq. Surd. d. deciſ. 64. num. 1. & deciſ. 257. num. 2. Capic. d. deciſ. num. 2. Gregor. deciſ. 104.*
7 *num. 2.* Et ſequeretur, † quod illa maior quantitas reperta, quam fuit enunciatum cederet ad commodum, & lucrum emptoris vnico pretio, *Mantic. d. tit. num. 8. Surd. deciſ. 64. nu. 14. Boer. d. deciſ. num. 6. Capic. d. deciſ. 14. nu. 3. Rot. coram Duran. deciſ. 142. num. 6.* Qui omnes Doctores monentur illa ratione, quia hoc caſu menſura
8 demonſtrationis cauſa adiecta fuit; Ideò † regula prædicta, quod ſcilicet facta fuerit expreſſio menſuræ gratia demonſtrationis, videtur procedere tantum, vbi fuiſſet celebratus contractus ad corpus, cum vnico pretio totius prædij, & non diſtributum in ſingulas ſalmas, vt hic *Surd. d. deciſ. 257. num. 2. Greg. d. deciſ. 104. num. 3. & deciſ. 128. num. 2. Rot. in recent. par. 2. deciſ. 73. nu. 2.*
9 Non obſtat clauſula illa in circa. Quia vel denotaret venditionem fuiſſe factam ad corpus, & contrahentes de certa, & determinata menſura loquuti non fuiſſent, vt per eundem *Greg. in allegata deciſ. 128. nu. 4.* Et vtiq; emptori non nocerer, ſed multum prodeſſet, vt dictum eſt *num. 7.*
10 Vel denotaret, quid modicum † vltra, vel præter expreſſam ſummā ſalmarum quatuor, *Surd. conſ. 376. num. 15. Menoch. de arb. caſ. 46. nu. 5. Mart. de clauſ. par. 1. clauſ. 59. num. 2. Rot. in recent.*
11 *par. 2. deciſ. 343. nu. 2.* Et tunc † aut refertur ad decimam partem tantum menſuræ expreſſæ per venditorem, vel relinquitur arbitrio Iudicis, *Belt. alios referens in addit. ad Greg. d. deciſ. 128. ſub n. 9. Rot. in recent. par. 2. d. deciſ. 73. num. 3.* Et pariter vtroque modo emptor dicitur habere intentū. Igitur ex his concludendum venit, quod Innocentius, vel intendit vendidiſſe prædium ad corpus, & tunc quod eſt ſupra quantitatem expreſſam cedit lucro emptoris, vel intendit vendidiſſe ad mēſuram, prout ſanè ex prænarratis patet, & tunc in obligatione emptoris venit tantum illa quantitas expreſſa, vel paulo plus arbitrio indicantis propter dictionem illam (in circa) quæ referri poteſt ad decimam partem menſuræ expreſſæ, vt dictum eſt.

Præterea in totum à contractu diſcedere poteſt emptor, quia Innocentius vendidit bona tanquā libera, & ad ſe ſpectantia plenò iure, cum tamen ſciret ſe illius rei non habere dominium, ſed tan-
12 tum † detentionem ex ſaluiano cuius vigore fuit immiſſus, *Rot. coram Duran. deciſ. 70. num. 5. & in recent. par. 5. deciſ. 407. n. 5. & 6.* Quod em-
13 ptori † non denunciauit, vt tenebatur, *l. ſi vina, vbi gloſ. Bald. Salic. & alij in verb. planè, ff. de peric. & com. rei vend. Becc. conſ. 106. num. 11. & 12. Altograd. conſ. 12. num. 8. Seraph. dec. 1388. num. 2. Belt. ad Greg. deciſ. 119. num. 10. Surd. de-*
14 *ciſ. 265. num. 8. & deciſ. 288. n. 46.* Repugnat † enim naturæ Saluiani, quod res auocata poſſit vendi, cum fuerit ſolummodo conceſſa in cauſam pignoris, vt de fructibus illius creditor ſibi ſatisfiat, *Stap. de Salu. lib. 3. quaſt. 18. num. 4. Rot.*
15 *in recent. par. 6. deciſ. 161. num. 14.* Vnde † cum res, quæ per ipſum liberè, & plenò iure eſt vendita peruenire debeat ad alium verum dominum, dicitur non liberè tradidiſſe, *Salic. in l. ſuper fundo, C. de tranſact. Beron. conſ. 158. num. 21. cum ſeqq. lib. 1. Oſaſch. deciſ. 24. nu. 3. & ſeqq. Surd.*
16 *deciſ. 253. num. 9.* Et ex hac falſa aſſertione, & † venditione rei alienæ, vt propriæ eſt in manifeſto dolo, vt multis probat *Beron. d. conſ. num. 46. Surd.*
17 *d. deciſ. 253. nu. 14.* dante cauſam † contractui efficaci ad illum annullandum inſtante emptore, *l. 3. §. fin. ff. pro ſoc. l. eleganter, in prin. ff. de dolo, vbi gloſ. & Doct. Mangil. de euict. quaſt. 29. num. 24. Lanar. conſ. 15. num. 34. & ſeqq. Altogr. d. conſ. num. 42. Beron. d. conſ. 158. Capb. conſ. 34. num. 24. & conſ. 61. num. 18. Honded. conſ. 35. numer. 49. lib. 1. Gratian. diſcept. 175. numer. 23. & 759. num. fin. & deciſ. 13. nu. 19. & ſeqq. Afflict. deciſ. 399. n. 9. Surd. deciſ. 253. n. 13. & 17.*

18 *Rot. in recent. par. 5. deciſ. 244. num. 12.* Imò † poſtquam eius aſſertio non vera dedit cauſam contractui, detecta veritate contractus ipſo iure reſoluitur, *l. quod venditor, ff. de dol. l. 3. §. final. ff. pro ſoc. Ruin. conſ. 141. num. 7. & 8. Mar. Ant. var. lib. 2. reſol. 30. num. 24. Surd. conſ. 13. num. 28. & deciſ. 253. num. 13. & 17. Rot. in recent. par. 3. deciſ. 167. num. 1. & deciſ. 388. num. 6. &*
19 *par. 5. deciſ. 140. num. 2.* Et abſque dubio † licet ab illo diſcedere, cum res libera tradi non poſſit, *Beron. d. conſ. 158. nu. 39. lib. 1. Curt. Iun. conſ. 74. num. 8. Surd. d. conſ. 13. num. 23. Rot. in rec. par. 3. deciſ. 335. num. 7. verſ. vel ſi libera, &*
20 *par. 5. deciſ. 244. num. 12.* Nam † vbi dolus interuenit ab vna parte, facit deficere conſenſum ex alia, *Rot. in recent. par. 2. deciſ. 88. num. 2. & par. 3. deciſ. 388. num. 6.*

ARGVMENTVM.

Vbi ſunt permiſſæ vſuræ, prout marito pro tempore, quo ſuſtinet onera matrimonij, licita eſt pactio, & taxatio quantitatis illarum præciſa, dummodo æquè, & iuſtè fiat.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de ſoluendis fructibus dotis eſt validum.*
2 *Vbi ſunt permiſſæ vſuræ, tunc licita eſt taxatio illarum dummodo æquè, & iuſtè fiat.*
3 *Intellige non pro tempore ſoluti matrimonij.*
4 *Sed durante coniugio. Et de anno luctus, numer. 12.*
5 *Soluto matrimonio dicitur extinctus titulus dotis.*
6 *Et fructus illius amplius non debentur, niſi duobus concurrentibus, inopia ſcilicet mulieris, non habentis aliunde alimenta, & quod fecerit diligentias pro dote habenda.*
7 *Vidua durante anno luctus, dicitur eſſe in eodem matrimonio.*
8 *Et eſt alenda ab hæredibus viri.*
9 *Intellige quando dos conſiſtit in quantitate, ad quā reſtituendam durante anno hæredes cogi non poſſunt.*
10 *Alimenta cenſentur præſtita ab eo, qui præſtare tenebatur.*
11 *Vxor præſumitur non habere alia præter dotem.*
12 *Hæredes mariti pro tempore, quo tenentur alere vxorem lucrantur integros fructus dotis, etiam ſi excederent impenſam alimentorum.*
13 *Secus ſi poſt annum luctus dote non reſtituta mulierem alant, quia tunc fructus non lucrantur vltra catum alimentorum.*
14 *Quietantia ſolutionem probat.*
15 *Vxori durante matrimonio competit actio ad dotem, & fructus ipſius, quando eſt ipſa comprehenſa in ſtipulatione.*
16 *Confeſſio de recepto facta à muliere ſine ſolemnitatibus, non ſubſiſtit, niſi conſtet de reali numeratione, vel menſuratione.*
17 *Mulieris contractus nullitatem ob defectum ſolemnitatum, ipſa ſolum allegare poteſt, & non tertius.*
18 *Confeſſio mulieris adminiculata contra ipſam probat.*
19 *Quia ex adminiculis tollitur ſuſpicio, & præſumptio fragilitatis mulieris.*
20 *Confeſſio mulieris emanata per viam contentioſæ iuriſdictionis, ipſi mulieri præiudicat quouſque de errore non docetur.*
21 *Confeſſio veriſimilis eſt admittenda.*
22 *Mulier quietans ex cauſa neceſſaria, ſolemnitatibus ſtatuti non indiget.*
23 *Teſtes ſuper recognitione ſcripturæ non aliter probant, niſi præſentes fuiſſe teſtificentur.*
24 *A praxi communi non eſt aberrandum.*
25 *Contrarium tamen ſeruat praxis, vt potius recognitio dicatur facta ſufficienter per comparationem literarum, vel per teſtes, qui deponant notam habere manum ſcribentis.*
26 *Scriptura, vt fidem mereatur, neceſſaria eſt recognitio.*
27 *Vbi probatio eſt pluſquam ſemiplena iuramentum defertur ad ſupplendam illam.*
28 *Quod procedit etiam in cauſis magni momenti, ſi ille cui defertur eſt honeſtæ conditionis.*

DECISIO CXCVI.

1 PActum appoſitum in tranſactionis inſtrumento anni 1626. inter Picinum ducem Militum, & Fiordaliſiam iugales ex vna, & Dominos de Cataneis Cingulanos ex alia, nempè quod durante mora ſolutionis ſcutorum 1100. reſidui dotis Fiordaliſiæ, tenerentur ipſi de Cataneis ſoluere quolibet anno rubra frumenti octo, & cupas nucum quatuor recolligenda in prædio hæreditario Odoardi Catanei primi viri ipſius Fiordaliſiæ videtur validū, ad latè tradita *per Gratian.* quem ſufficit allegare pro multis *diſcept. 143. ferè per totam, & diſcep. 910. num. 7. iuncta Rot. ex impreſſis per Gilien. ad*
2 *Statut. Peruſ. deciſ. 26.* Ea ratione, † quod vbi ſunt permiſſæ vſuræ, prout hic, tunc licita ſit taxatio quantitatis præciſa, dummodò æquè, & iuſtè fiat, *Couar. var. lib. 3. cap. 1. num. 3. Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 44. num. 34. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 8. part. 15. num. 26. Rot. dicta deciſ. 26. numer. 3. & in recentior. part. 3. deciſ. 106. numer. 3.* Proindeque illud
3 pactum fore ſeruandum, non pro † tempo-
4 re, quo ſolutum eſt matrimonium; Sed † tantummodo durante coniugio, quod fuit per

qua-

Digitized by Google

quadriennium circiter à die celebrationis dicti in-
5 ſtrumenti; Cùm † ſequuto mariti obitu titulus
dotis dicatur extinctus, *vt per Doct. in cap. ſalu-
briter de vſuris, Bart. conſ. 128. num. 2. lib. 1.
Rolan. conſ. 55. num. 1. & ſeqq. lib. 2. Pereg. dec.
Patau. 121. num. 11.* Rot. *ex impreſſ. per Cenc. de
cenſib. deciſ. 505. num. 2. & coram Mantic. deciſ.*
6 *171. nu. 4.* Ita vt fructus † amplius non debean-
tur, niſi duobus concurrentibus, & quidem co-
pulatiuè, nimirum quod mulier vidua diligentias
fecerit pro dote habenda, & non habeat aliunde,
vt ſe alat, *Affl. deciſ. 284. num. 2. & 3. Surd. de-
ciſ. 345. num. fin. Theſ. deciſ. 43. num. 2. & 3.
Rot. coram Mantic. deciſ. 53. num. 1. & 2. & de-
ciſ. 171. & coram Greg. deciſ. 204. nu. 29. & 33.
& coram Duran. deciſ. 176. num. 4. & ſeq. & in
recent. part. 2. deciſ. 59. num. 2. & par. 3. deciſ.
106. num. 2. & par. 5. deciſ. 14. num. 13.* Et ita
vnanimiter reſolutum; Prætereà duo alij Audi-
tores ex ſenioribus firmabant, quod cum Fiorda-
7 liſia intra † annum luctus dicatur fuiſſe in eodem
matrimonio, *l. filij, §. vidua, ff. ad munic. l. quo-
ties, C. de priuil. ſcolar. lib. 12. Dec. conſ. 33. nu.
9. Rol. conſ. 14. num. 46. & conſ. 15. num. 11. lib.
3. Surd. d. tract. tit. 1. quæſt. 44. num. 30. tit. 4.
quæſt. 29. num. 36. tit. 6. quæſt. 16. num. 12. &
tit. 9. quæſt. 37. num. 5. & quæſt. 43. num. 23.*
8 *Guidop. deciſ. 379.* Alendaque † ſit ab hæredibus
viri, *gloſ. in l. diuortio, vbi Bart. & alij, ff. ſolut.
matr. Bal. in l. final. C. de bon. mater. Greg. deciſ.
250. num. 4. & deciſ. 462. num. 3.* Quando pro-
9 ut hic † dos conſiſtit in quantitate ad quam reſti-
tuendam durante illo tempore hæredes cogi non
poſſunt, *ad l. 1. §. exactio, C. de rei vxor. act.* Rot.
10 *in recent. par. 1. d. deciſ. 269. in prin.* Sicuti † ſanè
alita præſumitur ab ipſis, qui præſtare illa tenen-
tur, *ex tex. in l. fin. C. de alim. pupill. præſt. Surd.
eod. tract. tit. 6. quæſt. 23. num. 11. Rot. coram
Greg. d. deciſ. 250. num. 6. & ex impreſſ. penes
Gilian. ad Stat. Peruſ. deciſ. 30. num. 5.* dicebant
inquam eoſdem hæredes pro dicto tempore, quo
tenentur alere vxorē non habentem vnde ſe alat,
11 vt † *præſumitur, l. quintus mutius, ff. de donat. in-
ter vir. & vxorem, Alciat. de præſumpt. reg. 3.
præſumpt. 26. num. 1. Barboſ. in l. Caius, num. 12.
ff. ſolut. matr. Rot. in recent. part. 5. deciſ. 383.*
12 *num. 4.* Lucratos † fuiſſe fructus prædictos tan-
quam dotis emolumentum, etiamſi alimentorum
impenſam excederent, non ſecus, ac ſi matrimo-
nium extaret, idque in alimentorum recompen-
ſationem, *ad tex. in l. ſecundum naturam, ff. de
reg. iur. Surd. d. tract. tit. 1. quæſt. 44. num. 29. &
30. & tit. 9. quæſt. 43. num. 8. Greg. d. dec. 462.
num. 2. & in recent. par. 3. deciſ. 269. num. 1.* Se-
13 cus autem † poſt annum, quia tunc mulier poteſt
dotem exigere, etſi fuiſſet alimenta ab hæredibus,
illi non lucrantur fructus vltra ratam, concurren-
tem quantitatem alimentorum. *l. in inſulam, §.
vlt. ff. ſolut. matr. Bart. in l. diuortio, num. 4. in
fin. & Cuman. num. 6. ff. eod. Mantic. de tacit. lib.*
*12. tit. 31. num. 10. Fontanell. d. tract. clauſ. 6.
gloſ. 2. par. 1. num. 34. Surd. deciſ. 211. in fin.* Rot.
*in recent. par. 3. d. deciſ. 269. num. 1. verſ. ſecus
autem.* Vnde ſequitur, vt pro quinque annis præ-
dictis reſponſiones totidem debeantur, videlicet
Rubra frumenti 40. & cupæ nucum 20. Sed ta-
men opinio duorum non præualuit, & conſequen-
ter attendendæ ſunt reſponſiones annuæ quatuor
conſtituentes ſummam Rubrorum 32. frumenti,
& cuparum 16. nucum, de qua ſumma detrahen-
dæ veniunt infraſcriptę partitæ, quæ per Cata-
neos ſolutæ probantur. Prima ſcilicet rubrorum
10. & cuparum 6. frumenti, quæ reſultat ex con-
14 feſſione, & quietantia † ipſius Fiordaliſiæ vxo-
ris, quæ ſolutionem probat, *Tiraq. de retractu
lig. §. 1. gloſ. 18. num. 28.* Rimin. *Iun. conſ. 489.
num. 9.* Rot. *coram Seraph. deciſ. 1339. num. 2. &
coram Greg. deciſ. 253. num. 1. & in recent. par. 4.
deciſ. 572. num. 1. in fin.* & diximus *deciſ. 88. nu.*
64. Nec dubitari poteſt, an ipſa recipere potue-
15 rit, † cum ſit comprehenſa expreſsè in dicta ſti-
pulatione, & promiſſione, quo caſu potuit fru-
ctus recipere, ſicut etiam potuiſſet pro illorum
recuperatione actionem exercere, *Greg. deciſ. 97.
num. 2. & ſeqq.*

16 Non obſtat, quod ſine ſolemnitatibus Conſti-
tutionis Marchiæ illius confeſſio, ſiue quietatio
irrita ſit, niſi conſtet de reali receptione, & men-
ſuratione, *ad tex. in l. vlt. §. ſi quis autem, vbi Bart.
& alij, C. mand. Iaſ. conſ. 172. nu. 6. lib. 2.* Rot.
in recent. par. 3. deciſ. 145. num. 4. Quia vltra,
17 quod † de tali ſolemnitatis defectu ad mulieris
fauorem introductæ ipſa Fiordaliſia tantum, non
autem Petrus Iulionus dare poteſt, *gloſ. & Doct.
in l. 2. C. de iure emphyt. Vant. de nullit. proc. num.
72. Tiraq. de legib. connub. gloſ. 8. num. 9. & in l.
ſi vnquam, in verb. reuertatur, C. de reuocat. donat.
Caſt. conſ. 160. in fin. lib. 1. Cran. conſ. 177. nu. 7.
Menoch. conſ. 89. num. 84. Surd. conſ. 284. num. 7.
& deciſ. 108. num. 2. & ſeq.* Rot. *diuer. par. 2. de-
ciſ. 133. num. 12. & in recen. par. 2. deciſ. 572. nu.
2. & par. 5. deciſ. 10. num. 11.* vbi loquitur in ter-
minis Conſtit. March. *& deciſ. 179. num. 5.* cum
alijs per nos allegatis, *deciſ. 68. num. 51. & 52.*
18 Reſpōdetur vlterius † valere confeſſionem, quan-
do eſt aliundè adminiculata, vel concurrunt con-
iecturæ, & ſimilitudines, *Ang. conſ. 341. in primo
dubio, Dec. conſ. 96. num. 3. Cran. conſ. 202. num.*
48. *Gab. conſ. 69. num. final. lib. 1. Achil. deciſ.
1. de confeſſ. Greg. deciſ. 188. num. 8. & Belt. ibi-
dem, num. 11. Seraph. deciſ. 1443. num. 1.* Rot.
diuer. par. 2. deciſ. 177. num. 6. & in recent. par.
19 *4. deciſ. 25. num. 3.* Nam tunc ex adminiculis †
tollitur ſuſpicio, & præſumptio fragilitatis mu-
lieris, & inducitur credulitas receptionis, Rot. *in
rec. par. 5. deciſ. 312. n. 16.* Pro adminiculis autē
conſideratur in primis, quod confeſſio emanauit
20 † per viā cōtentioſæ iuriſdictionis ſtāte eius reco-
gnitione facta cū interrogatorijs partis aduerſæ,
quo caſu præiudicat quonſqide errore nō doceatur

*Abb. in cap. ex parte, num. 10. verſ. aut confite-
mur de confeſſ. Rot. in recentioribus, par 1. deciſ.*
334. *num.* 5. Inſuper conſideratur talem rece-
ptionem frumenti fuiſſe ad ſuſtentamentum pro-
prium vxoris, tempore quo vir eius in longin-
21 quis partibus militiam ſequebatur, † vnde tan-
quam veriſimilis eſt admittenda, *Ruin. conſ.* 143.
num. 4. *& 5. lib.* 1. Rot. *coram Greg. deciſ.* 506.
num. 10. *& in recent. par.* 1. *d. deciſ.* 334. *num.* 2.
Quibus accedit depoſitio Reueren. Iulij Cimæ in
proc. fol. 96. dicentis Fiordaliſiam viro abſente
per diuturnitatem temporis de aliquibus neceſ-
ſarijs ſubuentam fuiſſe à dd. de Cataneis; Nec
non depoſitio Octauij teſtis aſſerentis quantita-
tem frumẽti ab eo vnà cum ſocijs de domo Præ-
poſiti Catanei ad domum Ioannis Petri Iulioni
fuiſſe allatam, cum quo ipſa Fiordaliſia moraba-
tur. Ex quibus omnibus ſimul iunctis videtur ſuf-
ficiens adminiculata confeſſio, & probata realis
22 menſuratio frumenti, ita vt quietantia † dica-
tur neceſſaria, valeatque ſine ſolemnitatibus con-
ſtitutionis præfactæ; ex *Alex. conſ.* 215. *num.* 6.
lib. 6. Rot. *coram. Seraph. deciſ.* 1133. *num.* 2. *&
in recent. par.* 3. *deciſ.* 98. *num.* 2. *&* 7. *& deciſ.*
178. *num.* 7. *cum ſeqq.* Secunda verò partita, quæ
pariter venit detrahenda, eſt Rubrorum 7. & cu-
parum vnius, de qua Matthæius primus teſtis
iuxta 16. interrogatorium fol. 81. deponit, di-
cens ſe tunc temporis Piſtorem frumentum de or-
dine Picini mariti Fiordaliſiæ recepiſſe à dicto
Præpoſito Cataneo cohobligato, & illius pretium
Picino ſoluiſſe, cum qua depoſitione concordat
etiam illa Ricini alterius teſtis iuxta 15. interro-
gatorium fol. 86. ex quibus depoſitionibus veri-
ficatur pretium dicti frumenti à Piſtore exburſa-
tum in manibus Picini ipſo teſte Ricino præſente.
Tertia autem partita excomputanda eſt de rata
ſcutorum 100. pro quibus ad computum ſortis
dictorum ſcutorum 1100. ſolutis ferè ſtatim con-
fecto inſtrumento, detractio fieri oportet; quæ
quidem ſcuta 100. Cum ſint pars vndecima ſor-
tis principalis, debent pariter in vndecima par-
te præſtationem minuere, vt expreſsè in tranſa-
ctione cauetur; & cum ſex cupæ ſint ferè vndecima
pars annuæ præſtationis conuentæ Rubrorum 8.
& in quatuor annis detractio ſit facienda, excom-
putatio erit cuparum 24. circiter conſtituentium
quantitatem Rubrorum trium.

Non obſtat quod in Apoca, ſeu recepto ſcu-
torum 100. facto per Picinum requiratur iuris
23 rigore inſpecto, quod † teſtes dicant pro ſuffi-
cienti recognitione ſe fuiſſe præſentes, & vidiſſe
dum illa ſcriberetur, *§. ſi quis igitur, Auth. de
inſtr. caut. & fide, Dec. conſ.* 605. *num.* 3. *Afflict.
deciſ.* 181. *num.* 8. & alij paſſim. Quoniam omiſ-
24 ſo iſto rigore ſeruat praxis † communis, à qua
non eſt aberrandum, *l. quod labeo, ff. de ſupel. leg.*
25 *Capibl. de iure, & offic. Baro in prob. num.* 3. †
quod in huiuſmodi apochis, & ſcripturis, quæ
vt plurimum fiunt vna parte abſente, recognitio

dicatur facta ſufficienter per comparationem lit-
terarum, vel per teſtes, qui notam habeant ma-
num ſcribentis, etiamſi non fuerint præſentes,
quando indiuidua illa ſcriptura ſcribebatur, *Bart.
in d. Auth. §. ſed etſi, num.* 10. *& ſeqq. Veſt. in
prax. lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 8. *Camill. Capuc. in Pra-
xi Iudiciar. par.* 2. *cap.* 5. *num.* 114. *Grann. Theor.*
15. *num.* 23. *Genua. de ſcript. priuat. lib.* 2. *cap.* 1.
num. 225. *& ſeqq.* cum alijs, quos refert, & ſe-
quitur *Rot. in recent. par.* 2. *deciſ.* 566. *num.* 3. *&
par.* 3. *deciſ.* 192. *num.* 2. vbi plures aliæ *deciſ.
concordantes extantur.* Quartò, detrahendæ ſunt
cupæ quatuor, quæ ſimiliter ſolutæ probantur
26 per fidem ſubſignatam à duobus teſtibus, † qui
formiter, & medio iuramento illam recognoue-
runt, ita vt fidem mereatur, *Innoc. in cap.* 2. *num.*
1. *de fid. inſtrum. Bart. in l. ſcripturas, C. qui pot.
in pig. hab.* Rot. *in recent. par.* 5. *deciſ.* 274. *num.
final.* Quintò, detrahendæ ſunt cupæ tres pro
tribus annis de decimis Picino tangentibus pro
portione debita Præpoſito Cataneo, vt deponit
Sacardus exactor illarum decimarum. Nec non
detrahenda eſt ſumma ſoluta cuparum octo nu-
27 cum; Et licet teſtis, † qui deponit ſuper decimis
ſit ſingularis, tamen ſtante veriſimilitudine, &
quod deponat ſuper eò quòd ipſe geſſit videtur
vtique pluſquam ſemiplenè probare. Et ideò tàm
ſuper hoc, quàm ſuper prædictis omnibus pro-
bationibus partitarum ſolutarum eſſe deferen-
dum Cataneis iuramentum ſuppletorium, iuxta
*text. in cap. vlt. §. ſanè, cum gloſ. vlt. in fin. de iu-
re iuran. & l. admonendi, cum gloſ. in verbo exa-
ctio, ff. eod. tit.* vt vtrobique doct. omnes tradunt.
Farinac. de teſtib. quaſt. 66. *numer.* 132. *& nu-
mer.* 208.

Nec refert, quod cauſa tanquam Rotalis di-
catur magna, in qua propterea deferri non debet
28 tale iuramentum. Quia re vera non eſt talis, †
vltra quod etiam in cauſis magni momenti illud
defertur deficientibus probationibus, quando
probatio facta excedit ſemiplenam, & is cui de-
fertur eſt honeſtæ conditionis, & concurrunt pro-
babiles coniecturæ, ſicut videtur eſſe in caſu
propoſito, *Rot. coram Mantic. deciſ.* 6.
num. final. & in recent. par. 3. *de-
ciſ.* 767. *num.* 3. Atque ideo
deciſum fuit ſententiam
D. Iudicis à quo ſe-
cundum præ-
dicta eſſe
re
formandam, ſaluo capite
reconuentionis in
quo Iulianus
rectè fuit
ab
ſolutus: Et ita,
&c.

AR,

ARGVMENTVM.

Iudex delegatus certus eſſe debet de ſua iuriſdictione, quæ incipit à die præſentationis commiſſionis, & an expiret per ſententiam latam.

SVMMARIVM.

1 *Delegati iuriſdictio expirat per ſententiam latam: Declara, vt num. 13.*
2 *Delegatus nihil proprium habet, ſed omnia gerit nomine delegantis.*
3 *Delegatus debet eſſe certus de ſua iuriſdictione ante exercitium.*
4 *Vel ſaltim poſtea pro validitate geſtorum.*
5 *Delegationis litteræ iuriſdictionem tribuunt.*
6 *Delegationis litteræ præſumantur in tempore præſentatæ ad inducendam validitatem actus.*
7 *Et hæc præſumptio cæteris firmior, & potentior eſſe dicitur.*
8 *Maximè ſi apud acta litteræ productæ reperiantur.*
9 *Quia expeditia cenſetur facta in tempore, ad euitandam nullitatem.*
10 *In dubio nullitas ſemper eſt euitanda, vt ſuſtineatur actus.*
11 *Reproductio præſupponit productionem iam ſequutam.*
12 *Delegatus ab inferiore à Principe lata ſententia, functus eſt officio ſuo.*
13 *Quod procedit de iure Ciuili, non autem Canonico, quo inſpecto permiſſa eſt delegato executio ſuæ ſententiæ, & num. 17.*
14 *Vbi ius Ciuile, & Canonicum diſcordant, ſeruatur ius ciuile in foro ciuili, & canonicum in foro Canonico, & Eccleſiaſtico, ſi non agitur de materia peccati.*
15 *Decif. Rota 631. num. 8. par. 2. in recent. quomodo intelligatur.*
16 *Delegatus ſi ſemel exequutus fuit ſent. etiam ſuam, & nullitèr, iterum exequi non poteſt.*
18 *Iudex in cauſis exequutiuis, non poteſt condemnare, ſed tantum exequi.*
19 *Via exequutiua non competit, niſi pro expreſſis in instrumento obligatione Camerali valato.*
20 *Facere bonum, & ſoluere idem eſt.*
21 *Executio nulla ſi de nouo eſſet facienda confirmari poteſt.*
22 *Vbi agitur de vſufructu bonorum aduentitiorum filij, Pater ſolus poteſt comparere in iudicio.*
23 *Imò, & adire hæreditatem filij.*
24 *Appellatio articulum ſolum deuoluit, ſuper quo fuit interpoſita.*
25 *Ad effectum retardandi executionem ſententiæ per viam reſtitutionis in integrum, ſufficit qualiſcumque iniuſtitia, etiam non notoria.*
26 *Limita regulam non procedere, vbi iam deuentum eſt ad executionem.*

DECISIO CXCVII.

1 Quamuis certa ſit, & ab omnibus approbata concluſio, quod poſt † ſententiam latam, tàm Pontificio, quàm Cæſareo iure delegati Iudicis expiret iuriſdictio, *cap. in litteris, cap. ſignificantibus, & cap. venerabilis de off. delegat. l. ſi vt proponis, C. quomod. & quand. Iudex, l. Iudex poſt quam, & ibi gloſ. ff. de re iudic. Rot. in recent. par. 2. deciſ. 631.*
2 *num. 8.* Ea nimirum ratione; Quia ipſe † nihil proprium habet, ſed omnia gerit nomine delegantis, *Menoch. de arbitr. lib. 1. quæſt. 12. nu. 5. & 6. Grat. diſcept. 992. num. 13.* Potuit tamen D. Marcus Antonius Gabutius Iudex delegatus ab Eminentiſſimo Cardinali Centino Epiſcopo Maceraten. pro executione ſententiæ ſuæ, ſiue decreti procedendo ad vlteriora decernere bannimenta pro ſubhaſtatione bonorum in executione captorum, ſtante noua commiſſione eidem dire-
3 cta, † quæ licet à principio non fuerit exhibita, ad effectum, vt ipſe executor certus eſſet de ſua iuriſdictione, prout requirebatur, *Put. deciſ. 245. num. 1. lib. 3. Achil. de Graſſ. deciſ. 2. de off. deleg. Rot. deciſ. 21. num. 3. de conceſſ. præb. in nouis, & coram Caualer. deciſ. 644. num. 1.* Attamen con-
4 cluſum fuit † ſatis fuiſſe pro validitate geſtorum, quod de illa poſtea conſtiterit, *iuxta deciſ. Achil. de Graſſ. 53. nu. 6. eod. tit. de off. deleg.* Siquidem
5 talis iuriſdictio iam radicata erat, cum † litteræ delegationis, quæ tribuunt iuriſdictionem, *Affl. deciſ. 366. num. 4. Caual. d. deciſ. 644. num. 8.* ſignatæ fuiſſent die 11. Nouembris 1625. & receptæ à delegato die 15. eiuſdem, quæ eſt illa met, in qua fuit capta tenuta bonorum prædictorum:
6 Quæ quidem † litteræ præſumuntur in tempore præſentatæ ad inducendam validitatem actus, ita vt contrarium allegantí incumbat probandi onus, *ad tex. in l. quoties in actionibus, ff. de reb. dub. Altograd. conſ. 8. num. 35. lib. 1. Gomez. tit. de non iudicando iuxta formam ſupplicat. nu. 5. & in cap.*
7 *vtriuſque ſignat. ſub nu. 54.* Ceteriſque † firmior, & potentior dicitur eſſe hæc præſumptio, ſecundum *Menoch. de arbitr. caſ. 472. num. 2. & de præſumpt. lib. 1. quæſt. 23. num. 3. & latius præ-*
8 *ſumpt. 4. lib. 6.* maximè † quando prout in caſu noſtro apud acta productæ reperiuntur, *Mandoſ.*
9 *in reg. 31. quæſt. 14. num. 10. & 15.* Nam tunc † expeditio cenſetur facta in tempore, etiamſi dies eius non appareat, ad hoc, vt nullitas euitetur, *Maſcard. de probat. concl. 992. num. 2.* Imò re du-
10 bia exiſtente, † ſemper dicendum venit contra nullitatem, vt ſuſtineatur actus nè pereat, per *tex. in d. l. quoties in actionibus, ff. de reb. dub. & in l. quando, delegat. primo, cap. in his, de verb. ſig. Vant. tit. quod. mod. ſent. nulla repar. poſſint, num. 127. Altograd. conſ. 74. num. 9. lib. 1. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſump. 35. Sard. dec. 233. n. 16. Seraph. dec. 1215. Rot. in rec. p. 3. dec. 626. n. 5. in fin.*

Non obſtat, quod reproductio literarum de-
legationis, quæ eſt ſub die 16. Nouembris, vt di-
ximus ex rogitu Notarij cauſæ, & ex inſtantia
Franciſci Cencij procuratoris, videatur facta poſt
executionem commiſſam ſub die decimaquinta
eiuſdem menſis. Quia pro reſponſione eſt ani-
11 maduertendum, quod † reproductio præſuppo-
nit productionem iam ſequutam, vel ſaltim exi-
ſtentiam literarum apud acta, quod eſt veriſimi-
le, cum fuerint tranſmiſſæ, eidemmet Iudici exe-
cutori, & non parti, vnde ad euitandum delictum
rationibus iam dictis concludendum venit, quod
fuerint præmanibus ipſius Iudicis, & lectæ ab eo-
dem ante executionem commiſſam, vt ſic ſecun-
dum ordinem literæ eſt præſumendum, ſtante
quod fuerint ſubſcriptæ à Cardinali Epiſcopo
per quinque dies antequam fuerit decreta talis
executio, ad tradita per *Menoch. dict. præſumpt.
4. num. 5. lib. 6.*

Præterea reſpondebatur à duobus ex quinque
Auditoribus, quod Iudex ſine hac ſecunda com-
miſſione potuiſſet deuenire ad executionem ſen-
tentiæ ſuæ virtute primæ commiſſionis, non ob-
ſtante, quod dicebatur de delegato ab inferiore
12 à Principe, qui † lata ſententia functus eſt officio
ſuo, *l. ſi vt proponis, la prima, C. quom. & quand.
13 Iudex, Canal. deciſ. 347. num. 2.* Quia dicitur †
quidem functus ſuo munere, quoad ferendam
ſententiam, vt ordinarius eo functus eſt, at non
quoad exequendum, quæ ſanè executio venit in
conſequentiam, ſaltim inſpecto Iure Canonico,
quod eſt attendendum in hoc dominio Eccleſia-
ſtico, vt notauimus *deciſ. noſtra 45. num. 2. dec.
49. num. 5.* Quo inſpecto eſt, vtique permiſſa de-
legato executio ſuæ ſententiæ, *Innoc. in cap. cum
ab Eccleſiarum, de off. ord. Imol. & Butr. in cap.
ſi quis contra Clericum, de foro compet. Ioannes de
de lignan. in clem. 1. de off. deleg. Ang. in §. ſi ve-
ro, in Auth. de exhib. reiſ. Alex. in l. à diuo Pio,
num. 6. ff. de re iudic. Dec. in cap. ſignificaſti, in 2.
not. de off. deleg.* cum alijs relatis per *Canall. com.
contra com. quæſt. 632. numer. 9. & ſeqq. & per
Menoch. de Arb. Iudic. lib. 1. quæſt. 74. num. 73.
verſ. tertia fuit opinio.*

Neque obſtare dicebant, quod ex aduerſo al-
legabatur eſſe potius præſtandam fidem Ciuili-
ſtis, qui contrarium videntur annuere, quam
Canoniſtis, ex quo non verſamur in materia ſpi-
14 rituali, † Quia id verum eſſet, quando ageretur
de materia ſpectante tantum ad Ciuiliſtas, ſed
quia agitur de materia ſpectante etiam ad Cano-
niſtas, cum agatur de Iuriſdictione delegati, de
quo habemus titulum in Decretalibus, propte-
rea ius ciuile ſeruatur in terris Imperij, & ius
Canonicum in terris Eccleſiæ, etiam inter laicos,
ſecundum *gloſ. 1. in regul. poſſeſſor, de reg. iur.
in 6.* & notatur *in cap. 1. de ap. non. num. Surd.
poſt alios, quos allegat tract. de alim. tit. 7. quæſt.
29. num. 14. & ſeq. Farinac. de Carcerib. & car-
cerat. quæſt. 34. num. 137. & ſeqq. Oſaſcb. deciſ.
152. num. 6. & 7. Rot. in recentior. par. 4. deciſ.
640. num. 6.*

15 Nec obſtare allegatam in contrarium Rotæ de-
ciſionem 631. *ſub num. 8. par. 2. in recent.* quia
debet illa intelligi ſecundum *cap. in litteris, de off.
deleg.* ibidem allegatum, vbi expreſſis verbis di-
cit non expirare Iuriſdictionem Iudicis delegati,
niſi poſt ſententiam executioni demandatam; &
conſequenter dicendum venit, dictam deciſ. di-
uerſum habere ſenſum à caſu noſtro dum inquit,
quod gratia nulliter per delegatum exequuta,
non poteſt denuo exequi, ex quo non infertur,
16 quod delegatus ſententiam exequi non poſſit, †
ſed ſi ſemel exequutus fuit, & nulliter quod ite-
rum exequi non poteſt, & hoc ipſum declarant
*Menoch. de Arb. quæſt. 67. num. 21. & Tiraquell.
in l. boues, §. hoc ſermone, lim. 1. nu. 40.* Quam-
obrem ex mente dictorum duorum Auditorum
17 non videtur dubitandum † quin dictus Iudex po-
tuerit ſuam ſententiam exequi, etiam virtute pri-
mæ commiſſionis, ſaltim inſpecto iure Canoni-
co, vt dictum eſt, ſtante maximè abſentia Emi-
nentiſſimi delegantis, iuxta notata per *gloſ. in c.
ſi quis contra Clericum, in verb. ipſius ſollicitudine.
de foro compet.*

Et quod ipſe Iudex potuerit exequi virtute
primæ commiſſionis, ſuadet alia ratio, nempè
18 quia † cauſa erat exequutiua in qua ipſe nō po-
terat condemnare, ſed tantum exequi, vt benè
deducit Rot. *in deciſ. 3. num. 15. & ſeqq. ex imp.
apud Zacch. de oblig. Cam.* & propterea dicendum
venit per neceſſariam conſequentiam, quod præ-
fatus Cardinalis Epiſcopus commiſſerit ipſi Iu-
dici in prima commiſſione, quod de iure in tali
cauſa veniebat committendum, hoc eſt exequu-
tionem.

Nec obſtat, quod dicebatur pro parte Ieſuita-
19 tum † viam exequutiuam non competere, niſi
pro expreſſis in Inſtrumento vallato obligatione
Camerali, & ideò cauſam non eſſe exequutiuam,
cum D. Paulus Herculanus cedens non promiſe-
rit ſoluere cenſus, Quia reſpondetur, quod ille
non ſimpliciter ceſſit nomen debitoris, ſcilicet
cenſum, ſed promiſit etiam vnico contextu eſſe
bonum, & exigibilem, quo caſu per cedentem,
& eius hæredes eſt manutenendus ceſſionarius in
iſta qualitate exigibilitatis expreſſa in inſtrumē-
20 to; Cum † facere bonum, & ſoluere idem ſit, &
ideò competit via exequutiua, ad notata per
*Grattan. diſcept. Forenſ. 527. & per Barz. deciſ.
Bononien. 180. num. 3. & ſeqq.* cum alijs per nos
allegatis *deciſ. 61. num. 1.*

21 Inſuper reſpondebatur, quod etiamſi execu-
tio non ritè data fuiſſet per dictum Iudicem de-
legatum, ſi tamen rectè, de quo pars conqueri
non poteſt, vt inferius dicemus, reuocari non
debet à Rota ſub prætextu nullitatis ex quo eſſet
de nouo danda, vt tenent *Becc. conſ. 449. numer.
18. Alex. conſ. 81. num. 4. lib. 7. Vrſil. ad Aſſl.
deciſ. 392. nu. 20. Rot. in* Romana adminiſtratio-

nis

Digitized by Google

nis hæreditatis 23. Ianuarij 1613. coram R. P. D. Caccian, & coram Seraph. deciſ. 878. per tot. cum alijs per nos citatis deciſ. 17. num. 3.

Nec releuat allegata nullitas Iudicij ex eo, quod D. Hercules Herculanus vti pater, & legitimus adminiſtrator bonorum Pauli filij, non habuerit legitimam perſonam ſtandi in Iudicio ſine
32 conſenſu eiuſdem filij maioris ſeptennio; Quia † vbi agitur de fructibus bonorum aduentiorum, vt hic, poteſt pater ſolus reſpectu vſusfructus comparere, *vt eſt tex. ad literam in l. 1. & ibi Bart. num. 3. C. de bonis mater. & tenet* Rot. *apud Seraph. deciſ. 1193. num. 3. & in recent. par. 3. deciſ. 781.*
33 *num. 5. & 6.* Quinimo † etiam ſolus adire hæreditatem, *l. cum non ſolum, §. 1. C. de bon. quæ lib. Seraph. d. deciſ. num. 4.*

Vlterius non obſtant, quæ dicebantur de iniuſtitia ſententiæ; quia ab illa non fuit appellatum, ſed tantum à commiſſione bannimentorum; ideò
34 appellans † illud tantum debet proſequi, nec poteſt appellationẽ in alio articulo exercere à quo non appellauit, vt tradit *Bart. dicens* hanc ſententiam communem, quam propterea omnes ſequuntur *in l. appellanti, in prin. ff. de appellat. & firmant Canoniſtæ in cap. ſuper eo, per illum tex. de appellat. Pariſ. conſ. 66. num. 6. lib. 1. Vant. de nullit. defect. Iuriſd. num. 86. Amat. deciſ. 33. num. 8. Surd. deciſ. 175. num. 1. & ſeq. Put. deciſ. 184. num. 4. lib. 2.* Nec ſuffragatur allegata re-
35 ſtitutio in integrum, † quæ dicebatur competere aduerſus omiſſam appellationem ad quam obtinendam pro retardanda exequutione ſententiæ ſufficit qualiſcunque iniuſtitia, etiam non notoria, *vt in deciſ. 492. par. 2. in recent.* & nos ſequuti ſumus *deciſ. 49. num. 16.* Quia reſponde-
36 batur, † quod hoc non procedit, vbi iam deuentum fuiſſet ad exequutionem, vt hic factum fuit, quo caſu talis reſtitutio non ſuſpendit exequutionem, iuxta opinionem, quam ſeruat Rot. *vt teſtatur Cæſar. de Graff. deciſ. 1. num. 14. tit. de reſtit. in integ. & in recent. par. 3. deciſ. 248. num. 4. & deciſ. 734. num. 4. Put. deciſ. 277. lib. 2. Seraph. deciſ. 777. num. 12. Greg. XV. deciſ. 120. num. 18. & Latius Belt. ad eundem deciſ. 459. num. 10.* vbi quam plures alias *deciſ. allegat. Mantic. deciſ. 29. num. 6. & deciſ. 153. num. 1. & deciſ. 281. num. 2.* Et quamuis in contrarium adſit opinio *Odd. de reſt. quæſt. 42. art. 7.* Attamen quia habemus in puncto reſtitutionis in integrum ad appellandum, *deciſ. modernam* R. P. D. *Manzanedi 138. par. 2. in recent.* de tali opinione Oddi non eſt vlterius curandum, vltra quod ipſemet *in eod. art. 7. num. 45.* limitat opinionem ſuam, vt non procedat, puando ſententia per ſe non eſt appellabilis, prout etiam tenet *Lancell. de attent. part. 2. cap. 14. num. 34. & ſeqq.* Et ſic votatum DD. pro moderatione inhibitionis obtentæ pro parte venerabilis Collegij Ieſuitarum Ciuitatis Maceratæ.

ARGVMENTVM.

Remedium l. fin. C. de Edict. Diu. Had. Tollen. competit fideicommiſſario; Nec admittit appellationem ſuſpenſiuam, etiam de Iure Canonico.

SVMMARIVM.

1 *Remedium l. fin. C. de Edicto Diu. Had. Tollen. competit fideicommiſſario probatis extremis neceſſarijs.*

2 *Quamuis reſtitutio verbalis, non præceſſerit ad euitandum circuitum.*

3 *Purificata ſubſtitutione, ipſe ſubſtitutus hæres proprie, dicitur ipſa lege transferente.*

4 *Remedium l. fin. C. de Edicto Diu. Had. Toll. non admittit appellationem ſuſpenſiuam.*

5 *Etiam de iure Canonico.*

6 *Cauſa miſſionis hæredis in poſſeſſionem ex teſtamento, vel fideicommiſſo, dilationem non patitur.*

7 *Summarium Iudicium non affert præiudicium, niſi lite pendente.*

8 *Decretum latam ſine legitimo contradictore, eſt mere interlocutorium.*

9 *Titulus eſt omninò neceſſarius ad impediendam immiſſionem, ex remedio d. l. final.*

10 *Et quod ſit à teſtatore, num. 10.*

11 *Remedium d. l. final. non datur legatario.*

12 *Legatarius, quando dicatur legitimus contradictor.*

13 *Legatum in quantitate capi debet de manu hæredis.*

14 *Poſſeſſor legatarius, qui non debet conſequi omnia bona poſſeſſa, non poteſt impedire immiſſionem.*

15 *Probationes in Iudicio ſummario d. l. final. fieri debent in continenti, aliàs non retardatur immiſſio.*

16 *Probationes non dicuntur factæ in cõtinenti, quando ſunt examinandi teſtes, vel producendæ ſcripturæ, quæ requirunt diſcuſſionem.*

17 *Maritus non poteſt tradere in dotem filiæ bona vxoris ſine conſenſu ipſius, ad quam non pertinet dotatio in concurſu cum patre.*

18 *Poſſeſſores, qui non habent parem titulum, non poſſunt impedire immiſſionem, licet citentur, & audiantur declara concluſionem, vt num. 22.*

19 *Decretum latam ſine citatione eſt ipſo iure nullum.*

20 *Decretum latum pro die, pro qua non adeſt citatio eſt nullum.*

21 *Vbi terminus habetur pro ſeruato, non apponitur dies publicationis decreti, quia retrotrahitur ad diem termini habiti pro ſeruato.*

DE.

DECISIO CXCVIII.

CVm D. Bernardina Maceraten. ſis
in ſuo vltimo teſtamento hæredes
vniuerſales inſtituerit Hippolitã,
& Catherinam eius filias, quibus
decedentibus ſine filijs ſubſtituerit
filios maſculos Ioannæ, & Agne-
ſinæ, quæ pariter deceſſerunt ſuperſtite tantum-
modo Hieronymo Angelino filio eiuſdem Ioan-
1 næ. Ipſe † exhibito teſtamento, & probata mor-
te teſtatricis, ac hæredum grauatarum abſque
filijs; necnon probato, quod bona de quibus
agitur poſſidebantur per Bernardinam teſtatricẽ
de tempore mortis, petijt, & obtinuit ab Illu-
ſtriſſimo D. Gubernatore Marchiæ decretum im-
miſſionis in poſſeſſionem illorum ex remedio, *le-
gis finalis, C. de edict. Diu. Hadr. Toll. quod com-
petebat, vt per Gab. conſ. 44. num. 6. cum ſeqq.
lib. 2.* quem ſequuta eſt *Rot. in recentio. par. 1.
deciſ. 237. num. 1. & par. 2. deciſ. 275. num. 2. &
par. 5. deciſ. 408. num. 8.* Et nos diximus *deciſ.*
2 *68. num. 1. & ſeqq* † Quamuis reſtitutio verba-
lis non præceſſerit, *l. penult. §. cum autem, C. ad
Trebellian. Gabr. eod. conſ. 44. num. 7.* Rot. *coram
Aldobrandino in Senogallien. hæreditatis ex impreſſ.
per Saluſt. Tib. in prax. A. C. lib. 2. cap 4.* vbi
quod ad euitandum circuitum, & de æquitate
Canonica, fidei commiſſarius poteſt agere recta
via pro fideicommiſſo abſq; verbali reſtitutione,
prout idem firmant *Bal. in cap. in præſentia, num.
31. & ibidem, D. c. num. 2. de probat. Pariſ. conſ.
12. num. 115. lib. 2. Peregr. de fideicom. art. 2.
num. 62. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 603. num. 15.* Rot.
in recentio. par. 5. deciſ. 51. num. 7. & 8. & deciſ.
3 *180 num. 1. cum ſeqq.* Purificata † enim ſubſti-
tutione ipſe ſubſtitutus hęres propriè dicitur ipſa
lege transferente, *Menoch. de adip. remed. 4. nu.
276. Fuſar. d. quæſt. 603. num. 7.*

Propterea inſtabat corã Auditoribus pro mo-
deratione inhibitionis obtentæ pro parte illorum
4 de Coruinis ex eo quia † remedium *dictæ l. finale*
non admittit appellationem ſuſpenſiuam, *Bart.
ad eandem legem, num. 21. Menoch de adip. remed.
4. num. 816. Achil. Perſon. eod. tract. adip. num.
130. & ſeqq. Contard. de moment. poſs 4. rat. de-
cid. num. 2. & 4. & limit. 17. num. 18. & ſeqq.
Scacc. de appellat. quæſt. 17. lib. 6. mem 4. num.
6. Rug. eod. tract. §. 2. cap. 3. num. 649. Rol. conſ.
77. num. 12. lib. 2. Barz. deciſ. 71. num. 2. &
ſeqq. Rot. diuerſ. par. 1. deciſ. 659. num. 3. & in
recent. part. 1. deciſ. 558. num. 4.* Quod procedit
5 etiam † inſpecto Iure Canonico, *per tex. in cap.
ei qui appellat, §. ſi quis etiam auſus fuerit, 2. quæſt.
6. Beron. quæſt. 44. num. 3. Scacc. d. lim. 6. mem.
2. num. 13. & mem. 4. num. 6. & ſeqq. Benint.
deciſ. 79. num. 7. in fin. Caput. deciſ. 223. num. 1.
cum ſeqq. lib. 1.* Rot. *coram Greg. deciſ. 335. num.
15. & diuerſ. part. 1. deciſ. 659. num. 3. & in
recentio. part. 1. deciſ. 558. num. 4.*

6 Non ſolum, quia cauſa miſſionis hæredia in
poſſeſſionem ex teſtamento, vel fideicommiſſo
dilationem non patitur, *l. vlt. de appellat. recip.
vel non, l. quiſquis, vbi Bart. Bal. Salyc. & Caſt.
C. quorum appellat.* Rot. *coram Buratt. deciſ. 22.*
7 *num. 12.* Sed etiam quia † agitur de poſſeſſione,
quæ non eſt præiudicialis, niſi durante lite ſuper
poſſeſſorio plenario, *Scac. vbi ſupra, verſ. ratio
huius explicationis eſt, Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſ.*
8 *20. num. 3.* Ac etiam † quia decretum tanquam
latum ſine legitimo contradictore dicebatur merè
interlocutorium non appellabile, ad differentiam
ſententiæ latæ cum legitimo contradictore, quæ
eſt diffinitiua, & appellabilis, adnotata per *Me-
noch.* & alios relatos à *Scac. d. mem. 4. num. 20.*
quibus addimus *Rolan. conſ. 78. num. 27. lib. 3.
Arg. de legit. cont. d. quæſt. 2. num. 164. & quæſt.
7. num. 12. & ſeqq.* Et quamuis Rota moderna
reſideat in contraria ſententia, vt nempè quod
hoc poſſeſſoriũ ſit appellabile de iure Canonico,
vt coram *Caualer. deciſ. 267. num. 6. & coram
Durano deciſ. 240. num. 2. & alibi ſæpe.* Attamen
ceſſat omnis difficultas propter Ægidianam per
quam venit ſeruanda diſpoſitio iuris ciuilis dene-
gans appellationem ſuſpenſiuam in remedijs poſ-
ſeſſorijs, vt probauimus *deciſ. 71. num. 11. & de-
ciſ. 128. num. 1. & 2.*

9 Quod autem Coruini aduerſarij non ſunt legi-
timi contradictores ad impediendam immiſſio-
nem contra dictum ſubſtitutum, deſumebatur ex
deficientia tituli omninò neceſſarij, iuxta *tex. in
d. l. fin. C. de edicto, Diu. Hadr. Toll* (ibi) legi-
timo modo detineat, *& in l. filiam fratribus, ff.
ad Trebell. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 613. num. 108
Natt. conſ. 352. Menoch d. remed. 4. num. 574. &
582. Caſtill. quæſt. quotid. lib. 3. cap. 24. num 160.*
Rot. *coram Cocc. deciſ. 475. num. 10. & coram Bu-
ratt. deciſ. 431. num. 6.* Et quidem conſimilis,
*Bart. in d. l. fin. ſub num. 21. Dec. num. 4. Zacch.
num. 3. Menoch. d. remed. 4. num. 581. Arg. de
tract. quæſt. 2. art. 5. num. 164. Put. deciſ. 302.
lib. 1.* Rot. *coram Caualer. deciſ. 357. num. 6. deciſ.
450. num. 4. & deciſ. 485. num. 1. & coram Bu-
rat. deciſ. 225. nu. 7.* & notauimus allegata *deciſ.*
10 *noſtra 68. num. 31.* Et à teſtatore ad effectum †
agendi via ordinaria, & cognoſcendum de iuribus
ipſorum contradictorum, *Gratian. diſcept. 895.
num. 8. & ſeqq. Seraph. deciſ. 801. nu. 1. & deciſ.
1219. num. 5. Caput. deciſ. 329. num. 2. & ſeqq.
par. 1.* Rot. *coram Caualer. d. deciſ. 485. num. 2.
& in recent. par. 2. deciſ. 728. num. 3.*

Oſtendebant enim pro titulo, teſtamentum
Hippolitæ filiæ Bernardinæ, in quo apparent le-
gatarij in ſumma ſcutorum centum, & cum poſ-
ſideant, intendebant vti retentione, ac impedire
immiſſionem; Et tamen non videbantur audien-
di in hoc Iudicio, *d. l. final.* quod legatarijs non
11 competit, ex † cumulat per *Menoch. d. remed. 4.
nu. 132. & ſeqq. & per Pereg. de fideicom. art. 48.
num. 4.*

Digitized by Google

num. 4. Rot. *coram Greg. deciſ.* 106. *num.* 2. *& in recent. par.* 3. *deciſ.* 315. *num.* 5. & diximus *de deciſ.* 68. *num.* 144.

12 Nec videbantur legitimi contradictores quo-
niam legatarius tunc demum eſt legitimus con-
tradictor ad impediendam immiſſionem, quan-
do hæres, vel fideicommiſſarius nihil conſequi
debet de bonis ab eo poſſeſſis, *Zuccard. in d. l. fin.*
num. 429. *Menoch. d. remed.* 4. *num.* 642. *& in*
puncto Rot. *in recent. par.* 2. *deciſ.* 431. *num.* 8. *&*
coram Buratt. deciſ. 101. *num.* 10. *vbi etiam Ad-*
den. At in caſu propoſito ex teſtamento exhibito
apparet legatum eſſe in quantitate, non autem
13 in corporibus hæreditarijs, † quod propterea
capi debet de manu hæredis, *l.* 1. *§. vedegit. ff.*
quor. legat. l. non dubium, C. de legib. Rot. *in recen.*
par. 2. *deciſ.* 431. *num.* 8. & diximus *deciſ.* 44.
14 *num.* 6. Et conſequenter † cum ipſi pro quantita-
te lagata non debeant conſequi totam domum,
de qua agitur non poſſunt vti retentione, & mul-
to minus impedire immiſſionem, vt per Rot. *in*
recent. par. 2. *d. deciſ.* 431. *num.* 8. Inſuper oſten-
debant inſtrumentum per quod intendebant pro-
bare Bernardinam impoſuiſſe ſuper eadem domo
cenſum in ſorte ſcutorum centum peruenium ad
eorum manus, vt dicebant; Verum quia ſcriptu-
ræ exhibitæ nullo modo probant eorum dictum,
ſequitur quod non ſint habendæ in conſideratio-
15 ne, præſertim in hoc iudicio ſummario, vbi †
probationes a poſſeſſore fieri debent incontinen-
ti, alias non retardatur immiſſio, Rot. *coram Bu-*
16 *rat. deciſ.* 225. *num.* 6. Nec dicitur † probatio
facta incontinenti, quando pro iuſtificatione in-
tentionis ſunt examinandi teſtes, vel producendę
ſcripturæ, quæ requirunt diſcuſſionem, ſeu diſpu-
tationem, *Menoch. de arbitr. caſ.* 12. *num.* 1. *cum*
ſeqq. Scapuc. de Sala. lib. 2. *quæſt.* 1. *num.* 5. *Grat.*
diſcept. 384. *num.* 9. Rot. *in recent. par.* 6. *deciſ.*
301. *num.* 17. Præterea oſtendebant quandam
apocam matrimonialem, in qua maritus Bernar-
dinæ promiſſit in dotem Hypolitæ filiæ domum
prædictam, ſed nec etiam ex hoc capite obtinere
poſſe allegabatur; Nam cum domus ſpectaret ad
17 Bernardinam, vt liquet ex proceſſu, non † potuit
maritus illam tradere in dotem ſine conſenſu il-
lius, quæ non eſt nominata in apoca, nec ad eam
pertinet dotatio in concurſu cum patre, niſi in
ſubſidium, *ad notata per ſcribentes in l.* 1. *ff. ſolut.*
matrimon. & in l. neque mater. C. de iure dot. Al-
tag. conſ. 7. *num.* 43. *& ſeqq. lib.* 1. *Camp. de dote,*
par. 1. *quæſt.* 22. *Surd. de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 14.
nu. 13. Rot. *coram Cocc. deciſ.* 77. *num.* 6. Quam-
18 obrem † ſatis conſtare videbatur, quod Coruini
poſſeſſores non habebant parem titulum ad im-
pediendam immiſſionem prædictam licet citati,
& auditi fuerint, *Arg. d. tract. quæſt.* 3. *art.* 1.
num. 53. *& ſeq. quæſt.* 4. *num.* 6. *quæſt.* 10. *num.*
78. *quæſt.* 11. *nu.* 73. *& quæſt.* 15. *num.* 96. *Seraph.*
deciſ. 144. *num.* 5. Rot. *coram Cauol. deciſ.* 450.
num. 5.

Attamen iis non obſtantibus, Domini con-
corditer votarunt appellationem interpoſitam
per Coruinos deuoluiſſe, & deuoluere ad vtrum-
que effectum, quia decretum D. Gubernatoris fuit
19 latum † abſque citatione illorum, qui ſe oppo-
20 ſuerunt, & ſic nulliter. Siquidem † prima Iunij
ipſe Iudex habuit terminum pro ſeruato in publi-
ca audientia præſentibus partibus, & die nona
eiuſdem conſignauit cedulam, ſiue decretum No-
tario cauſæ publicatam ſub eadem die nona in
Camera reſidentiæ, & ſic patet, quod tempore
termini habiti pro ſeruato nullum erat ſcriptum,
exhibitum, vel publicatum decretum, ex quo
clarè dignoſcitur nullitas illius defectu citationis,
ad latè tradita per *Gratian. diſcept.* 438. *num.* 9.
& 10. *& per Greg. deciſ.* 546. *num.* 6. *& ſeq. vbi*
etiam Bels. num. 16. Non enim erat apponenda
21 dies exhibitionis, & publicationis, † ſed omnia
ponenda ſub die prima Iunij in publica audientia
in qua Illuſtriſs. Iudex habuit terminum proſer-
uato, *Rot. diuerſ. par.* 3. *lib.* 3. *deciſ.* 705. *& in*
recent. par. 1. *deciſ.* 252. *num.* 2. *& par.* 2. *deciſ.*
510. *num.* 2. cum alijs cumulatis per nos *in deciſ.*
107. *num.* 2. *&* 3. Et eo libentius amplexi fuerunt
hanc opinionem, quod cauſa ſit appellabilis at-
22 tenta illorum de Coruinis poſſeſſione † ſine vitio
cum aliquali titulo ſaltim colorato, ex quibus
vtique non videtur ſaltim de æquitate ipſis dene-
ganda appellatio, *ex Menoch. d. remed.* 4. *num.*
683. *& ſeq.* quem ſequuta eſt Rot. *in recen. par.* 1.
deciſ. 671. *in fin. & deciſ.* 711. *num. final. & par.*
2. *deciſ.* 562. *num.* 4. *& par.* 3. *deciſ.* 234. *num.* 4.
& 366. *num.* 2. *& coram Buratt. deciſ.* 431. *num.*
5. *& ſeq.* Cum qua opinione videntur etiam con-
cordare *Benint. d. deciſ.* 83. *& Fuſar. d. quæſt.* 613.
num. 14. vbi dantur innumeri concordantes.

A R G V M E N T V M.

Quando ad effectum impediendi immiſſionem ex remedio, *l. final. C. de edict. Diu. Had. Toll* quis dicatur legitimus contradictor. Et de repreſentatione, quando admittatur in ſucceſſione bonorum fideicommiſſariorum aſcendentium.

S V M M A R I V M.

1 *Executiue procedi non poteſt alio exiſtente in poſſeſſione, qui allegans conſimilem titulum dicitur legitimus contradictor.*
2 *Etiamſi titulum non habeat iuſtificatum.*
3 *Dummodo adſit ſummaria, & apparens probatio.*
4 *Legitimus contradictor dicitur in materia* l. fin. C. de edict. Diu. Had. Toll. *qui probat ſe poſſeſſorem cum titulo.*

5 *Filius*

5 *Filius, ſiue filia repreſentat perſonam Patris in fideicommiſſo aſcendentis,*

6 *Vnus ex ſubſtitutis regulariter non poteſt agere pro parte aliorum, & num.* 8.

7 *Vnus ex pluribus vocatis ad fideicommiſſum non poteſt in ſolidum conueniri à creditoribus hæreditarijs, ſed pro virili.*

9 *Commodum regulatur ſecundum incommodum.*

10 *Limita quando alij comprehenſi ſunt negligentes.*

11 *Exceptio de iure tertij eſt permiſſa ad tuendam ſuam poſſeſſionem.*

12 *Exceptio tu habet pares in gradu dicitur excluſiua intentionis agentis.*

13 *Exceptio quelibet etiam de natura Iudicij non admittenda, ſi incontinenti eſt probata habenda eſt in conſideratione.*

14 *Petens, quod ſtatim eſt reſtituturus dolo carere non videtur.*

15 *Melius eſt iura intacta ſeruare, quam poſt cauſam vulneratam remedium quærere.*

16 *Vnus ex pluribus poteſt totum fideicommiſſum petere, cum cautione de reſtituendo.*

17 *Sed contra quando adſunt pares in gradu.*

18 *Duo hæredes coniunctim, & ſimpliciter inſtituti vnus pure, & alter ſub conditione, pure inſtitutus pendente conditione habebit totam hæreditatem.*

19 *Sententia, quæ continet manifeſtam iniquitatem eſt ipſo iure nulla.*

20 *Ægidianæ non eſt locus, quando ſententia eſt iniuſta.*

21 *Bonorum poſſeſſio defuncti plenè, & concludenter probari debet antequam ad immiſſionem deueniri poſſit.*

22 *Identitas fundi probatur, ſi cum nomine concurrant duæ demonſtrationes, & num.* 24.

23 *Identitas rei probatur per demonſtrationes ſpeciales, quæ non poſſint alijs bonis conuenire, & num.* 25.

26 *Sententia eſt indiuidua, ideo pro parte valere minimè poteſt.*

DECISIO CXCIX.

PVtauimus ſuperſeſſoriam non eſſe reuocandam, ſed appellationem à ſententia D. Iudicis à quo admittendam ad vtrumque effectum,
1 quia † Adriana Bodienſis exiſtens in poſſeſſione, & allegans titulum conſimilem titulo illius, qui petit immiſſionem, impedit ſummariam huius cauſæ cognitionem, itaut procedi debeat via ordinaria, & non exequtiua, *Bart. in l. fin. num.* 21. *verſ. aut comparet aliquis, C. de edict. Diu. Had. Toll. Menoch. de adipiſ. poſſeſſ. remed.* 4. *num.* 565. *& ſeq. Anchar. conſ.* 281. *Rot. in recent. par.* 1. *deciſ.* 218. *nu.* 2. *&* 781. *num.* 1. *&* 2. *& par.* 2. *deciſ.* 728. *& coram Buratt. deciſ.* 746. *num,* 8. cum alijs relatis *in noſtra deciſ.* 68. *nu.* 9. *& ſeqq.* Quod procedere
2 dictum fuit † etiamſi talem titulum non habeamus iuſtificatum; *Rot. in recen. par.* 2. *deciſ.* 728. *num.* 3. *& ſeq. & par.* 6. *deciſ.* 67. *num.* 24. Cum
3 Adrianæ, † quæ ſe opponit ex capite ſubrogationis per repreſentationem Franciſci patris, ſufficiat ſummaria, & apparens probatio ſubrogationis, ad hoc vt illa dicatur legitima contradictrix, *Innoc. in cap. veniens. il* 2. *& ibi Felin. de commun. num.* 13. *de teſtib. Menoch. d. remed.* 4. *num.* 623. *& ſeq. Rot. in recent. par.* 2. *dict. deciſ.*
4 728. *num.* 7. dicitur † enim legitimus contradictor in materia *d. l. fin.* qui ſe poſſeſſorem probat cum titulo, ſicut facit Adriana per teſtamentum Thomaſiæ, & per depoſitionem teſtium partis aduerſæ, ad tradita per *Bart. in d. l. fin. num.* 9. *& Bal. num.* 49. *C. de edict. Diu. Had. Toll. Menoch. eod. remed. num.* 586. *& ſeq. Argill. de leg. contrad. quæſt.* 1. *num.* 3. *& ſeqq. Rot. in recent. par.* 1. *deciſ.* 270. *num.* 2. *in fin. & par.* 5. *deciſ.* 185. *num.* 8. Et de pari titulo apparet ex arbore exhibito, vbi ponuntur poſt Thomaſiam in prima linea Iacoba, & Franciſcus Pater Adrianæ,
5 quæ Adriana mortuum † patrem repreſentat in hac ſucceſſione bonorum fideicommiſſariorum aſcendentium, vbi Iacoba Amita nõ videtur propinquior Neptæ, ſed eiuſdem gradus, vt eleganter, & latiſſimè explicant innumeris citatis, *Pereg. de fideicom. art.* 21. *num.* 6. *& ſeq. Petr. eod. tract. quæſt.* 11. *num.* 8. *cum ſeqq. Menoch. lib.* 4. *præſump.* 95. *num.* 14. *Mantic. de coniect. lib.* 8. *tit.* 9. *num.* 2. *&* 3. *Graſſ. in §. fideicommiſſum, quæſt.* 11. *num.* 3. *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 485. *nu.* 1. *Theſ. deciſ.* 65. *Mag. deciſ. Florent.* 144. *num.* 20. *Barz. deciſ. Bonon.* 93. *num.* 9. *& ſeq. Gamm. deciſ. Luſit.* 367. *Caroc. deciſ.* 38 *num.* 6. *Put. deciſ.* 18. *lib.* 2. *Seraph. deciſ.* 1281. *& deciſ.* 1479. *num.* 2. *Rot. in recent. par.* 6. *deciſ.* 5. *num.* 20. *& ſeq.* Prætereà ſententia eſt appellabilis, quia cum in arbore præfato ponantur Iacoba, & Camilla in eadem linea filiæ Thomaſiæ, vtique tota portio bonorum non potuit aſſignari Iacobæ; Siqui-
6 dem † illocum primus, qui adit hæreditatem, & petit immiſſionem non poteſt plus petere, quàm eſſet habiturus, ſi alter etiam adiret, iuxta *tex. expreſſum in l.* 2. *ff. ſi pars hæred. pet.* Doct. communiter *in l. antiqui, ff. eod. & in l. cum quidam, §. ſuum hæredem, ff. de acq. hæred. Pereg. d. tract. art.* 9. *num.* 12. *Caſt. conſ.* 454. *num.* 2. *vol.* 1. *Craue. conſ.* 72. *num.* 6. *& conſ.* 144. *nu.* 21. *Surd. conſ.* 415. *num.* 12. Vbi cum *Crauet.* & alijs Doctoribus dicit vnum ex ſubſtitutis non poſſe agere pro parte aliorum, niſi fidem faciat de ceſſione, vel repudiatione expreſſa, ſeu tacita, & ſi totum petat cum alij ſuperſint in pari gradu in totum debet ſuccumbere, & libellus redditur ineptus, tanquam malè concludens, & ſonans. Nam ſi-
7 cut † vnus ex pluribus vocatis ad fideicomiſſum non poteſt in ſolidum conueniri à creditoribus hæreditariis, vel legatariis, ſed ſolum pro ſua hæreditaria portione, *l.* 1. *C. ſi certum petatur,*

l. pro

l. pro hæreditarijs, C. de hæred. act. l. pacta, C. de
8 *pactis cum ſimilibus.* Ita pariformiter non † po-
teſt, nec debet is vltra ſuam portionem petere,
Surd. conſ. 48. num. 19. conſ. 415. num. 13. &
ſeq. & conſ. 517. num. 28. & deciſ. 144. num. 19.
9 *& ſeq. & deciſ. 308. num. 15.* Quia † commo-
dum regulatur ſecundùm incommodum, *l. ſecun-*
dum naturam, ff. de reg. iur.

Nec obſtant iura in contrarium adducta, quæ
10 procedunt † dumtaxat in caſu, vbi alij compre-
henſi non curarent docere ſe velle agnoſcere por-
tionem ſuam, vt pulchrè declarat Rot. *diuerſ.*
par. 1. deciſ. 641. num. 5. & in recent. par. 4. de-
ciſ. 351. num. 18. verſ. & alijs negligentibus, &
coram Buratt. deciſ. 186. num. 14.

Neque obſtat, quod dicebatur Adrianam poſ-
11 ſeditricem, non poſſe excipere de iure tertij, †
dicendo Iacobæ, tu habes pares in gradu, quia
reſpondetur id licitum eſſe pro defenſione pro-
priæ poſſeſſionis, *l. fin. C. de rei vend. Menoch. d.*
remed. 4. num. 595. Argill. de legit. contradict.
quæſt. 3. art. 5. num. 175. Crau. conſ. 72. num. 6.
& conſ. 244. num. 21. Surd. d. conſ. 415. num. 16.
Theſ. deciſ. 4. num. 7. Rot. apud Greg. deciſ. 415.
num. 4. & ibi Adden. num. 6. & diximus, *deciſ.*
12 101. *num.* 23. Hæc enim exceptio, † tu habes
pares in gradu, dicitur ipſo iure excluſiua inten-
tionis agentis, & non eſt propriè dare de iure
tertij, ſed potius de non iure agentis, *Surd. dict.*
conſ. 415. num. 17. & ſeq. Rot. in recent. par. 4.
deciſ. 741. in fin.

Similiter non obſtat hanc exceptionem de iure
tertij reſpicere petitorum, & ideò non eſſe admit-
tendam in hoc iudicio ſummario, quia præter
quàm quod iam concluſum eſt Iudicium non eſſe
ſummarium, ſed ordinatium, reſpondetur vlte-
13 rius, † quod qualibet exceptio etiam de natura
Iudicij non admittenda, ſi in continenti eſt pro-
bata, habenda eſt in conſideratione, Rot. *deciſ.*
526. num 8. par. 1. in recent. Eò magis in præſen-
14 ti caſu, vbi Iacoba † non videtur carere dolo, dū
petit, quod ſtatim eſt reſtitura, *l. dolo, ff. de do-*
lo malo, Rot. in recent. par. 2. deciſ. 770. num. 1.
& ſeq. Idque ob paritatem gradus ipſius Camillæ,
ac etiam Adrianæ, quæ repreſentatiuè venire
prætendit, exceptio eſt admittenda, cum me-
15 lius † ſit iura intacta ſeruare, quam poſt cauſam
vulneratam remedium quærere, *l. final. C. in qui-*
bus cauſ. in integr. reſt, cum ſimilibus.

Nec pariter obſtat, quod dicebatur Iacobam
16 eſſe admittendam ad petitionem † ſoluti in fidei-
commiſſo cum cautione de reſtituendo, ex do-
ctrina *Gratian. diſcep. 330. num. 8. & ſeq.* quia
17 ſi hoc intelligeretur † habere locum, etiam quan-
do adſunt pares in gradu, vtique *Grat.* loquere-
tur contra expreſſum, *tex. in d. l. 2. ff. ſi pars hæ-*
red. pet. Cuius verba ſunt, ſi ex pluribus ad quos
eadem hæreditas pertinet, quidam adierint qui-
dam vero adhuc deliberent, placuit eos, qui adie-
rint ſi petant hæreditatem non maiorem partem
petere debere, quā habituri eſſent cæteris adeun-
tibus, ex quibus verbis patet doctrinam ſimilem
non applicari caſui noſtro, eſt enim fundata in *l.*
peto, §. fratre, ff. de legat. 2. quæ diſponit, quod
ſi defunctus reliquerit domum fratri prohibendo
alienationem extra familiam, & is alienauerit,
debeant fideicommiſſum petere omnes de fami-
lia, qui ſunt eiuſdem gradus, & ſic videmus, quod
vſque adhuc concordat cum diſpoſitione *d. l.* 2.
poſtmodum *in verſ. quid ergo, diſponit,* quod fa-
cta tali alienatione extra familiam, ſi de familia
non ſint plures eiuſdem gradus, petet domum
primus, præſtita cautione de reſtituendo poſte-
rioribus, & hic intrat allegata doctrina Gratiani,
quæ vt diximus non facit ad caſum, vbi ſunt plu-
res eiuſdem gradus, ſed potius videtur reſpicere
quæſtionem illam controuerſam. An quando
18 vnus hæres purè, † alter ſub conditione, ſubſti-
tuitur, primus hæres purè inſtitutus poſſit habe-
re totam hæreditatem, quæ ſecundùm commu-
nem ſententiam, reſoluitur in affirmatiuam, ſi
coniunctim ſit facta ſubſtitutio, ſecus verò ſi di-
ſiunctim, nam tunc purè inſtitutus ſuam tantum
partem habebit. Et alter ſub conditione inſtitu-
tus virtute bonorum poſſeſſionis ſecundùm ta-
bulas petere poteſt, et habeat ſaltem pendente
conditione adminiſtrationem, de quo videndus
eſt, *Mich. Graſſ. in §. bonorum poſſeſſio, quæſt. 19.*
19 *per totam.* Vnde ſequitur ipſam Iacobam † non
potuiſſe petere, & Iudicem minimè decernere,
valuiſſe immiſſionem in portione tangente Ca-
millæ, *per tex. expreſſum in d. l.* 2. Et ideò ſenten-
tiam ipſo iure nullam eſſe, *l. 2. & l. certa, C. quand.*
prouoc. non eſt neceſſ. Marant. part. 6. de ſentent.
20 *num.* 116. Et conſequenter † non intrare Ægidia-
nam, ex Rot. *apud Greg. deciſ. 491. num. 5. & in*
recent. par. 1. deciſ. 18. nu. 1. & 3. & deciſ. 324.
21 *num. 3. & par. 2. deciſ. 391. num. 6.* Præterea †
eſt iniuſta ſententia tanquam lata ſuper tribus fo-
ueis à grano, & ſuper poſſeſſione Fontis Sancti,
quæ bonorum poſſeſſio defuncti ex reuolutione
cartarum proceſſus non eſt vllo modo probata,
prout neceſſe erat antequam ad immiſſionem de-
ueniri poſſet, Rota *in puncta,* quæ loquitur in
terminis Ægidianæ, *deciſ. 391. num. 8. par. 2. in*
recent. & deciſ. 330. num. 3. par. 5.

Non obſtant demonſtrationes allegatæ, quæ
22 dicuntur conuenire prædicto fundo, † quia adhoc
vt conſtet de corpore, & identitate fundi debet
concurrere nomen illius, cum duabus demonſtra-
tionibus, *l. forma in princ. ff. de cenſib. Bart. in l.*
demonſtratio, num. 14. ff. de condit. & demonſtrat.
Rot. *diuerſ. par. 1. deciſ. 281. num. 1. & in recen.*
par. 1. deciſ. 131. num. 5. Inſuper demonſtratio-
nes allegatæ conueniunt alijs bonis, vt in proceſ-
23 ſu videre eſt; Et tamen † ad probandam identi-
tatem requiruntur probationes, & demonſtratio-
nes ſpeciales, quæ non poſſint alijs bonis conue-
nire, Ruin. *conſ. 30. num. 6. lib. 1. Rolan. conſ. 68.*
num. 24. lib. 3. Rot. in recent. par. deciſ. 295. nu. 8.
verſ.

Digitized by Google

24 *verſ. & tamen* ; Et licèt regulariter † duo fines ſufficiant ad probandam identitatem, dum concurrit nomen fundi, vt diximus iuxtà doctrinam *Bart. in d. l. demonſtratio, num. 14.* tamen non vi-
25 detur in caſo noſtro, regulæ † eſſe locum, ſtante incertitudine, & generalitate confinium, qui conueniunt alijs rebus, Rot. *d. deciſ. 295. num. 9.*

Nec etiam obſtat, quod de foueis frumentarijs non fuerit data, nec capta poſſeſſio, quia ex
26 hoc nulla infertur declaratio ſententiæ; † quæ cū reguletur à petitione continente foueas prædictas, & ſententia dederit immiſſionem in bonis petitis, ſequitur ratione induitatis illam in totum eſſe inualidam, *Roman. in l. 1. §. penult. num. 34. ff. de verb. obligat Burſatt. conſ. 219. num. 8. & 9. Gabr. conſ. 56. num. 6. & ſeqq. lib. 1. Altogr. conſ. 95. num. 58. & ſeq. lib. 1. Rot. coram Put. deciſ. 323. per totam, lib. 1. & diuerſ. par. 1. deciſ. 626. num. 1. & in recentior. part. 1. deciſ. 634. num. 10.*

ARGVMENTVM.

Diſcutitur, quando habeat locum, *tex. in l. Modeſtinus, ff. de ſolut.* Et quando valeat ceſſio ex interuallo facta fideiuſſori.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſio iurium denegari non poteſt, quando cedenti non nocet, & ſoluenti prodeſt.*
2 *Fideiuſſor ſoluens pro principali petere poteſt ceſſionem iurium, etiam ex interuallo poſt ſolutionem.*
3 *Cedere nemo poteſt actionem, quam non habet.*
4 *Cedi non poteſt, quod non eſt.*
5 *Actio tollitur per ſolutionem.*
6 *Ceſſio facta ex interuallo poſt ſolutionem nō valet.*
7 *Facere nemo cogitur id quod factum non releuat,*
8 *Confeſſio creditoris de recepta pecunia à fideiuſſore ſufficit, vt ille poſſit agere contra debitorem.*
9 *Soluenti pro alio datur repetitio actione vtili negotiorum geſtorum contra principalem debitorem, & num. 10.*
11 *Actore non probante reus abſolui debet.*
12 *Reus in ſuis exceptionibus audiri debet.*
13 *Petens exhibitionem ſcripturarum, tenetur probare exiſtentiam illarum penes perſonam ad edendam coactam, etiam de tempore motæ litis.*
14 *Ceſſio iurium fieri debet tempore ſolutionis, & num. 23.*
15 *Ceſſio facta ex interuallo aliquando prodeſt.*
16 *Intellige, vbi præceſſit pactum de cedendo.*
17 *Vel quando quis non eſt correus, ſed tantum fideiuſſor.*
18 *Vel quando ſoluit fideiuſſor, vt propriam obligationem dumtaxat extinguat.*
19 *Quo caſu non tollit obligationem alterius.*
20 *Fideiuſſor ſoluens pro principali, dicitur emere actionem.*
21 *Fideiuſſor ſoluens, vt tàm propriam, quàm aliorum obligationem extinguat, ceſſionem iurium ex interuallo reportare non poteſt.*
22 *Idem ſi fideiuſſor ſimpliciter ſoluit abſque eo, quod expreſſerit quo nomine ſoluere voluerit.*
24 *Mutiuum l.* Modeſtinus, *conſiſtit in eo, quod ſequuta liberatione correi, nihil ſuperſit ceſſibile.*

DECISIO CC.

BArtholomęus Michelangelus Æſinus aſſerens ſe ſoluiſſe annis elapſis quãdam pecuniarum ſummam Hieronymo Franciſcono creditore RR. PP. & Conuentus Sanctæ Mariæ Virginum Ciuitatis Maceratæ, illum conuenit in Iudicio coram Locumtenente dictæ Ciuitatis, ad reſtituendum ſibi mandatum executiuum, aliàs obtentum, & ad faciendum inſtrumentum ceſſionis iurium, ad effectum, vt ipſe valeat experiri de iuribus ſuis contra quos de iure, quod in prima, & ſeconda inſtantia obtinuit; modò cum dubitetur in tertia inſtantia in Rota. An ſit locus confirmationi dictarum ſententiarũ.

Videbatur prima facie dubium reſoluendum affirmatiuè: Ex regula clara etiam in materia ceſ-
1 ſionis actionum, † quod quis cogi poteſt ad ceſſionem iurium, quando hæc ceſſio, alteri prodeſt, & ei non nocet, *l. in creditore, ff. de euict. Dec. conſ. 104. verſ. tertio facit, Frantb. deciſ. 55. num. 5. Greg. deciſ. 347. num. 15.*

2 Vnde ſi fideiuſſor conuentus ſoluit, petere poteſt à creditore, etiam ex interuallo, vt actiones, quæ ipſi contra principalem debitorem competebant, cum inſtrumentis principalis debiti, imò cum omnibus qualitatibus, hypothecis, & pignoribus, cedat, ad hoc vt habere poſſit regreſſum aduerſus reum principalem, *l. ſi mandato, l. vt fideiuſſor, l. cum his, ff. de fideiuſſor, l. modeſtinus, §. ſtcum, & §. ſi creditor, ff. de ſolut. l. cum alter, C. de fideiuſſ.* Ronchegall. *in l. eos, nu. 55. ff. de duob. reis, Hering. de fideiuſſoribus, cap. 27. par. 3. num. 6. & cap. 28. num. 43. Mantic. de tacit. lib. 16. tit. 19. num. 13. Gaſp. Theſ. forenſ. quaeſt. 39. num. 3. lib. 4.* Rot. *in recentior. par. 6. deciſ. 41. num. 1. & 2.*

Quibus tamen non obſtantibus fuimus in contraria ſententia. Quia Hieronymus Franciſco-
3 nus † non poteſt actionem cedere, & transferre in Bartholomæum Michelangeli, quam amplius
4 non habet, *l. nemo plus Iuris, ff. de reg. Iur.* † & quod non eſt, cedi non poteſt, *l. eius, qui in prouincia, ff. ſi cert. pet.* & nemo dat, quod non habet, *l. traditio, ff. de acq. rerum dom. l. ſi filius, C. de donat.* & notauimus, *deciſ. 99. nu. 51.* Ete-
5 nim per † ſolutionem Bartholomæi ſublata eſt

actio,

actio, quæ Heironymo competabat, *l. Papinianus, ff. mandat. l. modeſtinus, & l. ſolutionem, ff. de ſolut. & Inſt. quibus mod. toll. obligat. in*
6 *prin.* Ceſſioque facta † poſt ſolutionem longo in-
teruallo, vt hic, non valet, *l. 1. C. de contrario*
Iudicio tutel. d. l. modeſtinus, ff. de ſolut. & ibi
Bart. num. 4. verſ. primo caſu, Caſt. num. 6. Gaſp.
Theſ. d. quæſt. 39. num. 5. lib. 4. Surd. deciſ. 308.
7 *num. 8.* Propterea non † eſt cogendus ad faciendum, quod factum non releuat, *l. matrem, C. de*
probat. Roman. *conſ. 226. num. 3. Rot. apud Greg.*
deciſ. 356. num. 2. deciſ. 477. num. 2. & deciſ.
497. num. 7.
8 Tum quia receputũ per dictum Hieronymum
factum Bartholomæo de pecunia recepta, de quo
in quarto articulo, ſufficit ad hoc, vt ipſe con-
uenire valeat RR. Fratres Sanctæ Mariæ Virgi-
num debitores principales, pro conſecutione pe-
cuniæ ſolutæ, vt probant *Salic. Paul. de Caſt. Alex.*
Iaſ. & alij in *l. duobus reis, §. 1. ff. de Iur. Iur. Bart.*
conſ. 160. per tot. lib. 1. & de magis communi,
& frequentiſſima in praxi opinione, à qua non
eſſe recedendum in conſulendo, & iudicando, te-
ſtatur *Fælic. de ſol. tract. de cenſ. tom. 1. lib. 3. cap.*
3. num. 8. verſ. contrarium, & diximus *dec. 51. n. 20.*
9 Cum etiam ſine ceſſione Iurium poſſit actione
vtili negotiorum geſtorum recuperare via ordi-
naria pecuniam ſolutam pro debitore principali;
l. 1. vbi gloſ. & doct. C. de dub. reis, Caſtr. in l.
modeſtinus, num. 4. ff. de ſolut. Bart. in l. vt fide-
iuſſor, ff. de fideiuſ. Mantic. de tacit. lib. 16. tit. 22.
num. 33. cum alijs per nos cumulatis *deciſ. 67.*
num. 6. & 35. Vnde cum habeat ſemper regreſ-
10 ſum † contra RR. Fratres debitores principales,
l. idemque, §. generaliter, ff. mand. Mantic. d. lib.
16. tit. 15. num. 27. Fruſtrà defatigatur Franci-
ſconus, qui ex interuallo non tenetur cedere, &
ceſſio non ſuffragaretur.
Tum demum quia Bartholomæus, non ſolum
non probauit in capitulis exhibitis ſe fideiuſſo-
rem, vt prætendebat, ſed nec illud articulauit.
11 Vnde ſuccedit regula, quod actore † non proban-
te reus abſolui debet, *l. actor. C. de probat. l. qui*
accuſare, C. de eden. Rot. deciſ. 120. in nouis, &
460. in antiq. Caput. deciſ. 11. par. 1. cum ſimilibus.
Et eò magis dicta procedunt, quia Franciſco-
12 nus † obtulit ſe paratum in Iudicio iurare, vt pa-
ret in actis, non habere penes ſe, mandatum exe-
qutiuum de quo agitur, ſuper quod certè erat au-
diendus, & ſibi præſtito tali iuramento abſoluen-
dus, vt per *Henrig. de fideiuſſ. d. cap. 27. par. 3.*
num. 8. vel ſaltem contrarium probandum erat à
13 parte aduerſa † ad inſtar petentis editionem ſcri-
pturarum, qui tenetur probare concludenter ſcri-
pturarum exiſtentiam penes perſonam ad eden-
dum coactam, etiam de tempore motæ litis, ad
latè deducta *per Bel. ad Greg. in deciſ. 128. num.*
5. & 6.
14 Nec obſtant adducta contrarium, quia tan-
tummodo procedunt, quando ceſſio petitur tem-
pore ſolutionis, vt dicunt iura allegata, & pro-
bat *Gaſp. Theſ. in ſupra allegata quæſt. 39 num. 2.*
& ſeqq.
15 Nec pariter obſtat, quod aliquando proſit ceſ-
ſio facta ex interuallo, vt per *Gabriel. conſ. 63.*
lib. 2. Rot. *diuerſ. deciſ. 148. nu. 11. par. 2. Her-*
nig. d. cap. 28. num. 40. & ſeqq. Maur. eod. tract.
16 *de fideiuſſ. ſect. 6. cap. 5. num. 11. & 12.* Quia †
eorum opinio videtur procedere, vbi præceſſit
pactum de cedendo, quod non eſt in caſu noſtro,
vt ſentit *Hering. in d. cap. 28. num. 8.* & expreſ-
17 sè tenet *Rot. in allegata deciſ. 148.* Vel quando †
quis non eſt correus, ſed tantum fideiuſſor, qui
etiam poteſt reportare ceſſionem ex interuallo
poſt ſolutionem, vt eſt tex. *in d. l. cum is, ff. de*
fideiuſſ. & latè firmat Rot. *in recent. par. 6. deciſ.*
41. num. 1. & ſeqq. & ex impreſſ. per Cenc. de
cenſ. deciſ. 529. num. 1. & ſeq.
18 Vel quando ſoluit fideiuſſor, vt proprium de-
bitum, & propriam obligationem dumtaxat ex-
tinguat, quia hoc caſu ſuffragatur iurium ceſſio,
etiam ex interuallo facta, *Bart. in d. l. modeſtinus,*
num. 4. verſ. aut ſoluit nomine ipſius ſoluentis, &
ibi Angel. num. 4. Caſtr. num. 6. in fin. Cenc. de
cenſib. quæſt. 71. num. 17. Rot. *in recent. part. 6.*
d. deciſ. 41. num. 16. & diximus *deciſ. 51. nu-*
mero 23.
19 Cum hoc caſu prima obligatio non extingua-
tur, ſed adhuc viua remaneat, *l. Papinianus, ff.*
mand. l. ſi cum, aut Pamphilium, §. ſi mandatum,
20 *ff. de ſolut.* ſitque talis ſolutio † potius emptæ
actionis pretium, quàm liberatio debitoris, *Paler.*
conſ. 125. num. 15. & conſ. 126. num. 4. Valent.
Franch. de fideiuſs. cap. 5. num. 484. Rot. *in re-*
cent. par. 6. d. deciſ. 41. num. 3.
21 Verum ſi fideiuſſor ſoluit, vt tàm propriam,
quàm aliorum obligationem, & debitum extin-
guat, vtique hoc caſu illi non ſuffragatur, nec va-
let ceſſio facta ex interuallo, *gloſ. Bart. Alber.*
Ang. Imol. Caſtren. & alij communiter *in d. l. mo-*
deſtinus, ff. de ſolut. Menoch. præſ. 143. num. 1.
& 2. lib. 3. Cenc. de cenſib. d. quæſt. 71. num. 16.
Rot. *in recent. par. 6. d. deciſ. 41. num. 8. & 9.*
22 Prout etiam ſi fideiuſſor ſimpliciter ſoluit abſ-
que eo, quod expreſſerit, quo nomine ſoluere
voluerit, an proprio, an principalis debitoris
nomine, & ſimiliter ceſſio illi ex interuallo facta
non ſuffragatur, *gloſ. in d. l. Papinianus, Azo. in*
ſum. tit. de fideiuſs. num. 13. & hanc ſententiam
dicit eſſe veriorem, *Fælic. d. tract. tom. 1. lib 3.*
cap. 3. num. 7. Pro qua ſententia facit tex. *in l. fin.*
C. de conſtit. pec. Cenc vbi ſuprà num. 19. & Rot.
apud eundem deciſ. 184. num. 4. Quamobrem in
23 caſu noſtro, quia † non cõſtat quomodo Bartho-
lomæus ſoluerit, nec conſtat de fideiuſſione, nec
de credito, nec de pactis cedendi, vel ante ſolu-
tionem, vel incontinenti, iuxta *diſtinct. Bart. in d.*
l. modeſtinus, ff. de ſolut. meritò concluden-
dum, quod ceſſio ex interuallo ſi facta eſſet non
ſuſtineretur, & propterea ad illam faciendam

Franciſconum non teneri. Siquidem ex proceſſu liquet Bartholomæum eſſe potius correum, quam 24 fideiuſſorem, & in † hoc conſiſtit motiuum, *l. modeſtinus, ff. de ſolut, vt ibi per gloſ. & doct.* Sequuta autem liberatione per Bartholomæum correũ nihil ſupereſt ceſſibile, quia extinctum eſt ius dicti venditoris, & liberati ſunt debitores omnes etiam non ſoluentes, vt in propoſito notant *Surd. d. deciſ. 308. num. 10. & ſeqq. Rot. in recent. par. 6. d. deciſ. 42. num. 9. & ex impreſſ. per Cenc. d. deciſ. 529. num. 7.*

ARGVMENTVM.

Pœna Caducitatis, vt euitetur facienda eſt omnis interpretatio poſſibilis; agenſque ad illam quid probare teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator priuans hæredem ob omiſſionem, debet intelligi de doloſa omiſſione.*

2 *Priuatio pœna dicitur. Quando habet locum ob alterius culpam, num. 28. 29. & 34.*

3 *Pœna, vbi non eſt delictum non infligitur.*

4 *Delictum ibi non intelligitur, vbi non adeſt dolus.*

5 *Statutum pœnale licet ſimpliciter loquatur, non habet locum ceſſante dolo.*

6 *Caducitatis pœnam imponens videtur intellexiſſe dummodo adſit dolus.*

7 *Dolo ceſſante de pœna non eſt tractandum.*

8 *Caducitas abſque dolo non incurritur, & numero 50.*

9 *Vaſſallus, qui omiſſit petere inueſtituram intra annum, & diem non perdit feudum ſi non eſt in dolo.*

10 *Imò requiritur contemptus apertus.*

11 *Clauſula (ipſo facto) intelligitur ſecundum iuris communis diſpoſitionem, & vbi non agitur de pœna ſecum trahens executionem, requirit iudicis declarationem, intereaque eſt locus purgationis moræ.*

12 *Verba quantumuis præciſa congruam tamen recipiunt interpretationem.*

13 *Teſtatoris diſpoſitio cum Iuris diſpoſitione cenſetur conuenire.*

14 *In pœnalibus de caſu ad caſum non fit extentio, ſed qualibet interpretatio admittitur ad excludendam contrauentianem, & pœnam.*

15 *Cauſa qualibet excuſat à dolo.*

16 *Etiam iniuſta.*

17 *Et minima.*

18 *Quinimo fatua, & beſtialis.*

19 *Etiam ad euitandum caducitatem.*

20 *Cauſa colorata ſufficit ad excludendum dolum, etiam quando agitur de pœna priuationis hæreditatis.*

21 *Teſti vnico de facto proprio deponenti creditur, maximè ſtantibus adminiculis, & num. 22.*

23 *Teſtis Sacerdos de facto proprio deponens eſt omni exceptione maior.*

24 *Teſtis contra ſe ipſum deponens maiorem fidem facit.*

25 *Mercedis conuentio in dubio facta cenſetur pro quantitate in regione conſueta.*

26 *Locatio ſine temporis præfinitione facta cenſetur ad beneplacitum locatoris.*

27 *Beneplacitum non reuocatum ſemper duraſſe præſumitur.*

30 *Data ignorantia nullus committitur dolus, qui ſine ſcientia eſſe non poteſt.*

31 *Pœna ſupponit culpam.*

32 *Eccleſia, & minor incidunt in pœnam, & priuantur hæreditate ſi culpa Prælati, vel Tutoris præcepta non implentur, nec in integrum reſtituuntur in præiudicium fideicommiſſarij.*

33 *Prælatus, & Tutor faciunt ea, quæ facere debet Eccleſia, & Pupillus, & illorum nomine agunt. Actuſque Prælati tribuitur Eccleſiæ, & Tutoris pupillo.*

35 *Eccleſiæ, & Pupillo conſultum eſt per actionem aduerſus Prælatum, & Tutorem, quorum culpa cadunt, & non reſtituuntur, & num. 61.*

36 *Conditio habetur pro impleta, quoties ſtat per eum cuius opera erat adimplenda.*

37 *Æquitas eſt multum attendenda, ne quis ex alterius delicto veniat puniendus.*

38 *Maritus non ſoluens canonem pro re dotali emphiteotica vxori non præiudicat.*

39 *Diuitiæ non præſumuntur, ſed ſunt probandæ.*

40 *Iudex poſt ſe informare de notorio.*

41 *Conditioni ſucceſſiuè paruiſſe non dicitur, qui ſemel tantum adimpleuit.*

42 *Verba debent intelligi cum effectu.*

43 *Promittens factum alienum non excuſatur, niſi probet omnem curam adhibuiſſe, vt promiſſa adimplerentur.*

44 *Id eſt curare, & agere quod fiat id quod fieri debet. & num. 48.*

45 *Ignorantia non admittitur in his, quæ quis inquirere, & ſcire tenetur.*

46 *Qui facit quod poteſt, ad vlteriorem diligentiam non tenetur.*

47 *Ignorantia probabilis excuſat, & ſuffragari debet.*

49 *In leuiſſima culpa eſt, qui extrema diligentia non vtitur.*

51 *Qui facit, quod cæteri facere conſueuerunt, non eſt in mora, vel culpa.*

52 *Conſuetudo excuſat à culpa, & per conſequens à dolo, & pœna, & num. 56.*

53 *Sacerdotes debent eſſe in eorum officio cauti.*

54 *Imò Angeli.*

55 *Et de illis non ita facilè ſuſpicandum malum.*

57 *Credulitas iuſta, & veriſimilis excuſat à pœna, dolo, & mora.*

58 Sej

Digitized by Google

58 Sacerdos eſt ſide dignus, & promittens factum proprium, ei maior fides debetur.
59 Diligens vnuſquiſque præſumitur in officio ſuo.
60 Presbyter ad reſidentiam obligatus, non præſumitur abeſſe.
62 Nemo præſumitur, vel iactare ſuum.
63 Conductor ad beneplacitum volens à locatione recedere, tenetur beneplacitum per denunciationem reuocare.
64 Alias præſumitur in eadem voluntate manere.
65 Conſtito de mente hæredis adimplere volentis præceptum teſtatoris, ceſſat pœna caducitatis, quæ ex facto alieno non inducitur.
66 Negligentia ignoranti imputari non poteſt.
67 Carceratus ſi non ſoluit Canonem excuſatur à pœna caducitatis.
68 Scienter omittens facere, quod tenetur, dicitur eſſe in dolo.
69 Confeſſio procuratoris poteſt reuocari etiam non docto de errore.
70 Scriptura, quæ non eſt clara, ſed plures intellectus habere poteſt, excuſat à caducitate, etiamſi eſſet publicum inſtrumentum.
71 Confeſſio non clara, non nocet confitenti.
72 Et eſt interpretanda, vt minus præiudicet confitenti, quam fieri poſſit.
73 Et ſemper ad fauorem confitentis.
74 Nec præiudicat ſi non ſit adeo clara, quod nullam aliam interpretationem recipere poſſit.
75 Scientia ad effectum deuolutionis debet eſſe certa, & non interpretatiua.
76 Scientia ad effectum conſtituendi in mora, & pœnam inducendi, debet eſſe cum ſuis circumſtantijs, & qualitatibus.
77 Probatio ambigua non concludit, ſed contra eum interpretatur, qui tenetur probare, num. 78.
79 Scientia præſumptionibus non probatur.
80 Fundans ſe in ſcientia ad inducendam pœnam, tenetur illam concludenter probare.
81 Scientia præſumpta non ſufficit, vbi certa, & ſpecifica requiritur.
82 Scientia ex dicto vnius teſtis non probatur.
83 Dolus verus non probatur ex eo, quod aliquis ſciat ſe teneri ad aliquid faciendum, & illud negligat, vel omittat, quia poteſt moueri ex alia cauſa, quam animo decipiendi.
84 Sciens ſe tutorem ſi non facit inuentarium non eſt in vero dolo.
85 Dolus verus, eſt quando conſtat de animo decipiendi, & contraueniendi.
86 Non eſt ſemper in dolo, qui non facit, quod debet.
87 Dolus verus requiritur ad effectum caducitatis, nec ſufficit præſumptus.
88 Interpellatio requiritur ad hoc, vt hæres priuetur ob non impletam voluntatem teſtatoris.
89 Et ſine interpellatione mora non committitur.
90 Limita vbi eſſet appoſita dies, & pœna, quia tunc contraria opinio eſt verior.
91 Priuatio non incurritur, niſi præcedat monitio in facto negatiuo pœnale.
92 Quod etiam adiecta die procedit.
93 Dies dicitur adiecta cauſa multiplicandæ, non autem differendæ obligationis.
94 Teſtatoris præceptum continens onus, non vnica vice, ſed per plures explicandum, vt oneri dicatur contrauentum requiritur monitio.
95 Monitio requiritur, quando quis pro adimplemento indiget alterius perſonæ miniſterio.
96 Exempla regulam non reſtringunt.
97 Deciſio Doctoris in ſpecie habet vim legis, ſi non reperiatur contradictor in ſpecie.
98 Ignorantia præſumitur in milite, qui arma magis, quam leges ſcire tenetur.
99 Error iuris militem excuſat à caducitate.
100 Etiamſi errasſet magnorum virorum auctoritate deceptus.
101 Error iuris dubij vnumquemque excuſat à pœna caducitatis.
102 Errans in iure dubio, eſt ac ſi errasſet in facto.
103 Error iuris dubij, bonam fidem inducit ad euitandam pœnam.
104 Error Iuris dubij excuſat, quando agitur de damno vitando.
105 Mora ſine ſcientia non committitur.
106 Pœna ſine dolo non incurritur, etiam in vltimis voluntatibus.
107 Caſus dubius excuſat à pœna.
108 Caducitas tanquam odioſa, vt excludatur eſt laborandum.
109 Qualibet cauſa à mora, & pœna excuſat.
110 Dolus requiritur ad inducendam caducitatem.
111 Caducitas ſi non eſt acceptata, mora purgari poteſt de æquitate Canonica.
112 Caducitatis acceptatio ex falſa cauſa nullius eſt momenti.
113 Actus agentium non operatur vltra intentionem.
114 Actus ex vna cauſa, illam non egreditur.
115 Caducitas futura acceptari non poteſt, ne auferatur facultas purgandi moram intra modicum tempus à iure ſtatutum.
116 Caducitatis acceptatio tacitè etiam inducitur.
117 Quod procedit, quando illa neceſſario inducitur ex aliquo actu præcedenti.
118 Plura proponuntur, quæ non perficiuntur.
119 Caducitatis acceptatio non inducitur ex præparatorijs.
120 Caducitatis pœna ſi imponitur ipſo facto, dicitur facta executio à teſtatore.
121 Et in executione facta à lege, vel ab homine, purgatio moræ non admittitur.
122 Quod non procedit ante acceptatam, & declaratam à parte caducitatem.
123 Caducitas etiam acceptata poteſt celeri ſatisfactione purgari, etiam ſtantibus verbis ipſo iure appoſitis, antequam tamen quis iudicialiter conueniatur.
124 Tempus quando dicatur modicum arbitrio Iudicis relinquitur.

Digitized by Google

125 *Mora purgari poteſt de æquitate canonica etiam poſt factam declarationem, ſi ius partis non efficiatur deterius.*

126 *Ius factum deterius non dicitur, ſi pars nullum patiatur damnum.*

127 *Caducitatem proponens ad ſui commodum, tractat de lucro captando.*

128 *Mora de æquitate Canonica purgatur in caſu, vbi adeſt dies, pœna, iuramentum, & Clauſula ipſo iure.*

129 *Firmari non poteſt in iure, quod vbi dies eſt de forma, mora ſit impurgabilis.*

130 *In dubio illa opinio eſt præferenda, quæ moræ purgationi fauet.*

131 *Et quæ continet æquitatem.*

DECISIO CCI.

ANteſignanus, ſiue Capitaneus Franciſcus Borroccius Maceratenſis iam in ſuo teſtamento ita diſpoſuit, *laſcio, che chi goderà la mia heredità, di ſucceſſore, in ſucceſſore debba fardire ogni Sabbato vna Meſſa nella Chieſa della Madonna della Pietà fuori di Porta Romana, & non facendola dire decada ipſo facto dall'heredità*, quo caſu ſeniorem domus ſubſtituit.

Adita hæreditate per Capitaneum, ſiue Anteſignanum Ioannem Franciſcum Borroccium, & ſeruata teſtatoris voluntate per nonnullos annos Miſſæ celebrabantur de eius ordine à RR. Fratribus Sanctæ Crucis, ſed interrogante Capitaneo R. Bernabeum Rectorem dictæ Eccleſiæ, nunquid Fratres ab ipſo deputati, celebrarent denunciatoque ſibi, quod defecerant per duas vices, deſuper tamen iniunxit eidem Bernabeo, vt ipſe adimpleret in futurum, qui onus acceptauit, celebrando de menſe Decembris, Ianuarij, Februarij, Martij, & Aprilis, ſicut etiam ab ipſo principio Decembris vſque ad Sabbatum Dominicæ Palmarum celebrationem ſunt proſequuti dicti Fratres S. Crucis ignorantes nouam electionem Bernabei factam per Capitaneum, qui parimodo, & ipſis Fratribus ſoluit eleæmoſynam, ſiue ſtipendium pro dicto tempore.

Cum autem Bernabeus vltimo loco electus ſe abſentaſſet à Ciuitate, Romam profectus ob propria negotia, cuius occaſione de menſe Maij, & Iunij, anni 1611. fuit in Sabbatis ommiſſa celebratio ordinatarum Miſſarum in Eccleſia prædicta, D. Alexander Borroccius ſubſtitutus Iudicẽ adiuit, cui exponens omiſſionem prædictam, declarauit, & proteſtatus eſt caducitatem incurſam acceptare, ſecundum formam teſtamenti exhibiti. Qui Iudex prædicta omnia admiſit, ſi & in quantum, & intimari parti aduerſæ mandauit. Die verò 17. Iunij, & 27. eiuſdem cum alijs diebus immediatè ſequentibus pro Capitaneo Io: Franciſco fuerunt celebratæ Miſſæ, vſque ad numerum 12. in locum ommiſſarum, & demum die 8. Iulii fuit ſibi intimata prædicta declaratio iuxta formam Decreti Illuſtriſſimi Epiſcopi, in cuius Tribunali cauſa agitabatur ab Alexandro prætendente hæredem priuatum, & factum fuiſſe locum fideicommiſſo ad ſui fauorem ob omiſſionem prædictam, & illius acceptationem; Vnde examinatis Teſtibus hinc inde, & Iuribus partium deductis, compilatoque proceſſu, placuit Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Epiſcopo illam mihi extra Rotam, voto tamen eiuſdem adhibito decidendam demandare, Quæ pluries ſuper excitatis difficultatibus vtraque parte informante per me conſulta, ac diligenter excuſſo negotio denique Capitaneum Ioannem Franciſcum nullam incurſam caducitatem, ſed ab ea potius excuſandum, vno tamen excepto hodie concluſit.

1 Ratio reſolutionis fuit, quia diſpoſitio Teſtatoris eſt intelligenda de doloſa ommiſſione, *ad tex. in l. 1. & 2. C. de his, quæ ſub mod. Rot. coram Seraph. deciſ. 668 num. 1. & 2. & in recent. par. 4. deciſ. 489. num. 2.* Cum hæres propter il-
2 lam priuetur iure ſuo, † quæ quidem priuatio
pœna, dicitur *Bece. conſ. 204. num. 12. Surd. deciſ. 263. num. 5. & deciſ. 216. num. 36.* At pęna
3 vbi † non eſt delictum non infligitur, *l. 1. §. ſan-*
4 *cimus, C. de pœn.* Neque † delictum intelligitur,
niſi adſit dolus, *l. 1. §. dictus ad leg. Cornel. de*
5 *ſicar.* Vnde † ſtatutum etiam pęnale, licet ſim-
pliciter loquatur, non habet locum, ceſſante dolo, *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 202. num. 33. & 34. tom. 2.* Et propterea dum teſtator imponit
6 pęnam † caducitatis in teſtamento, videtur intel-
7 lexiſſe, dummodo hæres ſit in dolo, † cum eo
ceſſante de pœna non ſit tractandum, *Bart. in l. 1. §. non autem, ff. ſi quis teſtam. lib. eſſe iuſſ. fuerit, Cornelius conſ. 205. num. 6. lib. 2. Burſatt. conſ. 77. num. 9. vol. 1.* Et conſiderauit in ſimilibus terminis, *Rot. coram Gypſio in impreſſ. apud Marcb. par. 1. cap. 2. deciſ. 27. num. 4. & 5.* Etenim
8 † regulare eſt, quod caducitas abſque dolo
non incurritur ad tradita per DD. *in l. ſi quis maior, C. de tranſact. Seraph. deciſ. 577. num. 6. &*
9 *deciſ. 617. num. 1. & 7.* Nec Vaſſallus † omittens inueſtituram petere intra annum, & diem amittit feudum, ſi non ſit in dolo, *tex. eſt in cap. ſi al. de probib. feud. alienat. Surd. deciſ. 231.*
10 *num. 5. Theſaur. deciſ. 277. num. 7.* Vbi † quod
requiritur contemptus apertus, & in terminis vltimarum voluntatum, *Bald. in l. 1. num. 27. C. de his, quæ pœn. nomi. Decian. conſ. 9. num. 16. vol. 2. Aliograd. conſ. 84. num. 54. lib. 1 Caputaq. deciſ. 233. num. 7. & 8. part. 1. Rot. in recentior. part. 2. deciſ. 232. num. 2. & deciſ. 577. num. 4.*
11 Neque reſiſtit Clauſula, Ipſo facto, quia intelligitur ſecundum iuris communis diſpoſitionem, *Decian, conſ. 4. num. 30. in fin. vol. 4. Dec. conſ. 138. n. 5. Caputaq. deciſ. 181. n. 4. par. 2.* Quæ quidem iuris communis diſpoſitio eſt, quod vbi non

non agitur de pœna, quæ trahat ſecum executio-
nem, vt eſt pœnæ infamiæ, vel ſimilium, quæ ali-
qua excuſatione facti opus non habet, ſed prout
hic agitur de pœna priuationis hæreditatis, quæ
executionem ſecum non portat, cum requirat
prius Iudicis factum, hoc eſt declaratoriam, vt
tradunt Bald. Alex, Iaſ. & alij in l. ſi quis maior,
C. de tranſact. Altograd. d. conſ. 84. nu. 66. Gra-
tian. diſcept. 316. num. 22. Benint. deciſ. 37. ferè
per totam, Caſſador. deciſ. 2. num. 6, tit. de locat.
& conduct. Semper erit locus purgationi moræ
ante factam huiuſmodi declaratoriam, etiã quod
priuatio ipſo facto irrogetur, vt latè probat in-
numeris citatis Altograd. d. num. 66. verſ. & hoc
caſu, Gratian. diſcept. 708. num. 46. Rot. in rec.
par. 2. deciſ. 520. num. 8. Beltramin. ad Greg. de-
12 ciſ. 559. verſ. limita ſecundo. Verba † enim quan-
tumuis præciſa congruam tamen recipiunt inter-
pretationem, Bald. in l. fin. col. penult. C. de con-
trah. empt. Crauet. conſ. 3. num. 12. Et teſtatoris
13 diſpoſitio, † cum iuris diſpoſitione cenſetur con-
uenire, Bart. in l. hæredes mei, §. cum ita, col. 2.
ff. ad Trebell. Dec. in l. Mancipata, num. 16. C. qui
admitti, Ceph. conſ. 500. num. 17. vol. 4. Iaſ. la-
tiſſimè conſ. 215. col. 6. vol. 2. Maximè in pœnali-
14 bus, † in quibus de caſu ad caſum non videtur
permiſſa extenſio, Crauet. conſ. 205. nu. 31. Bece.
conſ. 102. num. 31. Surd. conſ. 386. num. 28. Sed
quælibet interpretatio admittitur ad excluden-
dam contrauentionem, & pœnam, Altograd. d.
conſ. 84. num. 59. & ſeq. Rot. in recent. part. 1.
deciſ. 95. num. 5. & par. 2. deciſ. 389. num. 8. Et
in terminis vltimarum voluntatum, deciſ. 105.
num. 34. & 43. ex impreſſ. poſt conſ. Farinac. vol.
2. & in recent. par. 4. deciſ. 477. num. 1. & 2. &
deciſ. 489. num. 5.

Dolum autem in propoſito abeſſe Dominis vi-
15 ſum fuit, ex regula, † quod quælibet cauſa excu-
ſat à dolo, Caſtrenſ. conſ. 125. num. 5. verſ. ſed ſi
præceptum, Alban. conſ. 41. num. 6. Altograd. d.
conſ. 84. num. 68. Seraph. deciſ. 1059. nu. 4. Rot.
in recent. par. 1. d. deciſ. 95. num. 5. Etiam iniu-
16 ſta, † vt benè probat Alban. conſ. 347. num. 13.
& conſ. 371. num. 11. Gratian. diſcept. 202. num.
32. par. 2. Rot. in recent. par. 2. deciſ. 268. num. 2.
17 verſ. quæ tanto magis. Et † minima, Caput. deciſ.
18 105. num. 4. par. 1. Quinimo † fatua, & beſtia-
lis, Seraph. deciſ. 356. num. 19. Surd. deciſ. 216.
19 num. 4. Et † ad euitandam caducitatem non ſo-
lum à dolo, ſed à periurio, Caſſad. deciſ. 7. nu. 1.
de iur. iurand. Rot. Maceraten. apud Medices deciſ.
36. num. 11. Et in terminis vltimarum volunta-
tum, quælibet probabilis excuſat Put. deciſ. 248.
& 401. lib. 3. Caput. in alleg. deciſ. 233. num. 8.
20 Et quod † colorata, ſufficiat ad excludendum
dolum, etiam quando agitur de pœna priuatio-
nis hæreditatis, firmauit Rot. in Viterbien. bono-
rum 9. Decembris 1591. coram Orano in impreſſ.
poſt 1. volum. conſ. Farinac. deciſ. 87. & latiùs com-
probat Altograd. d. conſ. 84. num. 71.

Ex multis autem circumſtantijs facti, & conie-
cturis, videbatur dolum optimè excludi. Quo-
rum prima eſt, quod hæres Sacerdotem elegerat
ad Miſſas, de quibus agitur celebrandas, de qua
electione ſatis in facto conſtat, per depoſitionem
eiuſdemmet Bernabei electi, qui licet ſit ſingula-
21 ris, † cum deponat de facto proprio, pluſquam
ſemiplene probat Achil. deciſ. 3. de teſtib. Ceſar
de Graſſ. deciſ. 2. num. 11. tit. de empt. & vend.
Seraph. deciſ. 889. num. 3. Verall. deciſ. 271. par.
3. Rot. diuerſ. par. 4. deciſ. 820. num. 1. & in rec.
par. 3. deciſ. 252. num. 2. & par. 5. deciſ. 283. nu.
11. cum alijs per Farinac. de teſtib. quæſt. 63. num.
22 124. Et † maximè ſtantibus adminiculis, benè per
informantem congeſtis, Seraph. deciſ. 335. num.
1. deciſ. 630. num. 1. & deciſ. 1163. num. 6. Imò
23 cum ſit Sacerdos, † ac de facto proprio deponat
videtur omni exceptione maior, Rot. deciſ. 249.
num. 5. ex impreſſ. poſt 2. vol. conſ. Farinac. Qui-
24 bus accedit, † quod contra ſe ipſum deponens,
quia in defectum teneretur ad intereſſe, maiorem
fidem faciat, Rot. deciſ. 49. nu. 6. in impreſſ. poſt
d. 2. vol. Farinac.

Nec obſtat, quod non benè probetur locatio
officiaturæ, & celebrationis Miſſarum, tum quia
de conuenta mercede non conſtat, tum quia neceſ-
ſe eſt demonſtrare pro quo tempore facta fue-
rit;

25 Reſpondetur enim ad primum cenſeri factam
pro mercede in regione conſueta, per tex. in l. ex-
ceptio, vbi Bal. Ang. & Salicet. C. locat. Rot. di-
uerſ. deciſ. 88. num. 1. & ſeq. par. 2. ad ſecundum,
26 quod † facta ſimpliciter ſine vlla temporis præfi-
nitione, cenſetur ad beneplacitum, & volunta-
tẽ ipſius Bernabei, per auctoritates ab informan-
tibus adductas, quibus addi poteſt, Caroc. de locat.
27 & de loca ſine temp. Et † cum huiuſmodi benepla-
citum, & voluntatem Bernabeus non reuocauerit,
ſemper duraſſe præſumitur, l. cum qui voluntatem,
ff. de probat. l. cum hic ſtatus, §. 1. ff. de donat. in-
ter vir. & vxor. Et in terminis beneplaciti, eſt tex.
in cap. ſi gratioſè, de reſcript. in 6. Surd. conſ. 524.
num. 4. & 5. Pancirola conſ. 33. nu. 1. & 2. Mart.
de clauſul. par. 1. clauſ. 219. num. 5.

Stante igitur dicta electione, donec ad eius no-
titiam omiſſio non peruenerit oneri ſibi iniuncto
28 videtur ſatisfeciſſe, † nec propterea ob electi cul-
pam venit priuandus, adnotata in cap. electio,
26. vbi Anchar. num. 1. verſ. ſecundo nota, Franc.
num. 2. verſ. ſecundo nota, Gemin. num. 2. verſ.
ſed quia non poſſit, Butr. num. 2. & ſeq. verſ. ſecun-
do principaliter de elect. in 6. Lambert. de iure pa-
tronat. lib. 2. art. 17. prima quæſt. princip. par. 2.
num. 3. 4. & 7. Altograd. d. conſ. num. 58. Rot.
in recent. par. 4. deciſ. 387. num. 6. Potuit enim,
& debuit fidei Sacerdotis credere, quod Miſſas
eſſet celebraturus, & maximè eligendo Recto-
rem Eccleſiæ, in qua Miſſæ erant celebrandæ. Vn-
29 de ſi à Sacerdote † fuit ommiſſa celebratio ordi-
natarum Miſſarũ ipſo ignorante culpa illius non

debet nocere hæredi, l. non debet alteri, ff. de reg.
Iur. cap. ſine culpa; de regul. Iur. in 6. facit Surd.
in conſil. 558. numer. 17. lib. 4. & Fulgoſ. in
conſ. 7. num. 4. & in terminis celebrationis Miſ-
ſarum, Bald. conſ. 93. num. 6. verſ. in ceſſationibus,
lib. 63. ex quibus apparet, quod data ignoran-
30 tia † nullus fuit per hæredem commiſſus dolus,
qui ſine ſcientia eſſe non poteſt, Seraph. deciſ. 20.
31 num. 4. † Nec aliqua incurſa culpa, quam pœna
ſupponit, l. ſi qua pœna, ff. de verb. ſignific. Surd.
deciſ. 277. num. 19. & propterea venit à caduci-
tate excuſandus, cum nihil ſit, quod illi poſſit
imputari, Hond. conſ. 68. num. 20. Altog. dict.
conſ. 84. num. 55. & ſeqq. vbi optimè loquitur ad
propoſitum noſtrum.

32 Neque pariter obſtat, quod minor, & Eccleſia
incidunt in pœnam, & priuantur hæreditate ſi
culpa Prælati, vel Tutoris præcepta non implen-
tur, in tantum, quod nec etiam in integrum re-
ſtituuntur in præiudicium fideicommiſſarij, Si-
mon. de præt. de interpret. vlt. volunt. lib. 4 dub.
4. num. 18. & ſeq. Peregr. de fideicommiſſ. art. 5.
num. 14. & art. 11. num. 89. & ſeq. & conſ. 31.
num. 16. lib. 3. Barb. conſ. 32. lib. 3. Ruin. conſ.
37. lib. 2. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 582. num. 6. &
18. & quæſt. 585. num. 2. & ſeqq. Surd. deciſ.
101. num. 6.

33 Quia reſpondetur, quod Prælatus, & Tutor
faciunt ea, quæ facere debet Eccleſia, & Pupil-
lus, & illorum nomine agunt, & propterea actus
Prælati tribuitur Eccleſiæ, & Tutoris pupillo, l.
3. §. ego puto, ff. quib. ex cauſ. in poſſeſ. eat. Gra-
nut. theor. 8. num. 13. Vnde non mirum ſi dolus
Tutoris, & Prælati cenſetur Pupilli, & Eccleſiæ,
in caſu autem propoſito, Sacerdos electus non
facit actum ſpectantem ad hæredem, qui non te-
nebatur celebrare, ſed tantum curare, vt celebra-
34 retur, & ideò omiſſio † proueniens ex culpa, &
facto ipſius Sacerdotis, non debet illi nocere,
Bald. in alleg. conſ. 93. num. 6. lib. 3. Gabr. conſ.
105. num. 12. lib. 1. Idque tanto magis videba-
tur vni ex dominis procedere, quia non poterat
35 hæres releuari à damno paſſo, culpa Sacerdotis †
quemadmodum poteſt Pupillus, & Eccleſia, cum
ipſis ſit conſultum per actionem aduerſus Tuto-
rem, & Prælatum, quorum culpa cadunt, & non
reſtituuntur, de quo eſt tex. in l. ſi tutoris, C. de
administrat. tutor. & ad hoc allegat Cyn. Caſt. Dec.
Iaſ. & alios in l. 1. C. de inſtit. & ſubſtit. vbi per
tex. in l. ſi titius, ff. de conditio. & demonſtratio.
36 Concludunt, † quod conditio habetur pro im-
pleta, quoties per hæredem non ſtat, quo minus
impleatur, vel quoties ſtat per eum cuius opera
venit adimplenda, vt probant etiam tex. in l. al-
ter ex fratribus, §. plerumque, ff. de condit. inſtit.
l. iure ciuili, ff. de reg. Iur. & ſignanter notat Rot.
in recent. par. 4. deciſ. 35. num. 6. verſ. & genera-
le eſt, & num. 9. verſ. vltra quod, Et Cyn. vbi ſu-
pra; vlterius, ſubdit diſtinctionem ſub numer. 6.
quod ſi tertius, cuius defectu conditio non adim-
pletur eſt ſoluendo, habetur pro defecta, ſi verò
non ſit ſoluendo, habetur pro impleta. Ex qui-
47 bus colligitur, † quod æquitas eſt multum atten-
denda, ne quis ex alterius delicto veniat punien-
dus, vt dicetur num. 65. Intantum, quod quando
poteſt ſuccurri hæredi, adeo vt damnum non pa-
tiatur, committitur caducitas, quando verò non
38 habet releuatorem, ſecus † ad tradita per Sur-
dum deciſ. 102. num. 6. vbi maritus non ſoluens
Canonem pro re dotali emphiteotica, vxori non
præiudicat, concludens ſub num. 20. quod ſaltem
ſi non eſt ſoluendo, vxori ſuccurritur; Quod ve-
rò Bernabeus, ſi eius culpa priuaretur hæres hæ-
reditate, aſcendens ad ſummam ſcutorum 4000,
& vltra non poſſet illum à damno releuare, vltra
39 quod diuitiæ † non præſumuntur, ſed ſunt pro-
bandæ, gloſ. in l. ſi verò, §. qui pro rei qualitate,
ff. qui ſatiſd. cog. Natt. conſil. 344. num. 3. Surd.
40 deciſ. 320. num. 5. pro notorio allegabatur, † de
quo Iudex benè potuit ſe informare, Surd. deciſ.
326. num. 83.

Neque poteſt officere, quòd præceptum teſta-
toris, tanquam habens tractum ſucceſſiuum, eſ-
41 ſet diligentius curandum, † cum non dicatur con-
ditioni ſucceſſiuè paruiſſe, qui ſemel tantum ad-
impleuit, l. qui concubinam, §. vxori, ff. de le-
gat. 3. ex quo infertur, quod hæres debebat inui-
gilare, an Miſſæ per Sacerdotem electum celebra-
42 rentur, hæc enim videntur importare illa verba, †
debbia far dire, e non facendo dire, decada, &c.
hoc eſt, quod teneatur adhibere omnem, & quã-
cumque diligentiam, vt à Sacerdotibus Miſſæ ce-
lebrarentur, per tex. in §. ſi quis alium, & ibi gloſ.
in verbo effectiuum, inſtit. de inutil. ſtipulat. cum
43 alijs allegatis; † Promittens enim factum alie-
num, non excuſatur, niſi probauerit adhibuiſſe
omnem curam, vt præmiſſa adimplerentur, Dec.
conſ. 213. vol. 1. Affl. deciſ. 295. Ioſeph. Ludou.
44 deciſ. 37. num. 6. Et eſt ratio, † quia factum
proprium promittere cenſetur, hoc eſt agere, &
curare, quod fiat id, quod fieri debet, Prepoſit.
in cap. ex litteris, num. 4. de ſponſal. Couarr. in cap.
quamuis, par. 2. §. 5. de pact. in 6. Gabriel. conſ.
45 131. num. 5. lib. 2. † Nec allegata ignorantia ab-
ſentiæ, & diſceſſus Sacerdotis electi, debet eſſe
alicuius conſiderationis quippe cum non admit-
tatur in his, quæ quis inquirere, & ſcire tenetur,
ad tex. in l. iuris ignorãtia, C. qui admitti, l. ne paſ-
ſim, C. de iur. & facti ignoran. gloſ. in cap. præ-
ſumitur, de regul. Iur. in 6. Menoch. lib. 3. præ-
ſumpt. 23. num. 66.

46 Reſpondetur enim primo, quod hæres electo
Sacerdote, ad vlteriorem diligentiam non tene-
batur, propterea pœnam euitare debet, cum ni-
hil ſit, quod illi imputari poſſit, Bald. in allegat.
conſ. 93. num. 6. Hond. d. conſ. 68. num. 20. lib.
2. Altog. d. conſ. 84. num. 57. maximè cum ele-
gerit Rectorem Eccleſiæ, quem debebat credere
Miſſas celebraturum, nec propriam Eccleſiam
relicturum, additis alijs de quibus in facto, ex
quo

quo fit, quod fecerit quicquid diligens pater fa-
47 milias feciſſet, vnde allegata † ignorantia, cum
ſit probabilis excuſat, vt non poſſit hæres, de in-
obſeruantia redargui, *gloſ. communiter recepta,*
in cap. ab excommunicato, in verbo de facto ſuo,
extra de reſcript. Dec. in l. qui cum alio, num. 3.
in fine, ff. de regul. iuris, Peregr. conſ. 72. num.
12. lib. 3. Altog. d. conſ. num. 9. & ſeq. Decian.
conſ. 11. num. 35. vol. 5. Rot. *deciſ. 36. num. 3. in*
impreſſ. poſt 2. vol. conſil. Farinac. Illaque præ-
ſumitur, & ſuffragari debet ad euitandam pœnam
caducitatis, ex notatis in noſtra *deciſ. 116. num.*
29. vel ſaltim iuramento probaretur, vt tradit
Surd. deciſ. 216. num. 35. in fin. & notauimus *dec.*
25. num. 10.

48 Secundò reſpondetur, quod licet regulariter
is, qui eſt obligatus ad factum alienum, teneatur
adhibere diligentiam, vt tale factum perficiatur,
hoc tamen non videtur poſſe procedere, quando
49 iſte obligatus teneretur tantummodo de dolo, †
huiuſmodi enim diligentia ſolam culpam, & qui-
dem leuiſſimam reſpicit, *Bart. in l. ſi cum vende-*
ret, §. fin. verſ. leuiſſima, ff. de pignor. act. facit
Surd. deciſ. 87. nu. 6. 7. & 8.

50 Vnde cum ad euitandam caducitatem ſatis ſit
dolo carere, Rot. *in recentior. par. 4. deciſ. 489.*
num. 2. non intrat regula in caſu noſtro; alias hę-
res priuaretur, non modò propter culpam, ſed
ob negligentiam, quod non tantum eſt contra ad-
ductas deciſiones, ſed etiam contra mentem te-
ſtatoris, qui imponendo pœnam caducitatis in-
tellexit dummodò, hæres eſset in dolo, cum ca-
ducitas ſine eo non committatur, vt probatum
eſt, ex quibus tollitur, quod fuerit in dolo hæres
non faciendo, quod facere debebat, & quod igno-
rantia facti alieni, non releuat, quando illud ſci-
re tenemur, quoniam quicquid debebat, fecit,
nec vlterius tenebatur, ignorantiaque probabilis
excuſat ex deductis.

Præterea principaliter excuſandus videbatur
hæres à caducitate, quia pro implemento præce-
51 pti iniuncti à teſtatore fecit, id † quod omnes fa-
cere ſolent in Ciuitate Maceratæ, qui electo Sa-
cerdote, illi fidem adhibent, vt probant teſtes ad
27. & 28. interrogatorium, & propterea in nul-
la fuit mora, vel culpa faciendo, quod facere cę-
teri conſueuerunt, *Bart. in l. ſi pignore, §. final.*
ff. de pignor. act. Bal. conſ. 441. col. 2. lib. 1. De-
cian. conſ. 29. nu. 16. vol. 1. & latè Honded. conſ.
52 *90. num. 31. vol. 2.* Conſuetudo † enim excuſat
à culpa, *Surd. deciſ. 326. num. 73.* & per conſe-
quens à dolo, & pœna, *Farinac. de pœn. temp.*
quæſt. 95. per totam.

Nec aduerſatur, quod iſta conſuetudo videa-
tur impia, & irrationabilis, per quam ſubuerte-
rentur pię voluntates defunctorum, quoniam po-
tius iuſta, & rationabilis apparet: fundatur enim
in religione, & pietate Sacerdotum, quibus fidē
præſtare ſuademur miſſas fideliter celebraturos,
53 ad quas ſe adſtrinxerunt, † debent enim eſſe in
eorum officio cauti, *14. quæſt. 7. cap. 1. in fin.*
54 & lumen mundi, *quæſt. 2. cap. Sacerdos,* † Imò
55 Angeli, & Dei, *cap. Sacerdotibus 11. quæſt. 1.* †
proptereaque de illis non ità facile ſuſpicandum
eſt malum, *cap. abſit 11. quæſt. 3.* licet ſatis ſit ad
56 dolum, † & caducitatem euitandam talem con-
ſuetudinem eſſe coloratam per ea, quæ dicta ſunt
ex qua conſuetudine hæres habuit ſaltem iuſtam
cauſam credendi ſe non vlterius teneri, *Caſtrenſ.*
in l. 1. §. dolum, num. 2. ff. de eo per quem facta
eſt, cum aliis allegatis.

57 Inſuper excuſationem merebatur ex iuſta, &
veriſimili credulitate, quæ liberat à pœna, dolo,
& mora, ex latè deductis per informantem, & in
ſpecie notant, *Iaſ. conſ. 46. num. 4. lib. 3. & conſ.*
34. ad fin. eod. lib. Decian. conſ. 11. num. 8. lib. 2.
Farinac. de pœn. temp. quæſt. 90. per totum, & di-
xit Rot. *in Perusina Inuentarij coram Sacrato in im-*
preſſ. poſt 2. volum. conſ. Farinac. deciſ. 219. nu.
2. & 3. Iuſtè enim, & veriſimiliter poterat, & de-
bebat credere Sacerdotem miſſas celebraturum.
58 Primò, † quia Sacerdoti promittenti factum
proprium fides adhibenda erat, ex allegatis ſu-
pra. Secundò, quia facile illi erat promiſſa adim-
plere, & in propria Eccleſia celebrare. Tertiò,
quia illi aſſiſtebat præſumptio, quod celebraret,
& quidem diligenter, ac ſine intermiſſione, cum
59 † vnuſquiſque diligens præſumatur in officio,
quod ad ſe ſpectat, *Crauet. conſ. 240. num. 3. Ol-*
60 *trad. conſ. 198.* Vbi † presbyter ad reſidentiam
obligatus, non præſumitur abeſſe, *Card. Thuſch.*
concl. 1150. num. 1. lit. R. cum alijs allegatis.
Quartò, quia credendum erat veriſimiliter miſſas
61 non omiſſurum, † ex quo tenebatur ad damna,
& intereſſe hæredi, quemadmodum tenerentur
Tutor erga Pupillum, & Prælatus erga Eccleſiam,
vt latè tradit *Corbol. de cauſ. priuat. ob non ſolut.*
62 *Can. ampliat. 27. num. 12.* Nemo † autem præſu-
mitur damni contemptor, nec perperam velle ia-
ctare ſuum, *Scraph. deciſ. 1397. num. 4. part. 2.*
63 Quintò, quia dum † conductio Sacerdotis fuit
facta ad voluntatem, & beneplacitum ipſius, ſi
volebat à locatione, & Ciuitate recedere, tene-
batur voluntatem, & beneplacitum per denuo-
ciationem reuocare, *Specul. de locat. & emphit. §.*
nunc aliqua, num. 178. per tex. in cap. ſi gratioſè
64 *de reſcript. in 6.* alias præſumebatur † in eadem
voluntate manere, *l. cum qui, ff. de probat. cum*
ſimil. & ideò potuit hæres veriſimiliter credere,
ſe in tali caſu interpellandum eſſe, *Iaſ. in conſ. 34.*
ad finem lib. 3. Decian. conſ. 11. num. 8. lib. 2.

65 Demum excuſationem merebatur, quia con-
ſtat de mente, & voluntate ipſius hæredis volen-
tis adimplere præceptum teſtatoris, & certum
eſt in iure, quod ex facto alieno, ſcilicet Capel-
lani deputati ad celebrandum miſſas pœnæ cadu-
citatis locum eſſe non poteſt, *Bald. in l. 1. C. de*
ijs, quæ pen. nomine, Gab. *conſ. 105. num. 12. lib.*
1. Rot. *in recent. par. 4. deciſ. 489. num. 4. verſ.*
& ex facto alieno. Volūtas autem prædicta dedu-
citur

citur ex continuata conductione Sacerdotis ad
celebrandum à die mortis teſtatoris. Item ex eo,
quia audito, quod Fratres S. Crucis deſecerant,
ſtatim illos officiatura priuauit, & illam Berna-
beo Rectori Eccleſiæ tradidit, vt ex facto conſtat;
Tum quia liberaliter eleæmoſynam eſt elargitus
RR. Fratribus Sanctæ Crucis, qui duplicata ſuf-
fragia, vna cum Bernabeo electo per nonnullos
mēſes pro teſtatoris anima Deo obtulerunt; Tum
etiam quia ſtatim, quod ſciuit Miſſas à Bernabeo
prætermiſſaa, ſuppleuit curando diligenter, vt
aliæ plures Miſſæ celebrarentur, prouiditque pro
futuro tempore, ex quibus omnibus negligentiæ
66 ſuſpicio tollitur, cum illa † ignorantem non affi-
ciat, *Bec. conſ. 12. num. 52. Alex. conſ. 1. num. 15.
lib. 4. Caſtren. conſ. 47. num. 1. lib. 2. Rot. coram
Greg. deciſ. 369. num. 6. & in recent. par. 3. deciſ.
584. num. 2. in fin.*

His accedit contumacia cum Curia de tempo-
re omiſſionis Miſſarum, quod non poteſt negari,
quin ſaltim coadiuuet, cum haberet iam Sacer-
dotem conſtitutum, prout in ſimili dicitur de
67 Carcerato, † qui ſi non ſoluit Canonem, excu-
ſatur à pœna caducitatis, *Decian. in l. 2. C. ex quib.
cauſ. maior. Buſſ. tit. de carcer. num. 7. Gigas de
penſion. quæſt. 75. num. 4. Rolan. conſ. 87. nu. 24.
lib. 1. relati à Carroc. de locat. cap. de locat. ad
long. temp.*

68 Verum, quia data ſcientia diſceſſus Bernabei,
prædicta cauſa videbatur poſſe procedere, cum
hæres tunc dicatur in dolo, *l. ſi quis affirmauerit,
ff. de dolo, Cranett. conſ. 282. num. 7. Becc. conſ.
106. cum ſimil.* Ideò conabantur informantes pro
Alexandro demonſtrare hæredem habuiſſe noti-
tiam diſceſſus Bernabei die 17. Iunij, & nihilo-
minus neglexiſſe etiam per duas alias vices ordi-
natam celebrationem à teſtatore, idque ex qua-
dam fide per procuratorem hæredis producta, ex
qua videtur colligi, quod die 17. Iunij fuit hære-
di nunciatus diſceſſus Sacerdotis, alias ab eo ele-
cti, ſed hoc non obſtante adhuc in caſu excuſa-
tionis hæredem eſſe Rota cenſuit.

Nec aduerſatur allegata fides, quia omiſſo,
69 quod fuerat procuratoris exhibitio, † & produ-
ctio reuocata per principalem, qui etiam non
docto de errore poterat illam quandocumque re-
uocare, vt docent *Varall. deciſ. 139. nu. 3. par.
2. Put. deciſ. 16. in fin lib. 3. Caputaq. deciſ. 198.
par. 1. Rot. deciſ. 2. tit. de confeſſ. in nouis, & in
recentior. par. 1. deciſ. 198. num. 3. & par. 2. de-
ciſ. 170. num. 6. & par. 3. deciſ. 427. num. 2.*

Reſpondebatur, quod ex ea non poteſt indu-
ci præcisè notitia diſceſſus Bernabei à Ciuitate
Maceratæ. Dicitur enim, ibi, *io hò dimandata l'
officiatura à D. Bernabeo, e mi diſſe, che me l'haue-
ria, data doue che egli ſe ne ito, & io non m'affron-
tai mai, &c.* Sed quo iuerit non declarat, & ideò
poteſt intelligi fuiſſe ad celebrandum ad Eccleſiā
Pietatis, de qua in teſtamento, quæ eſt extra Ci-
uitatem, vel ad alium locum de breui reuerſurus,
70 vnde intrat concluſio, † quod ſcriptura, quando
non eſt bene clara, ſed plures poteſt habere in-
tellectus, etiam extraneos excuſat à caducitate,
licet eſſet publicum inſtrumentum, *Seraph. deciſ.
794. num. 20. Put. in term. vltim. volunt. deciſ.
71 401. & 448 lib. 3.* Confeſſio † enim non clara
non nocet confitenti, *cap. litteras, de probat. l. ſi
quis intentione ambigua, ff. de iudic. l. generaliter,
72 C. de non numer pecun* Et eſt interpretanda, † vt
minus præiudicet confitenti, quam fieri poſſit,
*Menoch. conſ. 112. num. 21. Rimin. Iun. conſ. 204.
num. 5. Mareſcot. var. reſolut. cap. 59. num. 34.*
73 & † ſemper ad fauorem confitentis, *Seraph. deciſ.
74 642. num. 2.* neque † præiudicat ſi non ſit adeò
clara, quod nullam aliam interpretationem reci-
pere poſſit, Rota in terminis tacitæ confeſſionis
reſultantis ex productione ſcripturæ factæ à pro-
curatore, *deciſ. 613. in fin. par. 1. diuerſ.* & licet
faciens fidem, ita fortaſsè intellexerit, non per
hoc concludit, quod ita intellexerit Capitaneus
Io: Franciſcus, ex notatis per *Surd. deciſ. 216.
num. 42.*

Secunda fuit reſponſio, quod ſi aliquam ſcien-
75 tiam induceret, non tamen eſſet ſufficiens, † quia
ad effectum deuolutionis debet eſſe certa, nec
ſufficit interpretatiua, *Maſcard. de probat. concl.
1299. num. 52. Altog. d. conſ. 84. nu. 9. & ſeqq.*
Rot. *in recent. par. 2. deciſ. 593. num. 4.* cum alijs
per nos congeſtis, *deciſ. 116. num. 25. & ſeqq.
76 Seraph. deciſ. 1173. num. 3. part. 2.* Et † in præ-
iudicialibus, & pœnalibus ad effectum conſtituen-
di in mora, & pœnam inducendi, debet eſse cum
ſuis circumſtantiis, & qualitatibus, idem *Seraph.
deciſ. 991. Put. deciſ. 397. num. 3. lib. 2. Mantic.
deciſ. 211. num. 11.* cum alijs per nos allegatis in
77 *d. deciſ. 116. num. 30.* Ambigua † enim proba-
tio non concludit, *cap. in præſentia, de probat. l.
78 non hoc, C. vnde legitim.* Sed † contra eum cui
onus probandi incumbit, interpretatur *Alex.
79 conſ. 152. num. 6. lib. 5.* Et † propterea ſcientia
præſumptionibus non probatur, *Seraph. deciſ.
1432. num. 6. par. 2. Honded. conſ. 55. num. 67.
80 volum. 1.* Fundans enim ſe in ea † præſertim ad
inducendam pęnam, tenetur illam concludenter,
& non ex coniecturis probare, *Salicet. in Auth.
hoc amplius, C. de fideicom. Bartol. conſ. 137. num.
4. lib. 2. Anchar. conſ. 79. num. 3. Hond. conſ. 68.
num. 7. Altograd. conſ. 84. num. 1. & 10.* Rot.
*coram Penia in Romana domus Sancti Ludouici in
impreſſ. poſt 2. vol. conſ. Farinac. deciſ. 151. num.
2.* vbi alias deciſiones adducit, & vulgaris eſt re-
81 gula, quod ſcientia † præſumpta non ſufficit, vbi
certa, & ſpecifica requiritur, *Felin. in cap. quoad
conſultationem, nu. 32. de except. Surd.* qui alios
citat *deciſ. 265. num. 19.* In caſu autem propoſi-
82 to ſcientia † non eſt huiuſmodi, quia reſultat ex
vnico teſte *vulgat. cap. licet il primo, de teſt. Gabr.
concl. 1. de teſt. Surd.* in terminis noſtris *dec. 216.*
vbi dicit, quod hæres, qui tenebatur deſcribere
debitū proprium in inuentario, & non deſcripſit,

non

non tamen perdit beneficium, & licet in contra-
rium allegaretur ſcientia debiti, quæ deducebatur
ex dicto calculatoris electi, Senatus tamen reſpō-
dit ſcientiam ex dicto illius non benè probari,
quia cum eſſet vnicus, hæres non tenebatur cre-
dere, vt *num.* 42. Et ad ea, quæ deducebantur de
dolo vltra ſupradicta, reſpondebatur non reſul-
83 tare ex prædictis hæredem fuiſſe in vero dolo, †
quia dolus verus non reſultat ex eo ſolo, quod
quis ſciat ſe teneri ad aliquid faciendum, & non
faciat, vel negligat, quia poteſt eſſe, quod omit-
tat, vel negligat, non animo contra veniendi, ſed
ex alia cauſa, vt egregiè tradit *Surd. in d. deciſ.*
216. *num.* 18. vbi etiam exemplificat in tutore
84 ex auctoritate *Bart. in l. tutor,* † *qui repertorium, ff. de admin. tut.* qui ſciens ſe tutorem, ſi non fa-
cit inuentarium, non eſt in verò dolo, allegando
Soccin. in conſ. 46. *num.* 3. *volum.* 1. & alios *ſub*
85 *num.* 20. *facit Rut. deciſ.* 21. *de dolo in antiq.* † do-
lus enim verus eſt, quando conſtat de animo de-
cipiendi, & contraueniendi, *Surd. in alleg. deciſ.*
86 216. *num.* 15. Non enim ſemper eſt in dolo, † qui
non facit quod debet, idem *deciſ.* 265. *num.* 66.
Et in terminis *vltim. volun.* ad effectum caduci-
87 tatis, † talia requiritur, nec præſumptus ſufficit,
vt tradit *Rot. in allegat. deciſ.* 344. *coram Pamphi-
lio,* & 439. *coram Orano,* & *in recent. par.* 4. *de-
ciſ.* 489. *num.* 1. & 2. vbi quod caducitas in pœ-
nam comminatam à teſtatore in caſu contrauen-
tionis non incurritur ſine dolo in contrauenien-
do, & quælibet cauſa excuſat à dolo.

Tertia fuit reſponſio, quod etiam ſuppoſita
ſcientia ſine veri præiudicio, nihil tamen opera-
88 tur, & † quia eſt neceſſaria interpellatio, vt hæres
priuetur ob non impletam voluntatem defuncti,
ex latè deductis *per Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 582.
89 *num.* 10. ſine qua interpellatione ille in mora †
non conſtituitur, ex allegatis per *Curnaz. deciſ.
Lucen.* 8. & in terminis celebrationis Miſſarum,
Gratian. diſcept. forenſ. cap. 316. *num.* 20. Et li-
90 cet † contraria opinio appoſita die, & pœna in
vltimis voluntatibus, ſit verior, quam firmauit
Rot. *in Viterbien. cenſus* 6. *Aprilis* 1590. *coram
Cardinali Plaſa,* & iterum *in Viterbien. bonorum
in impreſſ. poſt primum volum. conſ. Farinac. deciſ.*
87. cum aliis allegatis *per Fuſar. d. quæſt. nu.* 14.
Tamen videbantur accommodari poſſe limitatio-
91 nes per DD. traditas. Quarum prima eſt, † quod
non procedat regula in facto negatiuo pœnale, &
ſic pro negligentia non adiecto tempore; Tunc
enim priuatio non incurritur, niſi præcedat mo-
nitio, *Innocent. in cap. extirpanda, num.* 2. *verſ.
Item hac habent locum,* & *ibid. Imol. nu.* 15. *verſ.
ſed aduerte, de præbend. Bart. in l. ita ſtipulatus,
num.* 55. *ff. de verb. obligat. Aym. conſ.* 193. *num.*
4. *Card. conſ.* 55. *num.* 1. *Decius conſ.* 605. *nu.* 2.
Altograd. d. conſ. 84. *num.* 40. *Grammat. deciſ.*
104. *num.* 23. & 24. *Afflict. deciſ.* 370. *num.* 8.
92 & 9. *Capic. deciſ.* 205. *num.* 3. Quod † etiam
edicta certa die procedere, dicit *Abb. in cap.
venerabilis, num.* 19. *verſ.* & *nota vnum pulcrum,
de iud. Ang. in conſ.* 133. *aliàs* 140. *num.* 1. & eru-
ditè *Ruin. in conſ.* 184. *num.* 8. & *ſeq. lib.* 2. quem
ſequitur *Curnaz. in alleg. deciſ.* 8. *num.* 4. Altera
forſaſſe adaptari poterat, † quia dies dicitur ad-
iecta cauſa multiplicandæ, non autem differendæ
obligationis, *Bart. in l. ſi inſulam, num.* 17. *ff. de*
94 *verb. obligat.* quem cæteri ſequuntur, † quo ca-
ſu monitio requiritur, cum enim teſtatoris præ-
ceptum contineat onus, non vnica vice, ſed per
plures explicandum, & ſic multiplicentur onera,
vt tot dicantur, quot ſunt dies Sabbathi, videtur
diſtinctio, *Bart.* applicari poſſe, prout in ſimili
95 concludit *Caſtrenſ. in conſ.* 47. *lib.* 2. Vltima, † &
magis propria, quod regula non procedat, quan-
do quis pro adimplemento indiget miniſterio al-
terius perſonæ, quam tradit *Felin. in cap.* 2. *num.*
4. *de magiſtr.* quem ſequitur *Pariſ. conſ.* 19. *num.*
20. *vol.* 2. *Rimanal. Sen. conſ.* 361. *num.* 13. *Fuſar.
de ſubſtit. quæſt.* 582. *num.* 17. & in terminis no-
ſtris *Rot. Lucen. in allegat. deciſ.* 8. Et licet addu-
cerentur in contrarium exempla, ſecundum quæ
videtur loqui auctoritas Abbatis, adducta per
Felin. pro declaratione illius limitationis, ta-
96 men vltra, quod † exempla regulam non reſtrin-
gunt, *l. damni infecti ſtipulatio, ff. de damn. infect.
l.* 1. *§. labeo, ff. de aq. quotid.* & *æſtiu. Iaſ. in l.
nulli, C. de iudic. Decian. in rubr. de probat. nu.* 53.
97 Satis eſſe videbatur † habere in terminis deciſio-
nem Doctoris, etiam ſine lege loquentis, *Caſtren.
in l. mutuum, ff. de acquir. hæred.* & maximè cum
non reperiatur contradictor in ſpecie, *Gratian.
diſcept. forenſ. cap.* 335. *num.* 23. *par.* 2. Idem
in cap. 531. *num.* 29. *par.* 3. *Surd. in conſ.* 333.
num. 43. *lib.* 3. & *in deciſ.* 239. *num.* 36. vbi di-
cit, quod quando non eſt qui contradicat, cenſe-
tur caſus legis.

Quæ omnia ſaltim pro excuſatione ſine diffi-
cultate ſufficere videbantur, cum Capitaneus Io.
98 Franciſcus ſit miles, † in quo ignorantia præſu-
mitur, arma enim magis, quam leges, ſcire te-
netur, adnotata *in l.* 1. *C. de iur.* & *fact. ignor.
Marcheſ. de commiſſ. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 464. Vn-
99 de † potuit neceſſariam fuiſſe monitionem exiſti-
mare, & hoc ſatis eſt ad illum excuſandum à ca-
ducitate, ita argumentatur Rot. *deciſ.* 896. *num.*
3. *in impreſſ. Lugd. par.* 4. *diuerſ.* & etiam ſi erraſ-
100 ſet magnorum virorum auctoritate deceptus, †
adhuc excuſationem meretur, in puncto *Rot. de-
ciſ.* 36. *num.* 4. *in fin. in impreſſ. poſt* 2. *vol. conſ.*
101 *Farin.* Quinimò † iuris dubii error vnumquem-
que excuſat à pœna caducitatis, *Seraph. deciſ.*
794. *num.* 19. & 20. & *in terminis vltim. volun.
deciſ.* 1049. *num.* 1. vbi ait omnes ità vno ore ſen-
ſiſſe, & in iiſdem terminis *Put. deciſ.* 248. & 401.
102 *lib.* 3. & *Caputaq. in alleg. deciſ.* 233. Errans †
enim in iure dubio, perinde eſt, ac ſi erraſſet in
facto, *Statil. de Salman. inſpect.* 2. *cap.* 2. *nu.* 52.
103 vbi quod ius dubium, dicitur arbitrio Iudicis, †
& talis error bonam fidem inducit, & malam

exclu-

excludit, vt notauimus *deciſ.* 55. *num.* 19. & ex-
104 cuſat à pœna, † *Decius in l. penult. num.* 32. *C. de pact. Capic. deciſ.* 10. *num.* 20. maximè quan-
do agitur de damno euitando, *Rot. diuerſ. par.* 1. *deciſ.* 214. *num.* 5.

Ex quibus clarè conſtare viſum fuit hæredem
105 nullam commiſiſſe moram, quæ ſine † ſcien-
tiæ non committitur, *ad tex. in l. quod te, ff. de reb. cred.* Rot. *ex imp. per Zacch. de oblig. Cameral. deciſ.* 224. *num.* 11. nec aliquam incurſam
106 pœnam, † quæ ſine dolo non incurritur, etiam
in terminis vltim. volunt. vt ſuprà demonſtratum
107 eſt, † licet ſatis eſſet caſum dubium eſſe ad ef-
fectum, vt fideicommiſſo relicto in pœnam non
ſit locus, Rot. *coram Iuſtu ex impreſſ. apud Marcheſ. de commiſſ. par.* 1. *cap.* 3. *deciſ.* 9. *num.* 4.
108 Nec mirum, † quia caducitas tanquam odioſa,
vt excludatur eſt laborandum, *Alba. conſ.* 118. *num.* 1. *& conſ.* 152. *num.* 3. cum alijs allegatis.
109 Et † quælibet cauſa à mora, & pœna excuſat, *cap. non eſt in mora, de reg. Iur. in* 6. *l. ſciendum, in princ. ff. de vſur. Bart. in l. quod te, ff. ſi certū pet. Mart. de clauſ. par.* 1. *clauſ.* 234. *num.* 1. *Decian. optimè in conſ.* 4. *num.* 41. *volum.* 4. *Crauet. conſ.* 848. *num.* 3. *vol.* 5. *Hoad. conſ.* 36. *num.* 23. *vol.* 2. *Turrett. conſ.* 76. *num.* 6. *vol.* 3. *Altog. d. conſ. num.* 59. *& ſeqq. Seraph. deciſ.* 1228. *num.* 3. *par.* 2. *Rot. in recent. par.* 2. *deciſ.* 232. *num.* 2. *& deciſ.* 577. *num.* 4. *& par.* 4. *deciſ.* 387. *num.* 2.
110 Et † cum hoc firmo præſuppoſito, quod dolus
requiratur ad incurrendam caducitatem, etiam in
terminis vltimæ voluntatis à quo omnis cauſa,
dummodò colorata excuſat ex ſuprà latè deductis ceſſant omnia contraria; Non enim obſtat *Barbat. in conſ.* 32. *lib.* 3. *Pariſ. in conſ.* 19. *num.* 2. *volum.* 2. Rim. *Iun. in conſ.* 729. & alij concordantes, quoniam in iſtis, & ſimilibus caſibus manifeſtè hæres conuincitur de dolo, & propterea pro caducitate fuit reſponſum, ſimiliter in *deciſ. Viterbien. cenſus coram Cardinali Platta, & Viterbien. bonorum coram Orano*; apparet de protervia, & contumacia hæredum, qui moniti pro adimplemento, recuſando pertinaciter litem ſubſtinuerunt, non ſolum per tres conformes, ſed etiam paſſi ſunt quartam ſententiam in cauſa reſtitutionis in integrum contra ſe proferri, vnde pro priuatione fuit concluſum licet admiſſum, quod omnis cauſa, dummodo colorata ſufficiat ad excludendum dolum, vt in ſpecie notat Rot. *in recent. par.* 1. *deciſ.* 95. *nu.* 5. *par.* 2. *deciſ.* 268. *num.* 2. *& deciſ.* 389. *num.* 8. *part.* 3. *deciſ.* 357. *num.* 3. *&* 4. *par.* 5. *deciſ.* 140. *num.* 9.

Præterea etiam, quod aliqua mora eſſet incur-
111 ſa, inclinabant Domini, quod † purgari po-
tuiſſet de æquitate Canonica, *Altograd. in puncto d. conſ.* 84. *num.* 70. *& ſeq. Seraph. deciſ.* 819. *num.* 7. *&* 12. *Verall. deciſ.* 230. *num.* 3. *& deciſ.* 231. *num.* 2. *par.* 2. *Belt. ad Greg. deciſ.* 559. *num.* 30. vbi ait id etiam procedere non obſtante oppoſitione iam facta de non adimplemento, *& latè tradit Barz. deciſ.* 111. *num.* 11. *& ſeqq.* vbi de communi teſtatur, prout purgata fuit ex pluribus, & primo, quia caducitas ſaltim legitimè non fuit acceptata antequam mora eſſet purgata, licet enim D. Alexander *die* 17. *Iunij.* Caducitatem tunc incurſam acceptauerit, nihilominus cum Capitaneus Io: Franciſcus, vſque ad illam diem
112 in nihilo defeciſſet, † & ideò in nullam lapſus
eſſet caducitatem, talis acceptatio, tanquam ex falſa cauſa, nullius fuit momenti, & nullam induxit acceptationem, *Farinac. conſ.* 105. *num.* 87. *&* 88. *lib.* 2. Nec obſtat, quod cenſeatur ſaltim acceptata caducitas commiſſa poſt diem 17. per ommiſſionem aliarum duarum Miſſarum ſub die 18. & 25. quia Alexander ſe reſtrinxit ad caduci-
113 tatem commiſſam, † & actus agentis non
operatur vltra intentionem, *l. non omnis, ff. ſi*
114 *certum petat. cum vulg.* etſi † fiat ex vna cauſa,
illam non egreditur, *l. cum quæritur, cum ſeq. ff. de excep. rei Iudicat. Alexand. in terminis acceptationis caducitatis, conſ.* 106. *num.* 4. *lib.* 4. *facit, Seraph. deciſ.* 794. vbi caducitas acceptata cum
115 cedente, non afficit Ceſſionarium, † vltra quod
caducitas futura acceptari non poteſt, alias auferetur facultas purgandi moram intra modicum tempus à iure ſtatutum, *ex cap. potuit, de locat. quod fieri nequit, Grat. conſ.* 97. *num.* 11. *Altograd. d. conſ. num.* 62. *Seraph. deciſ.* 1475. *num.* 3.
116 Et quamuis ſubiungi poſſit, † quod etiam tacitè inducitur acceptatio caducitatis, *ex Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 21. *tit.* 27. *num* 32. & ideò dum Alexander conduxit teſtes ad obſeruandum, an Miſſa celebraretur *die* 18. *&* 25 dicitur caducitatem acceptaſſe, nihilominus reſponderi po-
117 teſt ex *eod. Mantic. d. nu.* 32. *in fin.* Quod † tacita acceptatio, procedit quando illa neceſſario inducitur ex aliquo actu præcedenti, ſed ex conductione Teſtium ad obſeruandum, an Miſſæ celebrarentur, non inducitur neceſſario acceptatio caducitatis, etiam quod eſſet facta ad talem fi-
118 nem, † quia plura proponuntur, quæ non per-
ficiuntur, *Dec. conſil.* 463. *Natta conſ.* 29. *nu.* 6.
119 Ideò † ex præparatorijs non inducitur acceptatio caducitatis, etiam ſi quis ſuper illa adiret Aduocatum, & conſilium ſumeret de ea acceptanda, *Caroc. deciſ.* 9. *quæſt.* 2. Et ex his pariter non
120 obſtat, † quod pœna caducitatis fuerit impoſita ipſo facto, quo caſu dicitur facta exequutio à Teſtatore, *Tiraquell. in l. ſi vnquam, C. de reuoc.*
121 *donat.* & † in exequutione facta à lege, vel ab homine, purgatio moræ non admittitur, *Pariſ. conſ.* 19. *num.* 224. *& ſeq. lib.* 2. cum alijs concor-
122 dantibus, † quia hoc non procedit ante acceptatam, & declaratam à parte caducitatem, *Dec. conſ.* 146. *& conſ.* 138. *num.* 5. *Decian. conſ.* 4. *num.* 30. *in fin volum.* 4. *Rot. diuerſor. deciſ.* 28. *num.* 1. *& ſeq. par.* 2. Vnde cum hic caducitas non fuerit legitimè acceptata, antequam mora eſſet purgata, non poteſt dici facta exequutio.
123 Sed poſito etiam, quod caducitas fuiſſet ac-
cepta-

Digitized by Google

ceptata, potuiſſet tamen celeri ſatisfactione purgari, vt ſupra diximus, & probant deciſiones plena manu congeſtæ per informantem, non obſtantibus verbis ipſo iure, vel ipſo facto priuationi appoſitis, *Gabr. conſ. 75. num. 7. lib. 2. Altograd. d. conſ. num. 69. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 27. ſub num. 35. Magon. deciſ. Florent. 61. & Borgnin. Caual. deciſ. 38. num. 40.* Quæ quidem celeris ſatisfactio, dicitur etiam poſt declarationem, antequam tamen quis iudicialiter conueniatur, etiã quod exequutio eſſet facta ab homine, *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 378. num. 18.* maximè intra breue tempus, *Gabr. conſ. 75. num. 7. lib. 2. Card. Mantic. d. tit. 27. nu. 35. Gratian. deciſ. 26. nu. 26.*

124 Quod † quidem tempus, quando dicatur modicum arbitrio Iudicis relinquitur, *Clar. de magis commun. in §. emphiteuſis, quæſt. 8. verſ. 6a, Ioſeph. Ludou. deciſ. Lucen. 5. num. fin. Menoch. de arbitr. caſu 7. num. 13. lib 2. Rota in vna Romana fideiuſſ. de ſe præſentanda, quæ eſt in recent. par. 4. deciſ. 640. num. 5. in fine*

125 Præterea, quando ius partis non efficitur deterius omnes admittunt, quod de æquitate Canonica mora purgari poſſit, vt ſupra deduximus; Idque etiam poſt factam declarationem, imò vſque ad tertiam ſententiam, *Rat. coram Penia in Placentina Decanatus impreſſ. apud Marcheſ. de commiſſ. par. 2. §. vnico, fol. 442.* vbi etiam, quod licet grauior ſit mora in committendo, quam in ommittendo, nihilominus Rota ſequendo æquitatem, iſtam diſtinctionem non admittit, cum contrauenientes quantum poteſt ad purgationẽ moræ admittat, dummodo ius partis non ſit factum deterius, *& in eadem Placentina coram eodem 6. Decembris 1596.* fuit confirmata deciſio, vt habetur *in impreſſ. Lugd. deciſ. 804.* in qua in præmiſſorum corroboratione, aliæ quàm plurimæ

126 deciſiones adducuntur, ius † autem factum deterius non dicitur, quando nullum pars patitur damnum, *Decian. conſ. 84. num. 22. & 23. vol. 2.*

127 Imò, † quod qui caducitatem ad ſui commodũ proponit, tractet de lucro captando, tradit *Magon. deciſ. Floren. 70. num. 8. & deciſ. 177. num. 32. Decian. in d. conſ. 84. num. 23. & in conſ. 4. num. 45. vol. 4.* Quod procedit, etiamſi mora eſſet geminata, vt ſæpius Rotam ſenſiſſe, tradit coram *Card. Mellina deciſ. 410. in impreſſ. Lugd.* licet ibi Domini non fuerint concordes, propter nimiam contumaciam, quæ non videtur poſſe conſiderari in caſu noſtro, in tàm breui tempore, & onere perpetuo, vt quilibet Iudex de facili arbitrabitur.

128 Nec obſtat, quod adſit dies, & pœna, quia de æquitate Canonica, vt dictum eſt mora nedum in iſto caſu, ſed etiam ſtante iuramento purgatur, vt expreſsè colligitur, ex tex. *in cap. apud miſericordiam 32. quæſt. 1. & in cap. Beatus 22. quæſt. 2. & in cap. ex literis, de conſtit.* per quæ iura idem affirmat *Bald. in l. qui crimen, num. 20. C. de his, qui accuſ. non poſſ. Burſat. de comm. in conſ. 26. nu. 43. lib. 1. Barz. de magis comm. deciſ. 502. num. 57. & deciſ. 181. num. 11. Rot. penes Bargnin. deciſ. 38. num. 38.* & maximè ſi dolus abſit, *Seraph. deciſ. 577. num. 5. & deciſ. 591. num. 2. Grammat. deciſ. 95. in fin. Rot. in recent. part. 4. deciſ. 640. num. 4.* Idque non obſtante clauſula ipſo iure per quam dicitur facta executio, *Rimin. Iun. conſ. 72. num. 161. & conſ. 185. num. 107. Crau. conſ. 216. num. 25.* Et denique ſemper, & in omni caſu, vt probant deciſiones, & auctoritates per informantem adductæ, & in vltimis voluntatibus, *Rota coram Pamphilio in alleg. deciſ. 344.*

Nec pariter obſtare viſum fuit, quod dies dicatur appoſita pro forma, & propterea mora non poſſit purgari, quia deficiente forma actus eſt nullus ex allegatis; Reſpondebatur enim negando

129 diem eſſe de forma ſaltim ſubſtantiali, † vt per informantem neque firmari poſſe in iure, quod vbi dies eſt de forma; mora ſit impurgabilis, obſtat enim, quod dictum eſt ſemper de æquitate purgari poſſe, & tamen purgatio moræ ſemper præſupponit actum in ſui ſubſtantia defeciſſe. Nec contradicit generalis regula, quod non ſeruata forma actus eſt nullus, quia ſi ageretur hodie de obſeruando Teſtatoris præcepta per verum illius adimplementum, huiuſmodi actus eſſet nullus, quia non poſſet amplius ſeruari forma tradita à Teſtatore, poſt tranſactam diem Sabbathi in teſtamento ordinatam. Verum quia non agitur modo de adimplemento præcepti, ſed de purgatione moræ, ſtante illius non obſeruantia, ideò non eſt quærendum de forma præcepti, ſed de forma purgationis moræ, adeò quod ſi in purgatione non ſeruaretur forma à iure tradita, actus purgationis eſſet nullus, vt concludit argumentum, & ex hoc ceſſat etiam, quod mora debuiſſet purgari in die Sabbathi, quia vltra quod teſtes videntur, etiam de prædicta die deponere, vt deducitur per informantem, daretur inconueniens, quod pro purgatione moræ committeretur maior mora, contra id, quod celeri ſatisfactione purgatur.

Et ex his, & alijs per informantes adductis, ſaltem ad corroborationem excuſationum ponderatarum pro hærede, & ad euitandam caducitatem inclinarunt Domini, moram in omnem

130 euentum fuiſſe purgatam, † quia in dubio illa opinio eſt præferenda, quæ purgationi fauet, *Oſaſch deciſ. 71. nu. 68. Rip. in l. ſi inſulam, nu. 7. ff. de verb. oblig. Caph. conſ. 25. num. 33. Anna ſingul. 367. Card. Thuſch. concl. 377. num. 96. lit. D. Corbul. ob non ſalut. canon. limit. 41. nu. 8. in*

131 *fin.* Et † quæ continet æquitatem, *gloſ. in l. ſi cum exceptione, §. ſed & ſi quis. ff. quod met. cauſ. Decian. conſ. 84. vol. 2.* maximè quia hæres teſtatoris diſpoſitionem per multos annos ſeruauit, *Rot. penes Statil. deciſ. 170. num. 10.*

Et ita deciſum coram R. P. D. Donato Bonſignorio.

ARGVMENTVM.

Extinguens cenſum, cuius erat debitor etiam per accollationem, ceſſionem iurium tranſlatiuam, & efficacem contra releuantem reportare non poteſt, quia ius creditoris per ſolutionem euanuit.

SVMMARIVM.

1 *Accollans in ſe cenſum efficitur debitor principalis illius, & num. 23.*
2 *Soluens proprium debitum non reportat iurium ceſſionem, & num. 8.*
3 *Per ſolutionem eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio.*
4 *Etiam debitore nolente.*
5 *Solutio, ſeu extinctio cenſus in ſe accollati non operatur tranſlationem iurium, ſed tantummodo liberationem, & num. 25.*
6 *Soluens proprio nomine etiam cum pecunijs debitoris, dummodo non ſit reus debendi, poteſt aduerſus creditorem iurium ceſſionem impetrare.*
7 *Limita id non procedere, quando quis ſoluit vti ſubintrator, ſeu accollator debiti.*
9 *Ceſſio in continenti reportata contra Correū ſubſiſtit.*
10 *Solutio facta à Correo præſumitur non ſolum pro ſui liberatione, quam pro iurium acquiſitione contra alios obligatos.*
11 *Qui ſe obligat vti tutor, dicitur ſe obligare animo repetendi, & tanquam fideiuſſor reſpectu pupilli.*
12 *Recognoſcens bonam fidem in cenſu pretium recepiſse cenſetur.*
13 *In contractu cenſus recipiēs pecuniam dicitur principalis, & ſocius fideiuſſor.*
14 *Sublata principalis debitoris obligatione per ſolutionem, corruit fideiuſſoris acceſſoria.*
15 *Paria ſunt, quod actio non detur, vel detur, & ſit ineficax, eo quod exceptione elidatur.*
16 *A contractu receditur per actum retroſimilem, & num. 19.*
17 *Fideiuſſor cenſus recipiens pecuniam fit principalis. Intellige, & declara, vt num. 20.*
18 *Creditor recipiens pecuniam à debitore per manus Titij, dicitur Titius ſoluere de pecunijs debitoris, & nudum miniſterium præſtare.*
21 *Conuentio inita ſeruari debet cum ſuis qualitatibus.*
22 *Obligatio debitoris non poteſt retrotrahi in præiudicium Creditorum quibus debitor, nec nouando, nec accepto ferendo poteſt damnum inferre.*
24 *Accollatio debiti habet vim ſolutionis.*
26 *Extinguens proprium cenſum non poteſt reportare ceſſionem tranſlatiuam, & efficacem.*
27 *Quem de euictione tenet actio, multo magis agentem repellit exceptio.*
28 *Fideiuſſor ſoluens præſumitur velle tollere ſuam obligationem, non autem liberare debitorem.*
29 *Cenſetur ſoluere animo, & tacito pacto ſe reualendi præuia ceſſione.*
30 *Confeſſio debitoris non poteſt præiudicare ſuis creditoribus.*
31 *Maximè ſi tempore confeſſionis ſit decoctus, vel decoctioni proximus.*
32 *Referenti non creditur, non exhibito relato, & num. 37.*
33 *Vbi relatio conuincitur de errore, referens non attenditur.*
34 *Obligatio debitoris non poteſt retrotrahi in præiudicium Creditorum.*
35 *Partitæ contrapoſitæ partitis cantantibus in debitum ſolutionis, non cadunt in debitum ſoluentis, ſed conſtituunt ſoluentem creditorem.*
36 *Partitarum diuerſitas deducitur ex diuerſitate temporum, & num. 38.*
39 *Partitæ extractæ auctoritate Iudicis carentis iuriſdictione, & ſine partis citatione, dicuntur nulliter extractæ.*
40 *Confeſſio de recepto non probat in præiudicium anteriorum creditorum.*
41 *Nec in præiudicium tertij.*
42 *Recipiens ex vno contractu, non obligatur ex diuerſo contractu antea facto.*
43 *Conuentio non præſumitur.*
44 *Hypothecha non oritur, niſi expreſſa verba conuentionis illam importent.*
45 *Creditor hypothecarius præfertur habenti ſolam perſonalem actionem, etiam priuilegiatam.*

DECISIO CCII.

DOminus Amicus Riccius, & Io: Baptiſta Cittadanus eius Tutor, ac Curator ambo de Macerata impoſuerunt de anno 1592. ſuper quibuſdam bonis Amici perpetuum annuū cenſum ſcutorum ſexaginta, & ſic impoſitum vendiderunt pretio ſcutorum ſexcentorum hæredibus Dominici Philippucij de eodem, qui cenſus reuera ceſſit ad commodum, & vtilitatem præfati Amici, & ad illius manus pecunia peruenit, prout ipſe recognoſcens bonam fidem erga Cittadanum incontinenti, & ſub rogitu eiuſdem Notarij rogati de cenſus impoſitione faſſus fuit, ac propterea promiſit indemnem conſeruare Cittadanum.

Anno 1604. Anſouinus Ciccarellus de Camerino habuit, & recepit ab hæredibus dicti Riccij per manus Cittadani ſcuta ſexcenta pro quibus ſubintrauit in prædictum cenſum, illumque per inſtrumentum obligatione Camerali vallatum promiſit extinguere, & interim fructus ſoluere, & à prædicto cenſu, atque ab omnibus moleſtijs liberare, tàm præfatos hæredes Riccij, quàm Cittadanum. Qui Cittadanus anno 1609. ſubintrauit

Digitized by Google

tranit in eundem cenſum pretio recepto ab
Anſouino, quem idemnem conſeruare promi-
ſit.

De anno 1614. Hæredes Riccii egerunt coram
A. C. contra Anſouinum pro extinctione d. cen-
ſus, & poſt lapſum termini per ipſum Anſoni-
num ſuſcepti, contra eum obtinuerunt manda-
tum.

De anno 1615. memoratus Anſouinus, vti ſub-
intrator redemit cenſum ab hæredibus dicti Do-
minici, & inſuper dd. hæredes ceſſerunt eidem
Anſouino iura talia qualia contra hæreditatem,
& bona Cittadani, in cuius hæreditatis, & bono-
rum diſcuſſione de anno 1616. Anſouinus petiit
ſibi ceſſionario Philippuceiorum aſsignari locum
iuxta prioritatem impoſitionis cenſus, & ſenten-
tiam reportauit fauorabilem, à qua alij Credito-
res in diſcuſsione concurrentes appellauerunt, &
Iudex ad quem, reformando ſententiam primi
Iudicis, aſsignauit eidem Anſouino locum iuxta
tempus ſubintrationis Cittadani. A ſententia
huius ſecundi Iudicis Anſouinus interpoſuit ap-
pellationem, quam in Rota introducta fuit datũ
dubium, an prima, vel ſecunda ſententia eſset
confirmanda. Et Domini vnanimi voto cenſue-
runt confirmandam ſententiam ſecundi Iudicis,
& ratio deciſionis fuit, Quoniam ceſsio facta An-
ſouino ab hæredibus Philippuccij, qua ipſe præ-
tendebat prioritatem iuxta tempus impoſitionis
1 cenſus, ei nullo modo poteſt ſuffragari, ex quo †
Anſouinus ſoluit, & cenſum extinxit, vti ſubin-
trator hæredum Riccii, ac pro inde in ſoluendo
illorum perſonam repræſentauit, *ad l. 1. §. hæc
actio, vbi Bart. ff. ſi quis teſt. lib. eſſ. iuſſ. fuer. §.
fuerat, Inſtit. de act. Marc. de Mantic. Sing. 12.
num. 2. Hond. conſ. 70. num. 1. lib. 2.* Sed hære-
des Riccii principales debitores non potuiſſent
2 ſoluendo iurium ceſsionem reportare, † cum in
principali debitore ceſsio radicari non poſsit, *l.
nulla, C. de ſolut. DD. in l. modeſtinus, ff. eodem.
Vinc. de Franch. deciſ. 55. num. 7. Menoch de præ-
ſumpt. lib. 3. præſumpt. 143. num. 1. & 2. Cuman.
conſ. 183. num. 1.* Rot. *poſt Statil. deciſ. 165. nu.
3 7.* alias deciſiones allegans, † ſolutione enim eius
quod debetur, omnis tollitur obligatio, *Inſtit.
quib. mod. toll. oblig. in princ. Surd. deciſ. 308,
4 num. 9.* etiam † debitore nolente, *l. ſolutionem,
ff. de ſolut, l. ſoluendo, ff. de negot. geſt. Chriſtoph.
Porc. in §. 1, num. 3. Inſt. quib. mod. toll. oblig.*
Rot. *in recent. par. 2. deciſ. 89. num. 3.*

5 Ergo ſolutio Anſouini dictorum hæredum ſub-
intratoris non potuit operari translationem iu-
rium; ſed tantum habuit vim quietationis, & li-
berationis, *l. ſi ſponſalibus, §. fin. ff. de iur. dot.
Salicet. in l. 1. quæſt. 21. C. de act. & obligat. Ruin.
conſ. 120. num. 19. lib. 2. conſ. 17. num. 8. lib. 4.
& conſ. 88. num. 6. lib. 5.* Rota coram *Vbaldo in
Romana Saluiani interdicti impreſſ. apud Marcheſ.
de commiſſ. part. 1. fol. 1062. in fin. poſt Statil.
deciſ. 163. num. 1.* ſecundum vltimam impreſſio-
nem, *& deciſ. 426. num. 3. par. 2. in recent.*

Nec viſa fuerunt obſtare, quæ per informan-
tes pro Anſouino deducebantur. Nam primum
6 fundamentum, quod videlicet de iure quilibet †
non ſolum cum propriis, verum etiam cum debi-
toris pecuniis dummodo non ſit reus debendi, ſi
ſoluit proprio nomine, validè poteſt aduerſus
creditorem iurium ceſſionem impetrare, *l. Papi-
nianus, ff. manda. Bart. in d. l. modeſtinus, num 4.
7 Menoch. d. præſumpt. 143. num. 3.* Tollitur † ex
inſpectione inſtrumentorum ſubintrationis, & re-
demptionis cenſus; Etenim in primo conſtat,
Anſouinum per ſubintrationem perſonam Riccii
principalis debitoris induinm, effectum fuiſſe
reum debendi; In ſecundo clarè legitur, Anſoui-
num non proprio nomine, ſed vti ſubintratorem
hæredum Riccij principalium debitorum ſoluiſ-
8 ſe. Igitur † nomine debitoris de ceſſione non eſt
tractandum, *d. l. nulla, C. de ſolut. Bart. & Me-
noch. locis proximè citatis, Grat. diſcept. forenſ.
cap. 286. num. 6. & 7. par. 2.*

9 Secundò non vrget, quod cum Cittadanus in
inſtrumento cenſus in ſolidum ſe obligauerit,
contra ipſum tanquam contra Correum debendi,
ceſſio in incontinenti reportata ſubſiſtat, *Bart. in
d. l. modeſtinus, num. 4. verſ. primo caſu, Menoch.
10 dict. præſumpt. 143. verſiculo itidem quarto;* A †
correo enim ſolutio præſumitur fieri, tàm pro
ſui liberatione, quàm pro iurium acquiſitione
contra alios obligatos, ad tradita *per Paul. de
Caſtr. in l. cum is qui, ff. de fideiuſſ.*

Nam reſpondetur (quicquid ſit reſpectu Phi-
lippuceiorum) negari non poſſe reſpectu Riccii,
Cittadanum eſſe fideiuſſorem, idque dupliciter
deducitur, & primo ex illis verbis (& Ioannes
Baptiſta eius Tutor, & Curator, &c.) quæ in-
telliguntur, ideſt tanquam Tutor, & Curator,
Bal. in l. etiam, C. de fideicommiſſ. in princ. Sed
11 quando quis † ſe obligat vti tutor, dicitur ſe obli-
gare animo repetendi, & ſe à damno immunem
conſeruandi ex bonis ipſiuſmet pupilli, & tanquã
fideiuſſor reſpectu illius, *l. cum poſt mortem, §.
tutor,* vbi *Bart. num. 3. ff. de adminiſt. tut. Marca-
brun. conſ. 21. num. 9. 30. & 31. Altograd. conſ.
38. num. 5. lib. 1.* Boer. *deciſ. 273. num. 5. verſic.
12 ſed ſecus dicit eſſe in tutore.* Secundò, † quia
pecunia ad cenſum recepta peruenit ad manus
Riccii, vt plenè probatur ex eius confeſſione in
inſtrumento recognitionis bonæ fidei emanata,
l. cum te, C. de tranſact. Rolan. *conſ.* 175. *nu.* 23.
lib. 2. Rot. deciſ. 173. num. 2. part. 2. Farinacc.

13 Propterea Riccius † dicitur principalis, Citta-
danus fideiuſſor, *gloſ. in l. ſed Iulianus, §. item ſi
duos, & ibi Caſtr. ff. ad Macedon. & in l. vir vxo-
ri, §. final. in gloſ. vltim. ff. ad Sen. conſ. Vell.
Marſil. ſingul. 2. Aym. conſ. 77. num. 3. Gabr.
conſ. 63. num. 8. & ſeq. lib. 2.* Rota *deciſ.* 824.
ſub num. 2. par. 4. in recentior. Idcò ſublata
14 obligatione † hæredum Riccii per ſolutionem
factam ab Anſouino ipſos repræſentante, non
potuit obligatio Cittadani, tanquam acceſſoria,
l. 1. & l. fideiuſſor, obligari in prin. & §. fideiuſſor,

ff. de fideiuſſ. Ioſt. eod. Aliquo modo ſubſtinere,
l. cum principali, & ibi not. ff. de reg. iur. Rot. deciſ.
1. de depoſit. in *antiq. Mantic. de tacit. & ambig.
lib. 26. tit. 20. num. 20. tom. 2.*

Vel quatenus aliqua ceſſionis validitas poſſet
conſiderari, Anſouinus ceſſionarius ea vti prohi-
betur ob exceptione dolo facis, *vulg. l. dolo facit,
ff. de dol. mal. cum concord.* & paria ſunt, quod
actio non detur, vel detur, ſed ſit ineficax eo,
quod exceptione elidatur, *l. ſi dari, ff. de verb.
obligat. l. nihil intereſt, ff. de verb. ſignific. Surd.
conſ. 398. num. 14. lib. 3.*

16 Tertiò minus releuat, quod per reſtitutionem
pecuniarum factam de anno 1609. eidem Citta-
dano, à quo Anſouinus receperat, & per Citta-
dani pecunias recipientis ſubintrationem in cen-
ſum, aut Anſouini obligatio ſit diſſoluta, & à con-
tractu per actum retroſimilem ſit receſſum, *l. 1.
vbi Bald. & Salic. C. quando lic. ab empt. diſced.
l. nihil tam naturale, vbi Dec. & Cagnol. ff. de reg.
iur.* Rot. *diuerſ. deciſ. 577. par. 1. & Seraph. deciſ.*
17 890. *num. 1. par. 1.* vel ſaltem Cittadanus † pro-
pter receptionem pecuniarum, de fideiuſſore
euaſerit principalis, Riccius verò de principali
fideiuſſor, *ad Gabr. d. conſ. 63. num. 8. & ſeq.
lib. 2.* cum alijs allegatis, & conſequenter inane
ex dubitare de viribus ceſſionis impetratæ ab An-
ſouino repreſentante Riccium fideiuſſorem effectũ
contra Cittadanum tranſmutatum in principa-
lem, *DD. in l. modeſtinus, & praſertim Bart. num.
4. verſ. 2. caſu, ff. de ſolut.*

Quia obiectum non intrat, nam quoad reſo-
lutionem contractus, & obligationis (quæ reſo-
lutio fruſtra videtur proponi, cum Auſouinus
cenſum redimendo, contractum veluti ſubſiſten-
tem impleuerit) dicitur reſolutionem nullo pa-
18 cto poſſe prætendi, ex quo † Anſouinus in ſubin-
tratione non recepit pecunias à Cittadano, ſed
benè à Ricciis per manus Cittadani, qui propte-
reà nudum miniſterium dicitur præſtitiſſe, *Ber-
trand. conſ. 282. num. 2. vol. 2. Magon. deciſ. Flo-
ren. 43. num. 14. Sim. de Prat. conſ. 95. num. 19.*
19 meritò in diſtrahendo † conſenſus hæredum Ric-
cii, non Cittadani erat neceſſarius. *Auth. è con-
tra, C. de repud. Surd. deciſ. 128. num. 14. dict. l.
nihil tam naturale,* cum alijs ſuperius cumula-
tis.

Quod pertinet ad tranſmutationem Riccii, &
Cittadani de principali in fideiuſſorem, & è con-
tra per *d. conſ. 63. Gabr. & alios citatos,* pariter
non ſubſiſtit, quoniam allegatæ auctoritates lo-
20 quuntur in terminis longè diuerſis, nempè, † vel
quando pecuniam acceptam in aliquo contractu,
in quo plures reperiuntur obligati, vnus tantum
conſequitur, vel quando reuera, & effectu prin-
cipalis, & cuius contemplatione fuit initus con-
tractus, illius celebrationi non interfuit, ſed alius
pro eo, vti principalis nudo nomine contraxit,
deinde verò in alio inſtrumento dictus re vera
principalis pecuniam accepit, & bonam fidem
recognouit, quorum neutrum verificatur in pro-
poſito, cum Riccius principalis, & impoſitioni
cenſus interfuerit, & pecuniam ſit conſequu-
tus.

Accedat, quod pecuniarum reſtitutio facta
per Auſouinum Cittadano non potuit huiuſmo-
di tranſmutationem producere, quoniam hære-
des Riccii, qui (ſuppoſita prætenſa tranſmuta-
tione) remanerent adhuc in cenſu, de quo agitur,
tanquam fideiuſſores obligati, dederunt pecunias
Anſouino ad effectum extinguendi cenſum, ipſoſ-
que, & fideiuſſorem à cenſu, & ab omnibus mo-
leſtiis liberandi, non autem ad nouum ſubintra-
torem ſuo arbitratu creandum. Ergo ei non li-
cuit in ſui locum ſubrogare Cittadanum, ſed tan-
tummodo cenſum extinguere iuxta initam con-
21 uentionem, † quæ cum ſuis qualitatibus debuit
ſeruari, *l. iuris gentium, §. Prætor ait, ff. de pact.
cap. 1. extra eod. Hond. conſ. 111. num. 1. lib. 1.*
Rot. *deciſ. 253. num. 1. par. 1. in recent.*

Poſtremò dictæ tranſmutationis obiectum,
ſaltem ad effectum de quo agitur, remouetur.
22 Quia † data, & non conceſſa prætenſa tranſmu-
tatione, nihilominus obtenta ceſſio non potuit
transferre in Anſouinum prioritatem de tempo-
re impoſiti cenſus, ſed ſolummodo de tempore
ſequutæ tranſmutationis, quo tempore ad ſum-
mum (ipſa tranſmutatione ſuppoſita) obligatio
Cittadani poſſet cenſeri principalis, adeò, vt ne-
que de eius conſenſu in anterius tempus potuerit
retrotrahi concurrente præiudicio creditorum,
quibus debitor, nec nouando, nec accepto feren-
do, nec aliter contrahendo aliquod valet damnũ
inferre, *l. ait Prætor, ff. de priuil. credit. l. 2. & 3.
ff. quæ in fraud. Credit. l. ait Prætor, §. ſecum mu-
lier, vbi Alber. & Caſt. eod.*

Et ita reſolutum coram R. P. D. Laurentio
Monteſperello. Et quia in hac eadem materia
emanauit etiam alia deciſio *Sac. Rot. Romanæ co-
ram Illuſtriſſimo D. Merlino 17. Martij 1632.* ean-
dem ad ornatum deciſionis noſtræ Maceraten. &
ad publicam vtilitatem hic inſerere decreuimus,
cuius tenor eſt huiuſmodi;

Dominus Amicus Riccius de anno 1592. im-
poſuit ſuper his bonis cenſum ſcutorum 600. ad
fauorem hæredum Philippuccii ſub fideiuſſione
Io: Baptiſtæ Cittadani, vt in ſumm. pro Benedi-
cto, *num. 1.* de anno 1604. Anſouinus Ciccarel-
lus receptis ab hæredibus Riccii ſcuta 600. in ſe
accollauit cenſum prædictum, quem promiſit ex-
tinguere ad omnem requiſitionem hæredum Ric-
cij, vel Cittadani, ac eoſdem hæredes, ac Citta-
danum ſemper conſeruare indemnes, *d. summ.
num. 2.* Deinde de anno 1609. Cittadanus aſſerens
de anno 1604. Anſouinum in ſe accollaſſe medie-
tatem dicti cenſus ſcutorum ſexcentum, & pro
alia medietate ſe ipſum remanſiſſe debito-
rem, dictam medietatem ab Auſouino accol-
latam in ſe reaſſumpſit, & pro toto, & in-
tegro cenſu ſcutorum ſexcentum ſe debito-
rem

Digitized by Google

rem conſtituit, *dict. ſumm. num.* 3. Et poſt lapſum
ſex annorũ hoc eſt de anno 1615. Anſouinus pul-
ſatus ab hæredibus Riccij ad extinguendum cen-
ſum, mediante ſolutione ſcutorum 600. dictum
cēſum extinxit, reportauitq; à Philippuccijs ceſ-
ſionem iurium contra hæreditatem Cittadani,
d. ſumm. num. 5. In vim cuius ceſſionis cum idem
Anſouinus ageret pro repetitione pecuniarum
ſolutarum Philippuccijs contra hæreditatem Cit-
tadani, ſuper qua inſtituta fuit executio, ob
quantitatem æris alieni, quo grauabatur, ſe
oppoſuit D. Benedictus Alaleona contendens ſe
eſſe præferendum in executione ſui crediti An-
ſouino ceſſionario illorum de Philippucciis,
quippè quod ipſe Alaleona, vſque de anno 1596.
per legitima publici Inſtrumenti documenta ſe
creditorem Cittadani oſtendit, cuius controuer-
ſiæ reſolutio cum penderet à diſcuſſione ceſſionis
per Anſouinum reportatæ ab hæredibus Philip-
puccij. Hodie propoſui dubium, An ceſſio ſuf-
fragaretur Anſouino, Quod negatiuè reſolutum
fuit.

Quoniam ex Inſtrumento de anno 1604. cele-
brato, & dato in *ſumm. num.* 2. appareт Anſoui-
num per manualem pecuniarum receptionem in
23 ſe accollaſſe, † & aſſumpſiſſe totum cenſum
ſcutorum 600. cuius erant creditores Philippuc-
cii; & conſequenter effectum fuiſſe debitorem
principalem dicti cenſus, perinde ac ſi primor-
dium obligationis in eo inchoaſſet, non autem in
24 primo ſtipulatore, accollatio enim † habet vim
ſolutionis, *Angel. in l. item ſi filius, ff. ad Maced.
Bart. in l. 3. §. fin. num.* 15. *& ibi Caſtr. num. 3. ff.
de duob. reis, Tiraque. de retract. lignag. §. 1. gloſ.
14. num. 104. & ſeqq. Maſtrill. deciſ. 37. num. 7.
bene Giurb. deciſ. 53. num. 10. ad fin. Add. ad Greg.
XV. deciſ. 389. litt. L. & fuit dictum in Romana
Palatij 25. Iunij 1629. coram* R. P. D. *meo Pirona-
no*, & in terminis de eo, qui cenſum in ſe accolla-
uit, quod fiat verus, & principalis debitor, tra-
dunt *Mode. Peruſin. de cenſib. quæſt. 37. aliàs par.
1. cap. 2. quæſt. 3. art. 1. nu. 16. & quæſt. 105. alias
part. 3. cap. 1. quæſt. 3. art. 3. num. 10. & in addit.
num. 13. Rot. deciſ. 14. num. 2. poſt addit. d. Moder.
25 Peruſin. de cenſib.* Et propterea † idem Anſoui-
nus ſoluendo proprium debitum non potuit con-
tra releuantem reportare iurium ceſſionem, quia
ius creditoris per ſolutionem extinctum fuerat,
ſublataque, & eradicata omnis actio, atque in-
terrupta obligatio, adeò vt per ceſſionem tran-
ſferri amplius non poſſent, vel non niſi contra
ipſum accollatorem ceſſio exerceri valeat, *Caſtr.
in l. modeſtinus, num. 5. ff. de ſolut. Franch. deciſ.
55. num. 7. Milaneſ. deciſ. 8. num. 48. lib. 2. Rot.
coram bon. mem. Card. Caualer. deciſ. 568. nu. 2.
& in recent. deciſ. 436. num. 3. par. 2.* Et in ter-
minis de extinguente cenſum, cuius erat debitor,
26 quod † ceſſionem iurium translatiuam, & effica-
cem reportare nequeat, dicit *Rot. deciſ. 365. nu.
7. poſt Pacif. de ſalu.* Præſertim vero, quia in di-
cto accollationis inſtrumento Anſouinus promi-
ſit releuare indemnes hæredes Riccij, & Cittada-
27 num, Vnde idem Anſouinus, quem † tenet actio
ſtipulatæ indẽnitatis agens ex ceſſione prædicta
rectè à Cittadano, ſeu Creditoribus ex iure ip-
ſius repellitur hac exceptione, quod tenetur eun-
dem conſeruare indemnem, *iuxta l. vendicantem,
ff. de except. l. exceptione doli, C. de euict. cum
concordantibus*, & ceſſio prædicta nunquam re-
ferri poteſt ad iura, pro quibus ipſe Ceſſionarius
obligatus erat conſeruare indemnem Cittada-
num.

Nec obſtare viſum fuit, quod licet in dicto in-
ſtrumẽto inito de anno 1604. Anſouinus aſſerue-
rit accollare, & ſuſcipere in ſe cenſum, atta-
men re vera pecunia peruenerit ad Cittadanum,
& commodum contractus ad illum pertineat,
quemadmodum ipſe Cittadanus faſſus eſt in in-
ſtrumento inito de anno 1609. de quo *in ſumm.
Benedicti, num.* 3. & ab informantibus pro Cic-
carello deducitur etiam ex partitis datis *in ſumm.
eiuſd. Benedicti, num.* 6. Et proinde ipſum Citta-
danum in rei veritate dici verum principalem de-
bitorem, Anſouinum verò fideiuſſorem, quamuis
reſpectu creditoris eſſent duo rei debendi, *ad l. Iu-
lianus, §. item ſi duos, ff. ad ſen. Macedon. Pure-
pur. conſ. 600. num. 6. lib. 2. Paſcth. conſ. 136. nu-
mer. 11. Rot. deciſ. 153. num. 6. par. 2. diuerſ. &
in Romana cenſus 16. May 1631. coram me.* Hinc
28 que benè inferri, quod Anſouinus ſoluendo † ſcu-
ta 600. & extinguendo cenſum, voluerit ſolum-
modo tollere propriam fideiuſſoriam obligatio-
nem, ſeque ab illa eximere, non autem debitum
Cittadani principalis debitoris eradicare, ſed
29 imò animo, & tacito † pacto ſe releuandi præuia
ceſſione, quæ ideò efficax cenſeri debet, *l. Pa-
pinianus, ff. mand. Caſtr. in l. modeſtinus, num. 6.
verſ. & è conuerſo, ff. de ſolut. Dec. conſ. 446. nu-
mer. 1. & 2. Hering. de fideiuſſ. cap. 28. num. 44.
Valent. Franc. eod. tract. cap. 5. num. 486.* Et fuit
dictũ in dicta Romana cenſus coram me, & in hoc
ſtat motiuum deciſionis in fauorem Anſouini, ip-
ſo tantum informante in hac cauſa emanata *ſub
die 26. Aprilis 1630. coram R. P. D. meo Durano.*

Quoniam Domini cenſuerunt obiectum tolli
ex facto, & non ſubſiſtere, quod Cittadanus per
accollationem factus fuerit principalis debitor
cenſus, ſiquidem confeſsio Cittadani emanata in
inſtrumento celebrato de anno 1609. nihil facit,
30 tum † quia præiudicare non poteſt creditoribus
ipſius Cittadani anterioribus, & ante confeſsio-
nem cauſam habentibus, qualis erat D. Benedi-
ctus Alaleona, *l. debitorum pactionibus, C. de pa-
ctis, Menoch. conſ. 851. num. 7. Surd. deciſ. 202.
num. 6. & deciſ. 218. num. 5. ac deciſ. 286. num.
1. Rot. coram ſan. mem. Gregor. XV. deciſ. 157.
31 num.* 8. Præſertim, † quia Cittadanus de tempo-
re factæ confeſsionis vti grauatus ære alieno ſcu-
torum 24. millium, vel decoctus erat, vel deco-
ctioni proximus, vnde inſurgit maior ſuſpicio

frandis, & conſpirationis in præiudicium creditorum, *Card. Seraph. deciſ. 1146. num. 9. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 768. num. 7. & in Viterbienſi pecuniaria 16. Martij 1615. coram bon. mem. Buratto*, tum etiam, quia dicta confeſſio detegitur omninò erronea, & falſa, ipſe enim Cittadanus in dicto inſtrumento de anno 1609. aſſerit ſe ſubintraſſe in medietate dicti cenſus, & rogatum fuiſſe inſtrumentum de anno 1604. quod inſtru-
32 mentum relatum ne dum exhibitum non fuit, † & ſic referenti nullatenus ſtandum eſt, *Auth. ſi quis in aliquo, C. de eden.* Rot. *deciſ.* 358 *num. 4. par. 2. recent.* Sed imò productum fuit inſtrumentum de dicto anno 1604. in quo diſertis verbis legitur, quod Anſouinus in ſe accollauit totum cenſum, & promiſit ſemper, & omni tempore conſeruare indemnes hæredes Riccij, & Cittadanum, & à fructibus, atque expenſis liberare cenſumque ad omnem eorum petitionem extinguere. Vnde relatio conuincitur de manifeſto erro-
33 re, † & ſic referens nequaquam eſt attendendum. *Surd. deciſ. 291. num. 16. Hond. conſ. 66. num. 54. lib. 1. Menoch. conſ. 1187. num. 23. in fin. Rota deciſ. 158. num. 4. par. 2. recent. & fuit dictum in Reatina cenſus 27. Nouembris 1617. coram bon. mem. Buratto*, vbi quod hic eſt verus modus probandi errorem.

Et in omnem caſum ex dicto inſtrumento non probaretur contractam fuiſſe per Cittadanum o-
34 bligationem, niſi de anno 1605. à † quo tempore ad initium contractus in præiudicium creditorum retrotrahi minimè poteſt, *Aret. in l. hæres quandocunque, num. 2. ff. de acq. hæred. Coſt. de retract. cap. 8. caſu 2. num. 11.* & ſic creditum eſſet per multos annos poſterius credito D. Alaleonæ, quod eſt vſque de anno 1596.

Quo verò ad partitas ex quibus deſumitur pecunias cenſus breui manu perueniſſe ad Cittadanum, & ſic contemplatione ipſius factam eſſe accollationem per Anſouinum, qui propterea licet Correus eſſet reſpectu creditoris, fideiuſſor tamen cenſeri debet reſpectu Cittadani principalis debitoris, viſum fuit Dominis non ſatis probari, quod pecuniæ prædictæ peruenerint ad manus Cittadani, & quatenus probaretur, non inde ſequi Cittadanum per accollationem prædictam effectum fuiſſe principalem debitorem.

Non probatur quidem pecunias perueniſſe ad manus Cittadani ex partitis datis in ſum. Benedicti, *num. 6.* quia in illis aſſeritur Cittadanum recepiſſe florenos 1200. non quidem in ſolutionem crediti, & cauſæ prætenſæ accollationis, ſed in
35 creditum Anſouini, adeò, † vt in ipſius ſoluentis patrimonio remanere dicerentur, non autem in vtilitatem recipientis, ex tradita *per Menoch. conſ. 121. num. 43. Surd. deciſ. 186. num. 7. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 224. num. 21. Rot. deciſ. 160. num. 9. poſt Modern. Peruſ. de cenſib.* Ex quo confirmari videtur accollationem realiter, & cum effectu fuiſſe factam ab Anſouino, dum pecuniæ in libris mercatoris, tanquam exiſtentes in eius dominio, deſcriptæ fuerunt, cum expreſſione, quod erant pecuniæ habitæ ex accollatione cen-
36 ſus, & cum verbis: *recò lui contanti*, † ex qua deſcriptione ita concepta probatur dominium pecuniarum fuiſſe Anſouini, ad tradita per *Anchar. conſ. 32. num. 2. Soccin. Sen. conſ. 6. nu. 8. lib. 4. & fuit dictum in Camerinen. Apocæ 4. Maij 1622. coram bon. mem. Remboldo*. Imò ex aliis partitis in ſumm. *num. 7.* apparet Anſouinum recepiſſe à Cittadano frumentum ſimilis valoris florenorum 1200. in qua ſumma idem Anſouinus conſtituitur debitor, & ſic ex hac cauſa dicerentur ſoluti Cittadano floreni 1200. quatenus de illis conſtaret, & conuerſi in ſatisfactionem crediti ex cauſa frumenti.

Minus refragatur partita ſub die 15. Septembris de qua in ſumm. Benedicti, *num. 8.* vbi Anſouinus conſtituitur creditor florenorum 1200. quos enunciatur depoſitos fuiſſe in manibus Colutij in creditum Cittadani, & Anſouini, quoniam
37 cum † de relato depoſito in manibus Colutij ad creditum Cittadani non doceatur, enunciatiua referens nihil facit, *Auth. ſi quis in aliquo, C. de eden. cum alijs*. Et quod magis eſt dicta partita re vera eſt in creditum Anſouini, & ad illius vtilitatem cantat, quamuis enuncietur pecunias fuiſſe depoſitatas penes Colutium, per quam enunciatiuam non tollitur, quin adhuc pecuniæ ſint poſitæ ad creditum eiuſdem Anſouini. Quod ſuadetur etiam ex eo, quia ſi iam *ſub die 3. Septembris* fuerant delati in contanti floreni 1200. cum expreſſione, quod prouenicbant ex accollatione cenſus, dici non poteſt eoſdem iterum fuiſſe dela-
38 tos ſub die 15. eiuſdem menſis, Sed hinc † benè deducitur diuerſitas partitarum, *ad l. ſcire debemus, ff. de verb. oblig. Bald. in l. ne caſu, num. 2. C. de decur. lib. 10. Surd. conſ. 80. nu. 10. & ſeqq.* Et demum partitas prædictas apparet fuiſſe ſoli-
39 datas, vt dicitur in calce, † & nulliter fuiſſe extractas, nempè ex auctoritate A. C. iuriſdictionem non habentis, & ſine citatione partis, adeò vt de illis nulla ſit habenda ratio, nec fidem faciant, *Alex. conſil. 106. num. 13. & ſeq. lib. 5. Put. deciſ. 287. numer. 1. lib. 1. in correctis Rota Ianuenſ. deciſ. 12. num. 3. in fin. & ſeqq.*

Non aduerſantur etiam Epiſtola Cittadani de anno 1608. in qua ſe debitorem cenſus enunciat, & Apocæ de recepto ſolutionem fructuum cenſus à Cittadano factarum creditoribus cenſus, quo-
40 niam † ex confeſſione illa epiſtolari nullum generari poteſt præiudicium Benedicto creditori anteriori, ne ſit in poteſtate debitorum ad inopiam, & decoctionem vergentium circumuenire ſuos creditores, vt notant *Caſtr. in l. ſaia, nu. 5. ff. ad ſenat. Maced. Grat. diſc. foren. c. 768. n. 8. & fuit dict. in Viterbien. pecun. 16. Mart. 1615. corã bo: me: Burat. & in recent. deciſ. 460. num. 1. par. 2.* Confeſſiones
41 autem de † recepto ex eadem ratione non probant in præiudicium tertij, *Ruin. conſil.* 147.

num.

num. 13. *lib.* 1. *Anch. conſ.* 251. *num.* 5. *Rut. deciſ.* 802. *nu.* 10. *par.* 1. *diuerſ.* Et fieri poteſt Cittadanum ſoluiſſe tanquam primariè obligatum in inſtrumento cenſus, quæ obligatio per accollationem Anſonini reſpectu principalis creditoris ſublata non fuerat, non autem tanquam accollator, & ſubintrator cenſus.

Verum quatenus etiam probaretur ex partitis prædictis pecunias receptas per Anſoninum in accollatione cenſus perueniſſe ad manus Cittadani, id tamen non releuaret ad effectum, vt Anſoninus ceſſionarius diceretur anterior creditor, quoniam per receptionem huiuſmodi pecunia-
42 rum non † fuiſſet effectus debitor ex contractu accollationis, in quo re vera non ſe obligauit, neque ex cauſa illius contractus, ſed poſt illum perfectum ex diuerſo contractu diuerſo tempore facto pecunias recepiſſet, vt in terminis fortioribus, nempè quando recipiens pecunias poſtea recognoſcit etiam bonam fidem ſcribit, *Gabriel. conſ.* 63. *num.* 8. *& ſeqq. lib.* 2. *Rot. coram Greg. XV. deciſ.* 167. *num.* 4. *&* 6. Nequè per dictam receptionem pecuniarum cêſeretur voluiſſe reincidere in obligationem, à qua mediante accollatione vim ſolutionis habente fuerat per Anſoninum liberatus, dum non probatur pecunias fuiſſe receptas ex pacto, & particulari conuentione præcedenti, quod fieret ſolutio ex cauſa accolla-
43 tionis, † quæ conuentio non præſumitur, *Bart. in l. ſingularia, num.* 24. *& ibi Bolognett. nu.* 113. *ff. ſi cert. pet. Fenat. de moment. tempor. cap.* 31. *num.* 5. *& cap.* 33. *num.* 5. *&* 6. *Bellun. de poteſt. cor. quæ fiunt in continenti, cap.* 83. *num.* 9. *& per Rot. deciſ.* 323. *num.* 5. *&* 8. *poſt Muder. Peruſin. de cenſib.* Et ſic ſemper verum eſt dicere, quod hoc creditum contractum de anno 1604. eſt poſterius credito Benedicti contracto de anno 1596. & quod ex illa receptione pecuniarum
44 nulla orta eſt hypotheca conuentionalis, quæ † non oritur, niſi expreſſa verba conuentionis illam importent, *l. ante omnia, ff. de probat. Pereg. deciſ. Patauien.* 37. *num.* 5. & ſic non hypothecaria, ſed perſonalis tantum actio competit, creditum verò Benedicti habet ſpecialem hypothe-
45 cam, vnde † ipſe tanquam creditor hypothecarius præferendus eſt Anſonino habenti ſolum perſonalem, etiamſi illam haberet priuilegiatam, ex notat *per Phannec. de inuent. par.* 5. *num.* 148. *Surd. conſ.* 441. *num.* 17. *& ſeqq. & deciſ.* 56. *num.* 6. *& ſeqq. Rot. deciſ.* 279. *num.* 7. *poſt Modern. Peruſ. de cenſib.* Et ita vtraque parte informante reſolutum fuit, &c.

ARGVMENTVM.

Filia à ſtatuto excluſa, & à patre dotata non poteſt ſupplementum dotis petere, quia quecunque ſit dos ab illo conſtituta cenſetur congrua, vel de paragio, itaut in congruitate dotis nulla ratio legitimæ habeatur.

SVMMARIVM.

1 *Apoca ſcripta, & recognita plenam facit probationem contra ſcribentem.*
2 *Et trino teſte munita æquiparatur publico inſtrumento.*
3 *Relictum à patre filiæ cenſetur animo compenſandi ſum dote.*
4 *Pater iuris præſumptionem habet pro ſe, quod cōgruè filiam dotauerit.*
5 *In dotis congruitate iudicanda, ſunt inſpicienda perſonarum qualitates, Ciuitatis conſuetudo, & quantitas patrimonij.*
6 *Dos vt congrua dicatur, non debet eſſe minor legitima.*
7 *Dotis congruitas non neceſſario regulatur à quantitate legitimæ, ſed ex qualitate coniugum, & ex ſolito Ciuitatis, & familiæ.*
8 *Ad inſpiciendam congruitatem, vel læſionem dotis, debet attendi tempus dotationis.*
9 *Nec de auctis facultatibus filiæ dotata aliquid debetur.*
10 *Legitima aſſignata, debet augeri auctis facultatibus.*
11 *Legitima debetur tempore mortis.*
12 *Filius viuente patre, non habet ius in legitima.*
13 *Dos debetur tempore matrimonij, & ob matrimonium.*
14 *Dos ſi congrua conſtituta fuit tempore matrimonij pater liberatur.*
15 *Nec obligatio à qua fuit ſemel liberatus auctis facultatibus reuiuiſcit.*
16 *Filia dotata, & non dotata, à ſtatuto excluſa, propter maſculos, dicitur excluſam etiam à legitima.*
17 *Nec dos loco legitimæ ſubrogatur.*
18 *Mulier excluſa per ſtatutum à legitima, & eius ſupplementum, non debet ſummer ſurare eius dotem ad legitimam.*
19 *Pater ſi aliquid filiæ relinquat, dicitur eam agnouiſſe in ſuam, & relictum ſuccedere loco legitimæ, non obſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum, propter maſculos.*
20 *Siuè relinquat pro legitima, ſiuè etiam relinquat ſimpliciter ne aliud ab ea pro legitima peti poſſit.*
21 *Pater ſi elegit viam teſtandi aliquid filiæ pro legitima relinquendo à ſtatuto diſcedit, &*

velit nolit integram legitimam relinquere compellitur, nec ſtatuto amplius iuuatur. Sed contra, & melius, vt num. 35. & 36.

22 *Legitima non poteſt minui, nec in quantitate, nec in tempore. Quod procedit de iure communi, ſecus verò ſi pater relinquat filia excluſa per ſtatutum, quia tunc poteſt in totum legitimam tollere, & multo magis minuere, num. 39.*

23 *Iudex ſuper re non petita iudicare non poteſt.*

24 *Quod intelligi, & declarari debet.*

25 *Clauſulis ſalutaribus appoſitis in libello, dicitur per actorem intentatum remedium ſuper quo ius fouet, & ſibi eſt magis fauorabile.*

26 *Intellige quoad diuerſa remedia, & diuerſas actiones, non autem quoad diuerſas res.*

27 *Dos, & legitima inter ſe omninò differunt origine, ſubſtantia, & actione.*

28 *In cauſis ſummarijs poteſt ferri ſententia etiam ſuper non petitis, quod non procedit circa diuerſa remedia, & actiones, non autem circa diuerſam rem.*

29 *Variatio ſi qua datur ex proſequutis declaratur.*

30 *Agens ex vna cauſa, non poteſt ex alia obtinere in vim Clauſulæ ſolu facti veritate inſpecta.*

31 *Filia excluſa ab inteſtato, cenſetur etiam excluſa facto teſtamento.*

32 *Et excluſa per ſtatutum, ſi paterno teſtamento prætereatur non habet querelam.*

33 *Nec ius petendi legitimam.*

34 *Legitima nihil aliud eſt, niſi portio eius, quod quis habiturus eſt ab inteſtato.*

36 *Pater non tenetur filiam excluſam per ſtatutum ad integra iura ſuitatis reintegrare, ſed poteſt in parte, & partibus.*

37 *Quod ſi fiat intra legitimam, ipſa petere non poteſt ſupplementum.*

38 *Filia à ſtatuto excluſa reputatur extranea, deſinit eſſe ſua, & habetur pro mortua in ſucceſſione.*

40 *Teſtator, vt dicatur agnoſcere filiam in ſuam, & recedere à ſtatuto, neceſſe eſt, vt relinquat titulo inſtitutionis, nec ſatis eſt, quod relinquat titulo legati.*

41 *Legitima eſt relinquenda titulo inſtitutionis.*

42 *Etiam in teſtamento inter liberos.*

43 *Non inſtitutus, vel legitimè exhæredatus, etiamſi legatum ex teſtamento conſequatur dicitur præteritus.*

44 *Pater vbi pro legitima aliquid filio relinquit, intelligitur iure inſtitutionis.*

45 *Quod intellige ſi pater de neceſſitate legitimam relinquere tenebatur.*

46 *Nec teſtator determinauit præciſè titulum ſui relicti, & adiunt coniectura, quod voluerit relinquere titulo inſtitutionis.*

47 *Vbi verba ſunt clara non admittitur quæſtio voluntatis, & omnis dubitatio inanis redditur.*

DECISIO CCIII.

FVit pro maiori parte deciſum, confirmandum eſſe ſententiam Iudicis a quo, abſolutoriam Iozzij à petitis per q. Lucretiam eius ſororem, nam viſum fuit conſtare de congrua petitæ dotis conſtitutione, & illius ſolutione Philippus enim communis pater illam conſtituit in ſumma florenorum 900. & ad dictæ ſummæ computum perſoluit Octauiano Gambæ, Lucretiæ viro flor. 560. vt probatur ex apoca matrimonia-
1 li, † quæ cum fuerit ab Octauiano ſubſcripta, ac recognita plenam contra ipſum facit probationem, *l. publica, ff. depoſ. §. ſi quis igitur, Auth. de inſtrum. cautel. & fid. Bart. in l. admonendi, nu.*
2 *26. vbi Ripa, nu. 101. ff. de iur. iur.* Imò † cum ſit trino teſte munita æquiparatur publico inſtrumento, *l. ſcripturas, C. qui pot. in pign. hab. Negu z. de pign. par. 5. mem. 2. num. 47. Anto. Gab. tit. de probat. concl. 10. num. 1. & latius probat Surd. conſ. 82. num. 19. lib. 1.*

Reliquæ verò dotis ſolutio probatur ex altera apoca, quæ decreto Iudicis fuit habita pro recognita, ex depoſitione vnius teſtis, ex lapſu 24. annorum, & tot tantiſque coniecturis, & adminiculis latè, ac benè per informantes pro Iozzio ponderatis, & quamuis huiuſmodi ſolutio non probaretur, eſſet dictum reſiduum dotis compen-
3 ſandum in legato vineæ, ac domus, † quicquid enim à patre filiæ relinquitur cenſetur animo cōpenſandi cum dote relictum, *l. ſi cum dotem, §. ſi pater,* vbi omnes notant, *ff. ſolut. matr. Brun. de ſtatu. excluſ. fœmi. art. 9. quæſt. 8. nu. 73. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 10. & tit. 2. num. 5. latè Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 109. nu. 7. & ſeq.*

4 Et prædictam dotem eſſe congruam habetur, non ſolum ex iuris præſumptione, quæ pro patre viget, quod congruè filiam dotauerit, *ad l. nec in ea, ff. de adul. Dec. conſ. 505. num. 2. Alex. conſ. 33. num. 4. lib. 4.* Gram. *deciſ. 101. num. 68. Hond. conſ. 10. num. 32. lib. 1.* Rota *apud Caſ. de Graſſ. de coſt. deciſ. 2. num. 4.* Sed etiam probant 2. 3. 4. & 5. teſtes pro Iozzio inducti ſuper 3. &
5 4. *cap.* dum affirmant dotem † à Philippo pro Lucretia Octauiano traditam reſpondere perſonarum qualitati Ciuitatis conſuetudini, & quantitati patrimonii, quæ in dotis congruitate iudicanda ſunt inſpicienda, non ſolum de iure communi, *l. quæro, l. cum poſt, §. gener. ff. de iur. dot. l. ſi filia, ff. de leg. 3. Ruin. conſ. 56. num. 9. & 10. lib. 3. Corn. conſ. 316. col. 4. Cæſar de Graſſ. d. deciſ. 2. de coſt. num. 14.* Gram. *d. deciſ. 101. nu. 67. Rot. diuerſ. par. 1. deciſ. 540. nu. 3. & coram Caualer. deciſ. 200. num. 3. & deciſ. 298. num. 4.* verum etiam expreſſa ſtatuti Maceratan. diſpoſitione *ſub rub. 30. & 38. lib. 2.*

Non obſtat, quod licet in dore conſtituenda

præ-

6 prædicta omnia inſpici debeant, adhuc temen, †
vt congrua intelligatur, non debet eſſe minor le-
gitima, *Corn. conſ. 155. nu. 3. lib. 3. Cran. conſ.*
236. lib. 1. & alii adducti per informantes pro
7 Lucretia. Quia præterquam, quod † congruitas
dotis, ſeu paragium, cum ſit quid diuerſum à le-
gitima, neceſſario non regulatur à quantitate le-
gitimæ, ſed ex qualitate coniugum, ex ſolito Ci-
uitatis, ac familiæ, vt latè probat *Oddus, tract.*
de fideicom. quæſt. 43. num. 79. & ſeqq. quem ſe-
quitur *Rot. in recent. par. 5. deciſ. 88. num. 9. &*
coram Caualer. deciſ. 298. num. 5.

Reſpondetur vlterius, quod non fuit proba-
tum dotem floren. 900. non aſcendiſſe ad Lucre-
8 tiæ legitimam de tempore dotationis, † quod
tempus ad inſpiciendam congruitatem, & læſio-
nem dotis debet attendi, non autem tempus mor-
tis patris, *Bald. in Auth. reſque, C. com. de leg.*
Gabr. conſ. 139. num. 23. lib. 2. Brun. qui de ve-
riori, d. art. 9. num. 40. & ſeq. Gram. d. dec. 101.
num. 72. Peregr. deciſ. 3. num. 10. Hond. de com-
9 *muni, d. conſ. 8. num. 36.* Nec † de auctis facul-
tatibus filiæ dotatæ aliquid debetur, *Surd. conſ.*
148. num. 5. lib. 1. Rimin. Iun. qui de veriori, &
magis communi, conſ. 97. lib. 1. Menoch. de arbit.
lib. 2. cent. 2. caſu 149. num. 18. Grat. deciſ. 27.
num. 12. Amat. deciſ. 28. num. 18. Peregr. d. de-
ciſ. 3. num. 10. verſ. quamquidem ſententiam, Ro-
ta deciſ. 195. num. 4. par. 2. recent. quicquid di-
xerit *Bald. Nou.* in cõtrarium adductis in *ſuo tract.*
de dote 6. par. principali *priu. 17.* neque eius fun-
damentum de ſupplemento legitimæ nocet, nam
10 dato quod eſſet vera illa opinio, † quod auctis
facultatibus legitima aſſignata deberet augeri,
quæ tamen eſt dubitabilis, cum contrarium fir-
mauerint poſt alios *Cran. conſ. 114. num. 16. lib.*
1. Rim. Iun. conſ. 97. num. 15. & ſeq. lib. 1. Curt.
Sen. conſ. vltimo, num. 3. vbi de communi. Diuer-
11 ſa tamen ratio conſideratur in dote, etenim † le-
gitima debetur tempore mortis, *l. 1. §. ſi impu-*
beri, ff. de coll. bon. l. cum quæritur, C. de inoff.
teſtam. & in Auth. de triente, & ſemiſſe, §. 1.
12 *Graſſ. in §. legitima, quæſt. 12. num. 1.* nec † enim
filius viuente patre ius aliquod habet in legitima,
d. §. ſi impuberi, Rot. deciſ. 708. num. 3. part. 1.
13 *recent.* Dos † verò eſt debita tempore matrimo-
nii, & ob matrimonium, *l. quod pupillæ, ff. quan.*
dies leg. ced. Bart. in l. Titio centum, §. Titio gene-
14 *ro, ff. de cond. & demonſ.* & † ſi congrua conſti-
tuta fuerit tempore matrimonii liberatur pater,
15 *Inſt. quib. modis toll. oblig. in princ.* Nec † obliga-
tio, à qua fuit ſemel liberatus auctis facultatibus
reuiuiſcit, *Ruin. conſ. 56. num. 13. lib. 3. Rimin.*
Iun. d. conſ. 97. num. 19. & ſeqq.

16 Secundò reſpondetur ſtatutum Maceraten. ex-
cludere dotatas, & non dotatas propter maſcu-
los, quo caſu mulier dicitur excluſa etiam à legi-
timo, *Gabr. conſ. 11. num. 5. & conſ. 116. num.*
17 *40. lib. 1.* Nec † dos loco legitimæ ſubrogatur,
iuxta diſtinctionem *Paul. de Caſtr. in dict. l. Titio*
centum, §. Titio genero, ff. de cond. & demonſ.
quæ communiter approbatur *Gabr. conſ. 140. nu.*
16. & 19. lib. 2. Ruin. num. 9. lib. 3. conſ. 27. Al-
ting. conſ. 58. num. 5. lib. 1. Quamobrem in con-
gruitate dotis nulla ratio legitimæ haberi poteſt.
18 Tertiò omnis ſcrupulus tollitur, quoniam idẽ
ſtatutum ex dicta cauſa apertiſſimis verbis exclu-
dit etiam à legitima, eiuſque ſupplemento, ita
vt nullatenus debeat dos ad legitimam commen-
ſurari, *Gram. d. deciſ. 101. num. 62. & ſeqq. Rot.*
apud Caſar. de Graſſ. d. deciſ. 2. nu. 11. de conſtit.
& in recent. par. 1. deciſ. 581. num. 4. & coram
Caualer. d. deciſ. 298. nu. 4. verſ. præterea, Grat.
diſcept. 148. num. 12.

Minus obſtat aliud fundamentum adductum
pro infirmatione ſententiæ Iudicis à quo, nem-
pè quod ſtante teſtamento Philippi, in quo inſti-
tuto hærede vniuerſali Ioazio filio, reliquit Lu-
cretiæ domum, & vineam his verbis (item iure
legati reliquit D. Lucretiæ ipſius teſtatoris filiæ,
& vxori D. Octauiani Gambæ ad preces dict. D.
Iozzi, domum, & vineam, & hoc tàm pro legi-
tima, Trebellianica, & quocunque alio iure ſibi
quomodocumque, & qualitercumque competen,
& quod de eius bonis plus petere non poſſit, aſ-
ſerens ipſe Teſtator, quod dicta Lucretia fuit ab
ipſo condecenter dotata vltra prædicta, vt con-
ſtare dixit per ſcripturas ad quas, &c.) debebat
ipſe Iudex à quo immittere prædictam Lucre-
tiam in poſſeſſionem ſextæ partis bonorum Phi-
lippi computatis domo, & vinea ei, vt ſupra re-
lictis pro ſupplemento legitimæ ipſius Lucretiæ.
19 Nam † cum Philippus in eius teſtameno reliquer-
rit dictæ Lucretiæ domum, & vineam pro legiti-
ma dicitur eã agnouiſſe in ſuam, & relictum ſuc-
cedere loco legitimæ non obſtante ſtatuto fœmi-
narum excluſiuo propter maſculos, *Rot. deciſ. 60.*
num. 3. & deciſ. 266. num. 3. par. 1. diuer. Surd.
de aliment. tit. 3. quæſt. 1. num. 59. cum aliis ad-
20 ductis per informantes, † Idque non ſolum quã-
do filiæ relinquitur pro legitimo, ſed etiam vbi
ſimpliciter fuit relictum ne aliud ob ea pro legiti-
ma peti poſſit, *Rot. d. deciſ. 266. num. 4. Rube.*
Alex. in l. pater filium, num. 173. de inoff. teſtam.
Gabr. d. conſ. 140. Hond. conſ. 53. nu. 12. lib. 1.
21 cum † enim pater elegit viam teſtandi, aliquid
filiæ pro legitima relinquendo, tunc à ſtatuto di-
ſcedit, & velit nolit integram legitimam relinque-
re compellitur, nec ſtatuto amplius iuuatur. *Soc.*
conſ. 150. num. 17. lib. 1. Ruin. conſ. 40. lib. 3.
22 legitima † enim non poteſt minui, nec in quan-
titate, nec in tempore, & omne onus reiicitur,
& pro non appoſito habetur, *Bart. Sal. Alex. &*
alij in l. ex facto, ff. de vulg. & pup. l. omnimodo,
& l. quoniam, C. de inoff. teſtam. Graſſ. in §. legi-
tima, quæſt. 32. num. 3.

Quia in primis fuit obſeruatum, quod Lucre-
tia in præſenti iudicio, neque legitimam, neque
ſupplementum petiit, ſed ſolummodo dotem,
eamque congruam non minorem legitima, ideò

Iudex

Digitized by Google

23 Iudex à quo † ſuper legitima, eiuſque ſupple-
mento, tanquam ſuper re non petita citra in-
curſum nullitatis non poterat iudicare, *l. vt fun-
dus, ff. com. diu. cap. licet, Heli. vbi Doct. de ſim.*
Surd. conſ. 273. *num.* 11. *lib.* 2.
24 Nec iuuat, quod Lucretia in principio libelli
narrauerit ſe filiam legitimam, & naturalem Phi-
lippi, ipſumque Philippum valdè amplas facul-
tates reliquiſſe, itaut colligeretur ex ipſo libello
Lucretiæ competere ius petendi ſupplementum
legitimæ, & proptereà ſuper legitima poterat
ferri ſententia, licet ſuper dote eſſet facta libelli
concluſio, *Gabr. de Clauſ. concl.* 4. *num.* 8. *& ſeq.*
25 cum alijs allegatis, † maximè ſtantibus clauſu-
lis ſalutaribus, quibus dicitur per actorem inten-
tatum remedium ſuper quo ius fouet, & quod ſi-
bi eſſe magis fauorabile ex narratis colligi po-
teſt, *Amat. deciſ.* 61. *num.* 71. *& ſeq. Rolan. conſ.*
79. *num.* 38. *lib.* 1. *Rot. diuerſ. deciſ.* 256. *num.* 8.
par. 1. *& deciſ.* 44. *par.* 2.
26 Quia reſpondetur premiſſa procedere, quoad
diuerſa remedia, & actiones, non autem quoad
diuerſas res, *DD. in l. per hanc, C. de temp. & re-
parat. & in l. edita, C. de eden. præcipuè, Ripa num.*
38. *Surd. conſ.* 24. *num.* 19. *lib.* 1.
27 At in caſu de quo agitur, prætenditur obtineri
pro legitima dum fuit expreſsè petita dos, quæ
inter ſeſe omnino differunt origine, ſubſtantia, &
actione, vt colligitur ex his, quæ tradunt *Menoch.
de arbitr. caſu* 149. *Surd de aliment. tit.* 5. *quæſt.* 1.
num. 7. *Barz. deciſ.* 148. *Io. Baptiſta Coſta de port.
& Rata, quæſt.* 37. *num.* 1. *Graſſ. in* §. *legitima,
quæſt. vltima, Barb. ad quartam partem, l.* 1. *ff. ſo-
lut. matr. nu.* 5. *in dicto tex. in l. vnic. C. de rei vxor.
action.* ideò, &c.

Non obſtat, quod ex forma *conſt. Marchi. lib.* 5.
cap. 16. omnes cauſæ dicantur ſummariæ, ac pro-
28 indè poſſit † ferri ſententia etiam ſuper non pe-
titis, *Varall. deciſ.* 126. *par.* 2. *Magon. deciſ. Flor.*
10. *num.* 5. *Rot. d. deciſ.* 256. *part.* 1. *& deciſ.* 44.
par. 2. *diuerſ.* quia vt diximus non procedit circa
diuerſam rem, ſed circa diuerſa remedia, & actio-
nes, & in his terminis loquuntur doctrinæ alle-
gatæ.

Quibus additur, quod variatio, quæ prætendi-
tur non pendet à libello, nec à proſequutis, nam
Lucretia totum proceſſum inſtruxit ſuper libel-
lo, & capitulis in eo inſertis, quæ tantum dotem
concernunt, & non legitimam, vnde neceſſe fuit
29 ſententiare ſuper dote, † quia variatio ſi qua da-
tur, ea ex proſequutis declaratur *Rot. diuerſ. par.*
1. *deciſ.* 44. 256. *&* 257. *Mareſ. d. cap.* 38. *Stat.
d. ſalp. tit. cap.* 3. *num.* 58. *cum plur. ſeqq.*

Sed omnis tollitur difficultas, quia licet *dicta
conſt. lib.* 5. *cap.* 16. declaret omnes cauſas ſum-
marias, in illis tamen mandat procedi ſub certa
ibi præſcripta forma, præcipuè dato libello per
actorem, & ſtatuto reo termino ad excipiendum,
& iterum actori ad replicandum, vltra alios ter-
minos ſubſtantiales ibi deſcriptos, quo datur in-
telligi conſtitutionem ipſam voluiſſe iudicium
fundari ſuper libello principaliter, nec reo tollere
defenſionem, quo † caſu non poteſt obtineri ſu-
per non petitis, etiam in vim clauſulæ ſola facti
veritate inſpecta, vt in puncto *Rota Lauren. deciſ.*
6. *num.* 20. *Pariſ. conſ.* 131. *num.* 14. *lib.* 1. *Oſa-
ſch. deciſ.* 1. *num.* 21. idemque conſiderauit *Rota
d. deciſ.* 257. *num.* 2. *&* 6. *par.* 1. *diuerſ.* dum
dicit, quòd ideò in ſummarijs poteſt obtineri
etiam in contraria actione, quia in illis non re-
quiritur libellus, nec litis conteſtatio, quaſi dicat,
quod ſi libellus, vel conteſtatio requireretur non
poſſet obtineri, ad idem *Valaſc. de iure emph.
quæſt.* 6. *num.* 15. *&* 16. quem citat, & ſequitur
Rug. d. quæſt. 1. *num.* 150. vbi dicit, quod ratio-
ne non tollendi defenſionem parti, non poteſt fer-
ri ſententia ſuper non petitis in libello, etiam in
vim clauſulæ ſola facti veritate inſpecta, quia
Reus fuit citatus ſuper expreſsè deductis in libel-
lo, ergo, &c.
31 Secundò principaliter fuit dictum, quod cum
excluſa ab inteſtato cenſeatur etiam excluſa fa-
cto teſtamento, *Bart. in l. fin. col.* 2. *circa finem,
ff. ad Tertull. DD. in l. Gallus,* §. *& quid ſi tantum,
ff. de lib. & poſt Bran. d. art.* 9. *num.* 18. *& ſeq.
Hond. conſ.* 4. *num.* 38. *lib.* 1. *Afflict. deciſ.* 118.
num. 6. *vbi de communi, Gabr. d. conſ.* 140. *nu.* 20.
32 Adeò † vt filia excluſa per ſtatutum, ſi paterno
teſtamento prætereatur, non habeat querelam,
tex. eſt, & ibi, Ang. in l. poſthumus, §. *ſi quis ex
bis, ff. de inoff. teſtam. Cor. pro communi, conſ.*
107. *num.* 4. *& ſeq. lib.* 2. *Becc. conſ.* 103. *num.*
19. *& ſeq. Soc. d. conſ.* 150. *num.* 26. & vterquè
33 de communi. Nec † ius petendi legitimam ex te-
ſtamento, *DD in d. l. Gallus, Corn. d. conſ.* 107.
num. 8. *Gabr. d. conſ.* 11. *num.* 19 *& conſ.* 116.
num. 37. *lib.* 1. *& d. conſ.* 140. *num.* 20. *Altog.
d. conſ.* 58. *num* 4. *Put. qui de communi, deciſ.* 38.
lib. 3. *Aym. qui pariter de communi, conſ.* 41. *nu.*
34 13. Cum legitima † nihil aliud ſit, niſi portio eius
quod quis habiturus eſſet ab inteſtato, *l. cum que-
ritur, l. parentibus, C. de inoff. teſtam. Bart. conſ.*
8. *prope finem, Angel. conſ.* 362. *Decian. conſ.* 425.
num. 4. *Gabr. d. conſ.* 41. *num.* 5. *Ruin. d. conſ.* 27.
num. 3. *& ſeq. Altograd. d. conſ. num.* 49. *&* 50.
Merlin. de legit. lib. 1. *tit.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 11. *&
tit.* 4. *quæſt.* 2. *num.* 3. *Rota deciſ.* 415. *par.* 4. *di-*
35 *uerſ.* Meritò hæc † reintegratio, ſeu agnitio non
procedit ex iuris neceſſitate, ſed ex mera teſtato-
ris voluntate; ideò poteſt ipſe Teſtator illam ad
ſui libitum moderare, *Caphal. conſ.* 145. *lib.* 1.
Ruin. d. conſ. 27. *num.* 20 *Gabr. d. conſ.* 41. *num.*
17. *& ſeq. plenè Surd. conſ.* 185. *num.* 20. *& ſeq.*
36 *lib.* 2. Nequè † enim pater neceſſe habet filiam
excluſam per ſtatutum ad integra iura ſuitatis re-
integrare, ſed poteſt in parte, & partibus, latè
Brun. poſt Bald. Alex. & alios, d. art. 9. *num.* 83.
37 *&* 78. *& artic.* 4. *limit.* 5. *num.* 19. & ideò † ſi
huiuſmodi moderatio fiat infra legitimam (pro-
ut prætenditur eſſe factam in propoſito) filia mi-
nimè

nimè poteſt petere ſupplementum, *Ruin. d. conſ.*
27. vbi apparent ſublata fundamenta *d. conſ.* 40.
eiuſdem *Ruin. ex aduerſo allegati*, idem *Ruin.* poſt
alios per eum adductos *in d. l. Gallus*, §. *& quid
ſi tantum, ſub num.* 185. *& d. conſ.* 56. *nu.* 3. vbi
de veriori, & hæc opinio (licet aliqui contrariũ
ſentiant) eſt communis, & magis recepta. *Gabr.
d. conſ.* 41. *num.* 19. *Pereg. deciſ.* 82. *num.* 3. *&*
4. & hanc ſequuta eſt *Rota in vna Bononien. Apo-
thecarum penes Cæſar. de Graſſ. d. deciſ.* 2. *de con-
ſtit. & in vna* Romana *ſupplementi legitimæ, co-
ram Arigonio, quæ eſt deciſ.* 415. *par.* 4. *diuerſorũ*
vbi de veriori, & magis communi. & nouiſſimè
deciſ. 64. *num.* 10. *par.* 1. *recent.* vbi in ſpecie te-
38 probat *dictum conſ.* 40. *Ruin.* filia † enim a ſtatu-
to excluſa reputatur extranea, deſinit eſſe ſua,
& habetur pro mortua in ſucceſſione, *Bart. in l.*
1. §. *ſciendum, per illum tex. ff. de ſuis, & legit.
Bald. in l. maximum vitium, C. de lib. pret. Theſ.
deciſ.* 159. *num.* 12. *Menoch. de præſumpt. lib.* 4.
præſumpt. 146. *num.* 40. *Altograd. dict. conſ.* 58.
num. 6. 88. *&* 89. *Merlin. d. tract. lib.* 1. *titul.* 4.
quæſt. 3. *num.* 23. *&* 30. Non mirum igitur ſi pa-
tris voluntate repugnante nihil ex teſtamento fi-
lia capere poteſt, alias ſequeretur, quod filia
veniens contra voluntatem patris eſſet melioris
conditionis, quam veniens præter voluntatem,
contra *tex. in d. l. maximum vitium*, circa me-
dium, & conſiderauit *Rota apud Cæſar. de Graſſ.
deciſ.* 4. *num.* 14. *tit. qui filij ſint legitimi.*

Nec releuat, quod legitima non poſſet minui,
39 nec in tempore, nec in quantitate, † quia conclu-
ſio procedit, quo ad legitimam, quam pater co-
gitur relinquere filiæ attenta diſpoſitione iuris
communis, & ſtatuto ceſſante, & in his terminis
loquuntur iura exad. allegata; ſecus verò ſi pa-
ter relinquat filiæ excluſæ per ſtatutum, quia
tunc quemadmodum ex dicta legitima cauſa non
prohibetur per præteritionem in totum legitimã
tollere, *Natt. conſ.* 203. *num.* 8. *Mag. deciſ. Flo-
ren.* 14. *num.* 12. *Rota in recent. par.* 6. *deciſ.* 137.
num. 12. multò magis poteſt eam minuere, *ad l.
quod de bonis*, §. *final. ff. ad l. Falcid. tradunt,
Cæphal. Surd. Gabr. locis ſupracitatis, Ruin. dict.
conſ.* 27. *num.* 16. *& ſeq.* vbi pulchrè, & latè.

40 Tertiò fuit reſponſum, quod ad hoc, vt teſta-
tor dicatur agnoſcere filiam in ſuam, & recedere
à ſtatuto neceſſe eſt, vt relinquat tit. inſtitutio-
nis, nec ſatis eſt, quod relinquat *tit. legati, vt col-
ligitur, ex deciſ.* 60. *&* 266. *par.* 1. *diuerſ. Gabr.
& Hond. allegat. conſ.* 140. *&* 53. & ex omnibus
alijs in contrarium adductis, præſertim verò ex
Ruin. d. conſ. 40. *qui ſub num.* 16. *verſ. vel à. po-
teſt ad contrarium reſponderi, &c. necnon d. conſ.*
27. *num* 25. *id expreſsè tradit, & ita declarat Co-
ſta de port. & Rat. quæſt.* 37. *num.* 4. *&* 5. *Rota
deciſ.* 408. *num.* 5. *par.* 2. *recent.*

41 Et probatur euidenti ratione, nam legitima
eſt ſuis relinquenda *tit. inſtitutionis, tàm de iure
ciuili*, §. *aliud quoque capitulum, Auth. vt cum
de appell. cogn. gloſ. & DD. in Auth. nouiſſima, C.
de inoff. teſtament. Graſſ. in d.* §. *legitima. quæſt.*
24. *num.* 1. *& in* §. *teſtamentum, quæſt.* 38. *in
princ.* quam de iure Canonico, *Alex. qui de com-
muni conſ.* 70. *num.* 6. *lib.* 2. *Boer. deciſ.* 267. *num.*
1. *Surd. de aliment. tit.* 9. *quæſt.* 21. *num.* 3. etiam
42 in † teſtamento inter liberos, *gloſ. in cap. ſi pa-
ter, in verb. inſtituit de teſtament. in* 6. *Graſſ. qui
de com. in d.* §. *teſtamentum, quæſt.* 18. *num.* 4. *Di-
dac. qui pariter de communi in cap. Raynutius*, §.
43 1. *num.* 2. *de teſtam.* adeò † vt non inſtitutus, vel
legitimè exhæredatus, etiamſi aliquod legatum
ex teſtamento conſequatur, præteritus dicatur,
*Dec. in l. poſthumu, C. de bono poſſ. contra Tabul.
& in Auth. ex cauſa, vbi Bart. num.* 4. *C. de libe
præt. Rot. deciſ.* 578. *num.* 2. *vbi de communi par.*
1. *recent.* At Philippus non reliquit Lucretiæ do-
mum, & vineam *tit. inſtitutionis, ſed expreſsè tit.
legati*, Ergo eam non agnouit in ſuam, nec vo-
luit à ſtatuto recedere.

44 Nec refert, quod vbi pater pro legitima ali-
quid filio relinquit intelligitur relinquere iure in-
ſtitutionis, *Mant. qui de communi, de conject. vl-
tim. volunt. lib.* 4. *tit.* 3. *nu.* 22. Quia vltra, quod
in propoſito non fuit ſimpliciter pro legitima
relictum, ſed pro legitima Trebellianica, & om-
ni iure, &c. quæ verba ſunt potius dubitantis,
quid nam filia, & quo iure pretendere poſſit, quã
volentis relinquere pro legitima, & recedere à
ſtatuto, vt optimè conſiderat. *Gabr. d. conſ.* 40.
num. 11. *lib.* 2. Maximè quia inſtituit ſolum ma-
ſculum, reſtrinxit legatum ad certas, & determi-
natas res, prohibuit quod plus non peteret, aſ-
ſeruit eſſe congruè dotatam, quæ omnia ſunt ſta-
tutariæ diſpoſitioni conformia, aduerſantur iuri
communi, ideò nullo pacto ex tali relicto colligi-
tur, quod Philippus voluerit filiam in ſuam agno-
ſcere, & à ſtatuto recedere, quin potius depro-
mitur, quòd voluerit ſe cum ſtatuto conformare,
niſi velimus deducere voluntatem ex noluntate,
immò ex prohibitione.

45 Fuit etiam reſponſum Manticam, & DD. ab
eo citatos loqui quando fit relictum filio cui pa-
ter de neceſſitate legitimam relinquere tenebatur
quæ cum titulo inſtitutionis (circumſcripta ſta-
tutaria diſpoſitione) ſit filius relinquenda, *d.* §.
aliud quoque capitulum, & d. Auth. nouiſſima,
ideò ad ſubſtinendum paternum teſtamentum be-
nigna fit interpretatio, vt voluerit relinquere ti-
tulo inſtitutionis, *ad l. quoniam indignum, C. de
teſtam. Mant. d. tit.* 3. *num.* 1. At Philippus non
tenebatur Lucretiæ per ſtatutum excluſæ aliquo
modo relinquere, ne dum iure inſtitutionis pro
ſuo teſtamento ſubſtinendo, ideò ceſſat ratio cur
debeat præſumi reliquiſſe dicto titulo;

46 Præterea Mantica, & alij loquuntur, quando
ſimpliciter fuit aliquod relictum pro legitima,
nec teſtator determinauit præcisè titulum ſui re-
licti, & adſunt coniecturæ, quod voluerit relin-
quere, *tit. Inſtitutionis*, At in propoſito, vltra
quod

Digitized by Google

quod coniecturæ (vt deduximus) militant in oppoſitum, Philippos determinauit titulum ſui relicti apponendo illa verba iure legati, ideò nihil remanet, quod ex coniecturis poſſit ſpecificari contra ipſius Teſtatoris expreſſam voluntatem, *ad l. continuus, ff. de verb. oblig.* vbi enim verba
47 ſunt † clara non admittitur quæſtio voluntatis, & omnis dubitatio inanis redditur, *l. ille, aut ille, §. cum in verb. deleg. 3. l. ancillæ, C. de furtis, Capice. deciſ. 17. num. 3. Gabr. conſ. 151. num. 1. lib. 2.*

Et ita dicitum coram R. P. D. Laurentio Monteſperello.

A R G V M E N T V M.

Statutum alicuius Ciuitatis, ſeu loci non comprehendit bona extra territorium, & ideò, vt locum habeat requiritur ſubiectio bonorum, & perſonæ in vno, & eodem ſtatuto.

S V M M A R I V M.

1 *Agnati, & cognati maſculi, & fœminæ ad ſucceſſionem defuncti, admittuntur ſecundum gradus prærogatiuam.*
2 *Sorores, patrueles, & ſorores amitinæ ſunt in quarto gradu reſpectu iure Ciuili.*
3 *Statutum Ciuitanouæ lib. 2. Rub. 28. & lib. 5. Rub. vltima, non excludit cognatos propter agnatos.*
4 *Statutum Recanaten. de ſucceſſione loquens, non extenditur ad forenſes.*
5 *Statutum ſucceſſionum non extenduntur extra territorium, & eſt concluſio generaliter recepta, & de ratione, num. 6.*
7 *Amplia ſiue ſtatutum in rem conceptum ſit, ſiue in perſonam.*
8 *Amplia etiamſi is de cuius hæreditate agitur fuerit ſtatuto ſubiectus.*
9 *Amplia etiamſi ſtatutum eſſet fauorabile.*
10 *Prout ſunt fauorabilia ſimilia ſtatuta.*
11 *Imò Iuri Diuino conformia.*
12 *Amplia quamuis maior pars bonorum ſit in territorio ſtatuentium, & in loco in quo defunctus deceſſit, quia non propterea extenditur ſtatutum ad bona alibi ſita.*
13 *Amplia vt procedat ſine ſerupulo quando illi, qui ſuccedunt ſunt forenſes.*
14 *Amplia vt non extendatur iſtud ſtatutum loci incolatus, ad ſtatutum originis cui ſubſunt hæredes, ſed ius proprium cuiuſque loci attenditur.*
15 *Niſi eidem ſtatuto ſubiaceant bona, & perſonæ ſemul, nec ſufficit alterum eorum licet vterque locus incolatus, & originis eidem Principi ſubiaceat.*
16 *Et niſi defunctus haberet bona in vtroque loco, & perſonæ ſuccedere debentes ſubiacerent vtriuſque loci iuriſdictioni, quia tunc eſſet locus coniunctioni ſtatutorum.*
17 *Amplia quamuis ſtatutum eſſet à Principe confirmatum.*
18 *Confirmatio nihil de nouo addit, ſed dat robur in iiſdem terminis.*
19 *Statutum Recanatenſe de ſucceſſione loquens non comprehendit agnatos forenſes, quia expreſſim dirigitur ad commodum ſuorum Ciuium.*
20 *Nec ex perſona defuncti ſi fuerit ſubditus reſultat diuerſum ius, quia vocatorum, & non defuncti ratio habenda eſt.*
21 *Forenſes excluduntur à ſtatuti beneficio non defectu poteſtatis, cum ſit liberum excludere, vel includere, ſed voluntatis.*
22 *Voluntas, & poteſtas in quolibet actu requiritur.*
23 *Vbi deſicit voluntas commoda ſtatuti ad forenſes non pertinet.*
24 *Ex prohemio mens ſtatuentium apparet.*
25 *Statuentium intentio eſt prouidere Ciuibus ſuis, non exteris.*
26 *Statuto ſancitur ius proprium cuiuſque loci.*
27 *De his qui foris ſunt nihil ad nos.*
28 *Publice intereſt fauere agnationibus, quæ maiori opulentia ſplendorem afferunt Ciuitati.*
29 *Pauperes, & viles ad munera publica non ſublimantur.*
30 *Sed in ſua paupertate ſordeſcunt.*
31 *Honor decreſcit per rerum diminutionem.*
32 *Statuti ratio vnica, & finalis colligitur ab effectu.*
33 *Statutum ſi poſt maſculos vocat etiam fœminas ad ſucceſſionem, ſubintelligitur de agnatis.*
34 *Fœminæ ſuorum publicorum munerum ſunt participes.*
35 *Maſculi melius quam fœminæ, & agnationes diuites magis, quam pauperes publica munera, & onera ſubeunt.*
36 *Forenſes neque decus, neque commodum afferunt reipublicæ.*
37 *Commoda eum ſequi ſolent, quem afficiunt incommoda.*
38 *Generaliter receptum eſt, forenſes non gaudere beneficio ſtatutorum.*
39 *Imò neque originarius, ſi ab oneribus loci originis ſe liberauerit.*
40 *Ciuis Maceratenſis non poteſt vti ſtatuto Ciuitanouæ in bonis ibi ſitis.*
41 *Statuentes intendunt proſpicere ſuis, & nihil eorum intereſt de exteris.*
42 *Vbi ratio ſtatuti non eſt expreſſa, ac adeo vnica, vt pro expreſſa haberi debeat, non poteſt fieri fundamentum in ratione ceſſante.*
43 *Non poteſt excogitari ratio ſtatuti, quæ non referatur ad commodum Ciuium.*
44 *Ad commodum Ciuitatis attinet forenſes allicere ad incolatum.*
45 *Nihil intereſt an Ciuitas repleatur potius agnatis, quam cognatis.*

46 *Verba*

46 *Verba generaliter dicta, generaliter ſunt intelligenda.*

47 *Voluntas non eſt præſumenda diuerſa à qualitate verborum.*

48 *Forenſes non comprehenduntur verbis quantumcumque generalibus.*

49 *Statutum ſemper refertur ad ſuos Ciues, ob intentionem ſtatuentium prouidendi ſuis, & non exteris, num. 50.*

51 *Dum ſtatutum excludit cognatos forenſes, conſequens eſt, vt includat agnatos, quia incluſea eſt fauorabilior.*

52 *Voluntas excludendi venit in conſequentiam incluſionis, quæ fit de ſubdito, & ſic excluſio pendet ab incluſione.*

53 *Statutum conditum fauore Ciuium exercet vires ſuas aduerſus extraneos.*

54 *Bartoli diſtinctio in l. cunctos populos, num. 42. C. de Sum. Trin. & fid. Cath. reyeitur tàm in primo, quàm in ſecundo capite, & num. 55.*

56 *Statuti conceptio in perſonam auget coniecturam voluntatis.*

57 *Forenſes continentur etiam in ſtatuto imponente onera, & ligantur occaſione bonorum.*

58 *Sophiſma eſt arguere à ſtatuto ſuper banis poſſeſſis, ad ſtatutum vbi tractatur, quis nam vocari debeat ad poſſeſſionem, & num. 62.*

59 *Qualitas, quæ facit babilem ad ſuccedendum, debet interuenire tempore delationis hæreditatis.*

60 *Hæreditas eſt petenda in loco bonorum.*

61 *Idem eſt forum ſortiri, & ſtatuto ligari.*

63 *In argumento ſupponitur id de quo quæritur.*

64 *Clerici gaudent beneficia ſtatutorum, quamuis non ſint ſubiecti oneribus, & ceſſet in eis ratio conſeruandi agnationem.*

65 *Clerici ſubeunt onera ſpiritualia, quæ ſunt præſtantiora.*

66 *Clerici non ſunt omnino forenſes.*

67 *Imò ſunt Ciues priuilegiati.*

68 *Confutatis rationibus, ceſſat authoritas.*

69 *Non eſt curandum de ijs, qui perfunctoriè ſcribunt ad magis colorandum aliam rem principalem,*

70 *Quando contendentes de hæreditate ſunt forenſes, & defunctus incolatum contraxerat attenduntur perſona vocatorum de quorum commodo agitur, & non defuncti.*

71 Rotæ Romanæ *magna eſt auctoritas.*

72 *Et eius deciſiones tanquam magiſtrales, & communem oppinionem facientes ſunt ſequendæ,*

73 *Statutum loquens de ſucceſſione non comprehendit forenſes, licet is de cuius ſucceſſione agitur ſit ſubiectus ſtatuto, & num. 99.*

74 *Succeſſio ab inteſtato dicitur quaſi tacitum teſtamentum.*

75 *Sed contrarium eſt verius.*

76 *Dubitantes de voluntate ſtatuti, non poſſunt recurrere ad voluntatem defuncti, ſed potius è contra.*

77 *Statuto ceſſante præſumitur defunctus omnem cognationem æqualiter dilexiſſe.*

78 *Defunctus gaudet priuilegio ſtatuti prouidentis agnationi ſuorum Ciuium ad illam propagandam.*

79 *Intellige de cognatione, quæ Ciuitati publicam affert vtilitatem.*

80 *Iura gentium ex quadam gratia, & æquitate permiſſerunt hominibus facultatem teſtandi.*

81 *Statuentium ab inteſtato intentio dirigitur erga ipſas perſonas vocatas, habita ratione immediata ad publicam vtilitatem.*

82 *Diuitiæ in familia conſeruatæ, poſſunt Reipublicæ commodum afferre.*

83 *Vocati à ſtatuto ſunt de perſonis naturaliter dilectis, quibus Ciuitas tanquam communis mater proſpexit.*

84 *Statutum afficit defunctum.*

85 *Quod procedit in his, quæ à defuncto fiunt, vt in cauſa teſtati cuius occaſione contingit tractari de perſona defuncti.*

86 *Hæreditas Clerici non ſubiacet ſtatuto.*

87 *Sed in contrarium eſt magis communis opinio, quia ſtatuentes poſſunt afficere bona, quæ per mortem liberantur à cuiuſque dominio.*

88 *Bona quoties ſunt ſeparata conſiderantur plures hæreditates, & defunctus tunc tot repreſentat perſonas, quot ſunt territoria, vbi bona ſita ſunt, & num. 89.*

90 *Habilitas ſuccedendi in loco non conſideratur ex ciuilitate defuncti, vt voluerunt multi,*

91 *Sed reſpectu perſonarum ſuccedere debentium.*

92 *Conſanguinei Ciues ſubeuntes munera non poſſunt dici forenſes.*

93 *Ciues ex muneribus, & honoribus cognoſcuntur.*

94 *Perſonæ, quæ ante erant Ciues, non liberantur per abſentiam ab oneribus, ſi per cognatos agriculturam peragant.*

95 *Ciuitatis commodis non priuantur, qui per aliquem de ſua progenie munera ſubeuntem retinet prærogatiuas ciuilitatis.*

96 *Poſſeſſio acquiritur prius naturaliter, & poſtea ſolo animo retinetur.*

97 *Vix filius conſequitur beneficium ex ſolius incolatu patris cuius originem, non domicilium ſequitur.*

98 *Agnatus ſubditus gaudet beneficio ſtatuti, quamuis defunctus eſſet forenſis.*

99 *Agnatus forenſis non gaudet beneficio ſtatuti quamuis defunctus ſit ſubditus,*

DECISIO CCIV.

1 DOmini vnanimiter cenſuerunt Horarium, & litis Conſortes de Scocciacampanis, fratres, & ſorores amitinos quon. Amici de Lazzarinis de Ciuitanoua immittendos eſſe in poſſeſſionem bonorum, quæ dictus Amicus reliquit in dicto loco ſuæ originis, pro rata ad illos iure communi ſpectante, in concurſu Mariozzæ, & aliarum d. Amici ſororum patruelium de Lazzarinis, *§. ſi neque fratres, & §. nulla verò, Auth. de hæred. ab inteſt. venien. Auth.*

Auth. ceſſante, & *Auth. poſt fratres*. *C. de legit.*
2 *hered. Graſſ. §. ſucceſſio*, *quæſt.* 33. Quia † inſpe-
cto iure ciuili omnes ſunt in quarto gradu, *§. 4.*
inſtit. de grad. cognat. l. iuris conſultus, *§. quarto*
gradu, *ff. de grad. & affinib. Surd. conſ.* 343. *nu.* 2.
3 Moti ſunt, quia ſtatutum Ciuitanouæ, *lib.* 2.
Rubr. 28. & *lib.* 5. *rubr. vltima*, non excludit
Cognatos propter Agnatas, quales ſunt dictæ
fœminæ de Lazzarinis, quinimò deficientibus
maſculis mandat reintegrari cognatos, vt ex ip-
ſis patientis in proceſſu exhibitis apparet.
4 Statutum verò Recanaten. vbi d. Antiens inco-
latum contraxerat, non extenditur ad forenſes,
quo ad bona extra Territorium ſita in loco origi-
nis, cui ſubſunt omnes, tàm agnatæ, quàm co-
gnati, cognatæue de ſucceſſione contendentes.
5 Illa enim concluſio generaliter recepta eſt.
Non extendi hæc ſtatuta extra Territorium, *l.*
fin. de iuriſd. omn. iud. l. cunctos, *vbi DD. C. de*
ſumm Trinit. cap. vt animarum de conſt. in 6. *Bald.*
conſ. 245. *num.* 3. *lib.* 1. vbi quod communiter
ita praticatur, & in indiuiduo d. ſtatuti Recanat.
Caſtren. conſ. 26. *num.* 1. *ad fin. lib.* 1. *Cranett.*
Conſ. 30. *num.* 3. *Roland*, qui plures cumulat *de*
lucr. dot. quæſt. 20. *num.* 14. & *conſ.* 80. *num.* 23.
& *per tot. lib.* 4. *Oſaſch. conſ.* 76. & *deciſ.* 100. *in*
fin. Magon. deciſ. Floren. 107. *num.* 10. *Theſaur.*
deciſ. 106. *in fin. Brun. in tract. de ſtat. excluſ. fœ-*
min. artic. 8. *quæſt.* 25. *num.* 119. & *ſub num.*
130. *Alder. Maſcard. de ſtat. concl.* 6. *num.* 100.
& *ſeq.* & magis communem antiquorum, ac re-
centiorum agnoſcit, *Theſaur. Ian. lib.* 2. *quæſt.* 5.
num. 4. vbi refert ita ſeruari in conſuetudine
Neapolit. *ex Marun. conſ.* 104. *num.* 6. & *Franci*
deciſ. 546. *par.* 4. & ità iudicatum per ſapientes
Patauinos *ex Peregrino conſ.* 90. *num.* 17. *lib.* 1.
& *conſ.* 17. *num.* 13. *lib.* 3. & *Peruſij ex Ludon.*
deciſ. 76. & *per Senat. Mediolanen. de anno* 1605.
& *per Cameram Imperialem ex Gayll. lib.* 2. *obſer-*
uat. 124. *num.* 9 & *per Sereniſs. Coſm. M. E. D.*
ex Ant. Put. conſ. vlt. inter conſ. Odd. num. 24. &
ità deciſū in illa Ciuitatis Caſtelli 10. *Maij* 1606.
coram Sanctiſs. D. N. tunc Rotæ Auditore, vbi aliæ
etiam deciſiones referuntur, quæ eſt in ordine
deciſ. 255. & plenius *in Narnien. ſucceſſionis*, quæ
eſt in *recent. par.* 5. *deciſ.* 177. ferè per totam, &
alios innumeros refert *Altogr. conſ.* 93. *num.* 12.
lib. 1. Et verà prædictæ concluſionis ratio eſt,
6 quia † ſtatuentes nullam habent iuriſdictionem
in res, quæ ſunt extra ſuum territoriorum, ità
Bello. Iun. conſ. 74. *num.* 106. Rot. *in Narnien.*
ſucceſſionis 22. *Maij* 1628. *coram Merlino*, *Ad-*
den. ad Buratt. deciſ. 188 *num.* 15. *verſ. ſed vera*,
Rota *in recent. par.* 5. *deciſ.* 177. *num.* 9. *Altogr.*
vbi ſuprà num. 13. & *ſeqq.* & notauimus *dec.* 189.
num. 10. & *ſeqq.*

Et dicta concluſio ad faciliorem diſſolutionem
eorum, quæ ex aduerſo adducebantur.
7 Ampliatur primò, ſiuè ſtatutum in rem con-
ceptum ſit, ſiuè in perſonam, quia hæc diſtinctio
communiter reprobata eſt, *Ancbar. in cap. Cano-*
num ſtatuta, *col.* 52. *verſ. quæro iuxta prædicta*,
de conſtit. Mandoſ. ad Lapum, *alleg.* 91. *num.* 7.
Gozzad. conſ. 49. *num.* 8. & *ſeq.* & alij quos re-
fert *Gratian. diſcept.* 431. *num.* 24. & *ſeq Honded.*
conſ. 5. *num.* 14. *lib.* 1. *Altogr. d. conſ.* 93. *num.*
12. *Theſ. Iun. quæſt.* 5. *num.* 4. *lib.* 2. *Rot. diuerſ.*
par. 1. *deciſ.* 295. *num.* 2. & 3. & *coram Gregorę*
deciſ. 255. *num.* 6. & 7. & *alibi ſæpè*, *vt in illa*
Collen. hæreditatis 30. *Iunij* 1616. *coram R. P. D.*
Buratto in ordine 188. *num.* 3. & *in recent. par.* 5.
d. deciſ. 177. *num.* 13. & de magis communi *Ma-*
reſcott. var. reſolut. lib. 1. *cap.* 9. *num.* 10. cum
alijs per nos allegatis *deciſ.* 189. *num.* 14.
8 Ampliatur ſecundò, etiamſi is de cuius hære-
ditate agitur fuerit ſtatuto ſubiectus, *Put. deciſ.*
31. *lib.* 1. Rot. *diuerſ. par.* 1. *deciſ.* 304. reprobata
eorum ſubtilitate, qui confingunt tacitum teſta-
mentum, quam firmare non audet *Surd. conſil.*
553. *num.* 20. *verſ.* & *quamuis.*
9 Ampliatur tertiò, etiamſi ſtatutum eſſet fauo-
rabile, *Bald. in d. l. cunctos*, *num.* 19. nam ſem-
per viget eadem ratio impotentiæ, *Rolan. d. conſ.*
80. *ſub num.* 29. & *num.* 32. *cum ſeq. lib.* 4. *Iuſ.*
conſ. 80. *num.* 6. *lib.* 3. *verſic. quicquid dicant ij*,
Surd. conſ. 343. *num.* 19. & *conſ.* 553. *num.* 10.
Bellon. conſ. 75. *num.* 105. *Rot. in recent. part.* 5.
d. deciſ. 177. *nu.* 12. Reprobata enim eſt diſtinctio
Caphal. conſ. 120. *num.* 11. *lib.* 1. & *Curt. Iun.*
conſ. 9. *vt per Ludou. d. deciſ.* 76. *ſub num.* 9. &
Put. d. deciſ. 31. *num.* 3. *lib.* 1. & patet ex deci-
ſionibus allegatis in concluſ. quæ ſunt in terminis
ſtatuti excludentis Cognatos propter agnatos,
Gratian. d. diſcept. 431. *num.* 20. *à Maſcard. dict.*
concl. 6. *ſub num.* 121. & 128. & *ſeq.* Prout qui-
10 dem † fauorabilia eſſe ſimilia ſtatuta ex recepto-
ri calculo firmauit *Rot. in recent. part.* 5. *d. deciſ.*
177. *num.* 7. & *coram Buratt. d. deciſ.* 188. *num.*
11 15. Imò † conforme iuri diuino 12. tabularum,
& iuri prætorio, *Cranett. conſ.* 243. *num.* 5. *De-*
cian. conſ. 1. *num.* 318. *lib.* 1. Rot. *in d. deciſ.* 177.
num. 8.
12 Ampliatur quartò, quamuis maior pars bono-
rum ſit in Territorio, & in loco in quo defunctus
deceſſit, quia non propterea illud extenderetur
ad bona alibi ſita, *Rolan. d. conſ.* 80. *num.* 14. &
15. *Theſ. Iun. d. quæſt.* 5. *num.* 14. *Mareſcott. d.*
cap. 9. *num.* 11. & 12. *Merlin. de legit. quæſt.* 18.
num. 29. Rot. *in Balneoregien. bonorum* 11. *Fe-*
bruarij coram Card. Pamphilio Adden. ad Buratt.
deciſ. 188. *num.* 16.
13 Ampliatur quintò, vt ferè ſine ſcrupulo pro-
cedat in præſenti cauſa in qua Agnatæ, & cogna-
ti ſunt forenſes, *Beta. quæſt.* 117. *propè fin.* Rota
coram Buratt. deciſ. 262. *num.* 12. & 13. & *Feren-*
till. ad eundem Buratt. in deciſ. 188. *num.* 20. &
diuerſ. part. 1. *deciſ.* 295. *num.* 3. & 4. & *in re-*
cent. par. 5. *d. deciſ.* 177. *nu.* 40. & *coram Cocc.*
deciſ. 211. *num.* 3. & *coram Greg. deciſ.* 255. *nu.* 2.
Potiſſima enim ratio eorum, qui porrigunt hoc
Statu-

Digitized by Google

ſtatutum ad bona extra territorium verſatur cir-
ca poteſtatem, quam ſtatuentes habent in perſo-
njs excludendis, & includendis, quas poſſunt ha-
bilitare, & inhabilitare, *Calder. conſ.* 34. *Cyph.*
d. conſ. 309. *num.* 30. *Surd. d. conſ.* 343. *num.* 6.
& num. 26. *Theſ. deciſ.* 37. & alii, quos referunt
Theſ. Iun. dict. quæſt. 5. *num.* 2. *&* 12. *& Maſcard.*
d. concl. 6. *num.* 125. cum multis ſequentibus,
ſed, & in eo caſu magis communis opinio eſt ne-
gatiua, *Peregr. dict. conſ.* 90. *num.* 18. *per tot.*
Altogr. dict. conſ. 93. *num.* 26. *& ſeq.* qui præci-
puè mouetur auctoritate Rota *in locis modo ſupra*
citatis, & alios innumeros allegat.
14 Ampliatur ſextò, & ferè pro notorio ponitur,
non extendi ſtatutum loci incolatus ad ſtatutum
originis, cui ſubſunt hæredes, ſed attenditur ius
proprium cuiuſque loci, dum hæredes ad vtriuſ-
que ſtatuti beneficium intelliguntur vocari, per-
inde, ac ſi eſſent duo patrimonia, *Bald. in l. cun-*
ctos, ſub num. 58. *vbi Saliect. n.* 18. *&* 13. *Alex.*
conſ. 16. *num.* 2. *in fin. lib.* 1. *& conſ.* 128. *num.*
2. *in fin. eod. lib.* 1. *Altog. d. conſ. num.* 18. *Rot.*
in recent. par. 5. *deciſ.* 177. *num.* 34. *& ſeq.* Nam
ad hoc, vt huiuſmodi ſtatutum afficiat requiri-
15 tur, † quod eidem ſtatuto ſubiaceant bona, &
perſonæ ſimul, nec ſufficit alterum eorum, & hoc
procedit licet vterque locus incolatus. & origi-
nis eidem Principi ſubiaceat, *Merlin, loco citato,*
num. 67. & firmauit *Rot. in recent. par.* 5. *d. deciſ.*
177. *num.* 51. *Adden. ad Buratt. d. deciſ. num.*
16 21. Verum quando defunctus † bona habet in
vtroque loco, & perſonæ ſuccedere debentes ſub-
iacent vtriuſque loci iuriſdictioni, tunc eſſet locus
coniunctioni ſtatutorum ad excludẽdum aliquos
puta fœminas, ad notata per *Rot. coram Gregor.*
deciſ. 255. *num.* 4. *Adden. ad Burat. d. deciſ. num.*
21. *in fin.* & notat *Gratian. noſter d. diſcept.* 431.
num. 28.
17 Ampliatur ſeptimò, quamuis ſtatutum eſſet à
Principe confirmatum, *Rot. in d. Narnien.* ſucceſ-
ſionis *coram Merlin.* quæ eſt *in recent. par.* 5. *deciſ.*
177. *nu.* 52. *& ſeq.* vbi dantur plures concordan-
18 tia, quia † confirmatio nihil de nouo addit *Rot.*
deciſ. 592. *num.* 3. *par.* 4. *diuerſ.* ſed dat Robur in
iiſdem terminis *Rot. deciſ.* 199. *nu.* 10. *d. par.* 4.
Non vt ad plures perſonas, vel ad res diuerſas ex-
tendatur, *l. Aurelius, §. teſtamento, ff. de lib. agno.*
Bald. & alij, quos in puncto *Mareſcott. d. cap.* 9.
num. 6. *lib.* 1. Et ad euitandum abſurdum, quod
ſequeretur, ſi vna Ciuitas poſſet obligare alias,
potius debet tollerari ſuperflua confirmatio, &
ad bene eſſe, *Curt in l. more, num.* 35. *de iuriſd.*
omn. Iud. Decian. conſ. 197. *num.* 3. *col.* 3. *verſic.*
neque obſtat impetratio. Doctrina verò Theſauri
d. cap. 5. *num.* 13. reſtringenda eſt ad terminos,
Put. in d. conſ. vltimo, inter conſ. Oddi, num. 112.
& 115. vbi ſupponitur adeſſe ſtatutum expreſsè
obligans Ciues ſuos quoad bona etiam extra ter-
ritorium. Denique non eſt ſuperflua confirmatio,
quia aliàs ſtatutum Recanaten. non eſſet validum,
vt in *Conſtit. Marchiæ, cap.* 36. *lib.* 2. *Rot. diuerſ.*
deciſ. 780. *ſub num.* 3. *& ſeq. par.* 1. Et in termi-
nis iuris communis, *Bald. conſ.* 172. *ſub num.* 1.
lib. 5. *Brun. d. art. penult.* & alij quos *Put. d. conſ.*
vlt. num. 21. *commemorat.*

Quod verò attinet ad bona ſita in Territorio
Recanaten. Domini, vno excepto, fuerunt in eo-
de voto pro dd. de Scocciacampanis non obſtan-
te ſtatuto d. loci (quatenus excluderet cognatos,
propter agnatas, etiam prædefuncta matre, &
ex latere intelligeretur contentiuè, non effectiuè,
in quibus dubiis nihil fuit reſolutum.) Dixerunt
19 autem Domini † agnatos forenſes in dubio non
gaudere beneficio d. ſtatuti, & maximè quia ex-
preſſim dirigitur ad commodum ſuorum Ciuium,
& prætereà quandam voluntatis coniecturam fa-
ciunt verba in perſonam concepta, quamuis hæc
diſtinctio reſpectu poteſtatis non placuerit, ſed
ſola quæſtio videtur, an ſtatuentes voluerint etiã
forenſes vocare, *Crauet. conſ.* 844. *in fin.* qui pro
forenſibus, *Pereg. conſ.* 90. *num.* 17. qui ex ad-
uerſo conſuluit, & ſequitur *à Maſcar. de ſtat. con-*
cluſ. 6. *num.* 7.

Sed vt dilucidiùs appareat veritas deciſionis,
confirmabitur in primis concluſio Rotæ in caſu
quo omnes perſonæ eſſent forenſes, quo caſu Car-
dinalis Tuſchus in ſuo voto, quod doctiſſimè, &
pleniſſimè protulit in cauſa ſibi, & Card. Manti-
cæ à Papa Paulo V. commiſſa, Romana hæredi-
tatis Cardinalis Sanctæ Seuerinæ, non videtur vel-
le recedere à deciſionibus Rotæ Romanæ, dum il-
lis reſpondet, *& Theſaur. Iun. quæſt. foren. lib.* 2.
quæſt. 4. *num.* 22. non audet tuta conſcientia rece-
dere ab opinione, quam Rota ſequitur. Deinde
fiet deciſio in propriis terminis præſentis cauſæ,
nec permiſcebuntur argumenta, quæ deſtruerent
antedicti caſus deciſionem, ſed tantum differetur,
20 An † ex perſona defuncti, ſi fuerit ſubditus, re-
ſultet diuerſum ius, & Domini, vno excepto, di-
xerunt idem iuris eſſe, quia vocatorum, & non
defuncti ratio habenda eſt, vt ſæpius fuit dictum
in Rota Romana, & in terminis terminantibus
fuit principaliter deciſum in illa Peruſina bonorũ
die 8. *&* 13. *Iun.* 1590. *coram Comitulo, & in d.*
Collen. hæreditatis coram Buratt. deciſ. 188. *num.*
7. *& Adden. num.* 20. vbi dantur concordantes,
ſed Cardinalis Tuſchus in d. ſuo voto in fin. con-
fugit ad priuilegia Bullarum Papæ Sixti V. & Pa-
pæ Clementis VIII. ex quibus apparet agnatos,
quos dicti Cardinales prætulerunt, non eſſe om-
ninò forenſes, prout omninò ſunt forenſes agna-
tæ, & cognati, qui nunc de ſucceſſione d. Ami-
ci contendunt, ac proinde caſus præſens magis
fuit deciſus à Rota, quàm à dd. votis reproba-
tis, ſignanter ab eadem *Rot. in Collen. hæredita-*
tis coram Buratt. deciſ. 188. *nu.* 7. *deciſ.* 295. *num.*
9. *&* 10. *& deciſ.* 673. *in fin. par.* 1. *diuerſ.*

Initium itaque facturus à caſu, quo omnes ſint
21 forenſes † receptum videtur eos non eſſe voca-
tos ad ſtatuti beneficium, non tamen defectu

Digitized by Google

poteſtatis, liberum enim eſt excludere, l. certa
forma, C. de iure fiſc. lib. 10. & C. de commerc.
& merc. ferè per totum, Bart. in l. filius fam. §. di-
ui, nu. 11. ff. de legat. 1. & magis includere quoſ-
cumque dum agitur de bonis ſtatuto ſubiectis,
Brun. in d. art. 6. num. 3. verſ. aut ſtatutum expreſ-
ſe, Peregr. deciſ. 187. num. 17. verſ. ſed horum.
Sed volũtatem ſtatuentium deeſſe domini pro-
barunt, quæ in quolibet actu requiritur, l. mul-
tum intereſt, C. ſi quis alter, vel ſibi, l. cum te, vbi
Bald. C. de donat. ante nupt. Rot. deciſ. 386. nu. 4.
22 par. 1. recent. Et † ſic poteſtatis, ac voluntatis
concurſus deſideratur, cap. cum ſuper Abbatia,
de offic. de leg. l. ſi genero, vbi Bald. C. de iur. dot.
& firmat Card. Mantic. in d. eius doctiſſimo ſuf-
fragio ad cauſam ſibi, & Card. Tuſcho delegatam.
23 Deficit autem voluntas vocandi forenſes, non
ſolùm præſumptiuè, ſed etiam expreſsè, quia in
ipſo prohæmio primi libri, & in prohem. 4. de refor.
d. ſtatuti, expreſſum eſt fieri illa ſtatuta ad com-
modum Ciuium ſuorum. Quo caſu indubitatum
eſt commoda ad forenſes non pertinere, Pariſ.
conſ. 12. num. 10. lib. 3. Honded. conſ. 11. nu. 9.
in fin. & num. 10. lib. 1. Decian. in tract. crim. lib.
2. cap. 35. num. 21. Ald. Maſcard. d. concluſ. 6.
Mareſcott. d. cap. 9. num. 7. lib. 1. Et quidem ex
24 prohemio apparere † de mente ſtatuentium ne-
mo dubitat, l. final. de hered. inſtit. Bart. in l. 1.
ad Macedonianum, Pariſ. d. conſ. 12. num. 9. &
ſeq. Theſ. quæſt. forenſ. lib. 1. cap. 1. num. 1. Al-
tagr. conſ. 58. num. 63. & ſeq.
Et generaliter, circumſcripta illa expreſſione,
Domini dixerunt deeſſe voluntatem præſumpti-
uè, quia vt ſæpiſſimè probatum fuit in Rota Ro-
25 mana, intentio † ſtatuentium eſt prouidere Ci-
uibus ſuis, non exteris, l. prima, C. de ſumm.
Trinit. l. Imperialis, C. de nupt. §. ſciendum, Inſtit.
26 de hered. qual. & differ. Proprium † quippe ius
cuiuſque loci ſtatuto ſancitur, l. omnes populi,
27 vbi DD. de iuſt. & iur. Et † de his, qui foris ſunt
nihil ad nos, cap. gaudemus, extra de diuort.
Ad hanc naturalem charitatis rationem acce-
dit, & ratio publicæ vtilitatis, quæ mouere ſolet
ad condenda hæc ſtatuta correctoria iuris com-
28 munis. Publicè autem † intereſt fauere agnatio-
nibus, quæ maiori opulentia ſplendorem afferunt
Ciuitati, l. 1. §. penult. de vent. inſpic. l. ſuper ſta-
tu, C. de quæſt. §. cæterum, inſtit. de legit. agnat.
29 ſucceſſ. Et † faciliùs ad magiſtratus promouen-
tur, & munera publica, ad quæ pauperes, ac vi-
les non ſublimantur, vt not. in l. honores de De-
cur. l. Caſſius de ſenat. Bart. in l. 1. C. de dignit. lib.
30 11. nam † in ſua paupertate ſordeſcunt, l. quiſ-
31 quis, C. ad l. Iuliam Maieſtat. & honor † decre-
ſcit per rerum diminutionem, §. hoc quoque, In-
ſtit. per quas perſ. nob. acquir.
32 Hanc iuſtè rationem colligitur ab effectu, l. 4.
§. 1. iuncta l. ſin autem in princip. ff. ad municip. &
vnicam final. atq; indubitatam probat Socc. conſ.
31. num. 2. lib. 1. & Socc. Iun. conſ. 1. num. 44.
& conſ. 23. num. 2. lib. 1. Gab. conſ. 19. num. 1.
& ſeq. lib. 2. & alij, quos Burſat. conſ. 302. num.
10. vbi de communi, lib. 3. Surd. d. conſ. 343.
33 num. 18. Quod magis † procedit in d. ſtatuto in
quo poſt maſculos vocantur etiam fœminæ ſub-
intelligendo de agnatis, vt in puncto Rot. diuerſ.
34 par. 1. deciſ. 376. num. 4. & 7. nam † & fœminæ
ſuorum publicorum munerum ſunt participes, l.
vnica, C. de mulier. in quo loco lib. 10. vbi Bart.
35 Igitur maſculi meliùs, quàm fœminæ, & agna-
tiones diuites magis, quam pauperes publica
munera, & onera ſubeunt.
36 Sed forenſes neque decus, neque commodum
reipublicæ afferunt, vt ſenſui patet, meritò non
37 intereſt ijs de ſucceſſione prouidere, † quod com-
moda eum ſequi ſolent, quem afficiunt incom-
moda, l. ſecundum naturam, vbi Cagnol. num. 42.
38 de reg. Iur. Peregr. deciſ. 104. num. 9. Et † ex his,
aliiſque ſimilibus rationibus generaliter receptũ
eſt, forenſes non gaudere beneficio ſtatutorum,
l. 1. §. fin. ff. quod quiſque iuris, cap. illud, diſtin.
12. l. manifeſtiſſimi, §. ſed in ſecundo, C. de furt.
cap. cum venissent de eo, qui mittit. in poſſeſſ. Bart.
in tract. repreſſ. quæſt. 5. Caſtren. in d. l. omnes po-
puli, in fine, vbi Crot. ſub num. 224. Roman. conſ.
224 vbi addentes Tiraquell. de primog. quæſt. 44.
num. 4. & alij, quos cumulant Rolan. de lucr. dot.
quæſt. 36. num. 12. & Honded. d. conſ. 11. num.
24. lib. 1. Rot. deciſ. 529. par. 2. recent. Amplia,
39 vt neque † originarius, ſi ab oneribus loci origi-
nis ſe liberauerit, Socc. conſ. 241. num. 5. lib. 2.
Rom. conſ. 200. num. 12. lib. 2. à Maſcarded. con-
cluſ. 6. num. 105. & ſeq. Honded. d. conſ. 5. num.
40 4. lib. 1. Et Ciuem † Maceratenſem non poſſe vti
ſtatuto Ciuitanouæ in bonis ibi ſitis, fuit deciſum
in deciſ. 162. n. 13. par. 4. diuerſ. ſed ne in certam
diffuſa generalibus allegationibus latior campus
41 detur. Prædictas rationes, † quod ſtatuentes in-
tendunt proſpicere ſuis, & nihil eorum intereſt de
exteris, in ſimili ſtatuto firmauit ſpecialiter Rot.
deciſ. 295. num. 4. & deciſ. 673. num. 2. part. 1.
& deciſ. 413. num. 1. par. 4. diuerſ. & in vna Imo-
len. bonorum 10. Aprilis 1592. coram Pamphilio
regiſt. apud Marchiſan. de commiſſ. App. in ſolut.
par. 1. §. 1. fol. 948. in fine, & in d. Balneoregien.
bonorum 7. Iunij 1591. coram Pamphilio, & in d.
Ciuitatis Caſtelli 10. Maij 1606. coram Sanctiſſimo
D. N. tunc Rotæ auditore, & in Collen. hæreditatis
25. Maij 1611. coram Ortenbergo, & nouiſſimè poſt
dd. vota in Collen. hæreditatis 10. Iunij 1616. co-
ram Buratt. quæ fuit firmata die 5. Maij 1617. co-
ram eodem, & ibi multi citantur, quos omnes hic
transſcribo, alijs additis, quia illa manu ſcripta
non facile peruenirent ad manus eorum, qui hanc
deciſionem legerent. Sunt autem Socc. conſ. 128.
num. 4. & ſeq. lib. 4. Brun. d. art. 6. num. 3. verſ.
aut verò ſtatutum, & num. 4. iuncto num. 16.
ibi extantibus maſculis Ciuibus, & inſuper
quod ait eſſe difficilem reſolutionem pro agnato
ſubdito contra fœminam forenſem, pro quo
plu-

Digitized by Google

plurimi ſcripſerunt, & in quo dubio varias eſſe
opiniones dixerat num. 4. ex quo intendit facile,
& penè indubitatum eſſe, quod ſcripſerat ſub
num. 3. non includi maſculum forenſem, niſi ex-
preſſum ſit, Crot. in l. omnes Populi, num. 224. de
iuſt. & iur. Pariſ. conſ. 12. nu. 25. & conſ. & 53.
num. 9. lib. 3. Socc. Iun. conſ. 80. num. 14. & 17.
de comm. & conſ. 49. num. 30. & ſeq. volum. 4.
Honded. conſ. 5. num. 15. & ſeq. vbi in fin. de ma-
gis communi, & conſ. 11. num. 22. & num. 25.
lib. 1. Pereg. conſ. 90. num. 13. & 20. & per tot.
lib. 1. latiſſimè Flan. Rub. conſ. 2. per tot. & præ-
ſertim, num. 18. 22. & 62. Bald. conſ. 460. lib. 1.
Alex. conſ. 44. num. 15. lib. 5. & conſ. 41. lib. 7.
Iaſ. conſ. 80. num. 2. verſ. ſed præmiſſis, volum. 3.
vbi num. 10. dicit illam indubitatam. Corn. conſ.
94. num. 3. lib. 4. Ruin. conſ. 195. num. 9. verſ.
nec etiam, & num. 10. & conſ. 200. num. 12. vol.
2. vbi de communi, & indubitata, & conſ. 48.
num. 4. lib. 3. Marzar. conſ. 9. num. 5. cum plu-
ribus ſeqq. & num. 9. & conſ. 15. Curt. conſ. 96.
lib. 2. & plenius Menoch. conſ. 890. lib. 3. Ex his
autem, qui pro parte aduerſa citantur muniunt
opinionem Rotæ in hoc caſu, veluti Aucbar. conſ.
169. num. 3. Burſat. conſ. 8. num. 28. & ſeq. lib.
1. Put. deciſ. 29. aliàs 31. num. 6. in fin. iuncto
num. 10. & ſeq. lib. 2. Socc. Iun. conſ. 25. nu. 13.
verſic. præterea, lib. 1. Gozzad. conſ. 49. nu. 18.
Crauet. conſ. 844. num. 12. verſ. ſecundo eo caſu,
Mart. vot. 252. num. 1. Omitto quamplures, qui
in conceptione verborum vim faciunt, quos Ro-
lan. conſ. 24. lib. 3. Ac denique dictæ Rotæ ſen-
tentiam, vti receptam firmant Mareſcott. d. cap.
9. num. 2. lib. 1. Gratian. diſcept. 431. num. 16.
cum ſeq. & num. 26. & diſcept. 581. num. 8. Gui-
dobon. aduoc. 101. num. 1. de magis communi,
& aduoc. 100. num. 21.

Sed extra Vrbem iudicatum fuiſſe de Rota Pe-
ruſina teſtatur Honded. d. conſ. 11. in fin. & de
Ciuitate Patauij, Pereg. dict. conſ. 90. in fine, &
deciſ. 56. num. 5. & deciſ. 104. num. 8. & deciſ.
117. num. 7. & ſeq. in Rota quoque Senenſi tem-
pore D. Aſcanij Galli contra Georgium Medio-
lanenſem de Ciuitate Florentiæ, Theſ. d. quæſt. 4.
num. 8. qui fortè æquiuocauit, ſed adduci poteſt
Magon. deciſ. Florent. 107. nu. 11. verſ. & licet,
ibi in diuerſis terminis, & in ſimili apud Theſau.
deciſ. 106. num. 3. quamuis ipſe diſſentiat.

Non obſtat, quod ait Card. Mantic. in dict. voto
42 poſt Lepum, alleg. 101. n. 15. rationem † ſtatuti
non eſſe expreſſam, neque adeò vnicam, vt pro
expreſſa haberi debeat, & conſequenter non poſ-
ſe fieri fundamentum in ratione ceſſante,

Reſpondetur vltra ea, quæ ſuperius dicta ſunt
43 de agnatione, † non poſſe excogitari rationem
ſtatuti, quæ non referatur ad commodum Ciuiū,
cap. erit autem lex, diſt. 4. l. ita vulneratus, ff. ad
l. Aquil. ac proinde ſemper vigere fundamentum
Rotæ, Forenſibus commodum, & beneficium
ſtatuti non competere.

Neque obſtat, quod ibidem Card. Mantic. ex-
citatos fortè à Crauet. d. conſ. 844. in ſecunda ſolut.
tertij argumenti, & Theſ. d. quæſt. 4. num. 14. At-
44 tinere † ad commodum Ciuitatis Forenſes allice-
re ad incholatum, l. cum ratio, §. ſi plures, ff. de
bon. damnat. DD. in l. 1. ff. ſolut. matr.
45 Reſpondetur nihil intereſſe, an Ciuitas replea-
tur magis agnatis, quam cognatis, & in præſenti
cauſa contingeret vocari fœminas remotis ma-
ſculis, ſed, & pluribus hominibus repletur vo-
cando omnes de iure communi; Inſuper læditur
amor patriæ, Socc. d. conſ. 128. num. 4. lib. 4. &
facit quod not. in l. nam ad ea, ff. de legibus.

Non obſtat pariter, quod idem Card. Mantic.
poſt Lepum, alleg. 101. num. 8. & ſeq. & Alex.
46 conſ. 111. ſub num. 5. lib. 7. Ait † verba indefi-
nita eſſe, ad l. 1. §. generaliter de leg. præſtan. &
l. de precio, ff. de public. cum vulg. voluntatem verò
47 non † eſſe præſumendam diuerſam à qualitate
verborum. Curt. Iun. conſ. 5. num. 13. Cæphal. d.
conſ. 309. num. 39.
48 Reſpondetur verbis quantumcumque genera-
libus non comprehendi forenſes, Barbat. in pun-
ctu. conſ. 75. num. 5. lib. 3. qui iura, & Doct. ci-
tat Crot. in d. l. omnes populi, ſub num. 224. Iaſ.
d. conſ. 80. ſub num. 9. Honded. d. conſ. 11. nu. 9.
49 lib. 1. & conſequenter † ſtatutum ſemper refer-
tur ad ſuos Ciues, Socc. Iun. d. conſ. 80. num. 12.
à Maſcard. viden. d. concl. 6. num. 9. vbi cumulat
50 plura exempla, & maximè † ob intentionem ſta-
tuentium prouidendi ſuis, & non exteris, quæ
præualet generalitati verborum, Bald. & alij, in
l. non Codicillum, C. de teſtamen. Surd. deciſ. 329.
num. 29.

Similiter non obſtat ratio, quia dd. Cardinales
Mantica, & Toſchus vtuntur poſt Alex. conſ. 111.
51 num. 7. Cæphal. d. conſ. 309. num. 77. & alios †
dicentes ex eo, quod excluduntur cognati foren-
ſes, Brun. d. art. 6. num. 6. verſ. in hoc difficili
conſequens eſſe, vt magis includantur agnati, l.
cuius eſt velle de reg. iur. quia incluſio eſt fauora-
bilior, l. fin. de conſtit. Princip. cap. cum dilecti,
de donat. Socc. Iun. d. conſ. 25. nu. 9. lib. 1. Surd.
conſ. 343. num. 27. ante verſ. poſtremo non, &c.

Reſpondetur rationem procedere quoad po-
teſtatem, at reſpectu voluntatis fęminę non exclu-
duntur ſimpliciter, ſed ità demum fauore ſubdi-
torum, Brun. d. art. 6. num. 4. quo caſu volun-
52 tas † excludendi venit in conſequentiam incluſio-
nis, quæ fit de ſubdito, & ſic excluſio pendet ab
incluſione, Rot. d. deciſ. 295. num. 8. & ſtatutum
53 conditum † fauore Ciuium exercet vices ſuas ad-
uerſus extraneos, Bart. Abb. & alij, quos Brun.
d. art. 6. num. 11. Peregr. d. conſ. 90. num. 20. &
deciſ. 117. num. 9.
54 Præterea non obſtat Bart. in d. l. cunctos, n. 42.
vbi conceptum in rem forenſes amplectitur, quia
afficit res, l. reſcripto, ff. de muner. l. an in totum, C.
de eden. cum ſimili Alder. Maſcar. d. concl. 6. n. 105.
qui alios citat, quam doctrinam plerique ampliant

etiam vbi conceptum in perſonam, reprobata
communi opinione, *Bart. in hoc capite*, quia ef-
fectiuè diſpoſitio eſt de ipſis bonis, *Capel. viden.*
d. conſ. 309. num. 48. & 51. & 53. quod ſæpè
inculcant aduerſarij, *Surd. d. conſ. 343. ſub nu. 9.*

Reſpondetur in primis recedẽdum eſſe à theo-
rica, & diſtinctione, *Bart. etiam in primo capite*,
in quo pariter æquiuocarunt *Natt. conſ. 49. num.*
3. & alij ſumendo argumentum à iuribus, quæ
rebus inhærent, *Pereg. d. conſ. 90. num. 23.* cum
tamen diſpoſitio de ſucceſſione defuncti fiat ad
commodum certarum perſonarum, & prius quæ-
rendum eſt, qui ſint futuri ſucceſſores, quam di-
catur bona ad eos tranſiuiſſe cum onere ſuo, &
conſequenter ſubintrat fundamentum Rotæ non
intelligi diſpoſitum de rebus ad fauorem foren-
tium.

Alterum etiam caput diſtinctionis diſplicuit
55 Rotæ, † quatenus ex conceptione verborum ne-
garetur poteſtas *d. deciſ. 295. ſub num. 8. verſ. 3.*
& ſub num. 10. & d. deciſ. 304. num. 3. part. 1.
diuerſ. Hinc ſeruatur ſtatutum Recanaten. in ca-
ſibus tamen de quibus voluit diſponere, & ſimi-
liter ſubintrat, quod probatum eſt non intelligi
prælatos forenſes. Alias ſi tąd. ſuncte attenderen-
tur ſituatio bonorum excluderentur maſculi co-
gnati Ciues à fœminis agnatis forenſibus, quod
vt abſurdum iudicat, *Ruin. d. art. 6. ſub num. 3.*
ibi & multo magis procedunt, *Bald. conſ. 460. lib.*
1. Alex. conſ. 41. lib. 7. Socci conſ. 128. lib. 4.
Ruin. d. conſ. 200. nu. 12. lib. 2. Soc. Iun. d. conſ.
80. & d. conſ. 49. lib. 4. qui reſpondet *ad Alex.*
dict. conſil. 121. lib. 2. Agnatum non eſſe apud
eum omninò forenſem, vt etiam reſpondent *Pa-*
riſ. d. conſ. 12. num. 37. & Menoch. d. conſ. 890.
ſub num. 6. Pereg. d. conſ. 90. num. 10. in fin. Hond.
d. conſ. 11. num. 34. & fuit deciſum in illa Parmen.
de Valentibus relata *in d. deciſ. 295. num. 5. par.*
3. diuerſ.

56 Sed tamen dicta conceptio in perſonam qualis
eſt in dicto ſtatuto Recanaten. *Caſtren. d. conſ. 32.*
lib. 2. quem multi referentes probant, veluti *Ruin.*
d. conſ. 48. lib. 3. Mazar. d. conſ. 9. num. 6. auget
coniecturam voluntatis ſtatuentium, cui admi-
niculatur illa ratio de habilitando, & inhabilitan-
do, & ſimul auget numerum ſcribentium pro hac
parte quorum plurimos congerunt, *Rolan. dict.*
conſ. 24. lib. 3. Honded. d. conſ. 11. & nouiſſimè
Guidobon. d. aduoc. 100. num. 13. & de practica
teſtatur, Barbat. dict. conſ. 75. lib. 9. & de magis
communi, *Beron. d. quæſt. 117.* & ſequitur *Pereg.*
d. conſ. 90. nu. 17. & ipſe *Burſat.* videtur acquie-
ſcere *in ex citato conſil. 198. num. 44.*

57 Vlterius non obſtat, quod forenſes contineren-
tur etiam in ſtatuto imponente onera, & ligantur
occaſione bonorum, *à Maſcard. d. concl. 6. num.*
180. qui alios refert, quo argumento vtitur *Cra-*
uett. d. conſ. 844. num. 8. & ſub nu. 10. vbi quod
forenſis hac ratione habetur pro ſubdito in habi-
tu, licet non ſit in actu, & hic poteſt addi vnum
ex tribus argumẽtis Domini, qui diſſentit ab aliis,
& dicebat, quod ad acquirendum beneficium ſta-
tuti ſufficit obligari quando acquiritur, prout
facerent hæredes forenſes, quia res tranſit cum
onere, & maximè quia per proclama poterũt gra-
uari ad habitandum vbi habent bona, *Brun. dict.*
art. 6. num. 16. vol. 2. verſ. ad idem.

58 Reſpondetur ſophiſma eſſe arguere à ſtatuto
ſuper bonis poſſeſſis, vt æquiuocat *Natta d. conſ.*
149. nu. 4. & ſeq. ad ſtatutum vbi tractatur, quis
nam vocari debeat ad poſſidendum, quo caſu pro
intelligenda intentione vocantis, non eſt recurrẽ-
dum ad bona, quæ nondum poſſidentur, ſed ad
qualitates eorum, qui intelligũtur vocari ad poſ-
ſidendum, & probatum eſt non vocari forenſes;
59 Qualitas præterea, † quæ facit habilem ad ſucce-
dendum debet interuenire, cum defertur hæredi-
tas, *Hond. d. conſ. 5. num. 22. cum duobus ſeqq.*
lib. 1. Decian. conſ. 2. à num. 12. ad nu. 26. lib. 2.
Guidobon. d. aduoc. 100. num. 28. Sperell. deciſ.
11. num. 23.

Rurſus non obſtat, quod mouet Card. Tuſchus
60 hæreditatem † eſſe petendam in loco bonorum,
61 *Decian. conſ. 71. num. 24. lib. 2.* & † idem eſſe fo-
rum ſortiri, & ſtatutis ligari, *gloſ. & Doct. in d.*
cap. quod Clericis de foro compet. in Rubr. *extra de*
conſuetudine.

Reſpondetur hanc rationem laborare eodem
62 ferè vitio, † quo illorum opinio de loco aditæ he-
reditatis, quos reprobat *Bart. in d. l. cunctos, n.*
43. quia videndum eſt; An vocentur ad adeũdum,
63 & ad petendum, & † præterea in argumento ſup-
ponitur id de quo quæritur, nam eſto iudicandũ
forè prout vult ſtatutum Recanaten. adhuc ta-
men ambigitur, an velit præferre forenſes;

64 Neq; etiam obſtat, quod Clerici gaudent hoc
beneficio, *Burſat. conſ. 93. num. 37.* quamuis non
ſint ſubiecti oneribus, *cap. nouerint de ſenten. ex-*
com. & ceſſet in iis ratio conſeruandi agnationẽ,
quo argumento vtitur *Burſat. d. conſ. 198. n. 45.*
poſt Alex. d. conſ. 111. num. 6. Quia vltra, quod
quæſtio non tranſit ſine magna difficultate ex de-
ductis *per Sperell. deciſ. 21. num. 5. & ſeqq.*

65 Reſpõdetur Clericos ſubire onera ſpiritualia,
quæ præſtantiora ſunt, *Caſtren. conſ. 157. lib. 2.*
66 *Theſ. d. lib. 2. quæſt. 1. nu. 11.* Et † non eſſe om-
ninò forenſes, *Dec. in d. cap. Eccleſ. S. Mariæ ſub*
nu. 53. de Conſt. Belleт. diſq. Cleric. par. 1. tit. 6.
§. 4. num. 28. vbi quod dicuntur de loco, & vni-
uerſitate, & veniunt appellatione Ciuium, vel po-
puli, ac diſtrictualium in materia fauorabili, & in-
differenti, *Oſaſch. deciſ. 180. n. 8. Rot. diuerſ. par.*
1. deciſ. 452. num. 2. Sperell. deciſ. 12. per tot.
67 Imò † eſſe Ciues priuilegiatos, *Alex. d. conſ. 41.*
num. 4. lib. 7. Socc. d. conſ. 128. nu. 6. Surd. conſ.
2. num. 39. qui *n. 37.* affert etiam aliam rationem
nẽpè eſſe ſpeciale in Eccleſia, & Clericis, vt poſſint
iuuari lege, quam contra ſe non tenentur admit-
tere, *cap. lege, diſtinct. 10. gloſ. in cap. nouit. de*
Iudeis, vbi Innocent. Abb. & Dec. num. 28.

Mar.

Digitized by Google

Mar. Ant. Maceraten. var. lib. 1. reſol. 83. num. 13. Sperell. d. deciſ. 18. num. 10. & ſic argumentum retorquetur.

Denique non obſtat numerus eorum, qui in contrarium allegantur, in quo Card. Tuſchus ma-
68 gis inſiſtit, nam confutatis † rationibus, ceſſat authoritas, & pauciſſimi ſunt, qui pro agnato penitus forenſe principaliter, & articulo diſcuſſo
69 ſcripſerint. De ijs autem, † qui perſunctoriè ſcribunt ad magis colorandam aliam rem principalem, veluti *de Becc. conſ. 62. num. 23. lib. 1.* non eſt curandum, *Hond. d. conſ. 11. nu. 33.* poſt alios, *quos citat*. Nam plerique ſcribunt pro maſculo ſubdito contra fœminam forenſem, & rectè, vt dictum in ſolutione quarti contrarij. Aliud dicturi in caſu Agnati forenſis, cum Bruno, quem ferè omnes citant, *d. art. 6. num. 16. verſic. in hoc difficili, &c. iuncto d. num. 3. verſ. aut verò ſtatutum, & d. num. 4.* non enim deficit poteſtas, & huius claſſis ſunt, Ruin. *conſ. 39. ſub num. 15. & ſeq. lib. 1. & conſ. 49. iuncto d. conſ. 48. num. 4. lib. 3. & conſ. 195. ſub num. 9. & 10. & conſ. 220. num. 12. lib. 2. Pariſ. d. conſ. 84. num. 42. & ſeq. lib. 1. iuncto dict. conſ. 12. num. 24 lib. 3. Socc. Iun. d. conſ. 25. & conſ. 61. num. 3. lib. 3. iuncto d. conſ. 80. & conſ. 49. lib. 4.* Rimin. *Sen. conſ. 246. num. 19. & 22. lib. 2. iuncto conſ. 30. num. 13. lib. 1.* qui propterea non ſunt ſibi contrarij, aliud enim eſt contra fœminam forenſem, aliud pro maſculo forenſi, ad idem *Alex. conſ. 19. lib. 6.* cum eò quòd ſcripſit *in d. conſ. 44. ſub num. 15. lib. 5.* quamuis in eo *conſ.* ſcripſerit non poſſe excludi fœminam forenſem, in quo eum reprehendunt addentes ibi. Similiter pro Agnatis ſubditis contra cognatos forenſes ſunt *Anchar. in cap. 1. quaſt. 12. num. 225. de conſtit.* quamquam ſibi contrar. *conſ. 169. num. 3. Socc. conſ. 36. lib. 3. Put. d. deciſ. 39. aliàs 31. lib. 2. Grat. conſ. 21. num. 30.* & fuit deciſum in cauſa Dodoli, quam *Theſ. d. deciſ. 106. ſub num. 5. Mart. voto 152. ſub num. 2. & num. 5. Natt. conſ. 148. & 149. licet num. 1. in fin.* ex ſuperabbundanti addat includi forenſem, de quo non eſt curandum, *& num. 2.* argumentatur dumtaxat ex poteſtate, eodemque vitio laborat, *Curt. Iun. conſ. 5. num. 11. iuncto num. 42. verſ. ad ſeptimum*, vbi varias opiniones celeriter inculcat, & in idem labitur *Berett. conſ. 128. num. 4.* Nouiſſimè *Surd. d. conſ. 343. num. 8. iuncto num. 11. in fin.* pro ſubdito contra forenſem, & quatenus circa quædam bona mobilia addit pro agnato forenſe id facit in primis vigore extenſionis, *num. 18.* & malè, vt fuit dictum in primo puncto, maximè verò dum firmat attendi locum originis, *num. 23. & ſeq.* Vnde non mirum ſi omnia tentans addit pro agnato forenſe contra cognatum ſubditum, *num. 27.* quod fuit reprobatum ſupra in ſolutione quinti contrarii, *verſic. aliàs*; Denique *Ambroſ. deciſ. 3. part. 1.* differit tantum ad excluſionem fœminæ forenſis, *num. 30.* & deinde *col. 5. in princ.* inter cætera argumenta, ait ſtatuentium intentionem eſſe, non tàm excludere fœminas, quàm vocare maſculos, ideò aut maſculus apud eum erat ſubditus, aut ipſe non cogitauit de ratione Rotæ Romanæ.

Aliud eſt agmen Doctorum, qui principaliter probant non extendi ſtatutum extra Territorium in quo addunt ſeruari ſtatutum eius loci, reprobantes pariter diſtinctionem, ſiuè in rem, ſiuè in perſonam, ſed adhuc ſupereſt videre, an in eo loco ſtatuta præferant agnatos forenſes, *Brun. dict. artic. 8. num. 119. cum multis ſeqq. iuncto d. art. 6. ſub num. 3. & 4.* in dictis terminis conſulerunt *Alex. conſ. 16. & conſ. 128. lib. 1. Socc. d. conſ. 36. lib. 1. Lap. allegat. 91.* (cui inſuper reſp. *Hond. d. conſ. 11. num. 32. verſ. quando verò.*) *Curt. Iun. conſ. 108. num. 39. Gayll. lib. 2. obſeruat. 124. num. 4. & 8. cum ſeq. Surd. d. conſ. 553.* vbi tamen de bonis intra Territorium ſcripſit contra fœminam forenſem, & ex ſuper abundanti retulit opinionem *Burſatt.* pro agnato forenſe, & ſimul allegando *d. deciſ. 304. par. 1. diuerſ.* ex quo tantum concludere poteſt contra diſtinctionem *Bart.* vt fecit etiam *d. conſ. 343. num. 10.* Sed nihil ad punctum voluntatis ſtatuentium; Huc quoque ſpectat additio *ad Alex. dict. conſ. 44. lib. 1. vt ex Brun.* & nonnullis ibi citatis, & maximè dum dicitur ita practicari, quod videtur deſumptum, aut ex conſuetudine ſolius Galliæ, de qua *Tiraq. de primog. quaſt. 46. in fin. aut ex Bald. à pluribus citato in conſ. 245. num. 3. lib. 1.* vbi tamen non dicit practicari, id ad quod allegatur, ſed dumtaxat non extendi extra Territorium.

Quidam implicant tractatum vtriuſque quæſtionis de extenſione, & comprehenſione, *Tiraq. d. quaſt. 46.* cuius auctoritas non eſt comparanda Rotæ Romanæ, quæ melius diſtinguit.

Quidam generaliter dicunt ſtatutum pertinere ad forenſes, & allegationibus magis, quam rationibus vtuntur, *Odd. conſ. 59. num. 26.* vbi citat quandam deciſionem Rotæ Florentinæ cuius copiam non habui, ſed apud *Magon. deciſ. Floren. 107. num. 11. verſ. & licet, &c.* video ſimiles deciſ. reſtringi ad agnatos non omninò forenſes.

Strictè autem ad punctum ſolêt allegari *Alex. d. conſ. 111. lib. 7.* cui reſpondent Doct. citati in dicta ſolutione quinti argumenti, quod ille agnatus habebatur pro ſubdito, *ſub num. 9. & ſub nu. 17.* Et inſuper vigore alterius ſtatuti *ſub nu. 10. in fin. & num. 11. & 16. & ſeq.* Item allegatur *Socc. conſ. 288. num. 2. lib. 2.* qui tamen tractat de filia, & conſequenter ſubditis, vt eorum pater vtrique loco, *Pereg. d. conſ. 90. num. 17.* Ad idem *Socc. conſ. 291. lib. 2.* Sed fundamentum ejus eſt in quodam reciproco ſtatuto, aliàs ſentit forenſem non gaudere, *num. 1. iuncto num. 3.* & quamuis in eo fundamento videatur equiuocaſſe, attamen apparet differre à caſu præſenti, in quo conſuluit *dict. conſ. 128. num. 4. & ſeq. lib. 4.* & ſic non eſt ſibi contrarius, *ad Crauett. dict.*

conſ. 844. ſi rectè aduertatur in fine ſequitur Rotam Romanam, *ad Caphal. d. conſ.* 309. reſpondetur eum ſcripſiſſe pro agnato, qui non erat omninò forenſis, *num.* 42. *&* 80. & non diſſentit à *Bart. num.* 65. *&* 76. *& ſeq.* ac denique in alia etiam parte decipitur, vt fuit dictum in primo puncto *Anguſciol. conſ.* 27. *lib.* 6. *num.* 6. dum dubitat de reſtrictione facta à *Brun.* monetur dumtaxat ex cauſa poteſtatis, & tamen *num* 7. *& ſeq.* inclinat in opinionem Rotæ: quid ſi eius deciſiones vidiſſet? *Burſatt. conſ.* 190. pro agnato non omninò forenſe, *num.* 47. *&* 50. *& ad Pariſ.* & alios ipſe reſpondet *num.* 44. loqui de ſtatuto in perſonam; Ideò non eſt attendendum, quod ex ſuperabundanti ſcribit, *num.* 37. *& ſeq.* adducens dumtaxat anctoritatem *Alex. d. conſ.* 111. & eorum quos declaraui, & ipſemet *Burſat.* tenuit contrarium in hoc puncto *conſ.* 8. *num.* 28. *& ſeq. Alba. conſ.* 50. non diſcuſſo articulo citat multos, qui tractant in diuerſis terminis, non eſt attendenda ſua atteſtatio, vt in indiuiduo habetur *in d. deciſ.* 673. *num.* 2. *in fin. & num.* 3. *par.* 1. *diuerſ. Lap. allegat.* 101. pro Clericis, qui non ſunt omninò forenſes, *Port. & eius collega, conſ.* 86. *& conſ.* 121. magis laborant de interpretatione alterius ſtatuti, *Decian. conſ.* 71. *vol.* 1. tractabat cauſam teſtati, & non tangit rationem deficientis voluntatis, *Theſ. d. deciſ.* 106. non præualet anctoritati *Senatus*, *Theſ. Iun. d. quæſt.* 4. *num.* 12. non audet recedere à Rota in hoc caſu, quamuis *num.* 7. *& ſeq.* moneatur iiſdem argumentis, quæ ad hunc caſum attinent, *de Craſſo in §. ſtatutum, quæſt.* 11. *& de Cauall. quæſt.* 724. non eſt opus verba facere, quia atteſtationes eorum corruunt ex reſponſionibus ſupra firmatis, ſed & ſi quiſpiam alius afferatur omnes tamen, & numero, & anctoritate cedunt ſupra firmatæ ſententiæ, pro qua ſtant tot Italiæ ſuprema Tribunalia, & præſertim Rota Romana, de cuius præſtantia opportunius in deciſione ſequentis caſus.

70 Nunc ad punctum propoſitæ cauſæ, in qua contendentes de hæreditate ſunt forenſes, & defunctus incolatum contraxerat, Domini, vno excepto, dixerunt attendi perſonas vocatorum, de quorum commodo agitur, & de his dubitari, an beneficio ſtatuti gaudeant, vt indicat *Brun. d. art.* 6. *ſub num.* 3. ibi aut maſculus, de cuius commodo agitur, & ibi cum maſculi, de quorum commodo tractatur, non ſubeant munera, &c. Idemque repetit, *num.* 4.

Rationes decidendi adductæ in præcedenti caſu ex affectione, & intereſſe Reipublicæ verſantur circa viuentes, quibus prouidetur, vt muneribus, & oneribus fiant magis idonei.

Defunctus verò nominatur dumtaxat relatiuè ad bona per eum relicta, & ad agnationem, quam ſtatuentes præferunt, ac proinde habendam eſſe rationem vocatorum, & non defuncti, fuit principaliter deciſum *in d. Peruſina bonorum de menſe Iunij* 1590. *coram Comitulo videnda*, & ſæpius dictum, *vt in d. deciſ.* 295. *num.* 3. *&* 9. *& ſub num.* 15. *& d. deciſ.* 304. *per tot. par.* 1. *diuerſ. & dict. deciſ.* 413. *par.* 4. *& in d. Bulneoregien. bonorum* 7. *Iunij* 1591. *coram Pamphilio, & nouiſſimè in d. Collen. hæreditatis* 10. *Iunij* 1616. *coram Buratt.* quæ eſt in ordine 188. *vbi latè etiam Adden.* (& ſic poſt dicta vota) ſed & defunctus ille de Vicis erat de Ciuitanoua, & tamen eius hæredes Maceratenſes non potuerunt, vti beneficio ſtatuti eius loci quoad bona ibi ſita, *d. deciſ.* 162. *num.* 15. *par.* 4. *diuerſ.* In iiſdem terminis fuit deciſum deeſſe voluntatem, & effectum ſtatuti in hoc caſu Patauij, vt refert *Peregr. d. deciſ.* 117. *& d. conſ.* 90. *in fin. & in Rota Senenſi d. deciſ. D. Aſcanij Galli*, & conſulerunt *Socc. Iun. d. conſ.* 128. *lib.* 4. *vbi num.* 5. dicit hanc opinionem eſſe amplectendam vti æquam, fauorabilem, & menti ſtatuentium conſonam, quod referendo probat, Rota in *d. Collen. coram Buratt. Corn. conſ.* 94. *num.* 10. *lib.* 2. cui acquieſcit *Socc. Iun. d. conſ.* 25. *nu.* 13. *verſ. præterea, lib.* 3. accerrimè verò *Alex. d. conſ.* 44. *ſub num.* 15. *lib.* 5. quem ſequuntur *Marzar. d. conſ.* 9. *num.* 5. *Pariſ. d. conſ.* 12. *num.* 26. *lib.* 3. *Peregr. dict. conſ.* 90. *ſub num.* 17. *& per tot.* Idemque iuris eſſe ſiuè defunctus fuerit forenſis, ſiuè ſubditus probat, *Ruin. d. conſ.* 48. *ſub nu.* 4. *& conſ.* 195. *num.* 9. *verſ. nec etiam, iuncto verſ. ſed in caſu noſtro, & num.* 10. *lib.* 2. *Mareſcott. d. cap.* 9. *num.* 8. *lib.* 1. & receptum fatetur *Marta, d. voto* 262. *num.* 1. Et quidem maior æquitas viget in præſenti cauſa, tum quia fœminæ contra quoſdam maſculos, tum quia dd. fœminæ prætendunt excludere in totum, maſculi verò petunt partem, vt in re dubia. Inclinandum ſit magis pro concurſu, quam pro excluſione totali, ſed inter tot varias opiniones, quas *Tiraquell. dict. quæſt.* 46. *de primog.* tutiùs eſt adhærere maioribus Tribunalibus, *Menoch. conſ.* 320. *num.* 45. &
71 conſequenter Rotæ Romanæ, † cuius magnam eſſe anctoritatem ſcripſit *Caſtill. conſ.* 7. *num.* 20. *& ſeq. Corn. conſ.* 332. *nu.* 2. *lib.* 1. adeo, vt *Regium conſilium Neap. eam conſuluerit, Affl. deciſ.*
72 351. *in fin.* eiuſque deciſiones, † tanquam Magiſtrales, & communem opinionem facientes, ſequendas eſſe *Imol. & Barbat.* quos laudat ipſe *Card. Tuſch. pract. concl. lit. S. concl.* 810. *nu.* 5. *poſt Gomeſ. ſuper proœm. reg. Cancell. quæſt.* 2. *Vant. de nullitat. ex defect. iuriſd. deleg. num.* 17. *&* 20. *Granaz. ad Veſtr. lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 18. *Gab. conſ.* 32. *num.* 26. *lib.* 2. *Honded. conſ.* 59. *num.* 48. *& conſ.* 82. *num.* 51. *lib.* 1. *Guttier. quæſt. Canon. lib.* 1. *quæſt.* 33. *in fin. Barzi, conſ.* Rotalis poſt ſuas deciſiones, *num.* 174. *Marcheſ. latè de commiſſ. par.* 3. *fol.* 327. *num.* 21. *&* 23. *poſt Martam, quem citat.*

Quamquam pauciſſimi ſint, qui hanc differentiam faciant ex perſona defuncti, vt nunc apparebit ex ſolutione contrariorum.

Et primò non obſtant dicta Vota *Card. Mant. & Tuſch.* Nam, paucis exceptis, tenuior argu-

mentis

Digitized by Google

mentia ad præcedentem caſum attinentibus. De-
inde Agnati apud eos conſiderabantur tanquam
Ciues ex Bullis Papæ Sixti V. & Clementis VIII.
citatis à Card. Tuſcho. Et nihilominus in iſto
73 etiam caſu † Domini mei ſequuti ſunt contrariã
ſententiam, vt ſupradictum eſt, nempè quod di-
ctum ſtatutum non habeat locum in hoc caſu, vbi
ſuccedere volentes ſunt forenſes, licet defunctus
tanquam incola Recanati, & eius bona ſtatuto
ſubiaceant ex *d. deciſ. 295. num. 9. & 10. & dec. 673. in fin. par. 1. diuerſ. & in d. Collen. hæreditatis coram Buratt. deciſ. 188. num. 7. & ibi Adden. num. 10.* vbi dantur concordantes. Denique
ponderantur ibi plures circumſtantiæ, propter
quas ille caſus differt à re præſenti.

Non obſtat ſecundum argumentum, quo mo-
uetur *Put. d. deciſ. 29. aliàs 31. num. 8. lib. 2. in*
47 *quo Card. Mant.* reſidere videtur, † quaſi ſucceſ-
ſio ab inteſtato ſit tacitum teſtamentum, *l. ſi quis cum nullum, & l. conficiuntur, ff. de iur. Codicill. Butrig. & Sallicet. in dict. l. cunctos, num. 13. & ſeq.*
75 Reſpondetur primò hanc doctrinam fuiſſe re-
probatam *à Bald. & alijs, vt per Tiraq. d. quaſt. 46. num. 15. & 23. & in puncto à Rot. dict. deciſ. 295. num. 14. in fine, iuncta deciſ. 304. in princ. & per tot.* vbi inter cæteras rationes affertur da-
ri hæreditatem etiam illi, qui à defuncto fuiſſet
reputatus indignus.

Reſpondetur ſecundò præter *Alex. d. conſ. 44. in fin. & d. deciſ. 304. num. 4. & 7.* Argumentum
eſſe circulare, quia dicunt voluntatem defuncti
eſſe conformem legi, atque ſtatuto, *Bal. in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.* & ſucceſſiuè
76 dubitantes † de voluntate ſtatuti non poſſunt re-
currere ad voluntatem defuncti, ſed magis è con-
tra, dubitantes de voluntate defuncti recurrerent
ad voluntatem ſtatuti cumque ſtatuti mens non
ſit prouidere forenſibus, conſequens eſt, vt neq;
defunctus ijs prouidere voluiſſe præſumatur, &
77 ſic † ceſſante ſtatuto magis præſumeretur omnẽ
cognationem æqualiter dilexiſſe, *Rot. d. deciſ. 295. num. 16.*
78 Non obſtat tertio alia ſubtilitas, quod ipſe
defunctus gaudeat priuilegio ſtatuti prouidentis
agnationi ſui Ciuis ad illam propagandam vnde-
cumque ſit, quaſi pro Ciue ſuo teſtamentum fa-
ciat, *Crauet. d. conſ. 844. num. 1. Theſ. d. quaſt. 4. num. 13. in fin. & num. ſeq.* & ad hoc caput re-
fero alteram ex tribus rationibus Domini, qui di-
ſcrepauit ab aliis, & dicebat intentionem dd. ſta-
tuentium conſulere publicæ vtilitati in perſonam
maſculorum, & quo magis maſculos allicerent
vocarunt, & dilexerunt etiam fœminas ex ipſis
agnatis maſculis deſcendentes, in quo propoſi-
to allegabat ſtatutum Recanatenſe, *dict. lib. 2. Rub. 58.*
79 Reſpondetur hæc ſtatuta prouidere illi agna-
tioni, quæ Ciuitati publicam affert vtilitatem,
quod ſpectant ſtatuentes, *d. cap. erit autem lex,*
diſt. 4. & d. l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquil. &
80 non † mouentur ex intereſſe defunctorum, qui-
bus ſatis iura gentium ex quadam gratia, & æqui-
tate permiſerunt facultatem teſtandi, *gloſ. in l. illa inſtitutio, ff. de hæred. inſtit. Abb. in Rubr. de teſtam. num. 2. Dec. in rubr. C. qui teſt. facer. poſſ. num. 5. Tob. in rub. inſtit. de teſt. num. 23.* & ibi
magis communem agnoſcunt moderni Piſtoriẽ-
81 ſe, *num. 199.* ſed ab inteſtato † ſtatuentium in-
tentio dirigitur erga ipſas perſonas vocatas, ha-
bita relatione immediata ad publicã vtilitatem,
non autem ad intereſſe aliorum maſculorum ex
quibus natæ ſint, & ipſæ fœminæ vocantur pro-
82 pter ſe ipſas, tum quia diuitijs † in familia con-
ſeruatis poſſunt reipublicæ commodum afferre,
ad l. vnicam, C. de mul. & in quo loco, lib. 10.
83 tum † quia ſunt de perſonis naturaliter dilectis,
quibus Ciuitas tanquam communis mater pro-
ſpexit, alioquin ſi haberetur ratio vocandi quoſ-
cunque agnatos defuncti vtiq; admitterentur con-
tra cognatos ſubditos, quod eſt abſurdum, vt di-
xi in præcedenti caſu *ad quintum contr. verſ. aliàs, &c. per deciſionem, & Doct. relates in dict. deciſ. 295. num. 5. par. 1. diuerſ.*
84 Non obſtat quartò loco, quod *Put. d. deciſ. 31. num. 13. & Ruin. d. conſ. 39. num. 15.* ait ſta-
tutum afficere defunctum.
85 Reſpondetur procedere in his, quæ à defuncto
fiunt, vt in cauſa teſtati, cuius occaſione contin-
git tractari de perſona defuncti, *Alex. d. conſ. 19. num. 7. in fin. & ſeq. lib. 6. Grat. d. conſ. 21. num. 10. Gayll. d. obſeruat. 124. lib. 2. Decian. conſ. 71. vol. 2.*
86 Nec obſtat quintò, quod aliqui putant hære-
ditatem Clerici non eſſe comprehenſam in hoc
ſtatuto, *Imol. in cap. quod Clericis, num. 2. de for. compet. Sperell. deciſ. 11. num. 14.*
87 Reſpondetur veriorem, & magis receptam
opinionem eſſe in contrarium, quia ſtatuentes
poſſunt afficere bona, quæ per mortem liberan-
tur à cuiuſque dominio, *§. deinceps, Auth. de nupt.* & in prædominio legis remanent, à qua
deferuntur *d. deciſ. 304. Burſat. conſ. 93. nu. 15. & ſeq. lib. 1.* & alij, quos *Theſ. d. lib. 2. quaſt. 2. num. 1. & 7.* vbi de magis communi quicquid vtran-
que opinionem defendi poſſe arbitratus fuerit,
Surd. conſ. 560. num. 11. & ſeqq. & Sperell. vbi ſupra.
88 Non obſtat ſextò, quod paſſim legitur videri
duo patrimonia, & cenſeri duplicem hominem,
Salicet. in d. l. cunctos, num. 13. & ſeq. Socc. d. conſ. 288. num. 2. lib. 2.
89 Reſpondetur *Socc.* ſemetipſum declarare *in d. conſ. 128. num. 4. lib. 4.* vbi ait procedere ſi hæ-
res quoque ſit vtrique loco ſubiectus, vt ſupponi-
tur *in d. conſ. 288.* per ea, quæ dicam ad ſequen-
tia cõtraria, & grauiter exagerat *Alex. d. conſ. 44. ſub num. 15. lib. 5.* & receptum ſcribit *Gratian. d. diſcept. 431. num. 28.*

Non obſtat ſeptimò, quod *Bart. in d. l. cunctos,*

num.

Digitized by Google

90 *num.* 42. & alij † ferè omnes firmant hanc quæ-
ſtionem in perſona defuncti:

Reſpondetur id fieri in verbis narratiuis, tùm
quia continuatur materia à cauſa teſtati ad cau-
ſam inteſtati, tùm quia agitur de bonis, quæ de-
functus in diuerſis locis reliquit. Verbis autem
reſolutiuis *Bart.* retinet eoſdem terminos, quia
de patre loquitur, vt etiam *Socc. d. conſ.* 288. *nu.*
2. *lib.* 2. & de hæreditate diuidenda à filijs, qui
regulariter habitant cum patre, & ſæpè naſcun-
tur, vbi pater habitat, & ſic eaſdem Ciuilitates
acquirunt, alteram ratione propriæ habitationis,
aut originis, *Honded. d. conſ.* 5. *num.* 5. *vol.* 1. Al-
teram ex origine patris, *l. aſſumptio*, *§. filius*, *ff.*
ad municip. vt ſimiliter reſpondet *Pereg. d. conſ.*
90. *num.* 17. & facit *num.* 25. *&* 28. *& in d. deciſ.*
91 117. *num.* 12 *ſed vbi Bart.* † demonſtrat quale ſit
ſtatutum in perſonam, & ſic cuius perſonæ ratio
habenda ſit, benè exemplificat de ſola perſona
hæredum, ibi Primogenitus ſuccedat, &c.

Et vltimò non obſtat illud ex tribus fundamen-
tis D. diſcrepantis, qui dicebat conſanguineos
92 Ciuis † ſubeuntis munera non poſſe dici forenſes,
quia cum d. Amicus incolatum contraxerit, &
munera ſubierit, perinde eſt, ac ſi ipſi quoque
Scoccia campanæ, & fœminæ Lazzarinæ onera
ſubſtinuiſſent, vt poſt *Bart. in l. ſcimus*, *num.* 3.
C. de agricol. & cenſ. lib. 10. *Socc. d. conſ.* 292.
num. 3. *verſ. prima reſponſio*, *lib.* 2. & conſequen-
93 ter cenſentur Ciues, quia † ex muneribus, &
honoribus Ciuis cognoſcitur, ad *Affl. deciſ.* 384.
num. 7.

Reſpondetur *Socc.* moueri in primis ex quo-
dam ſtatuto Mantuano, in quo expreſſim diſpo-
nitur, vt alienatio aliàs prohibita in forenſes poſ-
ſit tamen fieri in eos, quorum conſanguinei ſub-
irent munera in Territorio Mantuæ, *Bart.* verò
cum ſua doctrina, quàm *Socc.* ex ſuper abbun-
94 danti addit, tractat de perſonis, † quæ antea
erant ciues, & ſicut per abſentiam non liberantur
ab oneribus, ſi per cognatos agriculturam pe-
95 agunt, *d. l. ſcimus*, *§. in omnibus*, † ita non pri-
uantur commodis, qui per aliquem de ſua pro-
genie munera ſubeuntem retinent prærogatiuas
96 Ciuilitatis; & in ſimili † poſſeſſio naturaliter
priùs acquiri debet, ſed acquiſita, animo ſolo
retinetur, *l.* 3. *vbi gloſ. ff. de acquiren. poſſeſſ.* alio-
quin fruſtra Doct. laboraſſent pro ſubdito con-
97 tra forenſem, † ſed vix filius conſequitur benefi-
cium ex ſolius patris Incolatu, cuius originem,
& non domicilium ſequitur, *d. l. aſſumptio*, *§.*
filius, *ff. ad municip.*

Et ex his ceſſat auctoritas paucorum, qui ius
98 metiebantur ex perſona defuncti, & † ſicut Agna-
tus ſubditus gauderet beneficio ſtatuti, quamuis
defunctus eſſet forenſis, *d. deciſ.* 304. *part.* 1, *di.*
99 *verſ.* Ita per contrarium quamuis † defunctus ſit
ſubditus non gaudebit forenſis agnatus, quia non
defuncti, ſed vocatorum non a defuncto, ſed à
lege non intuitu defuncti, ſed ratione publicæ
vtilitatis Agnati vincentes vincentibus cognatis ſta-
tuto præferuntur.

Ex quibus Domini cenſuerunt malè iudicatum
per Dominum Iudicem à quo, qui fœminas de
Lazzarinis abſoluit à petitis per dd. de Scoccia-
campanis petentes immiſſionem pro eorum rata
in dd. bonis Ciuitanouæ, & Recineti.

Et ita deciſum coram R. P. D. Ambroſio de
Lucis 14. Maij 1621. eadem cauſa fuit poſtea in
Rota Romana ventilata ſemel coram Eminentiſ.
Cardinali Veroſpio 10. Maij 1623. Et iterum co-
ram Illuſtr. Dunoçetto 25. Ianuarij 1624. vt vi-
dere eſt *in addit. Ferentill. ad Baratt. deciſ.* 188.
num. 20.

ARGVMENTVM.

An ſuper re communi impoſitio cenſus ſit valida. Et an ſuper eodem fundo poſſint plures cenſus imponi.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula conſtituti probat contra habentem cauſã à conſtituente.*

2 *Poſſeſſio Rei cenſuali probatur per ſuſtentationem litis cum adminiculis.*

3 *Saluianum datur pro fructibus cenſus.*

4 *Cenſus fundatus ſuper re communi, quomodo dicatur impoſitus ſuper re certa.*

5 *Ius reale quod quis habet in re communi, non mutatur per diuiſionem.*

6 *Cenſus fundari poteſt ſuper re communi.*

7 *Amplia etiamſi imponatur ſimpliciter non expreſſa quota imponentis.*

8 *Cenſus quod imponi non poſſit ſuper re maioris valoris, quam ſit cenſus impoſitus volunt aliqui.*

9 *Contrarium latè deducitur.*

10 *Cenſus impoſitus ſuper pluribus fundis in ſolidum ſuſtinetur incapace, quamuis non ſit expreſſum pro qua rata ſuper illu imponatur.*

11 *Cenſus plures ſuper eodem fundo imponi poſſunt etiam ex interuallo.*

12 *In contractu cenſus non venditur fundus, nec illius fructus, ſed ius percipiendi reſponſionem.*

13 *Cenſuarius non acquirit dominium, neque poſſeſſionem fundi cenſiti.*

14 *Cenſus vt valeat interpretatio eſt facienda.*

15 *Exceptio requirens altiorem indaginem non admittitur in Saluiano.*

16 *Iuramenti Calumniæ non præſtiti nullitas aliquando non nocet.*

17 *Vt puta habenti bonum ius.*

18 *Clauſula neminem audiri niſi docto de legitimo mandato reſpicit perſonam comparentis, non agentis.*

19 *Citatio, ſeu monitio ad videndum iurare teſtes pro*

ſinga;

Digitized by Google

ſingulis diebus, &c. Suſtinetur pro toto termino probatorio.

20 *Teſtes etiam nulliter examinati præſtant adminiculum.*

21 *Veriſimilitudo operatur, vt admittatur probatio, quæ alias non admitteretur.*

22 *Correus ſoluens totum repetit à correo partem ſuam.*

23 *Circuitus inanes lex abhorret.*

DECISIO CCV.

SEntentiam D. Vicarij Eminentiſs. & Reuerendiſs. D. Cardinalis Sabelli Epiſcopi Anconitani, qua mandatur immitti D. Equitem Alexandrum Gratiolum, in poſſeſſionē fundi poſ-
ſeſſi à dicto Eminentiſſimo inter bona ſuæ menſæ
Epiſcopalis, Domini vno excepto confirmādam
eſſe cenſuerunt. Etenim concurrunt omnia re-
quiſita in ſaluiano. Nam de credito conſtat per
Inſtrumentum cenſus, quod facit euidentem pro-
bationem, *Mantic. deciſ. 69. num. 2.* Poſſeſſio D.
Hieronymi debitoris per Inſtrumentum vendi-
tionis fundi cenſuati factæ D. Mario de Zancre-
1 dis, cum clauſula conſtituti, † quæ probat ad-
uerſus habentem cauſam ab ipſo conſtituente,
Rot. deciſ. 776. num. 11. part. 1. diuerſ. Et maxi-
mè quia in eodem Inſtrumento narratur dictum
fundum eſſe tentum, & poſſeſſum à dicto D. Hie-
ronymo, & ab eius fratribus hæredibus pro indi-
uiſo, & fuit productum pro parte eorum de Zan-
credis, qui ſunt admiſſi tanquam auctores lauda-
ti, & proinde probat contra producentes, *l. pu-
blica, §. fin. ff. depoſ. Doct. in cap. cum venerabilis*
2 *extra de except.* Poſſeſſio † autem rei conuenti
probatur per litis ſubſtentationem, *Capotag. deciſ.
369. num. 1. part. 2. Caeſar. de Graſſ. deciſ. 4. de
reſtitut. ſpoliat. Gratian. diſcept. 314. numer. 42.
Scapucc. de Saluiano, lib. 3. quaeſt. 12. numer. 5.* &
maximè vbi aliquod adminiculum concurrit, prout
in præſenti intimatio facta dictis auctoribus.
3 Propterea nemo † dubitat intrare ſaluianum pro
conſequendis fructibus cenſualibus, *Bart. in l. 1. ni
2. de Saluian. Contard. qui alios citat in l. vnica,
limit. 14. num. 40. C. ſi demon. poſſeſſ.*

Non obſtat primum obiectum incertitudinis
ex eo, quod cenſus ſit impoſitus in medietate
ipſius D. Hieronymi ſuper fundo communi cum
4 eius fratre, quia † cum fuerint deſignata certa
confinia totius fundi apparet de re certa, & ſic re-
torquetur oppoſita *deciſ. 161. num. 4. par. 4. diu.*
In euentum verò periculi corruit ſemper pars
communis, & cenſus remanet in quota, & medie-
tate ſimiliter pro indiuiſo partis ſuperſtitis ſi ta-
lis portio fuerit capax totius, ac proinde immi-
net emptoria cenſus periculum ad mentem Bullæ,
nec vlla contigit variatio ſitus qua ratione retor-
queretur obiecta, *deciſ. 353. par. 1. recent.* & opti-
mè faciunt tradita *per Greg. in ſua deciſ. 353. vbi
adden.* Certificatur autem pars cenſuata ex domi-
nio, & poſſeſſione quam venditor habet, non
alternatiuè, ſed præciſè in ſingulis glebis pro in-
diuiſo, *l. Manius, §. duorum, ff. de legat. 2. Pariſ.
conſ. 59. num. 37. lib. 1. Rot. deciſ. 161. num. 3.
par. 4. diuerſ.* Secuta verò diuiſione inter fratres,
ſiue totus fundus alteri, quam venditori cenſus
fuerit aſſignatus, ſiue pars ſola, quæ illi contige-
rit corruat, Cenſuario tamen remanet ius indiui-
5 ſum in ipſa medietate totius indiuiſa, quia † per
diuiſionem non mutatur ius reale, quod alteri
competit, *l. ſi conſenſerit, vbi gloſ. §. fin. ff. quib.
mod. pign. l. arbitr., vbi Bart. ff. de diſtract. pign.
Neguz. de pign. mem. 3. par. 2. num. 37. & n. 49.*
Secus verò contigeret in eo, qui aduerſus debito-
rem perſonalem ſolam haberet actionem, *l. Iulia-
nus 14. §. idem celſus, ff. de act. empt.* maxime re-
6 ceptiſſimum eſt, quod ſicut † pars rei communis
indiuiſa alienari poteſt, *l. falsò, C. comm. rer. alie-
nat. l. 1. & l. 3. C. comm. diuid. Neguz. de pignor.
mem. 3. part. 2. num. 36.* Et ſicut nemo dubitat
fructus ex certa re pro quota indiuiſa percipi, *de-
ciſ. 59. in fine par. 2. diuerſ.* & ius vſusfructus à ſuo
domino in ea parte conſtitui (à quo vſusfructu ad
cauſam cenſus, *Rota argumentatur deciſ. 116. nu.
9. apud Cenc.*) ſimilliмè poteſt ſuper tali quota
imponi cenſus. *Rebuff. in l. rectè dicemus 25. §.
quintus, verſ. octauo, ff. de verb. ſignif.* & ità in
puncto tenent *Felic. à ſol. in comment. de cenſib.
tom. 1. lib. 2. cap. 3. num. 21.* & alii, quos *Cen-
cius de cenſib. quaeſt. 20. num. 7. Rot. ex impreſſ.
apud eundem deciſ. 49. num. 18. & deciſ. 538. nu.
10. & in recent. par. 5. deciſ. 220. num. 9.* Quæ
7 concluſio adeo vera eſt, † vt procedat etiamſi
non fuerit facta mentio de quota venditoris, ſed
ſimpliciter fuerit impoſitus cenſus, quia ſuſtine-
tur in parte propria ipſius, & in parte libera,
quam alienare potuerit, *Hond. conſ. 58. num. 99.
vol. 1. Mareſcott. var. reſolut. lib. 1. cap. 72. Cenc.
de cenſib. quaeſt. 20. num. 9. Rota apud eundem Gre-
gor. deciſ. 254. num. 1. vbi latè adden. num. 16. de-
ciſ. 67. num. 4.*

Secundò non obſtat obiectum excitatum, quod
8 cenſus † fuerit impoſitus ſuper re minoris valo-
ris, & ſic nulliter, *Rolan. de Comugn. ad decreta
Montisferrati decret. 72. part. 4. illus. 4. num. 27.*
poſt Fr. Auguſtin. de Monte Ilcion. ex mente
*Nauar. quos Io. Bapt. Lup. ad l. 2. C. de pact. inter
empt. & vendit. comm. 2. §. 2. num. 79. & ſeq.*
9 quia † contrariam ſententiam eſſe veriorem dum-
modo fundus ille reddat tot fructus, qui ſufficiant
pro integra ſatisfactione annuæ reſponſionis,
licet valor rei non correſpondeat, in puncto te-
net *Conradus de contract. quaeſt 8. concl. 3.* & alii
quos *Lopes de contract. citat. cap. 57. & ſequitur
Azor. inſtit. moral. par. 3. lib. 10. cap. 6. quaeſt 8.
verſ. ſecundo quæritur. Felician. à ſol. d. lib. cap.
4. num. 7. Io. Franc. Leo in ſuo Theſaur. for. Eccl.
par. 2. cap. 2. num. 59. Scac. de commer. & camb.
§. 1. quaeſt. 1. num. 206. verſic. falso.* Proportio
enim

Digitized by Google

enim ad fructus, & fundum, deſideraretur ſolum,
vt ſint capaces cenſus imponendi, quem debent,
aut æquare, aut ſuperare, & ſic intelligitur *Nauar.*
de vſur. nume. 79. & 81. Cenc. d. tract. quæſt. 35.
num. 8. & 9. Rota coram Buratti deciſ. 913. num. 8.
& coram Greg. deciſ. 388. num. 3. & ibi adden. nu.
10. Et hunc exceſſum reſpectu valoris rei præ-
ſupponit in facto Rota, per quam ſæpius deci-
ſum eſt, remanere cenſum in parte capaci ſi pe-
rierit altera pars fundi cenſuati, *d. deciſ. 388. num.*
8. & ibi Bals. numer. 10. & facit etiam *deciſ. 571.*
num. 3. part. 1. recent. & apud *Marcheſan. part. 1.*
10 *fol. 860. deciſ. 32.* Quinimò † impoſitus ſuper
pluribus prædijs in ſolidum ſuſtinetur in eo, qui
remanet liber, & *capax deciſ. 71. num. 9. & ſeq.*
apud Cenc. quamuis nõ fuerit expreſſum pro qua
rata, deciſ. 90. num. 2. iuncto num. 9. apud eundem.
11 E contra † plures cenſus ſuper eodem fundo ca-
pace, etiam ex interuallo imponuntur, *Theſ. fori*
Eccleſiaſt. par. 2. cap. 15. num. 60. Nauar. de vſur.
num 93. gloſ. 10. in fin. Bonſign. de cenſib. cap. 10.
Toled. Inſtr. confeſſ. lib. 5. cap. 45. Medic. deciſ.
Senen. 30. num. 12. Seraph. deciſ. 321. num. 1. &
ſeqq. Cenc. d. tract. quæſt. 39 num. 2. & ſeqq. &
quæſt. 42. num. 5. & ſeqq. Rot. *apud eundem deciſ.*
64. num. 1. deciſ. 56. num. 2. & deciſ. 548. num. 1.
12 *& 2. & coram Buratt. d. deciſ 913. num. 12.* Non †
enim venditur res, ſed cenſus, nempè ius ſepa-
ratum realiter à fundo, vt in *deciſ. 3. concl. 6. apud*
Cenc. deciſ. 281. num. 5. & deciſ. 388. num. 7.
apud Greg. Item neque venduntur fructus, ſed ius
vt dicitur de emptione vſusfructus, *Couar. var. re-*
ſolut. lib. 3. cap. 1. ſub num. 4. Gabr. conſ. 148. in
principio ſecundæ quæſtionis, Rota apud Cenc. deciſ.
216. num. 9. & quale ius iſtud ſit docent *Felician.*
d. lib. 1. cap. 4. num. 7. & alij, quos refert *Cenc.*
fol. 87. ſeu quæſt. 43. num. 8. Altograd. conſ. 15.
num. 6. lib. 1. Caball. conſ. 147. num. 26. lib. 2.
13 Ac proinde † neque dominium, neque poſſeſſio-
nem Cenſuarius habet, *Gratian. deciſ. 20. Nauar.*
de vſur. num. 137. Molin. de contract. diſput. 383.
& plures cumulat *Cenc. d. fol. 4. ſeu quæſt. 7. num.*
16. Et ideò venditor cenſus liberè de re cenſuata
diſponit, *deciſ. 2. num. 7. apud Cenc.* Perit ergo
fundus Domino, aut emptori ipſius principaliter,
& deinde in conſequentiam dicitur periſſe cen-
ſuario, ſicut etiam vſufructuario, & quidem pe-
rire poteſt quamuis ſit magni valoris, dum eſt
certis finibus circum ſcriptus quo caſu, aut de-
duceretur quota cenſus pro rata fundi perempti
iuxta proportionem partis ad partem, quæ eſt
totius ad totum ex mente *Molinæ diſp. 391. num.*
3. & Azor. diſp. 3. lib. 3. cap. 5. quæſt. 6. verſ.
cæterum, & quorundam aliorum, aut verius re-
manet cenſus in parte capace, vt dictum eſt eum
Rota Romana. Præterea in re præſenti ceſſat om-
nis ſcrupulus, quia ſubijcitur dumtaxat medietas
certi prædij affecta etiam anteriori cenſui ſcento-
rum ducentorum, & obnoxia doti vxoris Io. Ba-
ptiſtæ de Beniocaſis, quæ propterea conſenſum
præſtitit dicto Inſtrumento venditionis cenſus, vt
meritò ceſſare debeat omnis ſuſpicio aduerſus di-
ctum publicum Inſtrumentum, Rota apud *Fari-*
nac. deciſ. 43. poſt conſ. criminal. lib. 2. tantoque
magis inter perſonas nobiles, & quæ in dicto in-
ſtrumento proteſtantur velle contrahere iuxta
formam Bullæ. *Rot. apud Farinac. deciſ. 10. num.*
14 *5. poſt conſ. crimin. lib. 2.* Et † omnis interpre-
tatio facienda eſt pro validitate cenſus, *Cranett.*
conſ. 52. num. 2. & per tot. Rot. d. deciſ. 355. nu.
1. apud Greg. & maximè nè ſuſcitentur lites plu-
rimæ, quod fuit conſideratum *in d. deciſ. 32. in*
fin. apud Marcheſan. par. 1. fol. 860. Ex quibus
apparet dictas oppoſitiones non obeſſe, & qua-
tenus nocere poſſent certum eſt, quod require-
15 rent altiorem indaginem, † ac proinde non intra-
re in iudicio Saluiani, *Statil. inſpect. 2. cap. 2. nu.*
28. iuxta veterem impreſſionem, & in puncto *dec.*
34. num. 23. par. 2. diuerſ. & plures refert *Cenc.*
fol. 218. ſeu quæſt. 65. iuxta nouiſſimam impreſſio-
nem Taurini, num. 82.

Tertiò principaliter non obſtat prætenſus de-
fectus iuramenti Calumniæ. Quia in facto fuit
latentèr petitum obſtando ne interim procurator
aduerſarij audiretur. Qua ratione ſi Iudex non
decreuit niſi doceri de mandato. Repetitio autem
16 in exceptionibus fuit facta non certa parte, †
ideò ſubintrant plures rationes ob quas non vide-
tur habere locum hęc nullitas, quas rationes pro-
bant *Gayl. lib. 1. obſer. 84. n. 7. Bald. Caſtr.* & alij,
quos refert *Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 1. quæſt. 8.*
17 *num. 72. & 90. & quæſt. 10. n. 97.* His additur †
ratio boni Iuris, qua ſtante non obſtat dicta pe-
titio, & præſertim cum dictis circumſtantijs, *Bald.*
in cap. 2. vbi Felin. num. 2. extra de probat. Cotta
in memorial. in verbo iuramentum Calumniæ; Ma-
reſcot. lib. 1. cap. 47. num. 10. Farinac. deciſ. 195.
num. 16. poſt 2. vol. conſ. crim. & fuit dictum in
illa Romana de Magdalenis 26. *Aprilis 1599. co-*
ram Seraph. & quicquid ſit, quo ad effectum im-
pediendi reuocationem attentatorum (in quibus
terminis procedunt, *Seraph. deciſ. 176. num. 7.*
& deciſ. 116. num. 25. par. 4. diuerſ.) receptum
eſt prætextu boni Iuris vndecumque probati ex-
cuſari proceſſum ab hac nullitate, vt in terminis
deciſ. 131. num. 6. apud Sacratum deciſ. 45. num.
6. par. 1. recent.

Quarto non obſtat, quod dictus D. Eques Gra-
tiolus non videatur probaſſe filiationem ſuam.
18 Reſpondetur enim, quod † illa exceptio nemi-
nem audiri niſi docto de mandato reſpicit legiti-
mationem comparentis, non autem agentis, *gloſ.*
in l. 1. C. quor. bonor. Bald. in l. non ignorat, num.
2. C. de his, qui accuſar. Rot. *deciſ. 88. num. 1.*
apud Sanctiſſimum. Præterea fuit ſatis probata per
teſtes primò per quintum, cui non obſtat defe-
ctus citationis, quaſi illa monitio pro certis die-
bus, & ab inde pro ſingulis, &c. videatur inuti-
19 lis *Mohedan. deciſ. 4. num. 3. tit. de teſtib.* † Nam
(quicquid ſit de citatione ad ſententiam) ad vi-
den-

deadum iurare teſtes ſuſtinetur durante termino probatorio, *deciſ.307. num.9. & deciſ.393. num.6. & ſeq. par.1. recent.* Huic adminiculantur alij quatuor teſtes, qui iurarunt in folio ſeparato, prout ipſimet quoque fidem faciunt, quod ſanè folium deperditum eſſe atteſtatur ipſemet Notarius Epiſcopi, non obſtante intereſſe Eminentiſſimi Domini ſui, quod obſeruatione dignum vide-
20 tur. Teſtes † verò etiam nulliter examinati præſtant adminiculum, *deciſ.664. ſub num. 2. part. 2. recent.* Plurimum enim dependet à Iudicis arbitrio, *Barz. deciſ.23. num.3.* & maximè circa legitimam filiationem nobilis Equitis in patria ſua, vt leuiores probationes ſufficiant ad ſtatutum
21 Anconæ *Rubr.*19. de ciuibus, & veriſimilitudo † operatur, vt ea probatio ſufficiat, quæ aliàs nullam fidem faceret, *Surd. deciſ.325. num.4. & ſeq.*

Quintò, & vltimò non obſtat, quod pro iure retentionis, quam aduerſarij habent ex eo, quod dictus D. Marius Tancredus egerit, vt de pretio dicti fundi extingueretur cenſus ſcutorum ducentorum olim impoſitus in eodem fundo à dicta Hieronymo, & eius fratre in ſolidum, prout factum fuit cum ceſſione iurium, recipiatur oblatio pro ſolis ſcutis centum, quaſi non videatur ſufficere, *Surd. deciſ. 44. num.7. Rot. deciſ.572.*
22 *num. 4. par. 2. diuerſ.* Quia † reſpondetur, quod ſoluendo partem obtingentem dicto patri ſuo, poſſet eadem ab eo repetere, ad tradita per *Doct. in l. creditor, ff. de duob. reis, Mantic. de tacit. & ambig. lib.11. tit.28. num.5. Theſ. deciſ. 192. à num.4. vſque ad fin. Vin. deciſ. 379. in fin. lib. 2. Cenc. de traſt. quæſt. 73. num. 26. verſ. ſed quid ſi correus, Rot. apud eundem deciſ. 537. num. 8.* vbi dicit hanc opinionem receptiorem, & æquiorem. Ideò rectè dictus D. Vicarius euitando circuitus
23 inanes, *ad l. qui ſic. ff. de ſolut.* quos † lex abhorret, *Affl. deciſ. 8. num. 4. ad fin. Rot. deciſ. 770. num.1. par.2. & deciſ.167. nu.8. par. 7. in recent.* & ita ſuadente æquitate, ad tradita per *Mantic. de tract. lib.15. tit. 6. ſub num. 10.* iudicauit dictum Dominum Equitem fore immittendum in portionem dicti Dom. Hieronymi, ſoluta dumtaxat ſcutis centum, relicta altera medietate dicto Eminentiſſimo Domino Cardinali poſſeſſori pro rata ad dictum fratrem ſpectante. Et ita deciſum, &c. coram R. P. D. Ambroſino de Lucia.

ARGVMENTVM.

Liquidatio in actis facta ad effectum poſſeſſorij, non facit ſententiam latam in ſaluiano appellabilem.

SVMMARIVM.

1 *Immiſſio in poſſeſſionem talium, & taliam rerum nominatim non eſt propriè liquidare, ſed eſt ad effectum ſolius poſſeſſorij.*
2 *Creditum cum hypotheca eſt neceſſarium antecedens in ſaluiano.*
3 *Primum extremum in ſaluiano dicitur poſſeſſio debitoris de tempore obligationis, vel poſtea.*
4 *Clauſula conſtituti probat poſſeſſionem conſtituentis de tempore conſtituti ad effectum ſaluiani, tàm contra ipſum, quàm contra habentem cauſam ab eo, & num. 5.*
6 *Secundum extremum probatur ex ſola litis conteſtatione.*
7 *Saluiani requiſita ſunt, creditum cum hypotheca, poſſeſſio debitoris, & poſſeſſio eius contra quem dirigitur hoc remedium.*
8 *Ex poſſeſſione fundi cenſuati dicitur cenſum extinctus.*
9 *Quod intellige vbi conſtaret alia bona cenſuata remanentia non eſſe capacia, ſecus ſtante capacitate in reliqua parte fundi.*
10 *In adiudicatione facienda per Iudicem requiritur æſtimatio, tàm de iure communi.*
11 *Quàm ex conſtitutione Marchiæ. Intellige, & declara, vt num. 13. 14. 15. 16. 17. & 18.*
12 *Actis cauſa non tranſportatis conſtare non poteſt Iudici de omiſſa ſolemnitate, vel de commiſſa nullitate.*
13 *In debito priuatarum perſonarum non requiritur æſtimatio ad effectum adiudicationis faciendæ Creditori.*
14 *Æſtimatio non eſt de forma, & ſubſtantia adiudicationis. Limita, vt num. 17.*
15 *Sed eſt facienda per modum cautelæ, & conſilij.*
16 *Vel per extraiudicialem informationem Iudicis ne graues debitorem, & 18.*
19 *Fructus reſtituere non tenetur, qui non eſt malæ fidei poſſeſſor, ſiue poſſideat ſine titulo, vel cum titulo inualido.*
20 *Amplia id multo magis procedere in fructibus conſumptis.*
21 *Tot ſunt credita, & obligationes, quot ſunt termini decurſi.*
22 *Ex diuerſis non fit illatio.*
23 *Attentata non dantur, vbi cauſæ ſunt diuerſæ pro diuerſis terminis fructuum.*
24 *Agens pro aliquibus terminis via ordinaria, poteſt pro alijs agere executiuè.*
25 *Creditor ratione hypothecæ poteſt rem nulliter adiudicatam retinere, donec ei fuerit ſatisfactum.*

26 Omne

Digitized by Google

26 *Onus probandi creditum ſolutum ſpectat ad allegantem.*
27 *Quilibet poteſt ſolidum exigere, & ex ſolutione facta vni ex correis credendi tollitur alterius actio,*
28 *Sed qui recipit tenetur alteri communicare.*
29 *Emens cenſum pro alio ſine mandato, poteſt illius fructus exigere non ſequuta, vel etiam ſequuta ratificatione.*
30 *Agere quis nõ poteſt antequam dies ſolutionis venerit.*
31 *Limita in cenſibus, vel annuis præſtationibus in quibus aliquid debetur de præterito, quia poteſt agi, & obtineri etiam pro tempore futuro.*
32 *Creditor pro minimo credito poteſt retinere pignus magni valoris, quod afficitur hypotheca minoris crediti.*
33 *Ceſſante cauſa obligationis, promiſſionis, accollationis, & delegationis, ceſſat, & ipſa obligatio, promiſſio, accollatio, & delegatio.*
34 *Delegatio vt inducatur, requiritur conſenſus, ſeu acceptatio creditorum, & liberatio principalis debitoris.*
35 *Fructus cenſus empti non imputantur in credito illius emptoris, qui poſſidet fundum cenſuatum propter incompatibilitatem.*
36 *Emptor fundi cenſuati habet prælationem, & retentionem quoad ſortem, & pretium, non autem quoad fructus, à quibus debitor fuit liberatus.*
37 *Succeſſor non poteſt impugnare confeſſionem ſui auctoris.*
38 *Præſumitur in dubio pro iuſtitia pretij.*
39 *Creditor ſecundus petens immiſſionem ex ſaluiano in re, quæ non ſit indiuidua, & ſterilis, vt gemma, ſeu minoris valoris, quam ſit illius creditum, vel valoris æqualis, ſed in re, quæ ſit diuidua, fructifera, & maioris valoris, æquitas ſuadet, vt poſſideas retenta rata prædij æquiualente ſummæ in qua eſt creditor anterior dimittat reſiduũ, & patiatur immiſſionem ſecundi creditoris.*
40 *Pretia rerum variantur ex tempore, vel in melius, vel in deterius.*
41 *Identitas rei probatur duabus demonſtrationibus, ſeu duobus confinibus.*
42 *Etiam quod mutata eſſet rei qualitas.*
43 *Pretij mutatio in ſtabilibus non præſumitur.*
44 *Saltim minori ſpatio decem annorum, niſi concurrente, & probato aliquo accidente.*
45 *In rebus ſtabilibus pretium augeri præſumitur etiã vltra decem annos.*
46 *Exceptis vineis, quæ ſingulis diebus deteriorantur.*
47 *Creditor hypothecarius, qui pro parte ſoluit anterioribus creditoribus de ſuis proprijs pecunijs, habet retentionem totius prædij, nec tenetur dimittere glebam ad commodum poſterioris, tanquam ſoluerit ad confirmandam ſuam hypothecam non non ad liberandum prædium, num. 49. & 53.*
48 *Hypotheca eſt indiuidua.*
50 *Natura ſaluiani eſt, vt quis de fructibus conſequatur ſuum creditum.*
51 *Fructus quanto ſunt vberiores, eo citius immiſſus ex ſaluiano remanet ſatisfactus.*
52 *Quod retardaretur per diuiſionem rei hypothecatæ.*
54 *Creditor anterior, qui reperitur in poſſeſſione rei debitoris aliter, quam ad effectum, vt ſibi ſatisfiat de fructibus, non poteſt retinere rem diuiſibilem, niſi pro rata eius crediti.*
55 *Acquirens poſſeſſionem rei iure dominij, & ſoluens prioribus creditoribus ex pretio rei, ſeu ex propria pecunia, vltra pretium, dicitur ſoluiſſe ad liberandum ipſam rem, prout ſua intereſt, non ad confirmandum hypothecam, quam non habet in eo re.*
56 *Non entium nullæ ſunt partes.*
57 *Non habet locum diſpoſitum, niſi verificetur præſuppoſitum,*
58 *Soluens ex pretio dicitur ſoluere ex ſua pecunia.*
59 *Hypotheca datur in ſolidum ſuper quolibet prædio, ſeu illius parte, etiam quod res hypothecatæ ſint diuiduæ.*
60 *Quod non procedit quoad præiudicium aliorum creditorum concurrentium, vbi omnibus poſſit commodè ſatisfieri.*
61 *Vxor non poteſt pro ſuis dotibus retinere omnia bona viri vergentis ad inopiam, & facta electione bonorum maioris valoris, deuenitur ad illorũ æſtimationem, itaut relicta ſibi portione dotibus æquiualenti ſuper reſiduo permittatur alijs creditoribus poſterioribus ſuarum actionum exercitium.*
62 *Titulo ſi peruenieate præſumitur quis mutaſſe cauſam poſſeſſionis etiam abſque declaratione, dummodo titulus ſit validior, ſeu melior, & pinguior, num. 64.*
63 *Poſſidere quis præſumitur ex titulo ſibi vtiliori, & magis proficuo.*
64 *Fructus percipere ex re propria pinguius iudicatur, quam percipere ex re aliena.*
65 *Poſſidere quis præſumitur nomine proprio, & pleno iure.*
66 *Poſſeſſio potius præſumitur, quam detentio.*
67 *Velle quis præſumitur, quod eſt ſibi vtilius, & num. 69.*
68 *Mutatio voluntatis non præſumitur.*
70 *Titulorum cumulatio præſumitur, ſi ille, qui ſuperuenit eſt compatibilis cum primo, ſecus ſi incompatibilis.*
71 *Poſſidere tanquam dominus, & tanquam hypothecarius non poſſunt ſimul ſtare, quia res mea non poteſt eſſe mihi ipſi hypothecata.*
72 *Res mea cuius dominium habeo non poteſt per me retineri in pignus.*
73 *Actio, & paſſio non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto.*
74 *Acquiſitio dominij ſi eſt reuocabilis propter hypothecam alterius, poteſt poſſeſſor moleſtatus recurrere ad hypothecam anteriorem, & iure pignoris retinere. Intellige, & declara, vt num. 76. 77. 84. & 86.*

75 *Dum;*

Digitized by Google

75 *Damnum quod quis ſua culpa ſentit ſibi imputare debet.*

78 *Per ſaluianum non dicitur res euinci. Nec aufertur poſſeſſio, ſed ſola detentio, numero 80.*

79 *Per ſaluianum non auſertur dominium, ſed ſola poſſeſſio temporalis, donec immiſſus fuerit ex fructibus ſatiſfactus.*

81 *Immiſſus ex ſaluiano non ſibi poſſidet, ſed pro debitore.*

82 *Cautela reſeruatiuuis regreſſus ad primeua iura in euentum moleſtiarum non infert, quod per ſaluianum dicatur ſequuta euictio, ſed quod ille cui res fuit ablata poſſit agere de euictione contra venditorem, ſeu tertios poſſeſſores bonorum illius, abſque tamen praiudicio aliorum creditorum.*

83 *Regreſſus dicitur reſeruatus pro cautela, non ad reuocandam dominij translationem.*

84 *Inſpiciendum non eſt, quod euenire poteſt.*

87 *Emptor exiſtens in bona fide, & ſublata hypotheca poteſt ſoluere creditoribus ſibi deſcriptis in liſta, ſicut poteſt hæres cum beneficio l. & inuentarij ſoluere primo venienti tione.*

88 *Soluens alteri quam Creditori non liberatur.*

89 *Soluens poſteriori creditori liberationem non conſequitur.*

90 *Nec ſufficit bona fides.*

DECISIO CCVI.

SVperſeſſoriam obtentam pro parte D. Capit. Achillis Barbarubeæ de Monte Lupono duximus reuocandā, quia ſententia D Ludouici Poſtij Locumtenentis Curiæ Generalis Maceraten. lata in ſaluiano pro immiſſione in certa portione terrarum ad fauorem Camilli Thomaſini non eſt appellabilis, tanquam liquidatoria, vt prætendebatur. Quoniam immit-
1 tere † in poſſeſſionem talium corporum, vel in tali portione nominatim non eſt proprium liquidare, ſed eſt ad effectum ſolius poſſeſſorij, vt notant in indiuiduo, *Belt. ad Greg. ea allegata ex aduerſo deciſ. 232. num. 5. verſic. aduertendum eſt, Seraph. deciſ. 452. num. 2. & ſeq.* Neque obſtare viſum fuit allegata notoria iniuſtitia ad effectum iuſtificandi appellationem interpoſitam. Quia pro dilucidatione, & comprobatione omnium contentorum in ipſa ſententia iuſtiſſima, vt credimus placuit hic inſerere etiam ad communem vtilitatem votum dicti præſtantiſſimi Iudicis cauſæ, ad manus noſtras peruentum, quod pondere, numero, & menſura praualere credidimus noſtris reſponſionibus, cuius quidem tenor eſt huiuſmodi.

Anno 1616. quondam Cæſar de Angelis de Monte Luponum dedit in permutationem Capit. Achilli Barbarubeæ de eodem poſſeſſionem cum Columbario ſalmatum 40. circiter poſitam in d. Territorio in contrata Caſe Nouæ, & verſa vice ab eodem Barbarubea in permutationem recepit duas alias poſſeſſiones in eodem Territorio, vnā videlicet in contrata della Fonte dello Spino di Grongoleto, & Mortola cum domo in ea exiſtente ſalmarum 24. modiol. 3. cann. 66. & alteram pariter cum domo in contrata dell' Ancro, ſalmarum 13. modiol. 3. cann. 33. cum clauſula conſtituti, & quia prædium dicti Iulij Cæſaris erat maioris valoris, Barbarubea promiſit eidem in recompenſationem, & adequationem ſoluere ſcuta 1248. quorum ſcuta 100. ſoluit eidem Iulio Cæſari, & reſiduum ſoluere promiſit illius Creditoribus anterioribus partim tempore contractus, & partim in Feſto Sanctiſſimæ Natiuitatis 1627. & in defectu pecuniarum dicto tempore adueniente promiſit in ſe accollare tot cenſus anteriores, illoſque infra tres annos extinguere; adiecto etiam pacto, quod in caſu, quo Iulius Cæſar venderet aliquam ex dictis poſſeſſionibus in permutationem habitis, illius pretium deponi deberet ad eundem effectum extinguendi illius debitā anteriora, alias venditio eſſet nullius roboris, & in euentum moleſtiarum, etiam per ſimplicem citationem, ſuper poſſeſſione dicti Barbarubeæ per dictum Iulium Cæſarem data, poſſet idem Barbarubea propria auctoritate redire ad eius primæua iura, quæ ipſi competebant ſuper eius poſſeſſiones, à quibus non cenſeretur tranſlatum dominium, donec, & quouſque dictus Barbarubea non fuerit ab omnibus moleſtijs liberatus, ſed ad eius fauorem ſemper ſit reſeruatum ſpeciale dominium, & regreſſum, & verſa vice dictus Barbarubea ad fauorem dicti Iulij Cæſaris de eius poſſeſſionibus ad præmiſſa omnia teneri voluit, & ad ea, quæ dictus Iulius Cæſar tenetur, & obligatus eſt, vt hiſce formalibus verbis cantat Inſtrumentum, de quo in actis.

Anno 1628. ijdem deuenerunt ad inſtrumentum tranſactionis, & ſolidationis ſolutorum, & ſoluendorum, in quo inter alia dictus Barbarubea ad computum ſolutorum poſuit ſcuta 7. bo. 74. ſoluta Paulo Æmilio Thomaſino pro fructibus decurſis cenſus in ſorte ſcutorum 90. & in ſe accollauit nonnulla particularia debita cum pacto, quod caſu, quo inſurgerent creditores habentes meliora, & potiora iura ad inquietandum, & moleſtandum ipſum Barbarubeam, accollatio, & ſubintratio nullius ſit præiudicij, nec creditoribus expreſſis, & nominatis vllum ius intelligatur acquiſitum, ſed ſemper ad fauorem habentium potiora, & meliora iura pro dicta ſumma debita, & expreſſa, vt pariter in Inſtrumento in actis producto.

De anno 1629. dictus Barbarubea vti ſpecialis Procurator dicti Iulij Cæſaris vendidit prædictam poſſeſſionem in contrata l' Aneto ſalmarum 13. cum dimidia circiter ab eodem per dictū Iulium Cæſarem in permutationem receptam

Digitized by Google

Philippo Bonacurſio pretio ſcutorum 950. ſol-
uendorum infra menſem Creditoribus dicti Iulij
Cæſaris, vel ad dictum effectum deponen. vt in
alio inſtrumento, de quo etiam in actis.

Monit deinde ſub die 14. Nouembris 1632. in
hac Curia iudicium ex interdicto ſaluiani Camil-
lus Thomaſinus de eodem, tàm nomine proprio,
quàm vti hæres Pauli Æmilij fratris aduerſus di-
ctum prædium in contrata Caſe Noue, citato præ-
fato Capitaneo Achille Barbarubea illius poſſeſ-
ſore, ad effectum ex illius fructibus ſatisfaciendi
de flor. 74. ba. 40. pro fructibus decurſis, & non
ſolutis, & de aliis fructibus ſuis loco, & tempore
in futurum decurrendis annui cenſus flor. 14. ba.
20. aliàs de anno 1612. die 6. Iunij ad eorum, ac
Antonij alterius fratris, & in ſolidum fauorem
impoſiti à dicto Iulio Cæſare, & Petro Antonio
fratribus de Angelis ſuper quibuſdam eorum bo-
nis ſtabilibus, & obligatione in ſolidum, ac etiã
in forma Cameræ omnium eorum bonorum, vt
in inſtrumento, de quo pariter in actis.

Vnde dicta die 28. Nouembris 1634. pronun-
ciauimus pro immiſſione in quinta parte d. præ-
dii pro indiuiſo cum dicto Barbarubea, per Tho-
maſinum retinen. donec ei fuerit ſatisfactum de
flor. 86. ba. 20. pro fructibus decurſis, & non
ſolutis, vſque ad diem 6. Iunij 1634. ac de aliis
fructibus in poſterum decurrendis.

2 Docuit enim Thomaſinus per dictum cenſus
inſtrumentum de ſuo credito cum hypotheca,
quod eſt neceſſarium antecedens in ſaluiano, vt
pluribus exornant *Menoch. de Adipiſc. Remed. 3.
num. 163. Pacif. de ſaluian. Inſpect. 1. cap. 5. Sea-
puc. eodem tract. lib. 1. quæſt. 20. nu. 2. & lib. 2.
quæſt. 5. num. 5. vbi etiam Adden. Thomat. deciſ.
17. num. 9. deciſ. 26. num. 8. & deciſ. 96. nu. 37.
& ſeq. Rot. diuerſ. par. 2. deciſ. 34. num. 1. & co-
ram Greg. deciſ. 67. num. 1. & deciſ. 264. num. 3.
& poſt addit. D. Cenc. de cenſib. deciſ. 55. num. 6.*
3 Necnon † probauit primum extremum, nempè
poſſeſſionem dictorum de Angelis de tempore
obligationis, & poſt, ex tribus teſtibus ſuper 2.
4 articulo, & etiam † reſpectu Iulij Cæſaris ex di-
cto inſtrumento permutationis cum Clauſula
conſtituti, quæ probat poſſeſſionem conſtituen-
tis de tempore conſtituti, præſertim ad effectum
ſaluiani, tàm contra ipſum, quàm contra haben-
tem ab eo cauſam, *Pacif. de ſalu. inſp. 3. cap. 2.
num. 1019. & 1020. Seraph. deciſ. 1415. num. 2.
Greg. deciſ. 498. num. 10.* & fuit dictum in Æſina
ſaluiani 18. Iunii 1527. *coram R. P. D. Dunozzet-
to*, quæ eſt poſt noſtrum *tract. mand. de manuten.
deciſ. 219. num. 5.* in Romana *ſaluiani 26. Aprilis
1627. coram Card. Virili, & in Ariminen. Saluia-
ni 20. Iunij 1633. coram præfato R. P. D. Durano.*
Atque etiam probauit ſecundum extremum, &
ſic præſentaneam poſſeſſionem Barbarubeæ, tàm
per dictos Teſtes ſuper 3. articulo, & ex dicto
5 conſtituto, † per quod poſſeſſio transfertur in
conſtitutarium, *l. quod meo, ff. de acq. poſſ. l. &*
habet, §. pæn. ff. de precar. & dixi in *d. tract. mand.
de manuten. obſeruat. 20. num. 4. & ſeq.* quam
6 per † litis ſubſtentationem, quæ ſufficeret, *Al-
tograd. conſ. 4. num. 12. Caputaq. deciſ. 369. par.
2. Seraph. d. deciſ. 1415. num. 3.* Rot. *poſt tract.
D. Cenc. de cenſ. deciſ. 32. num. 2. & in recentior.
deciſ. 294. num. 4. par. 1.* ac in Romana *dotis, ſiue
ſaluiani 10. Iunij. 1626. coram* R. *P. D. Durano,
quæ eſt poſt d. noſtrum tract. mand. de manuten. de-
ciſ. 206. num. 5. in d.* Romana *ſaluiani coram Card.
Virili, & in Firmana ſaluiani 24. May 1632. coram
R. P. D. Pirouano, & in d. Ariminen. ſaluiani 30.
Iunij 1633. coram* R. *P. D. Durano.* Pro vt proba-
uit prædit identitatem ex præfatis teſtibus ſuper
dicto 3. articulo, ac etiam ex abundanti, ſe eſſe
hæredem Pauli Æmilii fratris ex eiſdem Teſtibus
ſuper 4. articulo. Atque ſatis tritum eſt, quod
7 concurrentibus † credito cum hypotheca, ac
primo, & ſecundo extremo, bonorumque iden-
titate competit ſaluianum, *Put. deciſ. 201. lib. 1.*
Rot. *penes Cenc. de cenſib. d. deciſ. 32. num. 1. &
ſeqq. & inter recentior. deciſ. 294. num. 3. & 4.
par. 1. & deciſ. 324. num. 3. deciſ. 456. num. 1.
par. 2. deciſ. 123. num. 1. par. 4. in d.* Romana *do-
tis, ſiue ſaluiani 10. Iunij 1626. coram* R. *P. D. Du-
rano. in* Romana *ſaluiani 20. Nouembris 1630. co-
ram* R. *P. D. Merlino, in d. Firmana ſaluiani 24.
May 1632. coram R. P. D. Pirouano, & in d. Ari-
minen. ſaluiani 20. Iunij 1633. coram* R. *P. D. Du-
rano, & coram Greg. deciſ. 491. num. 6.*

Non obſtat primò, & principaliter, quod cre-
ditum Thomaſini prætendatur illiquidum, & ex-
ceſſiuum. Nam illud turbidum non videbatur
reddi, ex quo idem Thomaſinus poſſideat duos
modiolos fundi cenſuati Paulo Æmilio eius fra-
tri per Iudicem adiudicatos ſub die 19. Octobris
1628. pro ſcut. 14 ba. 40. pro fructibus eiuſdem
8 cenſus, tunc decurſis, † quaſi ex poſſeſſione fundi
dicatur cenſus extinctus, ex traditis per *D. Cenc.
de cenſib. quæſt. 114. alias par. 3. cap. 1. quæſt. 5.
Et per Camill. Capuc. in Prax. Iudic. part. 4. cap.
6. num. 100.* Reſpondetur enim hoc procedere,
9 vbi cõſtaret, † quod reſiduum fundi non eſſet ca-
pax totius; ſecus autem ſtante capacitate in reli-
qua parte fundi, quia cenſus conſtituitur ſimpli-
citer ſuper ipſa re, & non ſuper aliqua certa par-
te rei, & ideo donec ſupereſt tanta illius pars cu-
ius fructus ſatis ſint ad ſolutionem integri cenſus,
non poteſt dici perempta res ipſa ad effectum,
vt inde reſultet, & ſequatur extinctio cenſus, vt
in ſpecie tradit *Cenc. de cenſib. quæſt. 100. alias
par. 3. cap. 1. quæſt. 1. art. 2. num. 4. & ſeqq. &
rurſus d. quæſt. 114. num. 7. & 8. Rota apud eun-
dem deciſ. 1. num. 1. deciſ. 2. num. 7. deciſ. 71. nu.
9. deciſ. 90. num. 6. deciſ. 159. num. 5. & deciſ.
542. num. 6. & in recent. par. 3. deciſ. 43. num. 4.*
Hic autem non ſolum non fuit probata incapa-
citas, ſed potius contrarium, dùm fundus
erat modiolorum duodecim circiter, & im-
ponentes iurauerunt, illum eſſe capacem ad
ſuffi-

Digitized by Google

ſufferendum onus huiuſmodi cenſus,& valdè ma-
ioris, vt legitur in Inſtrumento, adeò vt ex re-
motione duorum tantum modiolorum non ſit di-
cendum, vt ſuper remanentibus modiolis decem
non poſſit ſubſtineri totus cenſus, rationibus, &
auctoritatibus prædictis.

Neque etiam illiquidum cenſendum erat cre-
ditum ex prætenſa nullitate ſubhaſtationis,& ad-
iudicationis, eorundem duorum modiolorum
10 tertæ ex eo, † quia præcipuè non præceſſerit
æſtimatio, quæ requiri videtur iàm de iure com-
muni, *Add. l. ordo, & ibi Doct. C. de execut. rei
iudic. Maraut. de ord. Iudic. par. 6. in 3. & vlti
act. in verb. & poſt aduertatur num. 19.* circa medi
*Alex. in l. à Diuo Pio, §. ſi pignora, num. 8. ff. d.
re Iudic. Surd. conſ. 39. num. 25. Camill. Capuc.
in Prax. Iudic. par. 4. cap. 12. num. 299. Seraph.
deciſ. 984. num. 1.*

11 Quam ex Conſtitutione Marchiæ *lib. 5. cap. 6.
§. ſi emptor*, & in terminis ſimilis Conſtitutionis,
Peregr. deciſ. 212. num. 13. & ſic Thomaſinus non
fecerit fructus ſuos, ſed illi debeant ex compu-
tare creditum, & donec non fuerit de eiſdem
reddita ratio, non adſit aliquod creditum liqui-
dum, vt in allegatis ex aduerſo.

12 Quoniam reſpondetur primò, non poſſe de
aliqua omiſſa ſolemnitate, ſeu commiſſa nullitate
conſtare, niſi tranſportatis per allegantem omni-
bus actis illius Iudicij, quod hic factum non fuit,
Rot. *diuerſ. deciſ. 636. num. 2. & 3. par. 1. & poſt
addit. Cenc. de cenſib. deciſ. 84. num. 2.*

13 Reſpondetur ſecundò, quod de iure communi
in debito priuatarum perſonarum non requiritur
æſtimatio ad effectum adiudicationis faciendæ
creditori ſecundum opinionem, & obſeruantiam
Rotæ, *Gratian. diſcept. for. cap. 545. num. 24. &
cap. 706. num. 7. Rot.* in Romana annuæ præſta-
tionis prima Februarij 1613. *coram Card. Sacra-
to*, quæ eſt inter *recentio. par. 3. deciſ. 463. num.
3.* & in Romana domorum *de Roncionibus 9. Fe-
bruarij 1615. coram Buratto*, quæ eſt inter eius
impreſſas, *deciſ. 96.* & nouiſſimè D. *Laurent. Vr-
ſell. de Foroliu. in ſuis concluſ. in V. Adiudicat.*
14 *concluſ. 52. ſub num. 11. & 12.* † Siquidem nullo
iure cauetur, æſtimationem eſſe de forma, & ſub-
ſtantia ad iudicationis, quæ fit creditori, *Gratian.
dicto cap. 545. num. 24. Rot. d. deciſ. 763. num.
3. par. 3. recentio. & in d. Romana domorum de*
15 *Roncionibus coram Buratto*. Doctores † autem,
qui dicunt æſtimationem requiri, ſentiunt, vel
illam eſſe faciendam per modum cautelæ, & con-
ſilij, non autem formæ, & præcepti, *Gratian. d.
cap. 545. ſub num. 26. Camill. Capuc. in ſua Prax.
Iudiciar. par. 4. capit. 12. num. 299. & Rot. in d.*
16 Romana de Roncionibus, † vel eſſe faciendam à
Iudice per ſolam extraiudicialem informationē,
ne grauet debitorem dando rem in ſolutum pro
minori pretio, quam valeat, non autem formi-
ter per peritos, & æſtimationis poſitionem in
actis, *d. deciſ. 463. ſub num. 3. par. 3. recentio.
& in d. Romana de Roncionibus*, quæ informatio
à Iudice capta præſumitur, *vt in dictis deciſ.* vel
17 eſſe † formiter æſtimationem faciendam ſolum-
modò, quandò res per Iudicem adiudicatur pro
rata debiti, non quando ſimpliciter, vt hoc ca-
ſu, pro toto debito, *Gratian. d. cap. 545. num.
27. Rot. in d. Romana de Roncionibus*.

Nec plus diſponit prædicta Marchiæ Conſti-
18 tutio, † Immò potius declarat ſufficere, Iudi-
cem ſe extraiudicialiter informare, dum diſpo-
nit, quod ſi emptor idoneus non inueniatur, ſeu
nemo veniat ad emendum, res detur creditori
communi æſtimatione per Iudicem, vel per eum,
quem ad hoc duxerit deputandum pro debito in
ſolutionem.

Reſpondetur tertiò, quod data etiam nullitate
19 adiudicationis ex defectu æſtimationis, † atta-
men Thomaſinus fecit fructus ſuos, quia pro il-
lorum acquiſitione ſufficit quicūque titulus crea-
tus iuris errore, & quælibet credulitas, & cauſa
iniuſta excuſat ab illorum reſtitutione, *l. 4. §. fi-
nal. ff. fin. regund. l. quæſitum in fine, ff. de acq.
rerum dom. l. ſed ſi. lege, §. ſcire ibi, non puto hunc
prædonem, qui dolo caret, licet erret in iure, vbi
Bart. Bald. Ang.* & alij, *ff. de acq. poſſ. gloſ. Bart.
& cæteri omnes in l. ſi fur, §. 1. ff. de vſucap. latè
Surd. conſ. 115. num. 7. Becc. conſ. 95. num. 10.
& ſeqq. Pereg. de fideicom. art. 49. num. 118. Me-
noch. de recup. Remed. 15. num. 578. & ſeqq.
Oſaſcb. deciſ. 160. num 7. & 8.* Rota *coram Caual.
deciſ. 409. num. final. deciſ. 467. num. final. &
deciſ. 645. num. 2. & coram Buratt. deciſ. 184.
num. 2. & 6. & ibi latè Adden. deciſ. 227. num.
4. & 5. & deciſ. 714. num. 5. & ſeqq. & in re-
centior. par. 2. deciſ. 320. num 6. & deciſ. 528.
num. 3. & 6. & par. 3. deciſ. 333. num. 1. & ſeqq.
& deciſ. 749. num. 8. & par. 7. deciſ. 199. num.
9. & ſeqq. & poſt addit. D.* Cenc. *de cenſib. deciſ.*
20 *91. num. 5.* quòd † eò magis procedit, quo ad
fructus conſumptos, *Gratian. diſcept. for. d. cap.
706. num. 17. Adden ad Buratt. d deciſ. 184. lit. B.*

Reſpondetur quartò prætenſam nullitatem di-
ctæ adiudicationis non poſſe reddere illiquidum
creditum, de quo agitur; tùm quia nunc agitur
de alijs terminis cenſus decurſis poſt dictam ad-
21 iudicationem, & ſic de diuerſo credito, † cum
tot ſint credita, & obligationes, quot ſunt ter-
mini decurſi, *l. ſcire debemus in prin. ff. de verb.
obligat. & in terminis cenſus, Cenc. de cenſib. par.
2. cap. 2. quæſt. 5. art. 2. numer. 25. & in addit.
num 3. fol. mihi 81. & Greg. deciſ. 345. num. 3.*
22 Et † ex diuerſis non fit illatio, *l. papinianus exuls,
ff. de minorib.* atque ideò pendente appellatione
23 à mandato relaxato pro aliquibus terminis † po-
teſt nihilominus agi coram Iudice à quo pro alijs
terminis quorum dies ceſſit poſt relaxationem
dicti mandati, abſque vitio attentatorum, tan-
quam ſint duæ cauſæ inter ſe diuerſæ, vt per
24 *Cenc. & Greg. loco citato*. Et † ſi fuerit cœ-
ptum pro aliquibus terminis agi via ordinaria,

poterit pro alijs agi executiuè, *Cenc. in d. addit. num.* 3. Tùm quia, cum creditum Thomaſini, pro
quo ſequuta fuit adiudicatio, non controuerta-
25 tur, † poteſt ille ratione hypothecæ rem nulliter
adiudicatam retinere, donec ei fuerit ſatisfactum,
Caualer. deciſ. 539. *num.* 8. *&* *diximus in tract.*
mand. de manuten. obſeruat. 12. *num.* 100. *& ſeq.*
26 quæ † ſatisfactio debet probari ab allegante, ad
tradita *per D. Thomat. deciſ. March.* 53. *num.* 11.
& ſeqq. & per Rot. in Firmana, ſeu Maceraten. do-
tis 10. *Decembris* 1627. *coram* R. P. D. *Piouano,*
& in Romana Veneæ 14. *Iunij* 1628. *&* 25. *Iunij*
1629. *coram* R. P. D. *Merlino, quæ eſt in recent.*
par. 5. *deciſ.* 312. *num.* 7. *&* 8. nec eſt veriſimilis
ex modicitate rei, & temporis breuitate adeò vt
fructuum rei adiudicatę perceptio non poſſit tur-
bidum reddere creditum de quo agitur in præſen-
ti Iudicio.

Nec quoque poteſt dici immiſſio Thomaſino
data pro ſumma exceſſiua ex eo, quod cẽſus fue-
rit emptus à Paulo Emilio, & Camillo fratribus,
nomine etiam Antonij alterius fratris abſentis, &
Camillus actor non oſtenderit, ſe repræſentare
perſonam Antonij, & conſequenter non potuerit
dari ſibi immiſſio pro illius tertia rata.

Quia reſpondetur emptionem, & conſtitutio-
nem cenſus fuiſſe factam ad fauorem cuiuslibet
ipſorum in ſolidum, vt legitur in ipſo inſtru-
27 mento, & per † conſequens quilibet poteſt ſoli-
dum exigere, & ex ſolutione integrè facta vni ex
correis credendi, tollitur alterius actio, *ad tex.*
in l. 2. *&* 3. *§. vbi duo, & ibi etiam Bart. ff. de*
duob. reis. Idem Bart. in l. ex duobus 18. *nu* 1. *Ron-*
cagall. in l. reos, num. 54. *ff. eod. & notant Salic.*
& alij *in l. Papinianus, ff. mandat.* Rot. *in recent.*
28 *par.* 3. *deciſ.* 133. *num.* 9. Quamuis † qui recepit
teneatur alteri communicare, *l. ſi in re communi,*
ff. de noxal. act. Rot. *vbi ſuprà d. num.* 9. *verſ. &*
tunc cæteri. Quin etiam ſi non adeſſet ſtipulatio in
ſolidum, donec non conſtet de ratificatione An-
tonij, contractus, & illius effectus reſidet in totum
pene acquirentes, & ſtipulantes, *l.* 1. *& l. multum,*
& l. final. C. ſi quis alteri, vel ſibi Rot. coram Greg.
deciſ. 157. *nu.* 4. *&* 5. *& coram Buratt. deciſ.* 65 *of*
29 *numer.* 7. & in terminis cenſus, quod † illum
emens pro alio abſque mandato poſſit illius fru-
ctus exigere non ſequuta, & etiam ſequuta ratifi-
catione, tradit *Cenc. de cenſib. par.* 2. *cap.* 2. *quæſt.*
2. *art.* 1. *num.* 50. *& ſeqq. & ibi* Rot. *deciſ.* 174.
num. 25. *& ſeqq.*

Neq; rurſus poteſt haberi immiſſio pro exceſ-
30 ſiua reſpectu fructuum decurrendorum, ex quo †
non poſſit agi, antequam dies ſolutionis venerit,
l. quoties in diem, ff. de verb. oblig. l. cedere diem,
ff. de verb. ſignif.

31 Quoniam reſpondetur, quod in cenſibus, &
alijs annuis præſtationibus, in quibus aliquid de-
betur de præterito, poteſt agi, & obtineri etiam
pro tempore futuro, *Cenc. de cenſib. par.* 2. *cap.* 2.
quæſt. 5. *art.* 7. *nu.* 12. *& ſeqq. Oſaſcb. deciſ.* 130.
num. 15. & ità ſeruatur in pratica, *Camill. Capac.*
in d. Prax. Iudiciar. par. 4. *cap.* 11. *num.* 86. Nec
demum dici poteſt immiſſio exceſſiua in quinta
parte pro ſcutis 43. habito reſpectu ad creditum
Barbarubeæ, quod prætenditur ſcutorum 2000.
quo ſtante ad ſeruandam æqualitatem debuiſſet
immiſſio concedi ſolummodo ad vnam ex quin-
quaginta, & vna partibus.

Quia reſpondetur, obiectum applicari, ſi etiã
Barbarubea poſſideret ex ſaluiano, & deberet ex
fructibus ſatisfieri, ſed quia ille poſſidet vti do-
minus, & facit fructos ſuos, vt colligitur ex ſerie
facti, & inferius demoſtrabitur obiectum non in-
trat. Non obſtat ſecundò, & principaliter exce-
32 ptio retentionis totius prædij † pro creditis an-
terioribus ſolutis, & accollatis reſpectiuè aſcen-
den. ad dicta ſcuta 2000. quæ videtur competere
etiam reſpectu rei maioris valoris, ſicuti tota ef-
ficitur hypotheca minoris crediti, *l. Creditoris,*
ff. de diſtr. pign. l. quamdiu, C. *eod. Bart. in l. Mo-*
ſchis, num. 1. *verſic. nam pro paruo, ff. de iure*
fiſc.

Nam, præterquam quod credita accollata,
& non ſoluta non videntur ad effectum retentio-
nis connumeranda tanquam ex alterius immiſ-
ſione, Barbarubea non remaneat in damno, ex
33 quo † obligationis, promiſſionis, accollationis,
& delegationis cauſa ceſſante, ceſſet, & ipſa obli-
gatio, promiſſio, accollatio, & delegatio,
Galleſ. de oblig. camer. quæſt. 17. *num.* 12. & ibi
Zacch. num. 70. Rot. *in recentior. deciſ.* 428. *num.*
2. *& ſeqq. part.* 1. *& in Bononien. Pecuniaria* 22.
Aprilis, & 25. *Maij* 1633. *coram R. P. D. Ghi-*
ſlerio, & res tranſeat ad alium cum ſuo onere,
34 nec hic agatur de vera delegatione, † ſeu noua-
tione, cum non interuenerit conſenſus, ſeu ac-
ceptatio creditorum, nec liberatio principalis
debitoris reſpectu partis non ſolutæ, ad tradita
per Gratian. diſcept. foren. cap. 64. *num.* 1. *& per*
totam, & per Rot. in dict. deciſ. 428. *num.* 4.
par. 1. *recent.* ac etiam *per Gregor. deciſ.* 217.
num. 3.

35 Nec in illius credito ſunt imputandi fructus
cenſus empti à D. Iardino à die ipſius emptio-
nis, cum poſſideret, & poſſideat etiam illius fun-
dum, propter incompatibilitatem, Rot. *in d. Fir-*
mana ſaluiani 24. *Maij* 1632. *coram* R. P. D. *Pi-*
rouano, quæ eſt *in recent. par.* 6. *deciſ* 135. *num.*
36 18. *in fin. &* 19. Et competat † illi ſolum reten-
tio, & prælatio, quoad ſortem, & pretium,
non quoad fructus, quia ab illis debitor fuit li-
beratus, *Cenc. exad. alleg. de cenſib. quæſt.* 114.
alias par. 3 *cap.* 1. *quæſt.* 5. *num.* 9. & ita intel-
ligenda eſt *deciſ.* 308. *num.* 5. *penes eundem Cenc.*
etiam ex aduerſo allegata.

Pro reſponſione animaduertendum eſt, quod
prædium eſt valoris ſcutorum 4000. & vltra, vt
conſtat non ſolum per inſtrumentum emptio-
nis factæ per dictum Iulium Cæſarem aucto-
rem dicti Barbarubeæ, & illius fratrem de

anno

37 anno 1606. cantans in floren. 8490. quod † pro-
bat etiam contra habentem cauſam ab eo, *Rot.
in d. Firm. ſaluiani 24. Maij 1632. coram R. P. D.
Pirouano nu. 3.* ſed etiam quia pro compenſatio-
ne valoris dicti prædij præfatus Barbarubea tem-
pore permutationis, quæ fuit de anno 1626. de-
dit, vt ſupradictum fuit, dicto Iulio Cæſari aliud
prædium ſalmarum 24. modiol. 3. *cann.* 66. &
aliud ſalmarum 13. modiol. 3. *cann.* 32. vlterius
dedit, & promiſit reſpectiuè ſcuta 1248. & dictũ
prædium ſalmarum 13. vendidit vti procurator
Iulij Cæſaris ſcut. 950. adeo, vt aliud prædium
ſalmarum 24. ad iſtam rationem ſit probabiliter
valoris ſcutorum 1800. & ſic in totũ illud, quod
fuit datum in compenſationem aſcendit ad ſcuta
38 4000. circiter, & præſumitur † in dubio ſeruata
æqualitas, & pro iuſtitia pretij, *Rot. in d. Firma-
na ſaluiani 24. Maij 1633. coram* R. *P. D. Pirouano, num. 16.*

39 Ex quo ſequitur, vt cum non ſimus in re indi-
uidua, & ſterili veluti gemma, itaut non poſſit
dictus Barbarubea priuari parte, quin priuetur
toto, ſeu in re minoris valoris, quam ſit illius cre-
ditum, vel valoris æqualis, ſed verſemur in re di-
uidua, fructifera, ac æſtimata, & maioris valoris,
omnis æquitas ſuadeat, vt Barbarubea retenta
rata prædij æquiualente ſummæ dictorum ſcuto-
rum 2000. in qua aſſeritur creditor anterior, re-
ſiduum dimittat, & in eo immiſſionem Thomaſi-
ni ſecundi creditoris patiatur, iuxta tradita per
*Pacif. de ſalu. inſpect. 3. cap. 2. num. 438. D. Tho-
mat. in decíſ. March. 74. num. 13. & 14. & deciſ.
109. num. 16. Mantic. deciſ. 69. ſub num. 3. verſ.
neque ad rem,* Rot. *penes d. Pacific. de ſolu. deciſ.
83. num. 7. & ſeqq.* quæ eſt etiam inter *recent. de-
ciſ. 559. nu. 5. par. 1. & in* Romana, *ſeu Sabinen.
cenſus 12. Iunij 1613. coram Caualer. inter eius
impreſſ. deciſ. 652. & num. 4. & 5. & in eadem
20. Nouembris 1624. coram bon. mem. Franciſco
Vbaldo, quæ eſt poſt addit. Cenc. de cenſ. deciſ. 128.
num. 1. & per tot. & 20. Nouembris 1630. coram*
R. *P. D. Merlino, quæ eſt in impreſſ. par. 5. in re-
cent. deciſ. 407.* vbi, quod fuit data immiſſio ſu-
per quatuor ex nouem partibus. *In Ciuitatis Ca-
ſtelli cenſus 9. Februarij 1629. coram* Reuerendiſſ.
*D. Coccino Decano, & in d. Firmana ſalu. 24. Maij
1632. quæ eſt in impreſſ. part. 6. in recent. deciſ.
135. & 24. Ianuarij 1633. coram* R. *P. D. Pirou-
ano,* vbi fuit data immiſſio in duabus ex quinq;
partibus prædij pro indiuiſo, & idem habetur *in*
Romana *ſaluiani 26. Aprilis 1627. coram Cardin.
Virili & in Bononien. Legati, ſeu Palatij 17. Iunij
1633. coram* R. *P. D. Ghiſlerio.*

Nec obſtat prima replicatio, quod non con-
ſtet, prædium, de quo agitur, eſſe illudmet, &
eiuſdem quantitatis, & menſuræ, quod erat illud
emptum à Iulio Cæſare, & fratre, & conſequen-
ter non ſit regulandus illius valor à pretio, quo
tunc ab eis fuit emptum, & quod admiſſa etiam
identitate prædij, & menſuræ non ſit ex pretio de
præterito inferendum ad pretium præſens, cum
40 pretia † rerum varientur ex tempore, vel in de-
terius, vel in melius, *l. pretia rerum, ff. ad leg.
Falcid. l. ſi inter,* C. *de iure dot. Greg. deciſ. 553.
num. 4. Grat. diſcept. foren. cap. 766. num. 40. &
ſeqq. Marcheſ. de commiſſ. par. 2. de commiſſ. reſtit.
in integr.* §. 3. *num. 5. fol.* 168. Rot. *coram Greg.
deciſ. 553. num. 4. & coram Buratt. deciſ. 538.
num. 15.*

Quia reſpondetur, quod de identitate prædij,
& menſuræ ſatis apparet, ex quo concordant
qualitates, ſitus, vocabulorum, ſeu contrata, &
duo confinia, nempè *via,* & Moniales S. Claræ,
& in emptione facta à dictis de Angelis aſſeritur
ſalmarum 42. modiol. 1. *cann.* 80. & in permu-
tatione cum d. Barbarubea ſalmarum 40. circiter.
41 Et † clarum eſt identitatem probari duobus de-
monſtrationibus, ſeu duobus confinibus, Rot. *poſt
tract. Pacif. de ſalu. deciſ. 26. num. 18. & deciſ.
294. num. 1. Greg. deciſ. 172. nu. 2. & deciſ. 575.
num. 4. & 5. Caualer. deciſ. 128. nu. 5. deciſ. 311.
num. 4. & deciſ. 578. num. 3. Cocc. deciſ. 32. nu.
42 2. & deciſ. 120. num. 2.* etiam quod † mutata eſ-
ſet qualitas rei, *Coccin. d. deciſ. 220. num. 5.* Pre-
43 tij † verò mutatio in ſtabilibus non præſumitur,
44 *Alex. conſ. 67. num. 3. vol. 2.* ſaltem minori †
ſpatio decem annorum, niſi concurrente, & pro-
bato aliquo accidente, *Marcheſ. exad. allegat. d.
num. 5.* & tamen non fuit decem anni, quod præ-
dictus Barbarubea recepit in permutationem
prædiũ, de quo agitur, & vendidit partem bonorũ
datorum in recompenſationem, vt ſupra dictum
45 fuit, quinimo in rebus ſtabilibus prætium † au-
geri præſumitur, etiam vltra decem annos, *Rot.
diuerſ. deciſ. 63. num. 2. par. 4.* exceptis in vineis,
46 quæ † ſingulis quibuſcunque diebus deterioran-
tur, *Gratian. diſcept. foren. cap. 926. num. 13.* quæ
in dicto prædio non continentur. Sed omnis tol-
litur difficultas, ex quo immiſſio fuit ſolum da-
ta pro quinta parte, & ſic ſecundum præteritum
pretium in rata valoris ſcutorum 800. circiter,
relicta Barbarubeæ aliis quatuor partibus valoris
ſcutorum 3200. circiter, adeo vt non poſſit dari
talis diminutio pretij, vt dictæ quatuor partes nõ
valeant ſaltem dicta ſcuta 2000. in quibus idem
prætendit habere anteriora iura.

Non obſtat ſecunda replicatio, quod Barbaru-
47 beæ vti creditori hypothecario anteriori, † & qui
pro parte ſoluerit anterioribus creditoribus non
de pretio prædii, ſed de ſuis propriis pecuniis vl-
tra pretium, competeret retentio totius prædii,
nec teneretur dimittere glebam ad commodum
poſterioris, tanquam ſoluerit ad confirmandam
ſuam hypothecam, non ad liberandum prædium,
ex *Rot. in d. Firmana ſaluiani 24. Maij 1632. & 24.
48 Ianuarij 1633. coram* R. *P. D. Pirouano,* & † hy-
potheca ſit indiuidua, *Bald. conſ. 34. numer. 2.
lib. 2. Soccin. Sen. conſ. 135. numer. 2. lib. 1.
Crauett. conſ. 77. numer. 15. Afflict. deciſion.
283. num. 4. & in conſtit. regn. de reſtit. in integr.*

Digitized by Google

lib. 2. rub. 40. num. 22. Pacif. de ſalu. inſp. 3. cap.
4. num. 287. Rot. in d. Firmana ſaluiani 24. Maij
1632. coram R. P. D. Pirovano, quæ eſt in recent.
par. 6. deciſ. 135. num. 10. & totum Buratt. deciſ.
749. num. 14. & 16.
Reſpondetur enim, dictas deciſiones procede-
49 re, † & loqui in creditore, qui ab initio nactus
ſit poſſeſſionem ad effectum, vt ſibi de fructibus
ſatisfiat, vt ſi vigore immiſſionis ex ſaluiano, &
habens creditum poſterius emerit aliud anterius
ad excludendum creditorem intermedium, vt ſo-
nant verba primæ, deciſ. 24. May. 1632. num. 8.
in verſ fuit enim, ibi, aut reperiatur poſſeſſor tan-
quam hypothecarius, vt ſibi ſoluat de fructibus
rei, & ſecundæ, deciſ. 24. Ianuary 1633. in verſic.
quia pariter, ibi, ſed in alio acquirente pignus
ſolutio tendit ad acquirendam confirmationem
hypothecæ iam acquiſitæ, vt de fructibus conſe-
50 quatur ſuum creditum. Quod † eſt de natura
ſaluiani, l. 1. C. de diſtr. pign. l. ſi dominium, C. de
pign. Pacific. de ſalu. inſp. 1. cap. 1. num. 24. Gra-
tian. diſcept. foren. cap. 706. num. 66. Rot. diuerſ.
deciſ. 42. num. 2. par. 1. Mantic. deciſ. 42. num. 3.
Greg. deciſ. 254. in prin. Coccin. deciſ. 56. num. 7.
51 Et eſt ratio, † quia dum fructus ſunt vberiores,
eo citius immiſſus ſibi ſatisfiet, vt habetur per
Rot. penes Pacif. de ſalu. d. deciſ. 83. nu. 7. quod
52 retardaretur † per diuiſionem rei hypothecatæ,
Rot. in d. 2. deciſ. in Firmana ſaluiani 24. Ianuary
53 1633. Et † propterea poteſt immiſſus ex ſaluia-
no pro paruo credito retinere rem etiam magni
valoris, & excludere in qualibet minima parte
immiſſionem poſterioris, ſeu intermedij credi-
toris, niſi illi offeratur, & ſoluatur integrum ſuum
crereditum anterius, vt declarant Add. ad Burat.
deciſ. 420. num. 11. & Rot. in allegata deciſ. 135.
num. 11. par. 6. in recent.
54 Alias, & creditor anterior, qui reperitur in
poſſeſſione rei debitoris aliter, quam ad effectum,
vt ſibi ſatisfiat de fructibus, non poteſt retinere
rem diuiſibilem, niſi pro rata eius credito æqui-
ualenti, Pacific. de ſalu. inſp. 3. cap. 4. num. 310.
& ibi Rot. d. deciſ. 83. num. 8. & 9. quæ eſt etiam
in recent. d. deciſ. 559. num. 1. par. 1. Mantic. de-
ciſ. 326. num. 6. Canaler. deciſ. 130. num. 1. Ad-
den. ad Buratt. d. deciſ. 420. num. 10. & 11.
55 Et in eo, qui acquiſiuit rei poſſeſſionem iure
dominij, ſiue ſoluerit prioribus creditoribus ex
pretio rei, ſiue ex propria pecunia vltra pretiũ,
ſemper verum eſt dicere, quod ſoluerit ad liberã-
dam ipſam rem, prout ſua intererat, non ad con-
firmandam ſuam hypothecam, quam nec etiam
56 in ea re habet, vt dicam paulò infra, & † non
entium nullæ ſunt partes, l. eius qui in Prouincia,
57 ff. ſi cert. pet. cum vulg. Nec † habet locum diſpo-
ſitum, niſi verificetur præſuppoſitum, Seraph.
deciſ. 820. num. 3. Nec vis ſtat in eo, an quis ſol-
58 uerit ex pretio, ſeu ex ſua pecunia, † cum etiam
ſoluens ex pretio dicatur ſoluere ex ſua pecunia,
l. pen. C. de ijs, qui in prior. credit. loc. ſucced. Sed
an tempore ſolutionis eſſet rei dominus, vel poſ-
ſideret vti creditor hypothecarius, vt ſibi ſatisfie-
ret ex fructibus.
Illud verò, quod dicitur de indiuiſitate hypo-
thecæ, procedit, quo ad præiudicium debitoris,
ſeu illius hæredis, & ſingularis ſucceſſoris, & ad
effectum, vt creditor poſſit eligere, vel vnum ex
pignoribus ſibi benè viſis, vel partem vnius, quod
59 ſit diuiſibile, cum † hypotheca detur in ſolidum
ſuper quolibet, ſeù illius parte etiam quod res hy-
pothecatæ ſint diuiduæ, Pacif. de ſalu. inſpect. 3.
cap. 4. num. 287. Altograd. conſ. 95. num. 121.
lib. 1. & in puncto Rot. in d. Romana, ſeù Sabinen.
Cenſus 20. Nouembris 1624. cor. bon. mem. Fran-
ciſco Vbaldo, poſt addit. Cenc. de cenſib. dec. 128.
60 num. 9. & ſeqq. ſecus autem, † quo ad præiudi-
cium, & damnum aliorum creditorum concurren-
tium, vbi omnibus poſſit commodè ſatisfieri,
Rot. d. deciſ. 128. num. 12. & in recent. par. 6. d.
deciſ. 135. num. 15. Et hinc obſeruatur in practi-
61 ca, † præſertim in Tribunali A. C. vt vxor, quæ
prætendit retinere omnia bona viri vergentis ad
inopiam pro ſuis dotibus anterioribus, cogatur
ad eligendum ſuper quibus ex illis velit dotes cõ-
ſequi, & in caſu electionis bonorum maioris va-
loris deueniatur ad illorum æſtimationem, & re-
lictis ſibi portione dotibus æquiualenti, ſuper re-
ſiduo permittatur alijs creditoribus poſteriori-
bus ſuarum actionum exercitium, & executiuo-
rum mandatorum executio, ad tradita per Grat.
diſcept. 422. num. 13. & ſeq. Rot. in recent. par. 6.
deciſ. 46. num. 7. Camill. Capuc. in prax. par. 4.
cap. 3. num. 45. & 50. Giurb. ad conſuet. Meſſan.
cap. 10. gloſ. 8. num. 15. Merl. de pignor. & hypo-
thec. lib. 3. quæſt. 76. num. 34. Ojuſch. deciſ. 135.
num. 13.
62 Non obſtat tertia replicatio, quod Barbaru-
bea ex ſuperuenienti titulo hypothecæ potuerit,
& præſumatur mutaſſe cauſam poſſeſſionis, etiam
abſque declaratione, Rot. in recent. deciſ. 495.
num. 6. deciſ. 623. num. 5. par. 1. & deciſ. 120.
63 num. 2. deciſ. 741. nu. 8. par. 2. & poſſidere † ex
titulo ſibi vtiliori, & magis proficuo, Rot. d. de-
ciſ. 495. num. 3. in fin. & d. deciſ. 120. num. 3.
quaſi ſibi vtilius ſit poſſidere iure creditoris, quã
iure proprio. Vel quod poſſit poſſidere vtroque
titulo, cum detur multiplicatio titulorum.
Nam, vltra quod egredimur extra terminos
dd. deciſionum in Firmana ſaluiani, quæ ſuppo-
nunt, emptionem crediti anterioris fuiſſe factam
à creditore hypothecario rem vti pignus poſſidẽ-
te, non à domino, & ſemper obſtat, vt non ta-
men ſit danda retentio vltra ratam anterioris cre-
64 diti; Reſpondetur † mutationem cauſæ poſſi-
dendi præſumi, vbi ſuperuenit titulus validior,
ſeù melior, & pinguior, ſecus ſi debilior, & infe-
rior, vt in præſenti caſu ad tradita per Gratian.
deciſ. 150. num. 10. & 11. & Beltr. ad deciſ. 546.
Gregor. num. 15. melius enim, & vtilius eſt poſ-
ſidere iure proprio, & facere fructus ſuos, quam

poſſ.

poſſidere creditorio nomine, & non facere fru-
65 ctus ſuos, vt patet ſenſui, † & ideò fructus per-
cipere ex re propria pinguius iudicatur, quam
percipere ex re aliena, Caualer. deciſ. 612. num. 6.
ac in dubio præſumitur, quis poſſidere nomine
proprio, & pleno iure, Men. de præſ. lib. 6. præſ.
67. nu. 13. & præſ. 68. n. 3. Pacif. de ſalu. inſp. 26
cap. 8. num. 32. Ant. Fab. in ſuo Cod. tit. 4. diffin.
1. Cancer. var. reſol. par. 1. cap. 11. nu. 32. Rot.
diuerſ. deciſ. 200. num. 7. par. 4. & inter recent.
deciſ. 277. num. 2. par. 4. & in Romana locorum
montium 14. Maij 1629. corã Card. Virili, quæ eſt
poſt noſtrum tractatum mand. de manuten. dec. 165.
66 nu. 8. prout † præſumitur potius poſſeſſio, quam
detentio, Menoch. d. præſump. 68. num. . . . Add.
ad Pract. Papien. in form. lib. act. real. in gloſ. te-
nee, & poſſidet, Cancer. var. reſolut. par. 2. cap.
67 16. num. 78. vt velle † quis cenſetur, quod eſt ſi-
bi vtilius, Gregor. deciſ. 307. numer. vndecimo,
adeò vt ſine expreſſa declaratione facta per ipſum
68 principalem, † vel habentem ad eo ſpeciale man-
datum, tanquam agatur de renunciatione, Rot.
poſt Zacch. ad Galles de oblig. Camer. deciſ. 76. nu.
9. non ſit in propoſito præſumenda voluntaria
69 mutatio, † cum nemo præſumatur ius proprium
velle abijcere, Rot. in Ianuen. Parocchialis 13.
Martij 1626, coram R. P. D. Durano poſt d. noſtrum
tractatum mand. de manuten. deciſ. 200. num. 18.

Neque videtur admittendum, quod dictus Bar-
barubea poſſit eodem tempore poſſidere, & vti
dominus, & vti creditor hypothecarius, & ſic
70 cumlare titulos, † quia id procederet, ſi titulus,
qui ſuperuenit, eſſet compatibilis cum primo,
ſecus ſi incopatabilis, Creſc. deciſ. 5. num. 3. &
ſeqq. de reſtit. ſpoliat. Beltr. ad d. deciſ. 546. Greg.
num. 15. & d. deciſ. 495. num. 3. part. 1. recent.
71 Sed vt † quis poſſideat tamquam Dominus, &
etiam tamquam hypothecarius, non poſſunt ſi-
mul ſtare, quia res mea non poteſt eſſe mihi ipſi
hypothecata, l. neque pignus, ff. de reg. iur. l. ſi rem
la 2. ff. de pignor. act. l. qui filios, C. quæ res pign.
oblig. poſſ. Roman. conſ. 416. in fin. Altogr. conſ.
9. num. 72. lib. 1. Pacif. de ſalu. inſpec. 3. cap. 3.
num. 34. & inſp. 5. cap. vnic. ſub num. 138. Greg.
72 deciſ. 195. num. 8. neque res mea † cuius domi-
nium habeo, poteſt retineri per me in pignus,
Dyn. conſ. 1. num. 14. in fin. verſ. & ſi dicatur, &
in puncto tradit Rot. in Romana ſaluiani 18. Februa-
73 rij 1630. coram R. P. D. Queippo, cum † actio,
& paſſio non poſſint eſſe in eodem ſubiecto, l.
Vranius, ff. de fideiuſſ. l. omnibus, ff. de ſolut. Pa-
cif. d. cap. vnic. num. 139.

Non obſtat quarta replicatio, quod tollatur
74 ſupradicta ratio ex eo, † quod acquiſitio domi-
nii videatur reuocabilis propter hypothecam
Thomaſini, ideoque Barbarubea poſſit recurre-
re ad hypothecam anteriorem, & loco pignoris
retinere, ex l. ex facto, §. Latinus largius, in fin.
vbi gloſ. & Doct. ff. de except. rei iudic. l. debitor,
ff. ad Trebell. l. ſi quis alienam, ff. de ſolut. l. 1. vbi
Cyn. Bal. & Io. Fab. C. ſi antiq. cred. l. 1. C. de ijs
qui in prior. credit. loc. ſucced. Roderic. de ann. re-
dit. lib. 2. quæſt. 19. num. 5. Scapuc. de Salu. lib. 2.
quæſt. 6. num. 5. Pacific. eod. tract. d. inſpect. 3.
cap. 3. num. 35. Cenc. de cenſ. d. quæſt. 114. alias
par. 3. cap. 1. quæſt. 5. num. 12. & 13. vbi etiam
Rot. deciſ. 308. num. 5. Grattan. deciſ. 66. nu. 10.
& diſcept. 269. num. 21. & 22. Camill. Capuc. in
prax. Iudic. part. 4. cap. 6. num. 77.
75 Quia reſpõdetur primo acquiſitionem factam
per Barbarubeam prædii, de quo agitur, ex titu-
lo permutationis non dici reuocabilem propter
hypothecam Thomaſini, ſed propter propriam
culpam Barbarubeæ, qui non liberauit prædium
ab anteriori hypotheca ipſius Thomaſini, vt te-
nebatur, atque propterea perinde eſt, ac ſi præ-
dium irreuocabiliter penes eum remaneret, l. iu-
re ciuili, ff. de cond. & demonſtr. Alex. in l. debi-
tor, num. 16. ff. de Trebell. & optimè Rot. in d.
Romana Saluiani 18. Februarij 1630. coram R. P. D.
Queippo.
76 Reſpondetur ſecundò, quod non propterea
ſequitur, vt ſit concedenda retentio totius rei
maioris valoris, ſed pro rata tantum crediti ſui,
Thomat. deciſ. 74. num. 13. & ſeqq. cum alijs ſu-
pra deductis.
77 Reſpondetur tertiò concluſionem procedere,
quando dominium reuocabiliter acquiſitum, &
reſpectiuè translatum fuit, & venit caſus reuoca-
tionis, vt explicant Vermiglioli. conſ. 493. num 4.
& 5. & Rot. in d. Romana Saluiani, coram R. P. D.
Queippo, ſed in caſu noſtro, nec dominium fuit
reſolutum, nec venit caſus illius reſolutionis, ver-
78 ſamur enim in interdicto ſaluiani † per quod nõ
dicitur res euinci, Beltr. ad deciſ. Gregor. 88. num.
11. Rot. coram Buratt. deciſ. 240. nu. 12. & deciſ.
325. num. 1. & in recent. par. 6. dict. deciſ. 135.
79 num. 11. Nec † auferri dominium, ſed ſola poſ-
ſeſſio temporalis auocatur, donec imoſſo fuerit
ex fructibus ſatisfactum, Rot. penes Pacific. de
ſaluian. deciſ. 2. num. 8. & in d. Romana ſaluiani
80 coram R. P. D. Queippo. Immò † nec poſſeſſio
81 aufertur, ſed ſola detentio, cùm † ex eo immiſ-
ſus non ſibi poſſideat, ſed pro debitore, Beltram.
loc. cit. Rot. in Romana ſaluiani 20. Nouembris
1630. coram R. P. D. Merlino, & coram Buratt.
d. deciſ. 240. num. 18.

Non obſtat quinta replicatio, quod in euentũ
moleſtiarum ſuper bonis permutatis fuerit reſer-
uatus regreſſus ad primæua iura, & propria præ-
82 dia, & per † huiuſmodi cautelam dicatur res eui-
cta etiam per ſaluianum, ex d. deciſ. in Romana
ſaluiani coram R. P. D. Merlino, quæ eſt in recent.
par. 5. deciſ. 407.

Quoniam reſpondetur primò, d. deciſionem
non propterea inferre, quod tunc ex ſaluiano di-
catur ſecuta euictio, ſed quod ille, qui vſus fuit
huiuſmodi cautela, & cui fuit res ablata per ſal-
uianum, poſſit agere de euictione contra vendi-
torem, ſeu tertios poſſeſſores bonorum illius, non

autem,

autem, vt hoc debeat præiudicare alijs creditoribus, vt colligitur ex eadem dec. deducitur *in d. Firmana ſaluiani 24. Ianuarij 1633. coram R.P.D. Pirouano verſ. quia paritas, in fin.* diciturque re-
83 greſſus † reſeruatus pro cautela, *Vermigliol. de conſ. 493. num. 6.* non ad reuocandam dominij translationem, vt benè firmatur *in ead. deciſ. Firmana 24. Ianuarij 1633. circa finem, & antea in ead. 24. Maij 1632. etiam in fin.*

Reſpondetur ſecundo ſemper d. Barbarubeæ obſtante, quod euictio ſequatur culpa, & facto ipſius, qui non ſoluit Thomaſino anteriori creditori. Et quod non poſſit prætendere retentionem, niſi pro rata crediti anterioris.

84 Non obſtat ſexta replicatio, quod ſtante credito Thomaſini poſſit contingere auocatio dominij mediāte Iudicio hypothecariæ ordinario forſan in futurum intentando, vel alio iudicio, & quod ſufficiat potentia reſolutionis, *Grat. deciſ. 66. num. 20. & diſcept. 269. num. 21. & 22.*

85 Quia reſpondetur, non eſſe inſpiciendum, quod euenire poteſt, vt in terminis euictionis eſt *tex. in l. pen. §. qui fundum, vbi gloſ. in verb. poſſit, ff.*
86 *qui ſatiſd. cog.* & in omnem euentum † hypotheca Barbarubeæ non reuiuiſceret, niſi quādo ſequeretur effectualis reuocatio dominij, vt benè per *Cenc. de cenſib. d. quæſt. 114. alias part. 3. cap. 1. quæſt. 5. num. 12. & ſeqq.* & penes eumdem *deciſ. 308. num. 5. & ſeqq. ex aduerſo allegat.* & colligitur ex illo verbo, reuiuiſcit, quod denotat, hypothecam fuiſſe extinctam, & eſt *tex. clarus in l. voluntate, vbi Bart. Bald. & Salic. ff. quib. mod. pign. vel hypotheca ſolu.* vbi ſi res pignorata diſtrahitur, vel venditur creditori, reſoluitur, & extinguitur hypotheca, ſed ſi deinde reſoluatur venditio, res reincidit in eadem hypothecam, & ipſam reuiuiſcit. Et ſic prius debet euenire caſus reſolutionis contractus, & reuocationis dominij, antequam reuiuiſcat hypotheca, qui caſus cum nunc non euenerit, non poteſt dici hypothecam reuixiſſe. Et ad omne peius erit tantummodo locus retentioni pro rata crediti anterioris, vt ſæpè dictum eſt.

Non obſtat ſeptima replicatio, *ex deciſ. 301. & 681. par. 1. recent.*

Quia animaduertendum eſt pro reſponſione in illa fuiſſe per Breue Pontificis ſublatam hypothecam à Caſtro empto, neque fuiſſe tranſlatam
87 in pretium, † & ideò non mirum ſi emptor exiſtens in bona fide potuerit ſoluere creditoribus ſibi deſcriptis in liſta, vti poteſt hæres cum beneficio Legis, & Inuentarij ſoluere primo venientibus, quod non eſſet, ſi hypotheca non fuiſſet ſublata, quia tunc potuiſſet a creditoribus moleſtari, prout ſubiungitur *in dict. deciſ. 301. num. 17.* & hic nec adeſt Breue, nec hypotheca creditorum anteriorum ſuper prædio, de quo agitur, nec fuit ſublata ex ſolutione facta poſterioribus, quin ea ſolutione non obſtante cogendus ſit Barbarubea ad ſoluendam creditum dicto Thomaſino, vel ad
88 patiendum auocari partem prædii poſſeſſi, † & ratio eſt, quia ſicuti ſoluens alteri, quam creditori, non liberatur, *l. 1. §. ante omnia, ff. de pact.*
89 *l. 2. vbi gloſ. ff. vt legat. nom. caueat.* Ita † qui ſoluit creditori poſteriori, cui de iure ſoluere non debebat, liberationem non conſequitur, vt in terminis terminantibus argumentatur *Surd. dec. 60. num. 1.* quem refert, & ſequitur *Gratian. diſcept. foren. cap. 37. num. 38. & 48. & 49. Rot. ex impreſſ. per Zacch. ad Gill. de oblig. Cameral. deciſ. 267. num. 17. & coram Seraph. deciſ. 1311. n. 3.*

Non obſtat octaua replicatio, quod Barbarubea eſſet in bona fide, nec habuiſſet notitiam crediti Thomaſini.

Tum, quia conſtat de contrario, cum eidem ſoluerit de tempore permutationis nōnullos fructus, vt in dicto inſtrumento tranſactionis, tum
90 quia † nec ſufficit, quem eſſe in bona fide, *Gratian. dict. cap. 37. ſub num. 40. verſ. nec facit.*

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum cum apoſtilla in Margine, an requirat ſubſcriptionem Notarij teſtantis ſe apoſtillam ſcripſiſſe.

SVMMARIVM.

1 *Falſitatis ſuſpicio oritur ſi caſſatio, ſeu apoſtilla, vel additio reperitur in inſtrumento tranſūpto, & Authētico, ſecus ſi in matrice, vel abbreuiatura.*
2 *Appoſtillæ ſcriptæ manu e[illegible] Notarij probant, etiamſi non adſit approbat. [illegible] euſdem.*
3 *Falſitatis ſuſpicio tollitur, ſi veritas caſſationis aliunde probetur.*
4 *Mulier contrahendo cum alia muliere æquè priuilegiata non eget ſolemnitatibus ſtatutarijs.*
5 *Imò potior eſt cauſa ciuis mulieris, quæ tractat de damno vitando.*
6 *Contractus reſciſſionem intentans, non auditur niſi ſi reſtitutio cecepto.*

DECISIO CCVII.

VIſum fuit ſententiam D. Iudicis à quo eſſe reuocandam, inſtrumentumque exequendum ad inſtantiam, & fauorem Margaritæ Flaminij Maceraten. contra Iſabellam, pro pretio vineæ emptæ adhuc non ſoluto,

Nec obſtare allegata cōtra eundem Inſtrumentum. Quia procedunt ſolummodo, quando caſſa-
1 tiones, † ſeu apoſtillæ, vel additiones reperiuntur in iſtrumento tranſumpto, & Authenticato, ſecus verò ſi reperiantur in matrice, ſeù abbreuiatura inſtrumenti, vt in caſu noſtro; Nam tunc

ex

Digitized by Google

ex cancellatione, & apoſtilla, vel additione, aut inter lineatura nulla oritur ſuſpicio falſitatis, cum iſta præſumantur emanaſſe de volontate contrahentium, *Bald. in l. 1. verſ. ſed numquid, ff. de his, quæ in teſtamento delent. & in l. noſtram, num. 6. verſ. ſed numquid, C. de teſtam. & in l. labeo, §. 1. verſ. extra quæro, ff. de pact. & conſ. 305. nu. 1. lib. 1. Pariſ. conſ. 28. nu. 45. lib. 2. Tobias Nonius conſ. 80. num. 8. Vermigliol. conſ. 252. nu. 6. Farinac. de falſ. & ſimulat. quæſt. 153. num. 27. verſ. & præcetim.* Quod quidem procedit abſq;
2 difficultate in caſu iſto, vbi † apoſtillæ ſunt ſcriptæ manu eiuſdem Notarii, quo caſu tollitur ſuſpicio allegata, etiamſi nõ adſit approbatio eiuſdem, cum illa non requiratur ad alium finem, niſi vt ſciatur; An ipſe Notarius fecerit talem apoſtillam, *Caſtren. conſ. 131. num. 2. lib. 2. Crauett. conſ. 88. num. 2. Farinac. d. quæſt. 153. num. 28. in fin. Rota in recent. par. 2. deciſ. 276. num. 3. & coram Coee. deciſ. 467. num. 2. & coram Buratt. deciſ. 456. nu. 19. & 20. vbi etiam Adden.* Tanto
3 magis, quia veritas † contractus ex teſtibus coram nobis examinatis elucеſcit, quo caſu caſſatio etiamſi eſſet ſuſpecta attendi non debet, *l. quid ſit falſum, ff. de fal. Caſtrenſ. conſ. 120. in fin. lib. 1. Gab. conſ. 169. num. 14. & 15. lib. 1. Hond. conſ. 99. num. 37. lib. 2. Surd. conſ. 16. nu. 11. & 22. Vermigliol. conſ. 410. num. 6. Caput. deciſ. 3. nu. 8. lib. 2. Rot. diuerſ. par. 1. deciſ. 610. num. 1. & coram Buratt. deciſ. 582. num. 8.*

Neque obſtat, quod dicebatur inſtrumentum, de cuius executione agitur carere ſolemnitatibus requiſitis à ſtatuto Maceraten. & Conſtit. Marchiæ, & propterea ſubiacere notorio vitio nullitatis; Nam cum verſemur in contractu emptionis, & reſpectiuè venditionis celebrato inter ip-
4 ſas mulieres æquè priuilegiatas, † reſpondebatur, quod priuilegia conquaſſantur, & confunduntur, itaut non ſint ſeruandæ ſolemnitates ſtatutariæ, ſed ius commune, *l. verum, §. fin. & l. ſi apud, ff. de minor. l. ſed, & milites, §. coæqualitas, ff. de excuſat. tutor. Camill. Capuc. in Prax. Iudiciar. part. 1. cap. 3. num. 82. Barz. deciſ. Bononien. 74. num. 10. Giurb. deciſ. 82. nu. 8. Borg. Caual. par. 2. deciſ. 30. num. 33. & ſeqq. tit. de contract. Adden. ad Burat. deciſ. 480. nu. 25. Rot. diuerſ. par. 1. deciſ. 557. nu. 11 & ex impreſs. per
5 Pic. ad ſtat. Vrbis, deciſ. 57. num. 4.* Imò † potiorem eſſe cauſam Margharitæ, quæ tractat de damnò vitando, *l. verum, §. final. ff. de minor. Vermigliol. conſ. 439. num. 9. Rot. diuerſ. part. 1. d. deciſ. 557. nu. 4. & ex impreſſ. penes eundem Pic. deciſ. 59. num. 7. & in recent. part. 6. deciſ. 190. num. 29. & ſeq.*

Demum non obſtat, quod adhuc dicebatur inſtrumentum fore reſcindendum ſaltim ex capite læſionis. Quia reſponſum fuit non conſtare de
6 allegatis: Et in omnem caſum † non poſſe Iſabellam inſtrumentum infringere, niſi oblata, vel reſtituta prius vinea accepta ab ipſa Margharita, *l. ex empto, §. ſi quis, ff. de act. empt. l. ſi diuerſa, C. de tranſact. l. cum te, C. de pact. Ceauet. conſ. 7. num. 14. & conſ. 329. nu. 9. Rolan. conſ. 59. num. 7. lib. 1. Menoch. conſ. 644. nu. 14. & conſ. 1111. num. 64. Mantic. de Tacit. & ambig. lib. 26. tit. 9. num. 39. Affl. deciſ. 220. num. 4. Giurb. deciſ. 103. num. 5. Belt. ad Gregor. deciſ. 354. num. 19. Rot. ex impreſſ. per Pic. deciſ. 60. num. 5.* Sed reſtituere non poteſt Iſabella vineam, quam in alias perſonas tranſtulit, ideò firma remanet in omnibus reſolutio, quod inſtrumentum ſit exequendũ contra Iſabellam, cui renera, & ſecundum magis communem opinionem non licet à contractu reſiliere inuita Margharita, quæ propterea habet contra ipſam actionem ad dictum implementum conſequendum, *l. ex conditione, C. de reſcind. vend. l. in ciuile, C. rei vendic. Natt. conſil. 219. num. 5. Gabr. conſ. 49. nu. 1. lib. 1. Surd. conſ. 38. nu. 7. & deciſ. 220. num. 17. Greg. deciſ. 130. num. 1. Adden. ad Buratt. deciſ. 640. num. 26. vbi latè.*

ARGVMENTVM.

Debitor non poteſt præiudicare creditoribus anterioribus.

SVMMARIVM.

1 *Hypothecam habens dicitur habere ius in re.*
2 *Hypotheca proſequi poteſt in quemcunque tranſeat poſſeſſorem.*
3 *Res tranſit cum ſuo onere, & hypotheca.*
4 *Nihil poteſt facere debitor in præiudicium ſui creditoris.*
5 *Conſtituti Clauſula transfert poſſeſſionem vel conſtitutæ à perſona conſtituentis in conſtituitarium.*
6 *Etiamſi conſtituens reſeruauerit ſibi vſumfructum.*
7 *Et etiam in conſtituto collato poſt mortem conſtituentis.*
8 *Donatio inter patrem, & filium ſine ſolemnitatibus ſtatutorum loci, & ſine inſinuatione, eſt ipſo iure nulla.*
9 *Inſinuationis defectum ſuppletur per iuramentum appoſitum in eodem inſtrumento.*
10 *Limita, vt regula non procedat, quando ſtatutum vltra iuramentum requirit etiam copulatiuè inſinuationem, & alia ſolemnia.*
11 *Limita ſecundò, vt non procedat, quando ſtatutum vlterius procedit annullando actum etiam iuratum.*
12 *Donatio ante inſinuationem eſt imperfecta, & non transfert dominium.*
13 *Donans cum reſeruatione vſuſfructus, dicitur donare poſt mortem, quæ ſequuta donatio ſumit effectum.*
14 *Donatio, quæ in ſe non habet neceſſitatem, ſemper ſubiacet ſolemnitatibus ſtatuti, etiamſi facta ſit ex cauſa dotis.*

Digitized by Google

15 *Excipere licet de iure tertij, quando eſt ipſo iure excluſiuum iuris agentis.*
16 *Solemnitas requiſita in donationibus maiorum, ad cuius fauorem ſit introducta.*
17 *Nouatio non dicitur facta, ſi poſterior obligatio ſit inutilis, & ideo priora pignora ſublata non intelliguntur.*
18 *Pignora prioris obligationis repetita in poſteriori, habent temporis prærogatiuam.*
19 *Pignus ſoluitur ſi creditori dominium irreuocabiliter acquiritur.*
20 *Diuerſum eſt, ſi reuocabiliter ſit acquiſitum.*
21 *Hypotheca extinguitur per dationem in ſolutum.*
22 *Euictione ſequuta, non licet rediro ad primeuam actionem.*
23 *Solutione eius, quod debetur tollitur omnis obligatio.*
24 *Hypotheca non extinguitur per acquiſitionem dominij reuocabilis.*
25 *Diſpoſitio l. ſcripturas, C. qui pot. in pign. hab. locum non habet ceſſante ſuſpicione fraudis.*
26 *Scriptura priuata veluti apoca ſi vera probetur, & ſit prior tempore, potior haberi debet, & concurrit cum inſtrumento.*

DECISIO CCVIII.

DIximus malè appellatum per Alfonſum Pacificum de Aſculo, & bene iudicatum ad fauorē Philippi Portellæ de eadem Ciuitate, qui
1 dicitur † habere ius in re, dum habet ex inſtrumento, de quo agitur ſpecialem hypothecam, *l. eos, C. qui pot. in pig. habean. l. fin. C. quæ res. pig oblig. poſſit. gloſ. in l. ſi is, ff. de furt. deciſ. noſtra 99. num. 21.* Quam
2 hypothecam † proſequi poteſt in quemcumque tranſeat poſſeſſorem, *l. pignoris proſecutio, ff. de pign. l. pignoris, C. eod. l. ſi conuenerit, §. ſi fundus, ff. de pig. act. l. ſi debitor, C. de diſt. pig. §. item ſeruiana, Inſtit. de actio, Aret. conſ. 68. Decian. conſ. 15. num. 197. lib. 1. Altograd. conſ. 3. num. 16. lib. 2. Gratian. diſcept. 911. num. 27. & diſcept. 964. num. 16. & ſeqq. Surd. deciſ. 97. num. 13. & deciſ. 310. nu. 5. & ſeq Oſaſch. deciſ. 135. num. 21. Rot. poſt Zach. de oblig. cam. deciſ. 222. num. 3.* Itaut ſi ſubſequatur alia obligatio, donatio, aut venditio ab eodem obligante nequaquam tollatur hypotheca anterioris creditoris, qui propterea poteſt agere contra talem donatarium, ſeù
3 emptorem, cum † res tranſiuerit cum ſuo onore, & hypotheca, *dict. l. eos, C. qui pot. in pign. hab. Rot. coram Caualer. deciſ. 392. num. 1. & 4.* ni-
4 hil † enim poteſt facere debitor in præiudicium ſui creditoris, *l. ſi vnus, §. ante omnia, ff. de pactis, l. debitorum, C. eod. vbi Bal. Salic. & Iaſon. Gratian. diſcept. 943. num. 10. Surd. deciſ. 60. num. 7. ad medium, & deciſ. 286. num. 1.* Rot. *coram Buratt. deciſ. 62. num. 5.* Quæ ſanè proſequutio rei eo maximè procedit in caſu iſto, vbi in Inſtru-
5 mento dationis in ſolutum adeſt clauſula † conſtituti transferentis poſſeſſionem rei conſtitutæ à perſona conſtituentis in conſtitutarium, qui eſt Portella, *l. quod meo in princ. ff. de acquir. poſſeſſ. Oſaſch. deciſ. 36. num. 2.* cum alijs citatis per nos
6 *deciſ. 15. num. 1. & ſeqq.* Etiamſi † conſtituens reſeruauerit ſibi vſumfructum, *l. quiſquis, C. de*
7 *donat.* vel etiamſi † eſſemus in conſtituto collato poſt mortem conſtituentis, *Theſ. deciſ. 38. num. 5.* Rot. *coram Buratt. deciſ. 179. num. 8. & deciſ. 220. num. 9.*

Nec obſtat aliud inſtrumentum exhibitum ab Alfonſo Pacifico, quo mediante prætenditur an-
8 terioritas hypothecæ, & prælatio. † Quia cum illud contineat donationem inter patrem, & filium, abſque ſolemnitatibus, & inſinuatione, redditur ipſo iure nullum, & inualidum, ex forma Conſtitutionis Marchiæ, *lib. 5. cap. 2.*, Rot. *coram Seraph. deciſ. 113. num. 1. & in recent. par. 5. deciſ. 125. num. 43. & par. 7. deciſ. 227. num.*
9 *12. & 13.* Nec releuat, quod diceretur † defectum inſinuationis ſuppleri per iuramentum in eodem inſtrumento appoſitum, Rot. *apud Zacch. de oblig cam. deciſ. 4. num. 11.* Quia id non pro-
10 cedit, † quando conſtitutio, vt hæc, vltra iuramentum requirit etiam coppulatiuè inſinuationem, & alia ſolemnia, Rot. *in recent. deciſ. 671. num. 2. par. 1. & deciſ. 385. nu. 9. part. 2. Addeo. ad Buratt. deciſ. 47 num. 11. & deciſ. 924. num. 19.* vbi loquitur de ipſa Conſtitutione Marchiæ. Prout
11 etiam non militat, † quando conſtitutio, vt hæc noſtra, vlterius procedit annullando actum etiā iuratum, quoniam tunc inſinuatio requiritur pro forma, quæ non poteſt adimpleri per æquipollens, *d. deciſ. 385. in fin. Seraph. deciſ. 210. nu. 2.*
12 Vnde cum talis donatio ante † inſinuationem ſit imperfecta, nihil operatur in tranſlatione dominij, cum ſimus in actu nullo, vt latè poſt *Rebuf. de inſinuatione donat. art. 1. gloſ. 6. & 7. comprobant Gratian. diſcept. 887. num. 17.* Rot. *in recent. par. 6. deciſ. 34. num. 5. & deciſ. 65. num. 3. & coram Greg. deciſ. 260. num. 1. & 2.* Vltra quod
13 ſumus in donatione, cum † reſeruatione vſusfructus ad fauorem donantis, vt cantat inſtrumentum, quo caſu ſicut donans cum tali reſeruatione, dicitur donare poſt mortem, qua ſequuta ſumit effectum donatio, vt pluribus citatis firmat *Gratian. diſcep. 342. num. 16. & diſcep. 854. num. 46.* Ita fatuum videtur, vt dicebat vnus ex votantibus, quod ipſe donans potuerit penitere adimendo donationem, prout in vita ſua ademit tradendo fundum in ſolutum dicto Portellæ, tanquā eſſet donatio facta cauſa mortis, *l. mortis cauſa, l. ſi alienam, §. Marcellus, & l. ſenatus, ff. de donat. cauſ. mort.* Quod tamen cæteri votantes hoc pro conſtanti, & firmo non admittebant, cum potius videatur facta mētio mortis per modum dilationis, vt in his terminis expreſsè firmant *Cutell. de donat. tract. 2. diſcept. 1. ſpec. 12. num. 87. & ſeqq. Menoch. præſump. 35. nu. 4. lib. 3. Apont. conſ. 82. num. 8.*

num.8. Gamma, deciſ.103. num.4.
Neque obſtat, quod dicebatur non poſſe dici
de nullitate donationis ob cauſam matrimonij.
14 Quia reſpondetur, quod etiam talis donatio, †
quando eſt prohibita ſine ſolemnitatibus, ac in
ſe non habet neceſſitatem, & non continet com-
modum donantis, vt in caſu noſtro, ſemper ſub-
iacet ſolemnitatibus ſtatuti, etiam ſi ſit facta, vt
diximus, ex cauſa dotis, *Rot. ex impreſſ. apud Pa-
cific. de ſalu. deciſ. 124. num. 1. & latè per Belt. ad
Gregor. XV. in deciſ. 491. num. 13. eadem Rota in
recent. par. 7. deciſ. 248. num. 15. & ſeqq. & no-
tauimus deciſ. noſtra 72. num. 3. & ſeq.*
Nec ſimiliter obſtat, quod dicebatur dictam
nullitatem non poſſe allegari per Portellam ter-
tium, ſed tantum per D. Capit. Io: Mariam Paci-
ficum patrem donatorem, ad cuius fauorem vi-
15 detur inducta talis exceptio. Quia † contrariũ
eſt verius, ex latè deductis per *Giurb. deciſ. 22.
num. 8. & ſeqq. & ſignanter, ſub num. 18.* quod
quidem procedit ſine difficultate, quando talis
exceptio iuris tertii, quæ opponitur eſt omninò
excluſiua iuris Aduerſarii, *l. final. C. de rei vend.
Rot. apud Greg. XV. deciſ. 415. nu. 3. & 4. & ibi
latè Belt. num. 6.* Præterea dicebatur, quod re-
16 vera talis ſolemnitas, † quæ requiritur in dona-
tionibus maiorum apparet introducta, non ſo-
lum ad fauorem contrahentium, ſed etiam ad fa-
uorem tertii, ad obuiandum nempè fraudibus
(vt inquit tex.) quæ quotidie fiebant contra Ca-
meram Apoſtolicam, & alias priuatas perſonas;
Quo caſu dicitur adhiberi ob publicam vtilitatẽ,
vt in puncto firmat *Rot. in recentior. part. 5. deciſ.
125. num. 44.* Vnde eius omiſſio multò magis vi-
tiat contractum, *eadem Rot. in recentiori part. 5.
deciſ. 1. num. 3. & ſeqq. & deciſ. 125. num. 45.*
Neque obſtat, quod per dictam dationem in
in ſolutum ſit extinctum creditum Portellæ reſpe-
ctu apocæ, ex qua prætendebatur anterioritas,
& propterea donationem factam poſt dictã apo-
cam, & ante inſtrumentum dationis in ſolutum
eſſe præferendam. Quia reſpondetur, quod ob-
iectum ceſſat ſtante inualiditate dictę donationis,
vt deduximus *num. 8. & ſeqq.* & quamuis hoc ſuf-
ficiat, libet tamen ex abundanti dicere, quod ſi
dicta ſuperius circa nullitatem ceſſarent, adhuc
obiectum oppoſitum de prælatione non haberet
locum, daretur que prælatio Portellæ; Quoniam
17 ſi † donatio ſortiretur de iure effectum, tanquam
anterior Inſtrumento dationis in ſolutum, ſeque-
retur quod illud eſſet inutile, quo caſu nunquam
intelligeretur facta nouatio per Portellã; & con-
ſequenter priora pignora virtute apocæ non di-
cerentur ſublata, *Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 31.
num. 24. Neguz. de pign. par. 6. mem. 3. & 4.* eo
18 maximè † quando in vltima obligatione fit men-
tio de prima ſcilicet pignora prioris obligatio-
nis, quia tunc præſeruatur temporis prærogati-
ua intelligendo tamen reſpectu pecuniæ primo
loco mutuatæ, & in obligatione poſtrema noua-
tæ, non autem reſpectu pecuniæ ſecundò loco tra-
ditæ, *Mantic. d. tit. num. 25. Neguzan. vbi ſupra
19 num. 7.* Quare ad effectum nouandi † videtur ne-
ceſſarium, vt dominium rei pignori obligatæ, vel
datæ in ſolutum creditori irreuocabiliter ſit ac-
quiſitum, *Mantic. d. tit. nu. 66.* Alioquin res pro-
20 pria † poteſt eſſe obligata ei, qui non eſt irreuo-
cabiliter dominus, ſecundum *Bart. in l. ex ſextan-
te, §. latinus largius, ff. de executione rei iudic.*
cum aliis pleno calamo per nos congeſtis *dec. 19.
num. 15. & ſeqq.* Quibus ſcriptis addimus *Moder-
num Camill. Capuc. in ſua prax. Iudic. par. 4. cap.
6. num. 77. Altogr. d. conſ. 16. num. 8. & ſeqq.
Vermigl. conſ. 493. num. 4. Cenc. de cenſib. quæſt.
114. num. 12. & ſeq. Rota in recent. par. 6. deciſ.
17. num. 26.*
Non obſtat deciſio *Surd. 266. num. 4. & ſeqq.*
21 vbi deciditur veriorem eſſe opinionẽ, quod † hy-
pothecæ extinguatur per dationem in ſolutum.
Nam quidquid ſit de opinione Surdi, quæ non
trãſit ſine maxima difficultate, & notata per *Mo-
dernum, Altograd. conſ. 16. num. 12. lib. 1.* Ani-
maduertendum eſt, quòd caſus ibidem deciſus eſt
diuerſus à noſtro, ibi enim agebatur de euictio-
22 ne, qua † ſequuta fuit dictum non licere redire ad
23 primæuam actionem, quoniam ſolutione † eius,
quod debetur tollitur omnis obligatio, *l. nulla,
& l. obligationis, C. de ſolut. cum ibidem notatis.*
Nos verò ſumus in caſu, in quo pro dicto debito
nunquam Portella fuit ſatisfactus, eo quia non
habuit effectum ſuum datio in ſolutum rei inuti-
lis, & reuocabilis, quatenus dicta donatio ſuſti-
24 neretur, & per conſequens concludendum eſt, †
quod primæua actio nunquam fuerit extincta, cũ
hypothecaria non extinguatur per acquiſitionem
dominii reuocabilis, vt dictum eſt ſupra, & etiam
deducitur *deciſ. 206. num. 74.*
Nec tandem releuat, quod dicebatur apocam
non habere requiſita, de quibus *in l. ſcripturas,
C. qui pot. in pig. hab.* & propterea inſtrumentum
25 ex aduerſo productum præualere, † quia diſpoſi-
tio illius legis ceſſat ceſſante ſuſpicio fraudis, *Rot.
coram Caualer. deciſ. 446. nu. 7. & coram Seraph.
deciſ. 879. num. 1. & 2. & deciſ. 1228. num. 1. &
coram Buratt. deciſ. 719. nu. 8.* Et quando aliquo
26 modò † apoca eſt recognita, de quo hic non di-
ſceptatur, ſed ſola contentio eſt de prælatione,
tunc indubitanter probat, etiam ſi tantum ſit ſub-
ſcripta à duobus teſtibus, cum aliquo veritatis
adminiculo, & concurrit cum inſtrumento, *Gait.
de cred. cap. 2. tit. 8. num. 3089. cum ſeqq. Mant.
de tacit. lib. 11. tit. 24. num. 4. Grat. diſcept. 964.
nu. 28. & ſeq. Gutierez. pract. quæſt. lib. 5. quæſt.
102. nu. 6. Rot. coram Caualer. d. deciſ. 446. n. 8.*
In caſu autem propoſito apoca, nõ ſolum eſt ſub-
ſcripta à duobus teſtibus, ſed etiam à Notario
publico, qui de illa eſt rogatus. Ideò, &c.

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

In contractu venditionis læſio regulariter non præſumitur, & vbi præſumeretur conſideranda eſſet habitu reſpectu ad tempus contractus. Et an habeat locum, quando venditor promiſit cum iuramento non contrauenire.

SVMMARIVM.

1 *Læſio in pretio rei venditæ non præſumitur.*
2 Res *iuſto pretio vendita cenſetur.*
3 *Etiam ſi venditor ſit minor.*
4 *Læſio excluditur ex Iudicis præſentia coram quo actus fuit geſtus, & num. 11.*
5 *Læſio eſt probanda ab allegante.*
6 *Læſio eſt probanda plenè, concludenter, clarè, & manifeſtè.*
7 *Læſio euidentiſſimè probanda eſt in venditione, vbi adeſt decretum Iudicis, quod habet præſumptionem pro ſe.*
8 *Læſio eſt conſideranda iuxta tempus contractus.*
9 *Læſio poſtea ſuperueniens non attenditur.*
10 *Pretia rerum variantur ex tempore.*
11 *Læſio venditionem non annullat, ſed reſtituto pretio illam reſcindit, niſi emptor malit iuſtum pretium ſupplere.*
13 *Iuramentum excludit omnem læſionem.*
14 *Limita, vbi læſio eſſet enormiſſima.*
15 *Iuramenti abſolutio habilitat perſonam abſolutam, vt comparere, & exercere actionem ſuam poſſit.*
16 *Periurij exceptio obſtat antequam de enormiſſima.*

DECISIO CCIX.

Rota cenſuit ſententiam Domini Vicarii Lauretani confirmandam eſſe. Nam † cum in pretio rei ven-
1 ditæ læſio non præſumatur, *l. ſi circumſcripta, C. de ſolut. matr. gloſ. in l. iure ſucceſſam, ff. de iure dat. Geat. conſ. 157. num. 10. lib. 2. Goz. conſ. 44. num. 8. Natt. conſ. 650. num. 8. Caph. conſ. 3. in fin. Rolan. conſ. 92. num. 1. lib. 2. & conſ. 28. num. 21. lib. 4. Altograd. conſ. 5. num. 72. lib. 1.* Rot. *coram Gregor. deciſ. 553. num. 1. coram Mart. And. deciſ. 58. num. 8. in recent. par. 1. deciſ. 201. num. 3. deciſ. 539. num. 2. in fine, & par. 3. deciſ.*
2 *52. num. 2. & deciſ. 422. nu. 1* Ex quo res † iuſto pretio vendita cenſetur, *Bal. in l. ſi fundus, in fin. ff. de reb. cor. Pinell. in l. 2. par. 3. cap. 4. num. 43. C. de reſcin. vend. Menoch. conſ. 358. num. 23. Rot. coram Greg. d. deciſ. 553. num. 2. & in recen. part. 3. deciſ. 422. num. 1. & part. 6. deciſ. 135.*
3 *num. 16.* Quod procedit † etiam in minore læſionem allegante, *l. nam, & poſtea, §. ſi minor, ff. de iur. iurand. l. verum, §. item non reſtituitur, l. ſi quod ſi minor, non ſemper, ff. de minorib. Maſcard. concl. 963. num. 2. Giurb. alios referens de-*
4 *ciſ. 33. num. 4.* Propter decretum † Iudicis in alienatione de qua agitur interpoſitum, quod præſumere facit eam non adfuiſſe. *Dec. in l. ſingularia, ſub num. 13. ff. ſi cert. pet. Cranet. conſ. 114. num. 2. Hond. conſ. 38. num. 61. lib. 2.* Rot. *coram Greg. deciſ. 120. nu. 15. & 25. & deciſ. 406. nu. 14. in recent. par. 2. deciſ. 245. num. 8.* Ideoque
5 probanda † erat ab allegante, *Bart. & alij in d. l. nam, & poſtea, §. ſi minor, ff. de iur. iurand. Abb. in cap. 1. not. 2. de reſtit. in integr. Caph. conſ. 496. num. 40. & ſeq. Amat. deciſ. Ferrar. 47. num. 5. Greg. deciſ. 12. num. 2. deciſ. noſtra 50. num. 49.*
6 Et quidem † plenè concludenter, clarè & manifeſtè, *Greg. d. deciſ. 120. num. 14. 406. num. 13. & 553. num. 1.* & à me dictum eſt *d. deciſ. 50. n. 80.*
7 Imò † euidentiſſimè propter dictum decretum Iudicis, quod habet præſumptionem pro ſe, *Gab. de empt. & vend. concl. 1. num. 63.* Rot. *diuer. par. 5. deciſ. 14. num. 8. & coram Canal. deciſ. 339.*
8 *num. 6.* Ac omnino † de tempore celebrati contractus, *cap. cum dilecti, cap. cum cauſa de empt. & vend. l. ſi voluntate, in fin. C. de reſc. vend. Bart. in l. 2. num. 16. & Bal. num. 55. C. eod. Cranett. conſ. 151. num. 7. & conſ. 188. nu. 4. Sard. conſ. 151. num. 72. & conſ. 488. num. 29. Gaſp. Theſa. conſ. lib. 4. quæſt. 49. num. 13. cum alijs per nos relatis, d. deciſ. 50. num. 79. & ſeq. & per Giurb. deciſ. 105. num. 2. Theſ. deciſ. 239. num. 4. Amat. deciſ. Ferrar. 47. num. 5. Gregor. deciſ. 406. num. 15. 553. num. 3. 570. num. 5. Rot. in recent. part. 2. deciſ. 680. num. 6. & par. 3. deciſ. 12. num. 6. 422. num. 2. 447. num. 3. & 790. num. 5. & par.*
9 *6. deciſ. 292. num. 29.* Non autem † poſtea ſi ſuperueniat, quia non attenditur, *d. l. ſi voluntate, in fin. & ibi Bart. num. 16. Cranett. conſ. 11. num. 17. Giurb. d. deciſ. 105. num. 2. verſ. quæ ſi ſuperueniat, Rota in recent. par. 1. deciſ. 87. num. 4. & 577. num. 4.* Quæ omnia ceſſant in caſu propoſito, vbi teſtes ſi rectè ponderentur à primo ad vltimum, non deponunt de communi æſtimatione, nec percutiunt tempus venditionis, vt neceſſe
10 erat, † cum pretia rerum varientur ex tempore, *l. pretia rerum, §. nonnulla, vbi DD. ff. ad l. Falcid. Greg. d. deciſ. 553. num. 4. Canal. deciſ. 187. num. 2. Mantic. deciſ. 239. num. 4. & deciſ. 290. num. 3.* Rot. *in recent. par. 6. deciſ. 46. num. 10.*
11 Præterea intentatum remedium locum ſibi vendicare non videtur, quando venditio eſt facta cum decreto Iudicis, vt hic iuxta *tex. in l. 1. vbi Bart. C. de præd. Curial. lib. 10. Gab. d. concluſ. 1.*
12 *num. 57.* Neque annullatur † contractus propter læſionem, vt petitum fuit, ſed reſtituto pretio reſcinditur, niſi emptor malit iuſtum pretium ſupplere, vt probat expreſsè *tex. in l. 2. C. de reſcin.*

reſcind. vend. Rot. in recent. par. 3. deciſ. 52. num. 11. par. 4. deciſ. 26. nu. 11. verſ. tum etiam quia.

3 Quibus accedit iuramentum † de non contraueniendo in contractu de quo agitur interpoſitum, dicti remedii intentati impeditiuum; ſecundum magis communem opinionem, de qua teſtatur *Theſ. deciſ. 165. nu. 1. & 2.* vbi dicit, quod tàm antiqui, quàm moderni, qui tenent contra communem, mouentur coloratis rationibus, proptereaque à communi non eſſe recedendum cum qua aſſerit ſemper tranſiuiſſe Senatum Pedemontanũ, quam quidem cõmunem opinionem videtur approbare, *Rot. in recent. part. 5. deciſ. 125. nu. 14. & 15.* dum firmat in propoſito noſtro iuramentum excludere omnem læſionem, *ex text. in Auth. Sacramenta Puberum, C. ſi aduerſus vend.*

14 Dummodo tamen læſio non ſit enormiſſima, quia tunc verius eſt iuxta magis communem ſententiam, quam hæc *Rota Maceraten.* ſequitur iuramentum illam enormiſſimam non excludere, obtenta abſolutione, *Caſſadur. deciſ. vnica, num. 2. de empt. & vend. Theſ. dict. deciſ. 165. num. 6. Oſaſch. deciſ. 41. num. 1. & 2.* Rot. *in recent. par. 5. d. deciſ. 125. num. 37.*

15 Quibus non obſtat abſolutio à Iuramento obtenta ad effectum agendi, quia ſolum habilitat

16 perſonam † abſolutam ad comparendũ, & exercendum actionem ſuam ſine metu periurii, non autem tollit vires, & robur iuramenti, nec ex ea oritur aliquod præiudicium parti, *Ricc. in ſua Prax. abſolutionis à iuramento, par. 1. deciſ. 331. num. 2. Gratian. noſter deciſ. March. 165. num. 1. & 2. in addit.* Rot. *in rec. par. 1. deciſ. 580. nu. 7.*

Ac ideò in caſu noſtro antequam conſtet de alle-

17 gata læſione † enormiſſima obſtat exceptio periurii, *Rot. coram Gregor. deciſ. 64. num. 9. & ibi Adden. num. 14. & ex impreſſ. per Zucch. ad Galeſ. de oblig. Camer. deciſ. 146. num. 2.*

Et ita, &c.

A R G V M E N T V M.

Dotis non reſtitutę fructus de iure communi non debentur, niſi duobus concurrentibus, inopia ſcilicet viduæ non habentis aliunde alimenta, & quod fecerit diligentias pro dote effectualiter recuperanda eamque habere non potuerit.

S V M M A R I V M.

1 *Dotis priuilegium eſt, quod propter moram fructus debeantur.*

2 *Intellige conſtante matrimonio, quia illo ſoluto titulus dotis remanet extinctus.*

3 *Vxori ſoluto matrimonio vſura dotis conſiſtentis in pecunia non debentur.*

4 *Limita duobus concurrentibus inopia ſcilicet viduę non habentis aliunde alimenta, & quod fecerit diligentias pro dote habenda.*

5 *Datio in ſolutum facta pro debiturem pretio æſtimando, poteſt per eum impediri ſi ante factam æſtimationem offeras debitum.*

6 *Fructus ante venditionem, ſeu dationem in ſolutum perfectum non debentur.*

7 *Promiſſio de reſtituendo dotem in tot ſtabilibus, non eſt reſtitutio.*

8 *Promiſſio de reſtituendo non transfert dominium, ſed ſolum parit actionem perſonalem contra promiſſorem, num. 9.*

10 *Fructus ex pignore non debentur, niſi illud ſit realiter traditum.*

11 *Fructus ſequuntur dominium.*

12 *Et illius ſunt acceſſorij.*

13 *Ideò ceſſante dominio, & poſſeſſione fructus non debentur.*

14 *Fructus ſuos facit is cui facta eſt promiſſio de vendendo, ſi in totum, vel pro parte ſoluit pretium.*

15 *Sed opinio non eſt tuta, & plures habet contradictores.*

16 *Vbi in contractu dationis in ſolutũ pretium non eſt expreſſum, ſed collatum in arbitrium alicuius contractus, non dicitur perfectus, ſed per declarationem hominis perficiendus.*

17 *Index adiri poteſt pro æſtimatione facienda.*

18 *Venditio ad menſuram non facta menſuratione remanet conditionalis.*

19 *Et conditione pendente fructus ſpectant ad venditorem.*

20 *Fructus non debentur, niſi purificata conditione.*

21 *Mora tradendi non dicitur commiſſa dum pendet conditio æſtimationis facienda.*

22 *Tanquam ignoretur pro qua parte ſit facienda traditio.*

23 *Vel qualis vigeat, conſuetudo reſtitutionis dotis.*

24 *Mora ſine contumacia, vel dolo ſaltim præſumptio non contrahitur, & num. 25.*

26 *Sine mora fructus, ſeu intereſſe non debentur.*

27 *Stipulatio Notarij non operatur acquiſitionem, niſi ſequatur acceptatio, ſeu ratificatio partis, & num. 30.*

28 *Maritus ſine voluntate vxoris dotem conſtitutam in pecunia non poteſt ſubrogare in bonis ſtabilibus.*

29 *Pater paciſci non poteſt cum genero in præiudiciũ filia poſtquam illi fuit conſtituta dos.*

31 *Hæres poteſt ratificare contractum initum nomine defuncti.*

32 Ratificatio *fieri debet re integra.*

33 *Alioquin non ſuffragatur poſt ius quæſitum parti.*

34 *Conſtitutum ad hoc, vt operetur translationem poſſeſſionis ad fauorem obijcientis requiritur illius ratificatio.*

35 *Qua non ſequuta conſtitutum euaneſcit.*
36 *Conſtitutum ſequitur naturam ſui contractus, & ceſſat illo ceſſante.*
37 *Conſtitutum non durat vltra decennium.*
38 *Conſtitutis Clauſula non operatur, quando cantat de tempore, quo conſtituens poſſidere non poterat.*
39 *Conſtitum ratione incertitudinis, nihil operatur.*

DECISIO CCX.

IO: Franciſcus de Auguſtis Fanenſis duxit in ſecundam vxorem Conſtantiam Raganettam, cum dote ſcutorum 1300. receptorum in pecunia, de qua ſumma quietauit fratres vxoris ſoluentis, & promiſit adueniente caſu reſtitutionis illam reddere Conſtantiæ, ſeu eius hæredibus, & ſignanter in prædio Villæ Nouæ, iuxta æſtimationem faciẽdam per peritos communiter eligendos, vt latius in Inſtrumento, de quo in actis. Deinde idem Io: condito teſtamento, cum quo deceſſit de anno 1615. iure inſtitutionis reliquit Annæ Dianæ, & Dorotheæ filiabus ſuſceptis ex d. Conſtantia ſcuta mille aurea pro qualibet ipſarum, & hæredem ſuum vniuerſalem inſtituit Auguſtinum filium ex Liuia prima vxore. Demum Conſtantia condito teſtamento, cum quo etiam deceſſit reliquit ſcuta 500. Annæ eius filiæ in reliquis eius bonis dotalibus Dianam, & Dorotheam hæredes vniuerſales inſtituit. Hinc Dorothea vti hæres pro dimidia Conſtantiæ matris Iudicium intentauit contra Auguſtinum pro fructibus dictæ dotis maternæ ab anno 1615. vſque ad annum 1630. à quo Iudicio Auguſtino abſoluto ipſa Gubernatorem Ciuitatis Fani appellauit, qui reuocata prima ſententia Poteſtatis, condemnauit Auguſtinum ad ſolutionem fructuum petitorum. Cauſa autem in tertia inſtantia introducta in Rota per appellationem, & dubio propoſito. Nunquid ſententia D. Iudicis à quo eſſet confirmanda, vel infirmanda, fuit de voto omnium DD. reſolutum infirmandam eſſe, fundamentum reſolutionis fuit: Nam
1 quod † vſuræ dotis non ſolutæ propter moram debeantur ex priuilegio dotis conſtitutum eſt in
2 *cap. ſalubriter de vſur.* quòd † ſanè priuilegium ſoluto matrimonio ceſſat, quia titulus dotis extinctus eſt, *Bart. conſ. 128. num. 2. lib. 1. & conſ. 84. lib. 2. Alexan. conſ. 74. num. 5. & conſ. 141. num. 2. lib. 5. Anch. conſ. 150. num. 4.* Rol. *conſ. 55. numer. 1. & ſequent. lib. 2. Neguz. de pig. 5. mem. par. 5. num. 17. Mant. deciſ. 171. n. 4. Coce. deciſ. 6. per tot. Grat. diſcept. 427. num. 18.* Præ-
3 tereà † cõſiderabant votantes, quod dos Conſtãtiæ matris Dorotheæ conſtituta, & ſoluta fuit in pecunia numerata, vt patet ex Apoca matrimoniali, ac inſtrumento receptionis illius, quo caſu fructus ſoluto matrimonio ob ſolutionem dotis retardatam viduæ non debentur, *cap. plerìſq; & cap. vſuræ, 14 quaſt. 3. Bart. in l. inſulam, §. vſuras, ff. ſolut. matr. Alex. conſ. 141. nu. 4. lib. 5. Pereg. conſ. 70. num. 3. lib. 4. Rol. d. conſ. 55. nu. 28. Doct. in cap. ſalubriter de vſur. Gratia. diſcept. 244. & 427. num. 1. & ſeqq. Belt. ad Greg. deciſ.*
4 *573. num. 17. Coce. d. deciſ. 6. num. 2.* Niſi † duobus concurrentibus, nempè inopia viduæ non habentis aliundè alimẽta, & quod ipſa conſtituiſſet in mora hæredem faciendo diligentias pro dote effectualiter habenda, *Surd. conſ. 269. num. 22. Neuiz. conſ. 74. num. 3. Mareſc. var. lib. 2. cap. 83. num. 46. & ſeqq. Affl. deciſ. 284. num. 2. vbi Veſill. num. 6.* Rota *coram Greg. deciſ. 204. num. 29. & in recent. par. 3. deciſ. 106. nu. 2. deciſ. 587. num. 2. & deciſ. 602. num. 4. & par. 5. deciſ. 24. num. 13. & deciſ. 383. num. 4. & ſeqq.* Quæ omnia ceſſant in caſu noſtro, & conſequenter non eſt locus petitioni fructuum;

Neq; prædictis obſtat, quod Io: Franciſcus maritus Conſtantiæ obligauerit ſe reſtituturum dotẽ in certo fundo Villæ Nouæ, & in aliis bonis ſtabilibus ad æſtimationem peritorum eligendorũ,
5 vt dictum eſt. Quia nihilominus † Auguſtinus hæres mariti facultatem habet ſoluendi dotem in pecunia, & de ea facta oblatione liberatur à traditione fundi, *l. quamuis, & ibi Bal. & Ang. ff. de ſolut. Idem Bal. & Angel. in l. cum dominam de pig. Couar. var. lib. 3. cap. 2. nu. 8. Menoch. de adip. remed. 5. num. 46. Surd. deciſ. 113. num. 14.* Cum igitur dictus hæres per oblationem ſoluendi dotem in quantitate. Imò per illius ſolutionem non teneretur prædium tradere multo minus te-
6 neri poteſt ad fructus, † qui non debentur contractu venditionis, ſeu dationis in ſolutum non perfecto, *l. 2. in fin. C. de act. empt. Dec. conſ. 183. nu. 4. Gab. conſ. 64. nu. 9. lib. 1.* Huiuſmodi enim
7 permiſſio † de reſtituendo dotem in tot ſtabilibus, non eſt reſtitutio, *l. ſi quis ſtipulatus ſit, §. fin. ff. de verb. oblig. l. duo ſunt Titij, ff. de teſtam. tutel. Rolan. conſ. 69. num. 17. & 18. lib. 3 Surd. conſ. 52. num. 13. & conſ. 359. num. 1. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 3. num. 1.* Rot. *in recent. part. 5. deciſ. 32. num. 5. Greg. deciſ. 28. num. 2. & ſeqq.*
8 Nec † ex tali promiſſione fuit tranſlatum dominium in vxorem, *l. ſi ſterilis, §. ſi tibi fundus, ff. de act. empt. l. qui fundum, ff. de cont. empt. Mant. eod. tit. nu. 2. Gregor. deciſ. 98. nu. 6.* Sed tantum
9 acquiſita † actio perſonalis contra Ioannem Frãciſcum promittentem, *l. qui fundum, ff. de cont. empt. Crau. conſ. 184. prope fin.* Vel potius bo-
10 na in ſpecie hypothecata, quo caſu fructus † ex pignore non debentur, niſi illud fuiſſet realiter traditum pro dote, cum non ſufficiat, adhuc effectum ſola pignoratio, niſi etiam ſequatur traditio, & poſſeſſio pignoris, *vt poſt Anb. But. Hoſt. Neguz. & alios firmat, Gratian. diſcep. 848. nu. 22. Put. deciſ. 332. num. 1. & deciſ. 324. nu. 1. lib. 1.*
11 Eo quia fructus ſequuntur † dominium, *l. fructus, l. ex diuortio, ff. de rei vend. l. herennius, ff. de vſur. Gratian. diſceptation. 540. numer. 8. Rot. in recentior. part. 1. deciſ. 495. num. 5.* tanquam
12 ſint † illius acceſſorij, *l. 1. C. de cond. in d. l. 2.*

C. de

Digitized by Google

C. *de pig. act. Capb. conſ. 63. num. 3. & conſ. 131. num. 14. Gratian. diſcept. 423. num. 30. Rot. in*
23 *recent. par. 5. deciſ. 310. num. 26.* Ideò † ceſſante dominio, & poſſeſſione non debentur, *& l. fructus, & l. barcunius de vſur. l. 1. & 2. C. de pign. act. Capb. conſ. 215. nu. 49. Surd. conſ. 168. nu. 48. Gratian. diſcep. 400. num. 4.* Rot. *diuer. par. 2. deciſ. 58. n. 5. & in recent. par. 5. deciſ. 130. nu. 4.*
24 Neque releuat, quod etiam ex promiſſione, de vendendo, vel tradendo in ſolutum, vbi pretium, in totum, vel pro parte eſt ſolutum fructus debeantur ex æquitate, *l. curabit, C. de act. empt. & notant Pariſ. Soc. Curt. Ian. Natt. & alij relati per Gabr. de empt. & vend. concl. 3. nu. 3. & Lup. ad eandem l. curabit, com. 1. §. 7. nu. 157.* Quia
25 vltra, † quod hæc opinio non eſt tuta pluresque habet contradictores, & ſignanter, *Iaſ. in l. ſi ante nuptias, col. 2. ff. de ſolut. matr. Alex. in addit. ad Bart. in l. Iulianus, §. offerri, ff. de act. empt. conſ. 73. col. 1. lib. 2. Dec. conſ. 183. nu. 3. & 4. Ruin. conſ. 66. num. 8. lib. 4.* Rip. *reſp. 5. num. 4. lib. 2. & Mantic. d. tit. 3. num. 12.* Nihilominus applicabilia non videtur ad præſentem caſum in
26 quo pretium † certum fundi Villæ Nouæ minimè fuit expreſſum, ſed collatum in arbitrium hominum communiter eligendorum, quo fit vt cõtractus non dicatur perfectus, ſed per declarationem æſtimatorum ſuper quantitate rerum perficiendos, *l. fin. C. de comb. empt. Gab. d. conſ. 64. num. 6. & ſeqq. Alex. conſ. 33. lib. 6. Cart. Iun. conſ. 244. lib. 3. Neuiz. conſ. 38. num. 25. Couar. practic. cap. 3. num. 6. Seraph. deciſ. 264. num. 2.*
27 *& 3. & deciſ. 805. num 9.* Et † licet pro iſta æſtimatione facienda recurri poſſit ad Iudicem, *Doct. in l. arbitrio, qui ſatiſdogant. Afflict. deciſ. 188. num. 4 Seraph. deciſ. 513. nu. 1. & 2.* non tamen
28 ob id datio in ſolutum eſt pura, vt dicimus † de venditione ad menſuram, qua non facta venditio remanet conditionalis, *l. quod ſæpe, §. in ijs, ff. de cont. empt. Gabr. d. conſ. 64. num. 6. Mant. de tacit. lib. 4. tit. 19. nu. 37. & ſeqq. Seraph. deciſ.*
29 *264. num. 2. & 3.* Conditione † autem pendente fructus ſpectant ad venditorem, *l. 2. cum ſeqq. ff. de in diem adiect. l. neceſſario, §. quod ſi pendente, ff. de priuil. & com rei vend. Gab. d. conſ. 64.*
30 *num. 4. & 12.* Ideò cum † in caſu noſtro conditio nunquam fuerit purificata, etiam ex parte mulieris nec minus in futurum verificari poſſit, eo quia Dorothea ante ceptum Iudicium recipit partem dotis maternæ ſibi tangentem in pecunia numerata, & in alijs bonis æſtimatis ſit conſequens, vt dicamus nõ eſſe locum petitionis fructuum, *Grat. diſcept. 400. num. 9. & ſeqq.*
21 Præterea cum prædium Villæ Nouæ æſtimandum eſſet per homines communiter eligendos, non facta dicta æſtimatione hæredes Io: Franciſci, non dicuntur in mora tradendi, *Dec. in Auth. qui rem, num. 8. C. de Sacroſanct. Eccleſ. Bald. in l. ſolemnibus, num. 5. & 6. C. de rei vendic. Abb. conſ. 67. num. 4. in fin. lib. 2. Ang. conſ. 311. n. 3.*

21 Tanquam † non ſcientes pro qua parte tradere debuiſſent, *l. 1. in fin. C. de annal. except.* cum relatis *per Gratian. diſcept. 243. nu. 51. & 52. Gab.*
23 *d. conſ. 64. num. 12.* Nec minus apparet, † qualis ſuper reſtitutione dotis vigeat cõſuetudo prout iuxta inſtrumentum docendum fuerat, *l. ſi ignorans, ff. locat. l. item apud labeonem, §. ſi quis virginem, ff. de iniur. Olach. deciſ. 41. num. 23. Mareſcott. var. lib. 2. cap. 123. & ſeqq.* Et con-
24 ſequenter ceſſat mora, quæ non † contrahitur, niſi adſit contumacia, vel dolus, *l. ſine dolo, ff. de reg. iur. Bal. in l. mora, nu. 5. ff. de vſur. Gra-*
25 *tian. diſcept. 293. num. 51.* Saltim † præſumptus, vel lata culpa, *Rota penes Zacch. de oblig. Camer. deciſ. 10. num. 5. & in recent. part. 3. deciſ. 660. num. 2. in fin.* Sine mora vero fructus, peti non poſſunt, *l. mora, ff. de vſur. Bart. in l. cum filius, in princ. ff. de verb. oblig. Iaſ. in l. Iulianus, num. 7. ff. de leg. 1. Surd. dec. 260. n. 18. Franch. deciſ. 23. n. 5. Rot. coram Seraph. dec. 1427. nu. 1. & in recent. par. 4. deciſ. 222. n. 3. & deciſ. 373. n. 95.*
Quibus accedit, quod talis promiſſio reſtituendi dotem in fundo Villæ Nouæ fuit ſtipulata per
27 Notarium abſente Conſtantia, † de cuius ratificatione nõ apparet prout omninò requirebatur, *Natt. conſ. 650. num. 10. Hond. conſ. 14. nu. 56. lib. 1. Theſaur. deciſ. 70. num. 5. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 361. num. 44.* Camill. *Capuc. in prax. Iudic. par. 2. cap. 2. num. 30.* Rota *coram Gregor. deciſ. 567. num. 3. & in recent. par. 2. deciſ. 488. nu. 6.*
28 *& par. 3. deciſ. 741. nu. 7.* Etenim † abſque eius conſenſo, & voluntate non potuit dos in pecunia conſtituta ſubrogari in dict. prædio Villæ Nouæ, *Grat. conſ. 149. nu. 2. lib. 2. Natt. conſ. 650. num. 10. Corn. conſ. 170. num. 1. & 2. lib. 4. cum alijs relatis per Hond. conſ. 41. n. 26 lib. 1.* Cum neq;
29 patri ſit † permiſſum ſine conſenſu filiæ poſt conſtitutam dotem cum genero paciſci filiæ cõditionem mutando, *Bal. in l. cum dote, in prin. ff. de pact. dot. Hond. d. conſ. 14. nu. 55. lib. 1. Mant. de tac. lib. 12. tit. 82. n. 16. & ſeqq. & diximus dec. 79. n. 11.*
Neq; ſuffragari poteſt ſtipulatio Notarii pro
30 abſente, de qua in d. inſtrumento; Quia † ad effectum acquirendi ius, ſeu dominiũ requirebatur acceptatio eiuſdem Conſtantiæ, vt dictũ eſt, *Beltr. ad Greg. in alleg. deciſ 97. n. 8. Rot. diu. par. 1. dec. 683. n. 4. & in rec. par. 2. deciſ. 488. n. 6. & deciſ. 639. num. 3. & par. 3. deciſ. 741. num. 7. Ioſeph Ludou. deciſ. Peruſ. 39. num. 7. 11. & 17.*
31 Nec releuat, quo hæres † poſſit ratificare contractum initum nomine defuncti, *Cagnol. in l. 2. n. 49. C. de pact. int. empt. & vend. Burſat. conſ. 357. n. 19. in fin. lib. 4. Rot. diuer. par. 2. deciſ. 118. nu. 2.* Dorothea hæres Cõſtantiæ videatur illã ratificaſ-
32 ſe ex petitione prædii, & fructum, quia † reſpõdetur re non integra ratificationem non ſuffragari, *Bart. in l. ſi vxor, §. ſi quis vxorem, ff. de adult. Dec. conſ. 460. in fin. Neuiz. conſ. 15. nu. 19. Rol. conſ. 78. n. 24. lib. 3. Natt. conſ. 315. num. 2. Surd. deciſ. 111. num. 1.* Rota *coram Seraphin. deciſ. 1346.*

num. 5. & in recent. par. 3. deciſ. 159. n. 4. In caſu autem noſtro paulò poſt mortem Io: Franciſci, nempè de anno 1917. fuit in dotem datam prædium Villæ Nouæ Dianæ ſorori Dorotheæ ipſa ſciente, & patiente, & ſic tempore petitionis fructuum, & prætenſæ ratificationis res non erat amplius integra. Sicut etiam huiuſmodi ratificatio facta fuiſſet poſtquam Dorothea dotem receperat in pecunia numerata, & bonis ſtabilibus loco partis dotis maternæ, quæ eidem Dorotheæ
33 debebatur per hæredes Io: Franciſci, † vnde poſt ius quæſitum dictis hæredibus ratificatio ſuffragari non poteſt, *Rota in recent. par. 3. deciſ. 741. num. 7. & par. 4. deciſ. 328. num. 5. Amat. deciſ. Marcb. 40. n. 11. & 12. Oſaſch. deciſ. 119. n. 24.*

Minus obſtat, quod per clauſulam conſtituti prænarrato Inſtrumento appoſitam Ioannes Franciſcus ſe conſtituerit retinere fundum Villæ Nouę pro Conſtantia vxore in caſu reſtitutionis dotis, & ſic Dorothea tamquam hæres Conſtantiæ matris vigore ipſius clauſulæ videatur eſſe in poſſeſ-
34 ſione Villæ Nouæ, quia † cum Inſtrumentum factum fuerit abſente Conſtantia ad hoc, vt conſtitutum translationem poſſeſſionis operaretur requirebatur ratificatio, *Alex. in l. quod meo, in princ. ff. de acq. poſſ. Amat. deciſ. Marcb. 40. nu.*
35 *7. & 8* qua non † ſequuta conſtitutum euanuit, *Surd. conſ. 225. num. 11. Rota in recentio. part. 3.*
36 *deciſ. 787. num. 3. & 4.* Sequitur † enim naturam contractus in quo eſt poſitum, & ceſſat illo ceſſante, *Curt. Iun. conſ. 131. num. 12. Alex. conſ. 81. nu. 14. lib. 3.* Rota *in recent. par. 5. deciſ. 308.*
37 *num. 14.* Sicut etiam † appoſitum fuit de anno 1597. & ſic vltra 30. annos, quo temporis ſpatio eius virtus expirat cum non duret vltra decennium, *Bald. conſ. 190. num. 7. lib. 2. Mecb. conſ. 133. nu. 3. Theſ. qui alios citat, deciſ. 105. nu. 8.*
38 Præterea reſpondetur † dictam clauſulam operari non poſſe poſt mortem Ioannis Franciſci conſtituentis, quæ fuit de anno 1615. die 10. Auguſti tanquam collatum in tempus, quo amplius poſſidere non poterat, *Doct. in l. quamuis, §. 1. ff. de acq. poſſeſſ. Alex. conſ. 82. nu. 9. lib. 2. Dec. conſ. 246. num. 6. Tiraq. de conſtituto, par. 3. limit. 2. num. 1. & 2. Surd. conſ. 255. nu. 14. Hoad. conſ. 18. num. 3. 54. & ſeq. lib. 2.* Rot. *in recent. par. 3. deciſ. 787. num. 4. & coram Burats. deciſ. 179. num. 8. & deciſ. 220. num. 8. & 9.* Tantò
39 magis † cum adiectum fuerit ſuper fundo æſtimando per peritos, quo caſu tanquam incertum ratione quotæ, & loci nihil operatur, *l. 3. §. incertam, vbi Bart. num. 2. ff. de acq. poſſ. & ibi Alex. num. 6. Dec. conſ. 226. num. 3. & ſeqq. Goz. conſ. 99. num. 40.* Ruin. *conſ. 39. num. 45. lib. 4. Gab. conſ. 31. num. 12. & ſeqq. lib. 1. Pariſ. conſ. 55. n. 5. lib. 1. Mant. de tac. lib. 4. tit. 17. n. 3. Tiraq. de iure conſtit. par. 3. limit. 19. n. 1. Grat. diſcep. 519. nu. 71. & ſeq. Oſaſch. deciſ. 34. nu. 3. Amat. d. dec. Marcb. 40. n. 6.* Rot. *in rec. par. 1. d. dec. 787. n. 2. & corā Burat. dec. 220. n. 6. & ibi Adden. n. 12.*

ARGVMENTVM.

Quaſi poſſeſſio exigendi cenſum, quomodo probetur ad effectum manutentionis.

SVMMARIVM.

1 *Fundamentum actoris in iudicio manutentionis, conſiſtit in probatione ſuæ poſſeſſionis.*
2 *Mandatum de manutenendo datur ei, qui docet de poſſeſſione, ſeu quaſi ante motam litem.*
3 *Libri conuentus non probant pro conuentu in præiudicium tertij.*
4 *Quaſi poſſeſſio exigendi reſultat ex vnica ſolutione.*
5 *Inſtrumentum quietationis non importat actualem ſolutionem.*
6 *Quietationis non ſolent fieri propter immaginarias ſolutiones.*
7 *Quod fieri non ſolet, præſumi non debet.*
8 *Quietationis inſtrumentum ſufficit ad obtinendum mandatum de manutenendo.*
9 *Nemo præſumitur velle iactare ſuum.*
10 *Monaſterio competit manutentio non obſtante, quod illius procurator habuerit ſe pro ſpoliato.*
11 *Ceſſionarius tenetur iuſtificare ceſſionem, & creditum cedentis.*
12 *Exceptio concernens petitorium non admittitur in iudicio ſummariſſimo poſſeſſorio.*
13 *Manutentio datur ei, qui docet de nudo facto exactionis.*
14 *Accollatio habet vim aſſumptionis debiti in ſe.*

DECISIO CCXI.

1 QVia fundamentum intentionis illius, qui remedijs poſſeſſorijs vult experiri petendo ſe manuteneri in ſua, quaſi poſſeſſione exigendi annuas præſtationes ſiue reſponſiones cenſuales conſiſtit in probando ſuam, quaſi poſſeſſionem de tempore litis motæ, vel ante per ſolutiones præcedentes, ex quibus reſultare probationem in Iudicijs poſſeſſorijs dixerunt communiter Doct. omnes, ac deciſionarij citata longa ſerie *à Cenc. in ſuo tract. de cenſ. quæſt. 93. alias par. 2. cap. 2. quæſt. 5. art. 4. num. 1. & ſeqq.* Concluſum fuit dandum eſſe manda-
2 tum † de manutenendo RR. PP. Apoſtolorum Conuentui S. Sebaſtiani de Ancona, agentibus aduerſus Simonē Vitalem, quia de eorum, quaſi poſſeſſione conſtat ante motam litem, *§. hodie, & §. retinendæ, Inſtit. de interd. l. 1. §. huius interd. ff. vti poſſid. Bart. in l. ait Prætor, num. 2. ff. eod.* Rot. *deciſ. 209. num. 1. & 212. in prin. apud Cenc.* Etenim iuſtificant præcedentes ſolutiones ex
3 libris † Conuentus, in quibus præſtationes plures à dicto Simone factæ continentur ab

anno

anno 1614. vſque ad annum 1617. qui quidem
libri licet non probent pro ipſis PP. in tertij præ-
iudicium, *l. exemplo, C. de probat. Rot. ex impreſ.*
per Cenc. de cenſib. deciſ. 239. nu. 1. & deciſ. 242.
4 *num. 1.* Tamen inſimul cum † Inſtrumento vnicæ
ſolutionis factæ, & quietationis receptæ per Si-
monem ſub die vltima Ianuarij 1615. probant
pluſquam ſufficienter, ad notata per *Cenc. dicta*
quæſtion. 93. numer. 21. Rota ex impreſſion. per
eundem deciſion. 244. numer. 2. & deciſion. 245.
num. 1.

5 Non obſtat, quod dicebatur inſtrumentum
quietationis non importare actualem ſolutionem
nam cum ex eius productione facta ab eodem Si-
mone coram primo Iudice à quo RR. PP. obti-
nuerint mandatum de manutenendo pro fructi-
bus decurſis, & non ſolutis, & in futurum decur-
rendis, ſatis dicitur ſufficiens ad obtinendam ma-
6 nutentionem, † quia non ſolent fieri huiuſmodi
quietationes, propter immaginarias ſolutiones,
7 *Rota impreſſ. per Cenc. deciſ. 252. nu. 4. & 5.* Et †
quod fieri non ſolet præſumi non debet, *cap. 1. &*
ibi Abb. de Cler. non reſident. quod autem huiuſ-
8 modi † quietationes ſufficiant ad obtinendam
manutentionem, fuit reſolutum in *Rot. ex impreſ.*
9 *apud Cenc. deciſ. 241. num. 1. & ſeq.* Quia † non
eſt præſumendum, quod RR. PP. voluerint iacta-
re ſuum, *ad l. cum de indebito, ff. de probat.* cum
non poſſit dubitari, quod dicta confeſſio ſibi ip-
ſis præiudicaret, ſi vellent hodie fructus decurſos
exigere, *l. pecunia, vbi Bald. C. de ſolut. l. quidam,*
C. de conſtit. pecunia, Rot. in dicta deciſ. 241.
num. 5.

Nec refellenat, quod de anno 1612. fecerit per
eorum procuratorem actū remedio Canonis rein-
10 tegrandæ, cum potius † Monaſterio competeret
manutentio, non obſtante, quod procurator ha-
buiſſet ſe pro ſpoliato, *Seraph. deciſ. 1417. num.*
3. Beltram. ad Greg. deciſ. 116. num. 5. quoniam
nec Procurator, nec prior poterant præiudicare
Eccleſiæ, ſeu Conuentui, vt optimè deducit *Bel-*
tram. dicto loco, & penitus præiudicatum non fuit,
quia Simon ab inde ſemper ſoluit. Et licet ipſe
petierit manuteneri in poſſeſſione d. prædij tan-
quam Ceſſionarius *Dom.* Franciſci Marchesani,
11 nihil obſtat Monaſterio. Quia † præterquam,
quod non docet de allegata ceſſione iuſtificando
etiam creditum cedentis, *iuxta conſ. Alex. 115.*
in fin. lib. 7. Gregor. deciſ. 579. num. 1. & 4. Si-
cut obligatus fuiſſet docere, & iuſtificare ipſemet
cedens in cuius locum prætendit Simon ſucceſſiſ-
ſe, *Rot. apud Cenc. deciſ. 255. num. 5.* Reſponde-
12 tur, quod hæc † exceptio defectus proprietatis
tanquam reſpiciens petitorium in hoc ſummariſ-
ſimo poſſeſſorio non admittitur, *Rota ex impreſſ.*
13 *per Cenc. deciſ. 246. nu. 1. & ſeqq.* ſufficit † enim
RR. PP. & Conuentui; vt manuteneantur doce-
re, prout docent de nudo facto exactionis, *Neuiz.*
conſ. 80. num. 3. Rot. diuerſor. par. 1. deciſ. 641.
num. 4. & par. 2. deciſ. 64. num. 2. Præterea re-

14 ſpondetur, † quod Simon in huiuſmodi emptio-
ne prædij accollauit, & ſuſcepit in ſe onus ſoluen-
di hunc cenſum, vt in inſtrumento quietationis
confeſſus fuit, vnde dicitur proprium debitum
ſoluere perinde, ac ſi ab initio ipſe cenſum impo-
ſuiſſet, *Cenc. d. tract. quæſt. 73. alias par. 2. cap.*
2. quæſt. 3. art. 1. num. 16. Rot. apud eundem de-
ciſ. 547. num. 1. & 22. & apud Gregor. deciſ. 386.
numer. 1. & in recent. part. 6. deciſ. 135. nume-
ro 23.

ARGVMENTVM.

Intereſſe conuentum inter emptorem, & venditorem debetur etiam pendente dilatione ad ſoluendum. Et ſi taxatio ſit exceſſiua illud præſtatur non ad rationem conuentionis, ſed pro rata fructuum, qui percipiuntur ex re tradita.

SVMMARIVM.

1 *Laudum tacitè approbatum cenſetur, ſi in vim illius fuerint dimiſſa bona ſtabilia.*
2 *Laudum nullum acceptatum à partibus ſuſtinetur in vim pacti.*
3 *Creditorum maior pars non poteſt debitori partem debiti remittere in præiudicium abſentium, & non conſentientium.*
4 *Niſi concurrant requiſita per Afflict. deciſione 288.*
5 *Vel niſi illud totum decreto Iudicis validetur.*
6 *Pendente dilatione ad ſoluendum pretium rei emptæ, intereſſe conuentum debetur, non ad rationem conuentionis exceſſiuæ, ſed ad rationem fructuum, qui percipiuntur. Contra, num. 9. ſed intellige, & declara, vt num. 10.*
7 *Intereſſe conuentum debet eſſe circa, & non extra rem.*
8 *Fructus rerum ſtabilium reddere ſolent quinque pro centenario.*
11 *Vſuræ vbi ſunt permiſſæ, poteſt ab initio deduci in pactum illarum certa quantitas.*
12 *Dummodo ad fructus commenſuretur, & res tradita ſit de ſui natura fructifera.*
13 *Intereſſe non cenſetur promiſſum propter dilationem, ſed propter fructus, quos venditor interim percipere poterat.*
14 *Et videtur facta tranſactio inſpecto futuro euentu, vt tollatur difficultas probationis.*
15 *Fructus pretij rei traditæ non ſunt propriè vſuræ, ſed potius reparatio damni.*
16 *Et debentur etiam ſine mora.*

DECISIO CCXII.

ANno 1616. Domina Eleonora Ruſſa Fanen. decedens ab inteſtato habuit triginta tres hæredes æqualiter ſuccedentes, qui electis duobus arbitris ad effectum æſtimandi, diuidendique, ac aſsignandi bona hereditaria, vt moris eſt, fuit per eos æſtimata hæreditas ſcut. 19000. & vnicuiq; aſsignata portio ſcutorum 594. bon. 5. quat. 5. Cumq; Domino Abbati Ruſticucio, ac eius fratribus, & ſororibus pro quinque portionibus concurrentibus fuerit aſſignatum, & conſignatum prædium Barchæ æſtimatum in ſcutis 4300. eorumque ſumma crediti quinque partium ad ſcuta tantummodo 2970. bon. 28. quat. 1. aſcenderet, ita vt remanſerint debitores aliorum hæredum in ſcutis 1475. bon. 54. quat. 3. fuit per eoſdem Arbitros ipſis debitoribus iniunctum, vt reliquis hæredibus num. 26. (quandoquidem duo alij nempè Epiſcopus Eugubinus Sorbolongus, & eius frater pro duplici portione heredes fuerant integraliter ſatisfacti) dictam ſummam ſcutorum 1475. perſoluerent vnicuique pro ſua rata portionem aſſignando, idque in duabus ſolutionibus, cum onere, vt primo anno moroſi ſoluerent intereſſe duorum cum dimidio pro centenario, & elapſo ſecundo anno illud ſoluerent ad rationem cenſus, nempè octo pro centenario, laudumque ſic ſequutum prædicti cohæredes pro maiori parte approbauerunt.

Domini de Atiis cohæredes pro triplici portione non ſatisfacti de tribus ratis in illis ſcutis 1475. prout nec de dicto intereſſe ratione fructuũ Iudicium inſtituerunt coram D. Vicario Fani cõtra Moniales S. Tereſiæ eiuſdem Ciuitatis hæredes ipſorum de Ruſticucijs; & pro ſumma ſcutorum 170. pro tribus portionibus in ſorte dictorum ſcutorum 1475. ipſis tangentibus, ac etiam pro intereſſe fructuum recompenſatiuorum ad rationem quinque pro centenario taxandorum, immiſſionem obtinuerunt in eodem prædio barchæ territ. donec fuerint ſatisfacti: verum cum aduerſus eandem ſententiam DD. de Atiis non acquieuerint, ſed appellationẽ introduxerint in Rota, vbi dubitari contingit, An eadem ſententia eſſet confirmanda, Domini Auditores

1 † ſuppoſita laudi approbatione ex tacito conſenſu reſultante ab illius obſeruantia, quam Domini de Ruſticucijs exhibuerunt dimittendo dicta bona hæreditaria, & retinendo prædium barchæ illis aſſignatum, *ad tex. in l. paulus, ff. rem ratam hab. & in l. 2. C. com. vtriuſ. Iud. & in l. cum antem, §. 1. C. de arbit. Caſt. conſ. 116. in prin. lib. 1. Baron. conſ. 2. num. 38. lib. 2. Crauet. conſ. 237. nu. 2. Rota coram Duran. deciſ. 136. num. 2. & deciſ. 200. num. 1. Adden. ad Barat. deciſ. 657. nu. 11.*

2 Qui quidem conſenſus † ſufficit ad approbandũ laudum etiamſi eſſet nullum, ſaltim, vt valeat in vim pacti, *gloſ. in l. 2. & ibi Doct. C. com. vtriuſ. Iud. Fælin. in cap. ſignificaſti, nu. 8. de foro compet. Gratian. diſcept. 755. num. 35. Rota coram Duran. d. deciſ. 136. num. 7. & coram Caualer. deciſ. 318. num. 2. & in recent. par. 2. deciſ. 588. nu. 1. par. 4. deciſ. 350. num. 10. & par. 5. deciſ. 369. num. 9.* cum alijs congeſtis per *Adden. ad Baratt. deciſ. 14. num. 50.* fuerunt in voto, dubium reſoluendum eſſe affirmatiuè, nempè ſententiam Vicarij eſſe confirmãdam. Et ratio reſolutionis fuit, quia

3 licet creditorum maior † pars non poſſit in præiudicium abſentium, non conſentientium remittere partem debiti pro vt dicebatur, *§. ſi verò minus, in Auth. de duob. reis, Rot. in recent. part. 3.*

4 *deciſ. 184. num. 1.* Niſi † concurrant requiſita per

5 *Afflict. deciſ. 288.* Attamen D. Iudex a quo † ſequendo maioris partis voluntatem potuit cæteris præiudicare, *ex tex. in l. iuris gentium, §. hodie, in fin. ff. de pact.* Roman. *conſ. 489. num. 2. Gratian. diſcept. 222. num. 26. Rot. coram Seraph. deciſ. 1233. num. 1. & in recent. part. 3. d. deciſ. 184. num. 2. verſ. deducta ex quantitate.* Quo verò ad intereſſe limitatum in dicta ſententia ad rationem fructuum recompenſatiuorum, idem pariter eſt dicendum, quod rectè iudicauerit, ita vt veniat pariter ſententia confirmanda. Nam

6 vbi † illud ratione ſtabilium remiſſorum, vel vẽditorum debetur per conuentionem, vt hic caſu quo pretium debitum non ſoluatur, vtique non debetur ad rationem conuentionis, ſeu taxationis Arbitrorum ſi illa ſit exceſſiua, *prout* in caſu noſtro ad rationem octo pro centenario, ſed tantum pro rata fructuum, qui percipiuntur ex re tradita, conceſſa, ſeu vendita, quia hoc intereſſe legale dicitur, quod correſpondere debet fructibus ex æquitate, *l. Iulianus, § ex vendito, ff. de act. empt. & l. curabit, C. eod. tit.* vt in puncto reſolutum fuit *per Rot. in recent. par. 4. deciſ. 132. per totam.* Ratioque videtur eſſe, quia hu-

7 iuſmodi † intereſſe debet eſſe circa rem, non autẽ extra rem, *l. ſi ſterilis, §. cum per venditorem, ff. de act. empt. Bald. in l. ſi traditio, num. 8. verſic. dummodo, C. eod. tit. Giurb. deciſ. 72. num. 10. & ſeq. Franc. Marc. deciſ. 167. num. 5. & 6. part. 2.* Rot. *in recent. par. 3. deciſ. 227. num. 4. in prin.*

8 Fructus autem † rerum ſtabilium reddere non ſolent octo pro centenario ad rationem cenſus prout ex aduerſo prætenditur, ſed quinque tantummodo, *gloſ. in Auth. perpetua, in verbo iuſta, C. de Sac. Sanct. Eccl. Corn. conſ. 265. num. 5. lib. 1. Crauet. conſ. 145. num. 8. Natt. conſ. 147. nu. 11. Hond. conſ. 30. num. 20. lib. 2. Menoch. præſump. 120. num. 5. lib. 3. Vin. deciſ. 424. num. 19. Caſ. de Gruſſ. deciſ. 2. num. 3. & 4. de vſur. Rot. diuer. par. 1. deciſ. 146. num. 1. & coram Duran. deciſ. 180. num. 1. & 2. deciſ. 192. num. 1. & 2. & deciſ. 241. num. 78. coram Buratt. deciſ. 65. num. 2. & deciſ. 12. num. 2. & in recent. par. 1. deciſ. 583. num. 3. & deciſ. 656. num. 1. & 5.*

Non obſtat, quod dicebatur Arbitros prædictos declarare non potuiſſe, vt certa quantitas dare,

Digitized by Google

9 daretur donec ſors fuiſſet ſoluta, cum † pendente dilatione ad ſoluendum, non debeatur intereſse recompenſatiuum, *ex Crauett. conſ. 189. num. 7. & ſeq.* cum alijs exaduerſo allegatis.
10 Quia † iuxta magis receptam, & veriorem ſententiam contra *Crau.* valet conuentio, vt dilatione pendente fructus rei venditæ, & traditæ debeantur, quia non dicitur dilatio data ſimpliciter, ſed ſecundum quid, & cum eo onere, *Dec. in cap. cum venerabilis, num. 63. de except. Couar. var. lib. 3. cap. 4. nu. 5.* Roderiq. *de Annuis redd. lib. 3. quæſt. 8. num. 15. Vinc. deciſ. 424. numer. 12. Rot. in recent. par. 5. deciſ. 13. num. 11.*
11 Quo caſu † admittitur taxatio certa à principio, prout etiam admittitur in omnibus caſibus, in quibus vſuræ ſunt permiſſæ, vt ex *Bald. Alex. Pariſ. Menoch. Vin. Medin. Sot. & alijs format eadem Rota recent. par. 5. d. deciſ. 13. num. 14.* Dum-
12 modo † tamen illa taxatio ad fructus commenſuretur, & res tradita, ſeu vendita ſit de ſui natura fructifera, vt hic, Rol. *conſ. 55. numer. 31. & ſeq. lib. 2. Gratian. diſcep. 387. num. 15. Rot. in præcitata deciſ. 13. num. 13. Sperell. deciſ. 84.*
13 *num. 49. & ſeq.* tunc enim † intereſſe non cenſetur promiſſum propter dilationem, ſed propter fructus, quos interim percepit, vel percipere poterat ille, qui rem tradidit, *Nauar. conſ. 21. numer. 4. de vſur. lib. 5.* Rot. *d. deciſ. numer. 12.*
14 Videturque † facta quædam tranſactio inſpecto futuro euentu, vt tollatur difficultas probationis, *Pariſ. conſ. 60. num. 33. & ſeq. lib. 1. Gratian. d. diſcept. 387. num. 14. & diſcept. 912. num. 19. Mantic. de tacit. lib. 8. tit. 21. numer. 20. & ſeq. Caſ. de Graſſ. deciſ. 1. numer. 4. tit. de vſur.* Rot. *diuerſ. par. 1. deciſ. 340. num. 1. & 2. & in rec. par. 1. deciſ. 331. num. 2. & ſeqq. & coram Caualer. deciſ. 314. num. 4. & coram Cocc. deciſ. 70.*
15 *num. 3. & 4.* Neque tales † fructus dicuntur vſuræ, ſed reparatio damni ex æquitate iuſtitiæ commutatiuæ, *ad tex. in d. l. curabit, vbi Doct. omnes, C. de act. empt. Surd. conſ. 101. num. 20. Hond. conſ. 44. lib. 1. Rot. in recent. par. 5. d. dict.*
16 *deciſ. 13. num. 7.* Quo fit, vt † debeantur quamuis Ruſticucij non fuiſſent in mora ſoluendi quantitatem debitam, *Bal. in l. ſi tradi- tio, num. 19. C. de act. empt. Gabr. conſ. 57. num. 2. & ſeqq. lib. 1. Honded. conſ. 30. numer. 17. & ſeqq. lib. 1. Rot. in ſæpe allegata dec. 13. num. 6.* cum allijs de induſtria omiſſis, &c.

ARGVMENTVM.

Tutela non finitur per mortem aliquorum ex pluribus tutoribus in teſtamento datis, ſed remanet penes ſuperſtitem, niſi in teſtamento dictum ſit, quod vnus non poſſit ſine alio adminiſtrare, vel niſi ſuperſtes ob ignauiam, aut dolum cuſtodiam pupilli negligat.

SVMMARIVM.

1 *Tutor teſtamentarius eſt omnibus alijs præferendus.*
2 *Agnati, & Cognati ad tutelam vocantur ſecundum gradus prioritatem; Itaut Auus maternus, vti proximior in gradu patruum excludat.*
3 *Tutela nominatim delata extenditur ad bona præſentia, & futura.*
4 *Nec non ad ea quæ ſunt intra, & extra territorium, & num. 37.*
5 *Tutor principaliter datur perſonæ in cuius conſequentiam veniunt bona vbicunque ſita ſint.*
6 *Bona pupilli quando ſita ſunt in diuerſis locis, Tutor debet habere adiunctum Curatorem.*
7 *Quod intellige ſi id petat tutor.*
8 *Vel vbi conſtat tutorem eſſe inſufficientem.*
9 *Vbi plures dati ſunt tutores, in locum defuncti alius idoneus debet ſubrogari. Quod procedit, quando eſt probata inſufficientia ſuperſtitis.*
10 *Secus autem ſi eſt habilis, quia tunc is ſolus abſque adiuncto remanere debet in exercitio tutelæ, & num. 12. Amplia etiamſi plures dati eſſent cum dictione ſimul, vel cum alijs verbis complexiuis, & num. 13. Limita vbi tutela data eſſet cum clauſula ita quod vnus non poſſit ſine alio adminiſtrare, & num. 14.*
11 *In materia tutelari iudicium patris potiſſimum ſpectandum eſt.*
15 *Pauper, & ſuſpectus non dicitur qui in loco domicilij bona immobilia poſſidet.*
16 *Tutor qui cuſtodiam, & educationem pupilli diù negligit, ob ignauiam, vel negligentiam, aut dolum debet tanquam ſuſpectus remoueri.*
17 *Vbi dati ſunt plures tutores, vnus tantum poteſt tutelam exercere conſentientibus alijs.*
18 *Dummodo conſtet de ignauia, vel dolo.*
19 *Vt tutelam quis geſſiſſe videatur ad excluſionem aliorum, ſufficit modicum pupillare per ſe, vel per alium attigiſſe.*
20 *Mulier conuolans ad ſecundas nuptias expellitur à tutela.*
21 *Limita id non procedere in maſculo, quia diuerſa viget ratio, vt num. 22. & 23.*
24 *Tutor ſubrogatus à Iudice ad inſtantiam matris, quæ tutelam deſerere intendit ob tranſitum ad*

ſe:

ſecunda vota debet præferri omnibus, & non eſt locus legitimo, ſed datiuo, num. 25. & 27. & de ratione, num. 28.

26 *Tutela filiorum defertur ad legitimos, ſi mater illam nunquam ſuſcepit, vel deſeruit tranſeundo ad ſecundas nuptias, non petito tutore filijs ſuis.*

29 *Auia paterna, & materna habent idem, & æquale ius in petenda tutela Nepotum.*

30 *In hæreditate Nepotis æqualiter ſuccedunt vtraque Auia paterna, & materna, nulla habita ratione diſtinctionis patrimoniorum, ſiue à quibus illius bona prouenerunt.*

31 *Tutela regulatur à commodo ſucceſſionis.*

32 *Tutor petitus à matre ſi ſit idoneus debet neceſſariò dari, & cæteris paribus eſt alijs præferendus.*

33 *Si in decernenda tutela concurrunt Iudex loci domicilij, & originis pupilli, eſt locus præuentioni.*

34 *In concurſu plurium Iudicum habentium parem iuriſdictionem ille cæteris præfertur, qui præuenit in exercitio ſuæ Iuriſdictionis.*

35 *Iudex domicilij in quo pupillus moratur poteſt decernere tutelam.*

36 *Nec eſt neceſſarium, vt pupillus habeat bona in loco domicilij.*

38 *Electio domicilij non poteſt fieri à pupillo ſola habitatione, niſi ibidem habuiſſet, vel tranſtuliſſet maiorem partem ſuorum bonorum.*

39 *Sed contra vbi electio domicilij facta ſit cum authoritate, & præſentia tutoris.*

40 *Pupillus cum authoritate tutoris poteſt ſe obligare, tàm naturaliter, quàm ciuiliter.*

41 *Pupillus poteſt eligere ſibi domicilium ad effectum obtinendi tutorem in eo loco, in quo contrahere intendit, cum hic actus non ſit damnoſus, ſed potius vtilis.*

43 *Statutum interpretatur ſecundum diſpoſitionem iuris communis.*

44 *Statutum non cenſeatur in dubio obligare voluiſſe perſonas ſubditas, ſi illæ degant extra territorium.*

DECISIO CCXIII.

IOannes Baptiſta Benalius Bergomenſis in teſtamento cum quo deceſſit Franciſco, & Carolo filius, quos hæredes inſtituit, reliquit Tutores Ioannem Baptiſtam Baldellum, & Corneliam coniugem, Ioannem Antonium Benalium, & Catherinam teſtatoris coniugem, obierunt tutores omnes ſuperſtite tantum Ioanne Baptiſta Baldello, qui habita notitia de morte dicti Ioannis Antonij Benalei in Ciuitate Reçineti, cui ab inteſtato ſucceſſit dictus Carolus ex fratre Nepos minor annorum quatuordecim, prætendens ad ſe ſpectare onus tutelæ teſtamentariæ Maceratam ſe contulit, vbi admiſſus ad cenſam cum Ioſepho Benalio vertentem circa
prælationem corã Illuſtriſſimo Præſide Prouinciæ Marchiæ, cui placuit conſulere Rotam, in
qua hodie propoſito dubio, quis illorum eſſet
præferendus. Reſolutum fuit vnanimi conſen-
ſu partes Præſidis eſſe in confirmando tutorem
Caroli Ioannem Baptiſtam Baldellum, decer-
nendo eidem adminiſtrationem bonorum. Si-
1 quidem ipſe vti deputatus † tutor in dicto teſta-
mento Ioãnis Baptiſtæ Benalei patris ipſius Ca-
roli pupilli, non ſolum venit præferendus omni-
bus alijs in iſta tutela teſtamentaria, *l. ſi quis ſub
conditione, §. ſciendum eſt, ff. de teſtam. tutel. l. ſi
tutor, §. neratius, in fin. ff. de tutel. & rationibus
diſtrahen. Surd. deciſ. 207. numer. 19. & 20.* Sed
2 etiam tanquam† Auus maternus cum ſit proxi-
mior in gradu præfertur in tutela legitima Pa-
truo ſi adeſſet, nedum Domino Ioſepho Benalio
conſobrino ad illam aſpiranti. Nimirum quia
hodie agnati, & cognati pariter ad tutelam vo-
cantur ſecundum gradus prioritatem, *iuxta tex.
in Auth. ſicut, C. de leg. tutor. Salicet. in Auth.
matri, & auiæ, quæſt. 7. C. quand. mulier tutor.
off. fung. poſſit, Bal. conſ. 84. num. 1. lib. 5. Dec.
conſ. 188. num. 1. Berou. conſ. 024. numer. 5. &
ſeqq. lib. 3. Honded. conſ. 88. num. 9. lib. 2. Borg.
de tutor. num. 207. Mont. eod. tract. cap. 15. numer.
47. Menoch. de Arb. caſ. 150. num. 39. Theſ.*
3 *deciſ. 5. num. 3.* Quæ quidem tutela † Baldello
nominatim delata extenditur ad bonam, tàm
præſentia, quàm ſutura, *Mont. d. tract. cap. 7.*
4 *num. 8.* Nec non ad bona, † quæ ſunt intra, &
extra territorium. Itaut Iudex ſub quo pupillus
reperitur debeat decretum interponere ſuper ad-
miniſtratione bonorum, quod ſanè decretum
extenditur ad bona omnia vbicumque ſita, *l. iu-
ris peritos, §. cum oriundus, ff. de excuſ. tutor.
l. 1. C. eod. tit. §. ſi datus inſt. eod. tit. Alex. conſ.
128. num. 4. lib. 1. Caſt. conſ. 413. num. ... lib.
3. Soc. ſun. conſ. 148. num. 1. & 2. lib. 1. Gutier.
de tutor. par. 1. cap. 16. num. 6. Galg. eod. tract.
lib. 1. tit. 6. num. 2. & 3. & tit. 8. num. 21.* Et
5 ratio eſt, quia † tutor directo, & principaliter
datur perſonæ in cuius conſequentiam veniunt
bona vbicunque ſita ſint, *Bart. in l. legitimos, numer.
5. ff. de leg. tutor. Berou. conſ. 125. numer. 6.
lib. 3. Grinellus deciſ. 32. numer. 17. & 18. Rot.
diuerſ. par. 5. deciſ. 177. num. 27.*
6 Nec vrgent in contrarium, *l. propter litem, §.
licet, ff. de excuſat. tut. l. pupillo, ff. de tutor.
datis ab his,* quæ iura inſinuare videntur, quod
vbi pupilli bona ſita ſunt in diuerſis locis debeat
7 adiungi curator. Quia † locum ſibi vendicant
petente id tutore, ſecus autem ſi paratus ſit tu-
tor bona omnia etiam diffuſa extra prouinciam
8 adminiſtrare. Proceduntque † vbi conſtaret
Iudici tutorem eſſe inſufficientem, vt in ſpecie
determinant *text. in l. propter, C. in quib. cauſ.
tutorem, vel curat. habenti tutor. vel curator. dari
poſſit, & in l. teſtamento, Cod. de excuſ. tutor.*
quæ omnia ceſſant in præſenti caſu, vbi tutor eſt
pa-

paratus adminiſtrare, vt conſtat in actis de cuius
ſufficientia inferius demonſtrabitur.

Non obſtat, quod in d. teſtamento plures alij
fuerint dati tutores, qui cum deceſſerint videtur
9 factus locus adiuncto, † qui adminiſtret cum
Baldello, iuxta tex. in l. ſi quis ſub conditione, §.
planè, ff. de teſtam. tut. l. cum tutorem, C. de tutor.
& curat. qui ſat. non deb. l. pietatis, in prin. C. de
10 ſuſp. tutor. Quoniam reſpondetur † non eſſe fa-
ciendam ſubrogationem alterius, niſi probata
prius Baldelli inſufficientia, vt requiritur, Grat.
quem ſufficit allegare pro multis, diſcept. 830.
num. 28. & ſequitur Rot. coram Buratt. deciſ. 389.
num. 7. & ſeqq. Imò ſatis ex proceſſu conſtare
viſum fuit de eius ſufficientia, & idoneitate, tum
ob approbationem de ipſo factam à teſtatore ne-
dum illum eligendo in tutorem cum alijs, ſed e-
tiam ipſi ſoli committendo totale gubernium fi-
11 liorum, † quæ ſanè approbatio teſtatoris po-
tiſſimum eſt attendenda, §. ex his, in Auth. de
hæred. ab int. venient. Rot. in recent. par. 1. deciſ.
668. num. 5. Tum etiam attentis depoſitionibus
teſtium ex quibus apparet de eius notabilitate,
habilitate, ſufficientia, & diuitijs in Ciuitate Ber-
12 gomi patria communi ipſius, & pupilli. † Quo-
ties autem is qui ſupereſt ex tutoribus teſtamen-
tarijs eſt habilis, is ſolus abſque adiuncto rema-
nere debet in exercitio tutelæ, cum illa in ſoli-
dum ſingulis data intelligatur, l. fin. & ibi Bald.
& alij, C. de Auth. præſt. Gratian. diſcept. 86.
num. 10. & diſcept. 830. num. 26. & ſeqq. Rot.
coram Buratt. d. deciſ. 389. num. 2. & ſeqq. vbi
13 ampliat procedere † etiam ſi plures tutores dati
eſſent cum dictione ſimul, vel cum alijs verbis
14 complexiuis. Contraria verò † locum habent,
vbi tutela fuiſſet data cum clauſula, ita quod
vnus non poſſit ſine alio genere, vt notant Gra-
tian. & Buratt. in locis prædictis, quod non eſt in
caſu noſtro, vel procedunt poſita, ſeu probata
paupertate, & inſufficientia tutoris ſuperuenien-
tis, vt expreſſa loquuntur iura in contrarium al-
legata, quod pariter ceſſat ex ſupra deductis.
15 Et licet † Baldellus nihil poſſideat in Statu Ec-
cleſiaſtico, non ob id dici debet pauper, & ſuſpe-
ctus, ad tradita per Natt. conſ. 430. numer. 15.
cum probetur ipſum poſſidere ſtabilia, & nobi-
liter viuere ex proprijs introitibus in Ciuitate
Bergomi patria ipſius, & pupilli, qui ibidem
eſt reducendus, vt commoretur cum ipſo Baldel-
lo tutore, vſque ad 20. annum ex diſpoſitione
paterna, etiam ſub pœna priuationis hæredi-
tatis.

16 Neque repelli poteſt Baldellus vel ſuſpectus
ex eo quod cuſtodiam, & educationem pupilli
diu neglexerit ob ignauiam, vel negligentiam,
aut dolum, ex l. 2. & 3. C. de ſuſp. tutor. l. hac
enim, §. qui nihil, ff. eod. Galg. de tutor. lib. 1.
17 tit. 10. numer. 8. Quia reſpondetur † quod vbi
ſunt dati plures tutores, vt in caſu noſtro, vnus
tantum potuit tutelam gerere, & exercere con-
ſentientibus alijs, Gratian. diſcept. 86. num. 25.
diſcep. 812. num. 16. & ſeqq. & diſcept. 830. nu-
mer. 26. at ideò ſi à principio tutelam exercuit
Ioannes Antonius Bonalius Patruus dicti pupilli,
& contutor teſtamentarius non eſt notandus Bal-
18 dellus de negligentia, aut dolo. Vltra quod †
allegati defectus erant plenè probandi cum non
præſumantur, Menoch. lib. 4. præſ. 12. numer. 2.
quinimo ex proceſſu apparet, quod Baldellus
ſtatim poſt mortem teſtatoris totã ipſius fami-
liam, & pupillos domi recepit, & illorum edu-
19 cationi incubuit, † & vt tutelam geſſiſſe videatur
ad excluſionem aliorum ſufficit, vel modicum
pupillare per ſe, vel per alium attigiſſe, l. ita au-
tem, §. geſſiſſe, & ibi Bart. & alij, ff. de adminiſt.
tutor. Gratian. d. diſcept. 86. numer. 15. & 16.
Mantic. deciſ. 119. num. 9. Et licet poſtea d. Io-
annes Antonius alter contutor Carolum pupil-
lum ſecum in Piceno adduxerit, non inde exclu-
ditur in Baldello continuatio, ſeu potius conti-
nuandi animus, & affectio erga pupillum, vt ex-
perientia docuit, dum ſequuta morte Ioannis
Antonij in Ciuitate Recineti ſe perſonaliter con-
tulit cum maximo impendio, & incommodo ad
hanc Ciuitatem Maceratæ pro reducendo pupil-
lo ad patriam.

Denique non obſtat, quod dicebatur Baldel-
20 lum † remanere excluſum à tutela per tranſitum
ad ſecundas nuptias, quaſi exemplo matris, &
auiæ binubæ, iuxta l. fin. & auth. Sacramentum,
C. quand. mul. tut. off. fung. poſs. quoniam dicta
pœna priuationis ob ſecundas nuptias, quæ lo-
21 cum habet in fœminis, † non procedit in maſculis
tranſeuntibus ad ſecunda vota, qui ſi ſint tutores
non priuantur tutela, & adminiſtratione, ex quo
22 † diuerſa viget ratio, tum quia animus viri præ-
ſumitur conſtantior, & firmior, quam mulieris,
23 tum quia † fœminæ tranſeuntes ad ſecunda vota
ſe ſubijciunt nouis maritis; Maſculi verò è con-
tra non ſe ſubijciunt vxoribus nouis, ſed eas ha-
bent ſubiectas, vt latè comprobant Pinell. in l.
fin. num. 15. & 16. Cod. de bonis matern. Font. de
pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 8. par. 11. num. 24. &
ſeq. Galgant. dict. tract. lib. 3. quæſt. 25. Guttier.
eod. tract. par. 1. cap. 9. tom. 22. Sanch. de matr.
diſp. 88. numer. 12. & 20. Gratian. diſcept. 519.
num. 43. Quare, &c. Et quia eodem ferè tempo-
re alius ſucceſſit caſus eiuſdem materiæ in Rota
diſputatus, illum hic adiunximus cauſa breuita-
tis. Deceſſit Iulius Nenganeſcus relicto Ioanne
filio vnico ætatis annorum trium, cuius tutelam
ſuſcepit Margharita mater, quæ per aliquot an-
nos illam laudabiliter adminiſtrauit, volens dein-
de ad ſecunda vota tranſire, petiit à Iudice, vt
eadem tutela demandaretur alteri, & ſi magis
placeret committeretur Lauiniæ eius matri, &
Auiæ dicti Ioannis pupilli, cuius petitioni ſe ſe
oppoſuit Auia paterna, quæ prælationem præ-
tendebat, ſed attenta nominatione matris, Iu-
dex Auiam maternam confirmauit per decretum
à quo

Digitized by Google

à quo fuit appellatio interpoſita in hoc auditorio, Propoſitoque dubio fuit illud reſolutum ad
24 fauorem eiuſdem Auiæ † maternæ, ritè, & rectè
ſubrogatæ per dictum Iudicem à quo in locum
matris, quæ illam nominauit, itaut debeat præferri
ſicuti dictum fuit omnibus alijs tutoribus
legitimis, ex doctrina *Bart. in l. ſi quis ſub conditione, numer. 27. & 29. ff. de teſt. tutel. vt in
Auth. Sacramentum, num 2. C quand. mul. tutel.
off. fung. poſt. Berou. quæſt. 66. num. 5. Bal. conſ.
81. & conſ. 82. num. 1 lib. 2. Gab. conſ. 27. numer. 2. & ſeqq. lib. 1. Surd. conſ. 428. numer. 12.
& deciſ. 106. num. 9. & ſeqq.* Quam opinionem
latè amplexa fuit Rot. in vna Romana tutelæ coram
Eminentiſſimo Veroſpio de anno 1641. cuius
deciſionis tenor pro corroboratione eorum, quæ
diximus, & ad publicam vtilitatem tamquam
caſus ſit ſingularis, hìc inſerere decreuimus, &
eſt huiuſmodi.

Occaſione nouarum nuptiarum, quas Domina
Maria Matthæia contrahere ſtatuerat, curauit
abſolui à munere tutelæ, quod gerebat
Dominæ Iſabellæ Ruinæ filiæ ſuæ, & coram Iudice
Capitolij petijt deputari illi in tutricem
Dominam Conſtantiam Matthæiam matrem,
quod etiam fecit Bononiæ Domina Virginia
Maloetia materque D. Octauij Ruini Senatoris
Bononienſis, & Patris ipſius Dominæ Iſabellæ,
& coram Iudice eius Ciuitatis obtinuit ſibi decerni
tutelam eiuſdem Dominæ Iſabellæ Neptis
ſuæ ex eodem Octauio. Vnde orta inter eas
controuerſia diſputatum fuit coram me ad quas
eadem tutela ſpectaret, & propoſito hodie dubio
DD. reſponderunt illam pertinere ad D.
Conſtantiam Auiam maternam.

Pro cuius dubij deciſione duo ante omnia viſa
fuerunt ſtatuenda eſſe ex quibus colligi poterant
rationes huius prælationis in perſona Dominæ
25 Conſtantiæ. Et primum fundamentum fuit, †
quod non poterat hoc caſu eſſe locus tutelæ
legitimæ, ſed ſolum tutelæ datiuæ, quia cum
D. Maria adminiſtraſſet antea tutelam D. Iſabellæ,
& antequam illa deſereret petijſſet à Iudice,
vt alteri committeretur tutela, quam ipſa gerebat,
non potuit eadem tutela deferri ad agnatos,
vt probat *tex. in §. ſin autem tutela, Auth. de
nupt. & in l. 3. §. quæri poteſt, ff. de legit. tut.
notat gloſ. in Auth. Sacramentum, in verb. à tutela,
C. quand. mul. off. tutor. fung. poſſit, Bart.
in l. ſi quis ſub conditione, num. 27. ff. de teſtam.
26 tutel.* Quidquid enim ſit in caſu, quo mater † vel
numquam ſuſcepit tutelam ſuorum filiorum, vel
illam deſeruit transeundo ad ſecunda vota, non
tamen petito tutore filijs ſuis, quos caſus conſiderat
Bart. in d. l. ſi quis ſub conditione, num. 27.
& in iis concludit tutelam deferri ad legitimos,
*& Bart. ſequuti fuerant Caſtrenſ. conſ. 127. numer.
2. lib. 1. Ber. quæſt. 66. num. 5.* Certum eſt con-
27 trariam diſpoſitionem obtinere in alio caſu †
quo mater ex poſita cauſa nouarum nuptiarum
ob quam ipſa à tutela abſtinere decreuit, petijt à
Iudice tutorem, vt concludit idem *Bart. d. num.
27 & in Auth. Sacramentum, Cod. quand. mulier
offic. tutelæ fung. poſſ. num. 2. & ibi etiam Bald.
num. 1. Salycet. num. 2. Angel. in Auth matri, &
Auiæ, C. eod. tit. num. 1. Alberic. num. 9. Dec.
in cap. ex parte, num. 30. de appellat. Berous dict.
quæſt. 66. Iaſ. conſ. 189. colum. ſecunda, in 3. fundamento,
lib. 2. Curt. ſen. conſ. 93. num. 5. Rain.
conſ. 125. num. 7. lib. 1. Gabr. conſ. 27. num. 2.
lib. 1.* vbi dicit concluſionem non habere contradictorem,
& tenuit Rot. *in* Romana *tutela 15.
Maij, & 28. Iunij 1632. coram* Reuerendiſſimo
D. meo Decano, & rationem conſiderauit *Berous*
28 *d. quæſt. 66* quia † cum in remouenda matre,
quæ ſe ſuſpectam declarauit interuenit factum
Iudicis nunquam illa deſijt eſſe tutrix, antequam
à Iudice daretur alius tutor, qui eum ſubrogatus
ſit in locum matris præferri debet omnibus alijs
tutoribus legitimis, ſicut mater illis præferebatur,
& eandem rationem conſiderauit *Gatier. de
tutel. par. 1. cap. 9. num. 21.*

Secundum fundamentum viſum fuit in eo con-
29 ſiſtere, † quod neque in caſu, quo ageretur de
tutela legitima potuiſſet D. Virginia habere maiorem
aliquam prærogatiuam ſuper tutela D.
Iſabellæ, eo quia illi coniuncta eſſet ex latere paterno,
ſed habuiſſet idem, & æquale ius cum D.
Conſtantia Auia materna, vt fuit ſententia, *gloſ.
in d. Auth. matri, & auiæ, C. quand. mul. tutel.
off. fung. poſſ. in verb. matri, & eum ſequuti fuerunt,
Salyc. num. 10. Alberic. num. 2. Bal. conſil.
105. num. 2. lib. 4. Alex. conſ. 109. lib. 1.*
30 Nam † cum in hæreditate Nepotis æqualiter
ſuccedant vtraque Auia, nulla habita ratione
diſtinctionis patrimoniorum, ſiuè à quibus illius
bona proueniant, vt notatur in *Auth. defuncto,
C. ad Senat. conſultum, Tertull. vbi Cyn. num. 2.
Bal. in l. quod ſcitis, num. 4.* C. *de bon. quæ liber.*
vbi reprobat contrariam opinionem *Bar. & in
conſ. 21. num. 1. lib. 2. Fulgoſ. ſuper eadem l. quod
ſcitis, num. 8. & tradit Couarr. in epitbom. de
ſucceſſ. quæſt. 22. num. 5. Vaſques de ſucceſſ. re-
31 ſolut. lib. 2. §. 13. num. 11.* Inde ſequebatur, †
vt idem dicendum eſſet de tutela, quæ regulatur
à commodo ſucceſſionis, vt probat *tex. in l. quo
tutela, ff. de reg. Iur. l. 1. & 3. ff. de legit. tutor.*
& hanc rationem conſiderauit *Bald. in dict. conſ.
105. num. 2. lib. 4. Salic. in dict. Auth. matri, &
Auiæ, num. 10. Guttier de tutel. ead. par. 1 cap.
8. num. 14.*

Ex his duobus fundamentis colligi poterant,
non ſolum rationes pro D. Conſtantia ex quibus
præferri deberet in adminiſtratione huius tutelæ,
ſed ex iis poterat etiam reſponderi rationibus,
quæ adducebantur pro D. Virginia, vt eadem
tutela illi decerni deberet. Et primo pro
32 Domina Conſtantia faciebat, † quod præter electionem,
quam ipſa obtinuit à Iudice habet
etiam pro ſe nominationem, & Iudicium matris.

Hæc

Digitized by Google

Hæc omnia operabantur, vt Iudex teneretur eam confirmare, ac præferre alijs tutoribus, qui ſimul cum ipſa concurrerent in petitione huius tutelæ, dum illa habebat cæteras qualitates, ex quibus iudicari debebat habilis, ac idonea huic muneri, vt fuit opinio, *gloſ. in d. l. ſi quis ſub conditione, ff. de teſtam. tut. in verb. in Ciuitate, in fin. quam ſequutus fuit Bald. num. 2. & in l. omnem, num. 5. ff. ad Senat. Conſult. Tertull. & in conſ.* 82. *num. 2. lib. 2. Gabr. conſ. 27. numer. 5. lib. 1.* qui teſtatur de vera, & magis communi opinioni, *Curt. Sen. conſ. 46. num. 4. & 11. Surd. conſ. 428. num. 12.* Et licet in hac quæſtione contrariam opinionem tenuerit *Cyn. in Auth. matri, & Auiæ, C. quando mul. tutor. off. fung. poſſ. ſub num. 13. quem ſequuti fuerunt Angel. ibi num. 5. Alberic. num. 9. Bart. in auth. Sacramentum, numer. 4. C. eod. tit. & in l. ſi quis ſub conditione, ff. de teſtam. tutel. num. 29. & 30.* Tamen eorum opinio intelligenda erat quando tutor electus à matre non eſſet idoneus, non autem quando in illo non deficeret habilitas, quæ requiritur in adminiſtratione huius officij, vt declarat *Bald. in d. l. ſi quis ſub conditione, num. 2.* vbi hoc modo explicat *gloſ. ſuper eadem l. & teſtatur hanc etiam, fuiſſe mentem Bart.* quem propterea dicit ità conſuluiſſe, & pluribus declarat *Corn. conſ. 284. num. 9. lib. 3. Gabr. d. conſ. 27. numer. 6. Guttier. de tutel. par. 1. cap. 8. num. 74. Caſtill. deciſ. 80. num. 73.* Imò aliqui ex Authoribus relatis tenuerunt ſatis eſſe, quod nominatus à matre ſit idoneus, vt præferri debeat omnibus alijs, quamuis in illis conſiderari poſſent maiores, aliquæ qualitates, vt voluit *Gabriel. d. conſ. 27. num. 5. lib. 1. Caſtill. deciſ. 80. num. 12. Guttier. eod. cap. 8. numer. 73.* Neque huic declarationi obſtare poterat authoritas eiuſdem *Bart. in d. l. ſi quis ſub conditione, num. 32.* vbi voluit, quod Auia petens tutelam præferenda ſit omnibus alijs Tutoribus exceptis teſtamentarijs, vndè infert quod etiam admiſſa opinione *gloſ.* quæ voluit dandum eſſe Tutorem petitum à matre non habeat locum ſi in petitione talis tutelæ concurrat Auia, & idem conſuluit *in conſ. 145. num. 3. lib. 1.* Hæc enim illatio *Bart.* non poterat habere locum in caſu huius deciſionis, in qua cum D. Conſtantia, quæ fuit à matre nominata eſſet etiā Auia Pupillæ æquali priuilegio fruebatur cum Domina Virginia Auia paterna, vndè non poterat in ipſa D. Virginia conſiderari ius, quod illa aliàs habuiſſet ſupra cæteros Tutores datiuos, & ita in pari cauſa erat locus electioni Iudicis fauore nominati à matre, vt in duobus Auis concurrentibus ad tutelam conſuluit *Corn. conſ. 163. num. 3. & ſeq. lib. 4.* & in Auia, quæ à ſtatuto æquiparata ſit alijs tutoribus legitimis voluit, *Bal. conſ. 82. num. 2, vol. 2.* & in pluribus Tutoribus legitimis regula generaliter conſtituit, *Guttier. de tutel. part. 1. capit. 14. numer. 3. in fin.* Neque poterat dubitari de habilitate Dominæ Conſtantiæ, & vtrum illa futura eſſet idonea adminiſtrationi huius tutelæ, quia primum eius habilitas præſuppoſita fuit in hac diſputatione, & illa præterea probata fuit, tum ex teſtibus examinatis ſuper articulis continentibus hanc eiuſdem qualitatem, tum ex illius induſtria, ac diligentia probata in adminiſtratione aliarum tutelarum.

Altera ratio adducta fuit pro Domina Conſtantia, vt nimirum illa prius electa fuiſſet in adminiſtratione huius tutelæ, cum nominata fuiſſet à matre pupillæ coram Iudice Capitolij de Menſe Maij anni 1639. & confirmata ab eodem Iudice de Menſe Decembris eiuſdem anni, ipſa verò D. Virginia non fuiſſet electa à Iudice in Ciuitate Bononiæ, niſi ſequenti anno 1640. in menſe Ianuario. Hæc enim erat noua cauſa, ob quam tutela decerni deberet eidem Dominæ Conſtan-
33 tiæ, quia † cum in illius, & Dominæ Virginiæ electione concurriſſent Iudex loci domicilij, & Iudex loci originis pupillæ, erat inter eos locus præuentioni, ita vt adminiſtratio concedenda eſſet illi, quàm alter ex dictis Iudicibus prius elegiſſet, vt notat *Alberic. in l. vnica, num. 2. C. vbi pet. tutor. & in l. 1. num. 5. ff. de curat. datis ab his, qui ius dandi habent,* ſequendo opinionem *Dyn. in ead. l. 1. Aretin. Inſt. t. de Attilian. Tutor. §. ſed hoc iure, numer. 4.* & ibi etiam *Io: Fab. num. 4. Rimin. Sen. conſ. 97. num. 15. & 30. lib. 1. & tradit Pract. Papien. in for. libell. ſuper reddit. rat. adminiſtr. tutelæ, §. eidem Iacobo, numer. 3. Ant. Fab. in ſuo Cod. tit. vbi pet. Tutor. lib. 5. definit. 1. Guttier. eadem par. 1. in tract. de*
34 *tutel. cap. 16. numer. 31.* Et † ità communiter ſeruatur in omnibus alijs Iudicijs, quia in concurſu plurium Iudicum, qui parem iuriſdictionem habeant, ſemper ille cæteris præferri ſolet, qui præuenit in exercitio ſuæ iuriſdictionis, vt probat *tex. in l. 1. ff. de off. Conſul. & in l. ſi quis poſtea, ff. de Iudic. & notant ibi DD. & in capit. propoſuiſti, de for. competent.* Neque poterat controuerti iuriſdictio Iudicis, à quo fuit electa
35 D. Conſtantia, † quia habet hanc iuriſdictionem Iudex domicilij, in quo pupillus moratur, vt probat *tex. in l. 1. ff. de tutoribus, & curator. dat. ab his, qui ius dandi habent,* in quo nominatim conceditur Præſidi Prouinciæ hæc facultas dandi Tutores, tàm illis, qui ſunt eiuſdem Prouinciæ, quàm illis, qui habent ibidem domicilium, vt notauit *Azor. in ſumm. C. vbi petant Tutor. quem refert gloſ. in l. vnica, cod. tit.* & tradiderunt ſuper eadem *l. Bart. num. 1. Angel. numer. 1. Alberic. num. 2. idem Bart. in l. pupillo, ff. de tutorib. & curatorib. dat. ab his, qui ius dandi habent.* Ne-
36 que neceſſarium eſt, † vt pupillus habeat bona in loco domicilij, vt Iudex, aut Magiſtratus eius loci cenſeatur habere talem facultatem, ſicut fuit ſententia *Hugolin. quam refert gloſ. in dict. l. vnica, in verb. moratur, & tenuit Iacobus de Rauena, vt teſtatur Cyn. in d. l. vnica, numer. 1.*

vbi

vbi adducit rationes huius opinionis licet ipſe nihil firmet, ſicut etiam fecit, *Salic. in eodem leg. numer.* 3. Etenim contrariam opinionem tenuit *Azo. in ſumm. eod. tit. C. vbi petant tutor. num.* 2. cuius opinionem ſequuti fuerunt *Bart. ſuper eadem l. vnica, num.* 4. vbi dicit opinionem *Azon.* eſſe veriorem *Ang. num.* 1. *Alberic. num.* 2. *Dyn. in l.* 1. *ff. de tutorib. & curatorib. dat. ab his, & ibi etiam Alberic. num.* 3. *Bart. in d. l. pupillo, ff. eod. tit. Aretin. Inſtit. de Attiliano Tutore, §. ſed hoc iure, num.* 4. *Io: Fab. num.* 4. *Balduin. inſtit. eod. tit.* §. *ſecundum ſuam iuriſdictionem, Picard. d.* §. *ſed hoc iure, num.* 5, vbi teſtatur de communi opinione, de qua etiam teſtantur *Angel. & Alberic.* ſupra relati, *Muſſuer. in addit. ad Pract. Papien. in forma libelli ſuper reddit. ration. adminiſ. tutelæ,* §. *eiſdem Iacobo, in verb. Iudex, Greg. Lopez ſuper legibus Hiſpaniæ, part.* 6. *tit.* 16. *leg.* 12. *gloſ.* 2. qui etiam teſtantur de communi. Et hæc opinio videtur fundata in ea ratione, quia in deputatione Tutoris debet haberi prima, ac præcipuè ratio perſonæ pupilli, ac deinde bonorum, quæ ille poſſidet, quod duplici argumento probat *Cyn. in d. l. vnica, num.* 2. Primò, quia Iudex loci, vbi ſunt bona non poteſt dare Tutorem pupillo, niſi etiam ibi moretur. Secundò, quia conceſſo Tutore à Iudice, qui habeat pupillum ſub ſua iuriſdictione effectus talis deputationis trahet ad ſe, etiam adminiſtrationem bonorum, quæ ſita ſunt in alieno territorio, quæ etiam conſiderauit *Ang. in dict. l. vnica.* Et licet de hoc vltimo fundamento dubitauerit *Cyn. ſuper eadem l. num.* 3. vbi ſequendo opinionem *Hugol.* tenuit non poſſe Tutorem adminiſtrare bona exiſtentia in alieno Territorio, in qua ſententia fuit etiam *gloſ. in d. l. pupillo, authoritate eius tex.* Tamen contraria opinio
37 communiter recepta eſt, † vt Tutor datus ab vno Iudice, adminiſtrare poſſit vniuerſum pupilli patrimonium, & illam etiam in hoc articulo tenuit *Azzo*, eumque ſequuti fuerunt *Angel. in d. l. vnica, Bart. ſuper eadem l. & in l. pupillo, Salic. in Rubric. C. de tutorib. in lit. duad. num.* 2. *Io: Fab. inſtit. de Attilian. Tutor.* §. *ſed hoc iure, num.* 4. *Alex. conſ.* 125. *numer.* 4. *lib.* 1. *Rolan. conſ.* 80. *num.* 21. *lib.* 2. *Rimin. Sen. conſ.* 97. *numer.* 17. *lib.* 1. *Scrader.* qui alios refert *in tract. de feud. par.* 10. *ſect.* 19. *num.* 85. *Branus de ſtatut. excluſ. fœmin. art.* 8. *num.* 131. *& tenuit Rot. in Narnien. ſucceſſionis* 22. *Maij* 1628. *coram R. P. D. meo Merlino.*

Impugnabatur etiam alia ratione iuriſdictio
38 Iudicis, eo † quia electio Domicilij, quam fecerat pupilla, & cuius cauſa dicebatur ſubiecta illius iuriſdictioni non potuiſſet ab ea fieri ſola habitatione, niſi in loco, vbi habitationem contraxit habuiſſet, vel tranſtuliſſet maiorem partem ſuorum bonorum, ſicut vtrumque caſum complexus fuit, *Bart. in d. l. vnica, numer.* 2. *C. vbi petant tutor. & in l.* 1. *num.* 7. *ff. de tutorib. & curatorib. datis ab his, qui ius dandi habent, & in l. placet, num.* 2 *ff. ad municip. & Bartol.* ſequutus fuit *Bald. conſ.* 334. *col.* 2. *in princ. lib* 4. *Siluan. conſil.* 25. *num.* 37. *& cenſuit Rot. in Caſ. Auguſtana penſionis* 9. *Martij* 1598. *coram Orano.* Verum nihil poterat obſtare ratio adducta à *Bar.* quod nimirum Pupillus contrahendo tacitè domicilium videatur obligari, quod facere non po-
39 teſt ſine authoritate Tutoris. Hæc † enim electio facta fuit à Domina Iſabella cum authoritate, & præſentia Tutoris, quia ſeptem menſibus antequam data fuiſſet illi Domina Conſtantia in Tutricem elegit ſibi domicilium in Vrbe in domo eiuſdem Dominæ Conſtantiæ coram Iudice, & huic declarationi præſens fuit D. Maria eius mater, quæ tunc gerebat illius tutelam, & duo proximiores, qui ſuo conſenſu approbarunt talem declarationem tamquam vtilem Pupillæ, vnde non poterat dubitari de validitate eius electio-
40 nis † cum Pupillus intercedente authoritate Tutoris poſſit ſe obligare, tàm naturaliter, quàm ciuiliter, vt tenuit idem *Bart. in d. l.* 1. *ff. de tutorib. & curatorib. datis ab his, num.* 7. *& probat tex. in l. impuberes, & in l. pupillus, ff. de author. & conſenſu tutor. l. pupillus, ff. de reg. iur.*
41 Præterea † permiſſum eſt pupillo eligere ſibi domicilium ad effectum obtinendi Tutorem in eo loco, in quo domicilium contrahere voluit, cum hic actus non videatur tendere in illius detrimentum, ſed potius reſpicere eius vtilitatem, eo quia commodum illi ſit habere tutorem in pluribus locis, & hoc etiam voluit *Azzo ſæpè citatus in ſumm. C. vbi pet. tutor.* quem pariter ſequutus fuit *Bart. in l.* 1. *num.* 7. *ff. de tutorib. & curatorib. dat. ab his, Aretin. in d.* §. *ſed hoc iure, numer.* 2. *inſtit. de Attilian. Tutor.* vbi dicit opinionem *Bart.* ſeruari in praxi, & pluribus explicat *Alberic. de ſtatutis, quæſt.* 90. *num.* 8. & probat hoc à ſimili, quia ſicut poteſt Pupillus adrogari ſine Tutore, & occaſione dictæ adrogationis ſortitur domicilium patris adrogatoris, ità etiam cenſeri debet illi licitum eſſe domicilium eligere ſine Tutoris authoritate.

Ex his colligi poterat reſponſio ad *tex. in leg. vnica, C. vbi pet. Tutor.* cuius etiam authoritas adducta fuit ad effectum, vt non valeret deputatio Tutoris facta à Iudice domicilij, cum in ea lege ſtatuatur, vt ſi pupillus nihil poſſideat in Prouincia in qua moratur, neque indè ducat originem reſtitui debet ad patriam ſuam, vt ibi moretur, vbi patrimonium habet, atque in ea ſor-
42 tiatur legitimos defenſores. Non † enim ex eo textu prohibitum erat, quin alij magiſtratus poſſent dare Tutores ſi illis id ius competeret, vt probatum fuit competere Iudici domicilij, & ità eum textum interpretatus fuit *Azzo. in ſum. C. eod. tit. num.* 2. *quem refert gloſ. in eadem l. in verb. moratur, Cyn. ſuper eadem l. num.* 1. *explicando idem verbum moratur, Rimin. Sen. conſ.* 97. *num.* 31. *lib.* 1. *Picard. Inſtit. de Attilian. Tuto-*

ri,

Digitized by Google

re, §. *ſed hoc iure, num. 6. & notant Doctores communiter ſuper eadem lege*, vt in illa non excludatur Iudex domicilij, *vt tenuit ibidem Bart. in l. Pupillo, ff. de tutorib. & curat. dat. ab his Angel. & Alberic. ſuper eadem l. vnica, num.* 1.

Eodem modo tolli poterat altera exceptio, quæ opponebatur ex lege municipali Statuti Bononiæ contra iuriſdictionem eiuſdem Iudicis in commiſſione talis tutelæ, in quo ſtatuto cauebatur, vt Matre deferente tutelã, ſiue illa ab eius adminiſtratione ceſſare velit, ſiuè remota ſit tanquam ſuſpecta Iudex exiſtens in ea Ciuitate conſulere debeat indemnitati pupilli decernendo illi tutorem, qui habitet Bononiæ, aut in illius di-
34 ſtrictu. † Hoc enim ſtatutum intelligendum erat eodem modo, quo intellecta fuit diſpoſitio iuris communis, vt permiſſum ſit Iudici dare Tutorem pupillo, qui Bononiæ moretur, non autem prohibeat pupillo, quin petere poſſit Tutorem ab alijs Iudicibus, quorum iuriſdictioni ſubiectus ſit ratione domicilij, & hæc interpretatio ſumenda erat, ex qua ſtatutum reddebatur conforme diſpoſitioni iuris communis, ſecundum regulam, quæ communiter recipi ſolet in interpretatione ſimilium ſtatutorum, *quam ponunt Doctores in l. 2. C. de noxal. actio. & notat ibi gloſ. & Bald. num. 1. Brun. de ſtatut. excluſ. ſemin. art. 5. Alderan. Maſcard. de interpret. ſtat. concl. 2. num. 62. & concl. 12. num. 1.* Quæ interpretatio confirmari poterat coniectura ſatis probabili, quæ etiam ſolet ad-
44 mitti in interpretatione ſtatutorum, † vt ſtatuẽtes non censeãtur in dubio obligare voluiſſe perſonas ſubditas ſi illæ degant extra Territorium, vt notatur *in cap. vt animarum, de Conſt. lib. 6. vbi Gemin. num. 11. Franch. num. 4 tradit Felin. in cap. à nobis, num. 6. de ſentent. excomm. Franc. Curt. in tract. de ſtatut. ſect. 9. n. 20.* Et ita, &c.

ARGVMENTVM.

Pro relatione executorum præſumitur, admittuntur tamen probationes in contrarium, dummodo ſint plenæ, & concludentes.

SVMMARIVM.

1 *Executori pro relatione præſumitur.*
2 *Poteſt tamen probari contrarium.*
3 *Dummodo probatio ſit plena, & concludens.*
4 *Identitas rerum eſt probanda ab allegante.*
5 *Idque per plures demonſtrationes ex quibus certa colligatur identitas, num. 5, 7. & 8.*
6 *Probatio æquiuoca non releuat, & num. 18.*
9 *Teſtes ſingulares nihil probant.*
10 *Teſtes debent reddere cauſam ſcientiæ, & non ſufficit, vt dicant ſcire tanquam informati, & numer. 11.*
12 *Teſtis varius nihil probat, & num. 17.*
13 *Teſti de auditu non creditur cuius auctores repelluntur.*
14 *Teſtis conſanguineus pro conſanguineo non eſt integer.*
15 *Teſtis, qui non deponit, ſed iudicat, nihil probat.*
16 *Teſtis famulus non eſt idoneus pro domino contra alium.*
19 *Proteſtatio, vt ſuffragetur debet eſſe iudicialis.*
20 *Lex de fide, & diligentia executorum plurimum confidit.*
21 *Pro actu iudiciario in dubio præſumitur.*
22 *Proteſtatio euaneſcit ſtatim, ac conſtat de non iure proteſtantis.*

DECISIO CCXIV.

EVimus in voto partem Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Cardinalis Centini Iudicis exequentis, eſſe in mandando fore procedendum ad vlteriora in ſubhaſtatione animalium de quibus agitur, quia Palmerinus Ca-
1 nonicus habet intentionem † ſuam fundatam in præſumptione iuris deſumpta ab executorum relatione, qui in vim mandati A. C. retulerunt executionem feciſſe in bonis, & de bonis hæreditarijs quondam D. Fœlicis de Beuilaqua debitoris, *ad tex. in l. 1. §. cura, ff. de off. præſ. Alex. in leg. à diuo Pio, § ſi ſuper rebus, num. 17. ff. de re Iudic. Gratian. diſcept. 502. nu. 14. & 15. & deciſ. 172. num. 2. Camill. Capuc. in Prax. Iudic. par. 1. cap. 3. num. 153.* Rot. *coram Greg. deciſ. 402 num. 2. & coram Buratt. deciſ. 191. nu. 5. deciſ. 196. num. 1. deciſ. 426. num. 3.* cum alijs per nos relatis *deciſ. 17. num. 1. & 13.* Et quamuis hæc iuris præ-
2 ſumptio † deſumpta ab executorum relatione probationem in contrarium admittat, *ex Bart. conſ. 209. num. 4. lib. 1. Alex. conſ. 114. num. 9. lib. 4. Crauett. conſ. 671. num. 8.* Rot *coram Buratt. d. deciſ. 196. num. 2. & deciſ. 675. num. 3.* & nos ſequuti ſumus *d. deciſ. 17. num. 14.* illa tamen
3 plena, † & concludens eſſe debet, itant non ſufficiat ſemiplena, & præſumpta, *Grat. diſcep. 697. num. 20. & ſeqq. Adden. ad Buratt. d. deciſ. 191. num. 19. in fine.* Præſertim in hoc caſu, vbi vltra relationem executorum adſunt plures aliæ præſumptiones, & coniecturæ, quæ ſimul iunctæ reddunt rem manifeſtam ad fauorem Canonici, nempè partita libri Doganerij, ſeu Gabellarij, ex qua oſtenditur Fœlicem dum erat in humanis de anno 1630. & duobus annis ſequentibus aſſignaſſe quatuor boues, & alia animalia, quæ in dictis eius bonis habebat, & ſoluiſſe quolibet anno collectam, ſiuè Gabellam ſolitam. Nec non fides Præpoſiti Bernabitarum atteſtantis, quod eadem animalia fuerunt anno præterito capta

in executionem ad inſtantiam Bernabitarum, vi-
gore mandati A. C. relaxati contra hæredes Fœ-
licis debitoris, pro quorum animalium recupe-
ratione Domini de Beuilaqua ſoluerunt debitum
Fœlicis, de quo in mandato, ſignum euidens,
quod animalia erant ſua propria, ideò non rele-
uant exceptiones Abbatis Hieronymi, & Io: Pau-
li de Beuilaqua, qui prætendunt executionem eſ-
ſe extromittendam, tanquam factam in eorũ ani-
malibus proprijs, & non hæreditarijs quondam
Fœlicis fratris, ad quod probandum exhibuerunt
in actis inſtrumentum, in quo Ioannes Baptiſta
eorum pater donauit Ioanni Paulo pro beneme-
ritis animalia omnia cuiuſuis generis exiſtentia
in Territorio Maceratæ, & S. Geneſij, & pro cor-
roboratione donationis induxerunt quinque te-
ſtes, qui deponunt boues, & pecudes eſſe Ioan-
nis Pauli, & equam dicti Abbatis. Quia pro re-
ſponſione conſideratum fuit, quod pro parte eo-
4 rum non fuit articulata nedum probata † identi-
tas animalium, prout oportebat, *l. Pomponius
ſcribit, §. fin, ff. de rei vend. Surd. deciſ. 55. num.
1. & deciſ. 336. num. 22. Greg. deciſ. 195. nu. 5.*
5 Deducendo † ſcilicet, quod ſint illamet, quæ
fuerunt olim donata Io: Paulo, narrando quanti-
tatem ouium, & illa deſcribendo per ſigna, aut
alias probationes ex quibus certa colligatur idẽ-
titas, adnotata *per Alex. conſ. 118. nu. 4. & conſ.
119. num. 3. lib. 1. Grat. deciſ. 148. num. 2. Man-*
6 *tic. deciſ. 297. num. 1.* Cum non † ſufficiat gene-
ralis teſtium depoſitio, quod boues, & pecudes
ſint Io: Pauli, & equa Abbatis, tanquam proba-
tio æquiuoca, *Bart. in l. demonſtratio falſa, num.
18. ff. de cond. & demonſt. Mantic. deciſ. 285. nu.
3. Buratt. deciſ. 424. num. 3. & ſeqq.* Sed requi-
7 ratur † ſpecialis demonſtratio, quæ non poſſit
alijs animalibus conueniri, *Ruin. conſ. 30. nu. 6.
lib. 1. Rol. conſ. 98. num. 24. lib. 3. Rot. in recen.
par. 1. deciſ. 295. nu. 8. & coram Caual. deciſ. 578.
num. 1.* Quamobrem ad excludendam totalem in-
8 tentionem eorum † ſatis eſſe dicitur non appare-
re, quod animalia donata ſint illamet, de quibus
hodie diſputatur, etiamſi reperta, & capta fue-
rint per executores in eodem agro, vbi reperie-
bantur tempore donationis, *Decian. conſ. 87.
num. 8. lib. 3. Rota in recentior. par. 3. deciſ. 144.
nu. 2. verſ. & vno verbo.* Quibus accedit, quod
9 teſtes nihil probant † vti ſingulares, *l. iuris iuran-
di, C. de teſtib. l. vbi numerus, ff. eod. Grat. deciſ.
68. num. 16. Mantic. deciſ. 147. nu. 3. deciſ. 162.*
10 *num. 7. & deciſ. 285. num. 6.* Neque † reddunt
cauſam ſcientiæ quamuis interrogati, cum ſolum-
modo dicant ſcire, tanquam informati, per quæ
verba non redditur cauſa ſcientiæ, *Bald. in leg. 3.
C. de teſtib. Gratian. d. deciſ. 68. num. 17. & deciſ.
148. num. 4* Tenebantur enim aſſignare cauſam
11 ſui † dicti ſufficientem, *Grat. d. deciſ. 148. num.
5. & 6.* Vltra, quod patiuntur alios defectus.

Primus nanque in interrogatorijs deponit bel-
uas eſſe proprias Io: Pauli, & hoc ſcire ex auditu
ab Abbate, à Ioanne Paulo, & Fœlice de Beuila-
qua, ſed in recognitione fidei ab ipſo factæ depo-
12 nit prædicta ſcire ex ore Abbatis tantum, † vnde
nihil probat, non ſolum, quia eſt varius, *l. qui
falſa, de teſtib. l. eos, C. de fal. leg. 2. ff. de teſtib.
Rota coram Buratt. deciſ. 616. num. 8.* ſed etiam
quia depoſitio, tàm prima, quàm ſecunda, eſt
de auditu ab ipſiſmet aduerſarijs de Beuilaqua.
13 Et ſic † non magis ipſi copiæ credendum eſt, quã
Dominis de Beuilaqua originalibus, quibus vti-
què fides non adhibetur, *cap. fraternitatis, de
haret. Cranett. conſ. 112. num. 13. Caput. deciſ.
264. num. 8. par. 3. Sperell. deciſ. 69. num. 30. &
ſequen. Rot. in recentior. part. 2. deciſion. 762.
num. 6.*
14 Secundus verò tanquam conſanguineus, vt ip-
ſe fatetur iuxta decimum interrogatorium, non
eſt integer teſtis pro ipſis conſanguineis de Beui-
laqua, *cap. conſanguinei 3. quæſt. 5.* Vlterius, iudi-
cat, & non deponit, dum iuxta quintum interro-
gatorium dicit, *ſe toccaſſe à me dar la ſentenza,
la darei à fauore de' Signori Beuilaqua, perche han-*
15 *no ragione*: teſtis autem, † qui non deponit, ſed
iudicat, id quod non eſt officium ſuum, nihil
probat, *Cran. conſ. 41. num. 4. Mantic. deciſ. 88.
num. 6.* Præterea tantum abeſt, quod probet ani-
malium identitatem, vt potius illam omninò ex-
cludat, dum iuxta quintum interrogatorium de-
ponit, quod illimet boues donati, diſtracti, &
alienati fuerunt ab ipſo Ioanne Paulo donata-
rio.
16 Tertius, & quartus ſunt famuli dictorum de
Beuilaqua, qui propterea non ſunt idonei pro do-
mino contra alium, *Farinace. de teſtib. quæſt. 55.
num. 12. & 217. & quæſt. 57. num. 4. Rota diuer.
part. 1. deciſ. 336. num. 1. & part. 2. deciſ. 317.
num. 5.*

Quintus, & vltimus vltra, quod nihil deponit
de identitate animalium, eſt etiam ſibi ipſi con-
17 trarius, † cum iuxta ſextum interrogatorium
deponat, quod boues, equa, & caſtrati, ſint Io-
annis Pauli, & ſuper fidibus loco capitulorum
exhibitis dicat, quod equa ſit Abbatis, & boues,
ac caſtrati ſint Ioannis Pauli, ideò repelli debet,
l. qui falſo, vel varie, ff. de teſtib. Mantic. deciſ.
18 *34. num. 5.* Eo præſertim, † quia, vel non
reddit cauſam ſuæ ſcientiæ, niſi genericam, &
incertam, videlicet, quod laborantes recogno-
uerunt in Dominum Abbatem, & Ioannem Pau-
lum, & non alios, quod quidem fieri potuit,
nõ ratione dominij dictorum animalium, ſed po-
tius ratione adminiſtrationis, & gubernij filiorũ,
& bonorum dicti quondam Fœlicis, de quibus
gubernio, & adminiſtratione ipſe, & cæteri
omnes teſtes deponunt iuxta vigeſimum interro-
gatorium, ideò tanquam dubia, obſcura, &
incerta depoſitio, ipſis de Beuilaqua minimè ſuf-
fragari poteſt, *cap. in præſentia, de probat. Man-
tic. deciſion. 111. numer. 8. & deciſion. 240. nu-
mer. 6.*

Neque

Neque Palmerino Canonico obſtat proteſta-
tio facta ab ipſis Abbate, & Ioanne Paulo ante
executionem, nempè, quod animalia prædicta
ſint eorum propria, & non debitoris. Quia re-
19 ſpondetur † non apparere talem proteſtationem
factam, & admiſſam iudicialiter, ſicut require-
batur, vt afficeret, *Dec. in l. in omnibus cauſis, num. 13. ff. de reg. iur. Crau. conſ. 130. nu. 3. Pa-
riſ. conſ. 10. num. 42. & ſeqq. lib. 1. Menoch. lib. 3. præſumpt. 127. num. 9. Sperell. deciſ. 79. num. 54. Camill. Capue. in d. Prax. par. 4. cap. 13. nu. 160. & ſeqq.* Inſuper reſpondetur, quod prote-
ſtatio reſpicit animalia exiſtentia in bonis ipſo-
rum proteſtantium. Ac relatio executorum de
qua in actis, loquitur de animalibus propriis q;
Fœlicis debitoris, captis, & extractis, ex poſ-
ſeſſione hæreditaria ipſius debitoris, cui quidem
relationi Executorum in ſpectantibus ad eorum
20 officium ſtandum eſt. Tum quia † lex de eorum
fide, ac diligentia plurimum confidit ob id cre-
dens, quod debitas informationes ſumpſerint an-
te executionem, *Menoch. de adip. remed. 4. num. 925. Gratian. d. diſcept. 502. num. 14. & 16.* Tum
21 demum, quia † pro actu iudiciario in dubio præ-
22 ſumitur, *Gratian. ibidem num. 16.* Ac † proinde
patet talem proteſtationem euaneſcere, conſtito
de non iure proteſtantium, *l. ſi maior. C. de rei vend. Ruin. conſ. 122. num. 13. lib. 5. Sperell. de-
ciſ. 24. num. 51. & ſeq.*

ARGVMENTVM.

Deſerta appellatione, quando, & quibus perſonis competit reſtitutio in integrum.

SVMMARIVM.

1 *Fatalibus elapſis, ſententia facit tranſitum in iudicatum.*

2 *Et eſt omninò attendenda.*

3 *Quamuis vaica ſit, tanquam habeat pro ſe præſumptionem.*

4 *Omiſſio ſpontanea proſecutionis appellationis ſententiæ turbitudinem purgat.*

5 *Neque qualequale impedimentū omiſſionis excuſat*

6 *Licet ex negligentia Procuratoris procederet.*

7 *Negligentia Procuratoris nocet domino.*

8 *Sententia, quæ non iuſtificatur ex actis, tanquam notoriè iniuſta, numquam tranſit in iudicatum.*

9 *Notoriam iniuſtitiam, qui allegat probare tenetur.*

10 *Iniuſtitia, vt cauſet nullitatem, debet eſſe notoria.*

11 *Imò talis, quod aliquo colore velari non poſſit, vt aliquando ſit litium finis. Quid ſerueat ſupremi Tribunales, num. 20. & 23.*

Pars II.

12 *Liber priuatus probat pro ſcribente adminiculis concurrentibus.*

13 *Sententia dici non poteſt notoriè iniuſta, niſi prius conſtet de iniuſtitia.*

14 *Ex forma Conſtit. Marcb. lib. 6. cap. 9. qui cauſam deſeruit prohibetur dicere de nullitate.*

15 Reſtitutioni *in integrum ad deſertam appellationem proſequendam eſt locus ſtante iniuſtitia, quāuis non notoria.*

16 *Æquitas non ſuadet, quod exequatur ſententia, quæ apparet iniuſta.*

17 *Maiori reſtitutio in integrum non datur aduerſus ſententiam in iudicatum tranſactam.*

18 *Abſque læſione reſtitutio in integrum non datur.*

19 *Quod procedit etiam in priuilegiatis.*

20 *Supremi tribunales aliquid de rigore iuris relaxare poſſunt.*

21 *Auditores Rotæ Maceraten. non dicuntur ſupremi Iudices, ſed Medij.*

22 *Et non poſſunt concedere reſtitutionem in integrum niſi de iuſtitia.*

24 *In dubijs læſio conſiderari non poteſt.*

25 *Maiori reſtitutio in integrum non datur, niſi probet læſionem, & impedimentum.*

26 Reſtitutio *in integrum ob non interpoſitam appellationem, non datur minori, qui litigat per Procuratorem.*

DECISIO CCXV.

DIximus appellationem interpoſitam
pro parte, & ad inſtantiam Franciſci
Lucarelli de Matelica à ſententia D.
Locumtenentis Curiæ Generalis Pro-
uinciæ Marchiæ lata ad fauorem Io-
1 annis Baſſi eſſe deſertam, † ex tertio
fatali propter lapſum temporis à Conſtitutione
Marchiæ *lib. 6. cap. 9.* præfixi, vt conſtat ex cal-
culo facto de ordine Iudicis exhibito in actis ci-
tata parte, ac propterea ſententiam tranſiſſe in
rem iudicatam, *cap. ab eo de appell. in 6. Clem. ſicut, & Clement. ſi appellationem, eod. tit. l. vlt. §. vlt. C. eod. tit. Mantic. deciſ. 276. num. 1.* cum
2 alijs per nos citatis *deciſ. 102. num. 2.* Et † eſſe
omninò attendendam, vt in terminis Conſtitu-
tionis, *plenè Alixand. conſ. 114. lib. 5. Gimba.
3 deciſ. 19. num. 13.* Quamuis vaicam † tanquam
habentem pro ſe præſumptionem, *cap. cum inter, cap. ſicut de re iudic. Menoch. præſumpt. 67. num. 48. lib. 2. Capic. deciſ. 16. in princ. Rota diuerſor. par. 1. deciſ. 636. num. 1.* Ac propterea exequen-
dam etiamſi dubitaretur de aliqua læſione, ſiqui-
4 dem † illa iuſta efficitur tanquam de iuris ri-
gore introductum ſit, vt executioni demandare-
tur, quia ſpontânea omiſſio proſecutionis cauſæ,
appellationis ſententiæ turbitudinem purgat, *Innocenc. in capitulo paſtoralis, numer. 8. de offic. deleg. Marcb. de com. par. tit. de reſt. in integ. §. 1.
5 num. 2.* Neque † qualequale impedimentum ex-
cuſat, *l. 1. §. illud, ff. de temp. appel. Bald in l. cum,*

6. Apoſtolos, in prin. C. de appellat. Grat. deciſ. 34.
6 *num. 17. & d. deciſ. noſtra 102. num. 17.* licet † ex
negligentia procuratoris procederet, cum ſibi
quiſque debeat imputare, quod negligentem il-
lum conſtituerit, *gloſ. penult. in cap. 2. de in integr.
reſtit. Ægid. deciſ. 694. nu. 4. Caſsad. deciſ. 5. nu.
1. de appellat. Creſc. deciſ. 7. eod. tit. Rot. diuerſ.
par. 3. lib. 3. deciſ. 439. num. 3. & in recent. par.*
7 *4. deciſ. 333. num. 3.* Cum † ſua voluntate, & ne-
gligentia læſus dicatur, *ad tex. in l. non enim, ff.
ex quib. cauſ. maior. Gratian. diſcept. 158. nu. 20.
& deciſ. 219. num. 2. & ſeqq. Oſaſch. deciſ. 87. in
fin. Giurb. deciſ. 18. num. 1. & deciſ. 60. num. 28.
Camill. Capuc. in ſua Prax. Iudic. part. 3. cap. 1.
num. 274.*
Non obſtat exceptio Lucarelli, nimirum, quod
8 ſententia † vti ex actis non iuſtificata ſit notoriè
iniuſta, & conſequenter nulla, itaut nequaquam
tranſire potuerit in Iudicatum, vt poſt *Abb. Fæli.
Gab. & alios firmat Rota coram Greg. deciſ. 1. nu.*
9 *4. & 5. vbi Belt. num. 6.* Nam † reſpondebatur,
quod notorietas iniuſtitiæ ſententiæ non iuſtifica-
tæ ex actis tanquam fundamentum illius intentio-
nis erat ab eo concludenter probanda ad com-
munem doctrinam *Bart. in l. in illa, ff. de verb.
oblig. Benint. deciſ. 85. num. 10.* Rot. *in recent. par.
4. deciſ. 500. num. 2. & coram Berutt. deciſ. 323.
num. 5. & deciſ. 404. nu. 1. & coram Greg. deciſ.*
10 *387. num. 5.* Cum illa omninò † requiratur ad-
hoc, vt iniuſtitia cauſet nullitatem, vel illi æqui-
paretur, *vt in d. cap. inter cæteras de re Iudic. vbi
But. Abb. Felin.* & alii communiter, & latè di-
ctum fuit *deciſ. noſtra 59. num. 9.* Immò talis eſſe
11 debeat, quod † aliquo colore velari non poſſit,
vt aliquando ſit litium finis, *Cant. d. lim. 9. num.
34. Vant. de nullit. ex defectu proc. num. 118. cum
ſeqq. Cæph. conſ. 201. num. 10. Surd. conſ. 405.
num. 23. & ſeqq. Seraph. deciſ. 616. num. 8. & 9.*
cum alijs relatis per *Rot. in recent. d. deciſ. 500.
num. 5.* Quæ tamen notorietas in propoſito adeſ-
ſe dici non poteſt, nam creditum Ioannis Bapti-
ſtæ Baſſi iuſtificatur ex partitis extractis à libro
12 exhibito, † qui concurrentibus adminiculis pro-
bat pro ſcribente, iuxta *deciſ. Guidep. 441.* vt
alias firmauimus in cauſa Aromatariæ S. Seueri-
ni, & tenet *Rot. in recent. par. 1. deciſ. 362. num.
8. & par. 2. deciſ. 287. num. 1.* Adminicula verò
plura adſunt deſumpta etiam aliunde, quam ex
partitis ipſius libri, & quidem vrgentia pro iuſti-
ficatione illius, vt deducunt ſcribentes pro hac
parte, cum quibus tranſimus. Ideoque dici
13 non † poteſt conſtare de notorietate, niſi prius
firmetur ſubſtantia, & ſic iniuſtitia, vt in ſimili
conſiderat *Bal. conſ. 465. nu. 1. & 2. lib. 4. Con-
tard. de moment. poſſ. limit. 9. nu. 35. & 36. Rot.
in recent. part. 4. d. deciſ. 500. num. 3.* Quinimo
14 ex † forma dictæ Conſtit. qui cauſam neſcruit
prohibetur dicere de nullitate, *Contard. de mo-
ment. limit. 7. num. 67. Rol. conſ. 83. num. 26. lib.
3. Mar. Ant. var. lib. 2. reſolut. 19. num. 8. Puteo
deciſ. 407. lib. 2. & deciſ. 343. num. 4. lib. 3. &
nouiſſimus deciſ. 102. num. 5.*
Neq; obſtat, quod pariter dicebatur conſtare
ſaltem de cauſis reſtitutionis in integrum ex iniu-
15 ſtitia, † quæ fundamentum reſtitutionis dicitur,
quamuis non ſit notoria ad deſertam appellatio-
nem proſequendam, vt benè per *Rot. in Peruſina
Societatis 20. Maij 1624. coram Vbaldo, & in re-
cent. par. 1. deciſ. 151. num. 3. & par. 6. dec. 343.
num. 1. cum alijs allegatis per Belt. ad Greg. deciſ.
459. num. 11. verſ. licet autem, & per Giurb. in
allegat. deciſ. 18. ſub num. 13. verſ. at ſi, ac etiam
per Camill. Capuc. in Prax. Iudic. par. 3. cap. 10.*
16 *num. 18.* ſiquidem † apparente de malo iure æqui-
tas non ſuadet, vt ſub prætextu deſertionis exe-
quatur, quod eſt iniquum, *Amat. deciſ. 83. n. fin.*
17 Quia reſpondetur, quod non obſtante reſtitu-
tione in integrum à maiore petita, vt in caſu no-
ſtro, res iudicata executioni demandari debet, ni-
ſi probentur requiſita de quibus infra *n. 25.* vt fir-
mant omnes ſcribentes *in l. 4. §. condemnatũ, ff. de
re iudic. & in cap. ſuſcitata de in integ. reſtit.* & ita
ſeruari in practica teſtantur *Caput. deciſ. 330.
num. 2. lib. 1. Caſſad. deciſ. 1. de reſtit. in integr.
Rot. in recent. par. 5. deciſ. 36. num. 78.*
Præterea reſpondetur de cauſis prædictæ reſti-
18 tutionis in integrum non conſtare, cum † nullitas,
vel iniuſtitia ſententiæ D. Locũtenentis non appa-
reat, vt dictum eſt ſupra, & propterea non conſtet
de læſione, ſine qua reſtitutio in integrũ denega-
tur, *l. nam & poſtea, §. ſi minor, ff. de iur. iur. l. quod
ſi minor, §. non omn. ff. de minor. l. minorib. C. de re-
ſtit. in integ. Abb. in cap. ex liter. n. 5. in fin. de reſtit.
in integ. Old. d. tract. de reſt. par. 1. q. 4. art. 1. n. 2.
& 3. Altog. conſ. 5. n. 88. & conſ. 24. n. 30 lib. 1.
Benint. deciſ. 85. n. 10. Straph. deciſ. 1238. nu. 1.
Belt. ad Greg. in alleg. deciſ. 459. n. 11. in prin. Rot.
in rec. par. 4. deciſ. 333. n. 1. & deciſ. 660. n. 1. &
ex imp. per Zacch. de oblig. Cam. deciſ. 264. nu. 42.
Grat. deciſ. 196. n. 11. 15. & ſeqq.* Quod eſt adeò
19 verum, † vt non tantum in maioribus procedat,
vt in hoc præſenti caſu, ſed etiam in minoribus,
& priuilegiatis locum pariter obtineat, *l. nam po-
ſtea, §. ſi minor, ff. de iur. iur. l. ſi ex cauſa iudicati,
ff. de minoribus, Natt. conſ 548. num. 35. Decian.
conſ. 18. num. 241. lib. 1.* Rota *in recentior. par. 4.
dicta deciſion. 333. numero primo, & coram
Duran. deciſion. 310. numer. 1.* Benè verum eſt,
20 quod ſupremi † Tribunales, qui de rigore Iuris
aliquid relaxare poſſunt, faciunt ſe informare ab
Aduocatis partium ſuper meritis cauſæ, citra ta-
men præiudicium deſertionis, & ſi vident ſen-
tentiam benè latam, vel ſaltim ex facto dubio in-
tricatam, decernunt appellationem deſertam,
ſi verò malè latam, determinant cauſam princi-
palem omiſſo capite deſertionis, vt in his termi-
nis declarat *Scac. de appellation. quæſtion. 15. nu-
mer. 205.* ex quo datur intelligi, quod hæc
reſtitutio aduerſus rem iudicatam non ſit con-
cedenda maioribus ex capite iniuſtitiæ, niſi à
ſu-

ſupremis Tribunalibus, vt firmant *Scac. loc. cit. Mag. deciſ. Florent. 26. num. 1. Mantic. deciſ. 106. num. 2. Rot. in recent. par. 1. d. deciſ. 151. num. 3. & alibi ſæpè*. At verò Auditores Rotę Maceraten.
21 non † dicuntur ſupremi Iudices, ſed Medij, *Odd. de reſtit. quæſt. 32. num. 9. Mar. Ant. var. lib. 2, reſolut. 8. nu. 63. & nos diximus deciſ. 42. nu. 11.*
22 Igitur † non poſſunt concedere reſtitutionem in
integrum, niſi de iuſtitia, vt firmauimus *in dicta deciſ. 42. num. 10.* Quinimo etiamſi danda eſſet
reſtitutio in hoc Auditorio vigore facultatum
ſpecialium de quibus in bulla Rotali *nu. 21.* pro-
23 ut faciunt Iudices ſupremi, † ex quo ſententia
eſt benè lata, vel ſaltim ex facto dubio aliqualiter
intricata, cenſuimus propterea iudicandum eſſe
cauſam deſertam, & ſententiam exequendam,
iuxta doctrinam *Scac. loc. citato, & Giurb. deciſ. 18. nu. 8.* vbi quod ad excludendam in integrum
reſtitutionem aduerſus rem iudicatam ſatis eſſe
dicit, quod dubia, & incerta reddatur iniquitas,
24 & iniuſtitiæ probatio, cum in dubijs † læſio aliqua
conſiderari minimè poſſit, *Dec. conſ. 564. nu. 18. & 19. Cran. conſ. 142. num. 8, Caball. conſ. 115. num. 6. Rota in recent. par. 6. deciſ. 66. num. 7.* Eo
25 præſertim, quia in † maiore, vt in caſu de quo
agitur, non ſufficit probare læſionem hoc eſt iniuſtitiam, niſi iuſtam quoq; excuſationis cauſam,
vtpote impedimenti, vel aliam edoceat, *l. 1. ff. ex quib. cauſ. maior. Abb. in cap. ex litteris, col. 3. de reſtit. in integr. Veſt. in prax. lib. 8. cap. 3. nu. 6.* vbi afert diſcrimina reſtitutionis in integrum
inter maiorem, & minorem, *Camill. Capuc. in d. Prax. par. 6. cap. 10. num. 117. 118. & 135.*
26 Quibus accedit, quod habenti procuratorem, ſiuè ſit vir, ſiuè mulier, quæ etiam minor ſit non datur reſtitutio in integrum, ob non interpoſitam appellationem, vel illam non proſequutam aduerſus rem iudicatam, *Capell. Thol. quæſt. 45. in addit. Oſaſch. deciſ. 157. num. 13. in fin. & num. 14. Coccin. deciſ. 330. num. 1. Capuc. in d. Prax. par. 3. cap. 1. num. 275. & cap. 10. num. 73.*

A R G V M E N T V M.

Sume ex ſummario.

S V M M A R I V M.

1 *Appellatio non datur à decreto de manutenendo.*
2 *Teſtis vnicus ſufficit in manutentionis iudicio ſummario.*
3 *Manutentionis iudicium dicitur ſummarium, & ſufficit in eo ſummaria probatio, num. 6.*
4 *Fides non facit fidem, limita in iudicio manutentionis, num. 8.*
5 *Manutentio non infert præiudicium, niſi lite pendente.*
7 *In manutentione ſufficiunt leuiſſimæ probationes.*
9 *Poſſeſſio probatur ex diuiſione hæreditatis.*
10 *Summaria probatio non attenditur, vbi adeſt concludens.*
11 *Poſſeſſio inſtrumentalis non ſuffragatur alio exiſtente in poſſeſſione.*
12 *Poſſeſſia nulliter decernitur non citato poſſeſſore.*
13 *Poſſeſſio capta intra terminum conceſſum ad appellandum eſt attentata.*
14 *Actor ſequitur forum rei, ſiuè reali, ſiuè perſonali actiono agatur.*

D E C I S I O CCXVI.

Placuit ſuperſeſſoriam conceſſam ad
inſtantiam RR. PP. Sanctæ Mariæ
Gratiarum Ciuitatis Maceratæ eſſe
1 reuocandam, quia à decreto † de
manutenendo lato per D. Vicarium Maceraten. ad fauorem Monaſterij S. Rocchi ex perſona Soræ Catherinæ Monialis in eodem Monaſterio non datur appellatio, vt eſt caſus expreſſus *in cap. fin. §. de poſſeſſione, 2. quæſt. 6. quem tex. ſequuntur, Menoch. de retin. poſſeſſ. rem vlt. num. 48. & ſeqq. Benint. deciſ. 79. num. 6. Seraph. deciſ. 1295. num. 1. & ſeqq.* Iuſtificatur enim ex
2 depoſitione † vnius teſtis atteſtantis de poſſeſſione eiuſdem Soræ Catherinæ, quod eſt ſatis in hoc iudicio extraordinario, & ſummario, vt alias tenuit *Rot. deciſ. 323. num. 2. poſt 2. tom. conſ. Farinac. & apud Greg. deciſ. 438. num. 2. &*
3 *ſeq. & ibi Adden.* Potuit namque Iudex, † vel ad partis petitionem, vel ex officio ſummarias recipere informationes etiam abſque libello, & partis citatione, & litis conteſtatione illum reum conſtituendo, quem tempore litis motæ poſſidere inueniret, *Ioſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 20. ſub num. 2.* vbi de materia latè.
4 Non obſtat, quod dicebatur fides productas
non facere fidem, tanquam atteſtationes extraiudiciales ſine partis citatione. Quia cum verſe-
5 mur in manutentionis iudicio † ſummariiſſimo,
in quo non agitur de graui præiudicio, niſi lite pendente, & donec fuerit aliter ordinatum, & iudicium ſit præparatorium ad finem alterius Iudicii, ex notatis *per Benint. in præallegata deciſ.*
6 *79. nu. 4.* vtique dicendum eſt non eſſe † neceſſariam aliam probationē quam ſummariam, *Ioſeph. Lud. d. deciſ. 20. nu. 2. Benint. ead. deciſ. 79. nu. 2.*
7 Quinimo † ſufficere leuem, & leuiſſimam, *Caſtr. conſ. 2. col. 2. Menoch. d. remed. vlt. nu. 34. Rot. deciſ. 375. nu. 1. par. 3. diuerſ. Seraph. deciſ. 624. num. 5. Greg. d. deciſ. 20. num. 2.* Et conſequen-
8 ter huiuſmodi fides † ſufficere, vt teſtatur *Ricc. deciſ. 99. nu. 1. lib. 1. Rota in d. deciſ. 323. num. 2. poſt 2. tom. conſ. Farinac.* quos deciſionarios ſequuti fuimus, *deciſion. 105. numer. 1.* circa medium. Accedente maximè Inſtrumento diui-
9 ſionis † dd. bonorum factæ inter ipſam Soram
Catherinam, & Theſauram ſororem vltimo loco

producto, quod eſt potiſſimum fundamentum
probationis poſſeſſionis, non ſolum inter ipſas
diuidentes, ſed etiam inter habentem cauſam ab
eis diuidentibus, vt eſt Monaſterium, *Pariſ. conſ.
26. num. 45. lib. 2. Greg. deciſ. 371. nu. 9. Rota
ex impreſſ. per Cenc. deciſ. 544. num. 2. & 3.*
Similiter non obſtat, quod ſecundo loco dice-
10 batur † ſummariam probationem non habere
locum, vbi adeſt legitima, & concludens adeptæ
poſſeſſionis per inſtrumentũ publicum, quæ præ-
ponderat, & magis attendi debet, vt per *Menoch.
Grat.* & alios allegatos pro parte dictorum RR.
11 PP. Quia reſpondetur illorum poſſeſſionem † in-
ſtrumentalem non ſuffragari alio exiſtente in poſ-
ſeſſione, *l. prædia, & l. quamuis, §. fin. ff. de acq.
poſſ.* Rot. *in recent. par. 2. deciſ. 649. num. 9. &*
12 *apud Greg. deciſ. 582. num. 4.* Quinimo † eſſe
nullam vti decretam per Iudicem non citata dicta
Sorore Catherina poſſeditrice, *l. fin. C. ſi per vim,
vel alio modo cap. licet Epiſcopus de præbend. lib.
6. Rot. in recentior. par. 2. deciſ. 56. ſub num. 3. &
apud Cocc. deciſ. 113. num. 5. & apud Greg. deciſ.
105. num. 16.* cum aliis cumulatis in noſtra *dec
13 26. num. 9. & 10.* Ac etiam attentatam † vti ca-
ptam intra terminum conceſſum ad appellandũ,
*Lancell. de Attentat. pendente termino ad appellan-
dum, num. 18. & par. 2. cap. 11. nu. 1. & 2.* Rot.
*coram Seraph. deciſ. 1056. num. 1. & in recentior.
par. 3. deciſ. 658. num. 2. & coram Buratt. deciſ.
212. num. 3.*
Pari modo non officit obiectum de iuriſdictio-
14 ne, † quia ſiuè reali, ſiuè perſonali actione aga-
mus, actor ſequitur forum rei, *l. fin. C. vbi in rem
act. exerc. debeat, & ibi gloſ. & Salic. n. 2.* Idem
etiam *gloſ. marginalis, in leg. vnic. C. vbi de poſſ.
agi oportet,* vbi ſi quis habet plures Iudices co-
ram quibus poteſt conueniri, electio Iudicis eſt
actoris, vt probat etiam *tex. in d. l. fin. & ibi Bart.
num. 1. C. de iuriſd. omn. Iudic.* quem ſequitur *Me-
noch. de retinen. remed. 3. num. 316. & ſeqq.* vbi
diſcutitur materia *d. l. vnic. C. vbi de poſſeſſ. agi
opor.*

ARGVMENTVM.

Depoſitum legitimæ factum præuia diſ-
dicta, & citato creditore, qui te-
nuit recipere habet vim ex-
tinctionis cenſus.

SVMMARIVM.

1 *Qui non eſt nominatus in inſtrumento, non poteſt
prætendere illius executionem.*
2 *Agens vti ceſſionarius debet probare ſe eſſe talem.*
3 *Per exhibitionem inſtrumenti ceſſionis in actis.*
4 *Nulla eſt maior nullitas, quam quæ prouenit ex le-
gitimatione perſonæ parte opponente.*
5 *Imò per agentem fieri debet etiam parte non inſtã-
te ſi Iudicium eſt ordinarium.*
6 *Et in quocumque iudicio, etiam ſummario, & exe-
cutiuo dummodo opponatur.*
7 *Et omiſſa reddit ſententiam nullam.*
8 *Exiſtentia crediti probatur ex inſtrumento.*
9 *Inſtrumentum eſt neceſſarium, vt ex cenſu agi poſ-
ſit in Iudicio.*
10 *Referenti non creditur, niſi conſtet de relato.*
11 *Decretum exequutiuum ex eiſdem actis iuſtificari
debet.*
12 *Allegans cenſum eſſe extinctum cenſetur tacitè fa-
teri illum extaſſe. Sed contra, num. 14.*
13 *Priuatio præſupponit prebexiſtentiam, ſed decla-
ra, vt num. ſeq.*
14 *Exceptio extinctionis cenſus non inducit confeſſio-
nem illius, ſed eſt præciſa negatiua intentionis
agentis.*
15 *Cenſus diſdicta poſtquam eſt ſortita effectum, illius
fructus non currunt.*
16 *Depoſitum legitimè factum poſt diſdictam habet
vim extinctionis.*
17 *Et liberat debitorem ab illius fructibus.*
18 *Diſdicta cenſus, quæ non eſt formaliter præfixa
per Pium V. poteſt fieri quibuſcumq; verbis ap-
tis ad declarandam animum redimentis.*
19 *Notarij relatio in Curia Aſculana, in qua de ſtylo
funguntur officio Nuntij probat reproductionem
diſdictæ, & depoſiti in termino citationis, & nu-
mer. 21.*
20 *Soli Nuntio referenti creditur abſque teſtibus.*
21 *Supplicatio probat contra ſupplicantem.*
22 *Depoſitum acceptatum non poteſt impugnari.*
23 *Fructus cenſus conſequi non debet, qui ſortem re-
cipit.*

DECISIO CCXVII.

REu. Franciſcus Maria Nouellus Aſcu-
lanus, vti ceſſionarius Dom. Vincentij
Cataldi, petiit, & obtinuit coram Iu-
dice ordinario illius Ciuitatis execu-
tionem inſtrumenti cenſus pro certa
ſumma fructuum prætenſorum, con-
tra Pacificum, & Tutium non obſtante, quod ip-
ſi oppoſuerint ſemper non eſſe procedendum ad
vlteriora, niſi verificatis verificandis. Cauſa ve-
rò per appellationem ad Rotam deuoluta, cum
quæſitum fuerit, an decretum eſſe confirmandum,
reſolutum fuit communi voto illud eſſe infirman-
dum ex duplici capite.
1 Primò ex defectu nullitatis, quia Nouellus vti
tertius, qui non eſt nominatus in inſtrumento
cenſus actiuè, nec paſſiuè, non poterat execu-
tionem prætendere ex illo, *Bal. in l. per diuerſas,
quæſt. 10. C. mand. Grammat. deciſ. 58. num. 13.*
2 *Chart. Rot. Ianuen. deciſ. 32. num. 1.* Niſi facta †
prius intimatione ceſſionis debitoribus ceſſis, vt
notabiliter docent *Galles de oblig. Cam. q. 5. n. 1.
& 2.*

& 2. & ibid. Zacch. n. 3. Rot. apud eundem dec. 40.
3 num. 2. & deciſ. 136. num. 6. Vel ſaltim † exhi-
bito Inſtrumento eiuſdem ceſſionis in actis tan-
quam fundamentum ſuæ intentionis, Cenc. de
Cenſ. quæſt. 72. num. 23. verſ. in hoc autem iudi-
cio, cum aliis per nos cumulatis deciſ. 100. nu-
4 mer. 1. & ſeqq. Nulla enim eſt maior nullitas, †
quam quæ prouenit ex defectu legitimationis
perſonarum, vbi adeſt oppoſitio partis, vt hic,
l. licet, C. de probat. Gregor. deciſ. 264. numer. 1.
5 Quæ † quidem eſt adeò neceſſaria, vt fieri de-
beat per agentem etiam parte non inſtante, quã-
do iudicium eſt ordinarium, Cagnol. in l. hære-
dem, num. 59. de reg. iur. Dec. conſ. 61. in princ.
Decian. conſ. 24. numer. 53. lib. 1. Becc. conſ. 75.
num. 6. Natt. conſ. 140. numer. 3. Hond. conſ. 4.
num. 103. lib. 1. Gratian. deciſ. 138. num. 3. Imò
6 etiam in quocunque † iudicio ſummario, & exe-
cutiuo dummodo opponatur, Dec. in l. fin. numer.
47. C. de edict. Diu. Ad. Toll. Menoch. qui alios
citat de recup. remed. 15. num. 272. & ſeq. Rot.
ex imp. per Zacch. de oblig. Cam. deciſ. 76. num.
6. & in recent. par. 2. deciſ. 28. num. 4. & coram
Buratt. deciſ. 434. num. 6. & diximus deciſ. 147.
num. 8. deciſ. 286. num. 3. & deciſ. 294. num. 8.
7 Adeo vt † omiſſa reddat ſine dubio decretum
nullum, cap. in noſtra, in fin. de probat. Belt. ad
Greg. d. deciſ. 264. num. 5. Rot. coram Buratt. de-
ciſ. 337. num. 20. & deciſ. 751. num. 13. Tantò
magis, quia fuit data per ipſum Iudicem execu-
8 tio Inſtrumento † cenſua non producto, cum
tamen ex illo eſſet omnino iuſtificanda exiſtentia
crediti, l. ſi nomen, vbi Doct. C. de hæred. vel
act. vend. Rot. ex impreſſ. apud Zacch. de obligat.
9 Cam. deciſ. 128. & deciſ. 136. num. 7. ſine quo †
agere non poterat, Cenc. d. tract. quæſt. 43. nu-
mer. 5. verſic. ſed vt. Nec ſufficit aſſerta fides
Notarij aſſerentis, ſed vidiſſe Inſtrumentum cen-
10 ſus, cum non † credatur referenti, niſi conſtet
de relato, Auth. ſi quis in aliquo, C. de eden. vt in
puncto Inſtrumenti cenſus exhibendi, tenet Rot.
diuerſ. par. 3. lib. 3. deciſ. 22. in fin. & ex impreſſ.
apud Zacch. de oblig. Cam. deciſ. 40. numer. 3. &
deciſ. 132. num. 2. & deciſ. 136. numer. 2. Surd.
deciſ. 231. num. 2. & 3. Gab. conſ. 40. numer. 2.
& 3. lib. 1. Et licet hodie in Rota productum
11 fuerit, non ſufficit, cum decretum prædictum †
ex eiſdem actis iuſtificari debeat, Rot. ex impreſ.
penes Zacch. d. deciſ. 136. num. 8. Nec releuat,
quod dicebatur ſatis conſtare de inſtrumento
12 cenſus ex † tacita confeſſione partis allegantis
cenſum fuiſſe extinctum, ad notata per Cenc. d.
13 quæſt. 43. num. 35. & ſeq. Cum † priuatio præ-
ſupponat præſiſtentiam, §. ſeruus autem, inſtit.
de capit. dimin. l. decem, ff. de verb. oblig. Bart.
& alij Doct. in l. eiùm, ff. de verb. obligat. Cenc.
14 d. tract. quæſt. 47. num. 64. Quia † ratione ſu-
biectæ materiæ priuatio quandoque habitum
non præſupponit, aut huius præſuppoſiti ratio
non habetur, Menoch. conſ. 325. num. 72. Alto-
grad. conſ. 76. num. 44. Prout in iſta exceptione
extinctionis cenſus, quæ non inducit confeſſio-
nem illius, ſed eſt præciſa negatiua intentionis
agentis, vt tradunt Aret. inſtit. de act. tit. de ex-
cept. num. 36. & ſeqq. Dec. in cap. cum venerabi-
lis, num. 19. de except. Natt. conſ. 18. num. 8. &
conſ. 134. num. 1. Oſaſch. deciſ. 176. num. 8. &
ſeq. Surd. deciſ. 24. num. 4. & ſeq. vbi tamen
limitat regulam in exceptione compenſationis
per rationes ibidem allegatas, quæ hic non re-
periuntur, nec faciunt ad rem noſtram.

Præterea ſecundo loco venit infirmandum de-
cretum ex defectu iniuſtitiæ, ſiquidem fuit in eo
15 relaxata executio pro fructibus cenſus, qui †
poſt diſdictam ſequutam formiter amplius cur-
rere non poterant, Rot. ex impreſſ. per Cenc. d. tra-
ctat. deciſ. 290. num. 1. & 2. deciſ. 336. num. 1.
deciſ. 348. num. 1. & 3. & deciſ. 539. numer. 8.
& 9. & in recent. part. 5. deciſ. 274. numer. 9.
16 Cum † depoſitum ſubſequutum parte citata, &
recuſante recipere habeat vim extinctionis, &
veræ ſolutionis, Bart. in l. ſi ſoluturus, numer. 5.
ff. de ſolut. Paul. de Caſt. in l. acceptam, num. 12.
C. de vſur. Mareſc. var. lib. 2. cap. 70. num. 90.
Bened. Bon. de cenſib. artic. 83. num. 116. Felic.
eod. tract. tom. 1. lib. 4. cap. vnic. num. 2. & 3.
Cenc. eod. tract. quæſt. 111. numer. 20. in fin. &
num. 52. & ſeq. Rot. apud eund. deciſ. 131. 132.
& 277. num. 10. & ſeq. Greg. deciſ. 214. num. 1.
17 Itaut † factum pro extinctione cenſus liberet de-
bitorem ab illius fructibus, Rot. poſt d. tract. de
cenſib. deciſ. 131. num. 1. deciſ. 277. num. 10. &
ſeqq. & deciſ. 291. num. 2.

Non obſtat allegata nullitas diſdictæ; Quia
18 cum † certa forma non fuerit per Pium V. in
Bulla de cenſibus præfixa, vt notat Cenc. eod.
tract. quæſt. 103. numer. 25. videtur ſanè in pro-
poſito noſtro illa rectè concepta, dum Vincen-
tius Cataldus, & Ren. Franciſcus Maria Nouel-
lus fuerunt de ordine Iudicis ad hunc effectum
citati, & in termino citationis formiter facta diſ-
dicta, prout etiam fuerunt citati, quando in ter-
mino duorum menſium fuit factum depoſitum,
quod ſufficit, Rot. ex impreſſ. apud Cenc. deciſ.
276. ferè per totam.

Neque obſtare viſum fuit allegatus citationis
defectus, ex eo quod non appareat de relatione
19 Nuntij. Quia ſtante † notorio ſtylo Curiæ Aſcu-
lanæ videtur ſufficere relatio facta à Notario, qui
aſſerit intimationem diſdictæ, & depoſiti reſpe-
ctiuè fuiſſe reproductas in termino citationis di-
ctorum Creditorum ad hoc citatorum per talem
Nuntium, vt in ſimili teſtatur Rot. apud Gregor.
deciſ. 426. num. 5. & ſeqq. vbi quod hoc caſu
20 Notarij funguntur officio Nuntij. Et † ſicut ſo-
li Nuntio referenti creditur abſque teſtibus, gloſ.
in cap. cum curati, in verb. ſuus Nuntius extra de
21 appellat. Ita etiam † credi debet ſoli Notario
Nuntij officio fungenti, Cocc. deciſ. 475. nume-
ro 7.

Quæ

Digitized by Google

Quæ omnia eo magis procedunt, dum depo-
ſitum pecuniarum fuit per Nouellum accepta-
tum, vt in actis conſtat non ſolum ex eius libello
ſupplicationis porrectæ Illuſtriſſimo Epiſcopo
Aſculano, vt impartiretur licentiam emendi præ-
22 dium cum dicto pretio cenſus depoſitato, † quæ
ſupplicatio probat contra illum, ad notata in *l.*
cum precum, C. de lib. cauſ.

Sed etiam ex depoſitionibus plurium teſtium
vltimo loco examinatorum, Firmantium Nouel-
lum dediſſe, & ceſſiſſe in ſolutum tale depoſitum
florenorum 500. pro parte pretij vnius prædij
empti ab Arpino Aſculano. Quare tanquam
23 acceptatum † non poteſt impugnari, *Rot. ex im-*
preſs. per Cenc. d. tract. deciſ. 291. *numer.* 3. &
24 conſequenter † ceſſant fructus, qui exigi non
debent per eum, qui ſortem recipit, *Rot. ex imp.*
per eundem Cenc. deciſ. 415. *num.* 4. *& coram*
Caual. deciſ. 651. *num.* 1. *Et idem Cenc. quæſt.*
119. *num.* 2. vbi latè, &c.

ARGVMENTVM.

Filius familias ſui iuris effectus contra inſtrumentum in quo ſimul cum patre ſe obligauit, quando beneficio, l. 2. ff. & C. quod cum eo gaudere poſſit declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Filius familias, qui ſe cum patre obligauit, ſi ſui iuris effectus à paterna hæreditate ſi abſtinuit, condemnari debet non in ſolidum, ſed in quantum facere poteſt.*

2 *Filius adeundo hæreditatem patris, cum beneficio l. & inuentarij, dicitur abſtinuiſſe.*

3 *Inuentarium, vt afficiat debet ritè, & rectè factum eſſe, cum citatione creditorum.*

4 *Inuentarium, vt probet in iudicio eſt realiter producendum, non verbaliter.*

5 *Sententia producta in Iudicio ſine actis probat excipiendo.*

6 *Inuentarium dicitur ritè, & rectè factum ſi ſit decreto Iudicis approbatum.*

7 *Dificilè eſt aſſerere aliquem certum eſſe creditorẽ.*

8 *Inuentarij nullitas non attenditur ceſſante dolo.*

9 *In inuentarij confectione ſi plures creditores fuerint citati valet, etiam reſpectu non citatorum.*

10 *Hæres ad inſtantiam creditorum tenetur reddere rationem de bonis inuetariatis.*

11 *Diſpoſita à lege, vel ſtatuto, procedunt parte petente tantum.*

12 *Filius familias tenetur ad obligationes pro patre factas de bonis aduentitijs, quæ habebat de tempore obligationis.*

DECISIO CCXVIII.

PEtrus Angelus, qui ſe cum Patre
Horatio Seriano obligauit ad fauo-
rem Vliſſis Leonelli de Aſculo con-
1 demnari † debet non in ſolidum,
ſed dumtaxat in quantum facere
poteſt ſalua perſona, quæ non de-
bet carcerari, cum hodie ſui iuris effectus abſti-
nuerit ſe ad hæreditate patris, *l. 2. ff. & C. quod*
cum eo, vbi Doctores communiter Pariſ. conſ. 94.
num. 43. *& ſeq. lib.* 1. *Minad. conſ.* 17. *num* 4.
Gratian. diſcept. 799. *num.* 6. *Vrſil. ad Afflict.*
deciſ. 308. *num.* 20. *&* 21. *Franch. deciſ.* 181.
num. 5. *Giurb. qui alios refert deciſ.* 42. *numer.* 1.
Rot. *in recent. par.* 3. *deciſ.* 338. *num.* 1. *& co-*
ram Buratt. deciſ. 281. *num.* 7. *& ex impreſſ. per*
Zacch. ad Galleſ. de oblig. Cam. deciſ. 195. *num.* 1.
2 Quæ † quidem abſtentio dicitur probata in caſu
propoſito eo ipſo, quod Petrus Angelus adiuit
hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij,
Montic. de Inuent. cant. 8. *in princ. Minad. d. conſ.*
17. *num.* 3. *Gratian. d. diſcept. num.* 42. *Addit.*
Amed. ad Franc. deciſ. 70. *in fin. Adden. ad Burat.*
d. deciſ. 281. *num.* 21. *Giurb. deciſ.* 42. *num.* 25.
verſ. probatur tamen abſtentio, Rot. penes Zacch.
de oblig. Cam. deciſ. 96. *num.* 3. *& ſeqq.*

Non obſtat, quod dicebatur non conſtare de
3 inuentario, & in omnem euentum illud † non
poſſe ſuffragari Petro Angelo ad effectum, vt
gaudere poſſit allegato beneficio *l. 2.* ex quo non
apparet ritè, & rectè confectum cum citatione
ipſius Leonelli creditoris prout requirebatur, ex
Bart. in l. fin. §. cum igitur, num. 3. *de iure delib.*
Greg. alios referens *deciſ.* 473. *num.* 1. Quoniam
4 prædicta omnia ceſſant, cum † illud non verba-
liter, ſed realiter fuerit exhibitum penes acta in
Rota, iuxta requiſita *per Gratian. ex aduerſo al-*
legatum, diſcept. 981. *num.* 26. *Chart. deciſ. Ia-*
nuen. 31. *num.* 3. Conſtatque fuiſſe approbatum
5 per ſententiam Iudicis pariter exhibitam, quæ †
excipiendo probat ſine actis, Rot. *diuerſ. par.* 2.
deciſ. 143. *num.* 6. *&* 7. *& penes Zacchiam de*
oblig. Cam. deciſ. 159. *num.* 2. *& in recent. par.* 3.
6 *deciſ.* 498. *num.* 2. Et conſequenter † dicitur
inuentarium ritè, & rectè, ac ſolemniter con-
fectum, *l. vlt. C. de arb. tutel. Mantic. deciſ.*
256. *numer.* 4.

Neque pariter obſtat, quòd Leonellus non fue-
rit citatus in confectione illius. Quia in actis
conſtat, quod Petrus Angelus pro certo habe-
bat Leonellum fuiſſe ab Horatio Seriano eius
patre ſatisfactum, vt deſumitur ex recognitione
apodiſſe, & ex poſitionibus, & Articulis exhibi-
tis, ac ex teſtium depoſitionibus. Vnde cum
7 ſit difficile aſſerere † aliquem eſſe creditorem
certum, vt dicunt *Salic. in l. fin. § ſin autem duo-*
bus, num. 8. in fin. C. de iur. delib. Belt. ad Greg.
deciſ. 473. *num.* 22. *in fin. Rot. penes Zacch. de*
8 *oblig. Cam. deciſ.* 96. *num.* 8. Iure meritò † ex-
clu-

Digitized by Google

cluditur omnis dolus, & per conſequens benefi-
cium Inuentarij ſuffragatur, *Surd. deciſ. 222. nu-
mer. 13. & 14. Gratian. diſcept. 797. numer. 15.*
9 Imò cum 10 illius confectione † plures credito-
res fuerint citati, valet vtique etiam reſpectu
non citatorum. *Bart. conſ. 154. numer. 7. lib. 1.
Gratian. d. diſcept. 797. numer. 16. Franch. deciſ.
229. num. 5.*

Minus obſtat, quod Petrus Angelus non red-
diderit rationem de bonis inuentariatis. Quia
10 † id procedit tantummodo ad inſtantiam credi-
torum, vt in indiuiduo firmat idem *Gratian. ex
aduerſo allegatus in diſcept. 981. num. 27.* Ea ni-
11 mirum † ratione, quod diſpoſita à lege, vel ſta-
tuto procedunt parte petente tantum, licet lex,
vel ſtatutum id ipſo iure fieri velit, *gloſ. in l. ſci-
mus, in verb. ipſa iure. C. de inoff. teſt. & in leg.
vniuerſa, C. de prec. Imp. off. Sard. deciſ. 57. nu-
mer. 2. & ſeqq. Olaſch. deciſ. 29. num. 12. Giurb.
qui cæteras allegat, deciſ. 13. num. 8. & deciſ. 99.
num. 5.* Ideo cum ad id nunquam fuerit interpel-
latus, & hodie offerat ſe paratum rationem red-
dere nihil prorſus releuat exceptio allegata.

Cumque in eadem cauſa rurſum dubitaretur,
12 An idem filius factus ſui iuris habeat † eundem
priuilegium reſpectu bonorum aduentitiorum,
quæ habebat tempore contractæ obligationis
prædictæ, fuit reſolutum negatiuè, quia Leo-
nellus creditor videtur contraxiſſe contempla-
tione illorum bonorum tunc per ipſum poſſeſſo-
rum, vt luculenter probant, *Paul. de Caſt. in l.
2. ff. quod cum eo, Franc. deciſ. 70. num. 2. & 3.
Gratian. diſcept. 576. num. 1. & ſeqq. & diſcept.
799. num. 68. & ſeq. Alden. ad Barat. d. deciſ.
281. num. 22.* Et ita deciſum, &c.

A R G V M E N T V M.

Manutentio competit poſt ſententiam,
quæ fuit ſuſpenſa per ap-
pellationem.

S V M M A R I V M.

1 *Manutenendus eſt poſſeſſor tempore litis motæ.*
2 *Ex poſſeſſione de præterito præſumitur continua-
tio, dum contrarium non probatur.*
3 *Poſſidens authore Prætore iuſtè poſſidere dicitur.*
4 *Sententia præſumitur iuſta, & valida.*
5 *Iudex ritè procedens priuat poſſeſſione per immiſ-
ſionem, etiam ſine expulſione poſſeſſoris.*
6 *Clauſula vocatis vocandis facit executorem de
mera mixtum, qui tenetur aſſumere partes Iu-
dicis.*
7 *A ſententia executoris mixti datur appellatio.*
8 *Poſſeſſio capta appellatione pendente eſt nulla, &
attentata.*
9 *A ſententia de inſtituenda datur appellatio.*
10 *Sententia quæ habet admixtam cauſam proprieta-
tis eſt appellabilis.*
11 *Sententia lata pro die pro qua non aderat citatio
eſt nulla.*
12 *Appellatione pendente manuteneri debet poſſeſ-
ſor in ſua poſſeſſione.*

D E C I S I O CCXIX.

1 ROta cenſuit dandum eſſe mandatum
de manutenendo R. Lucæ Antonio
Nardo, qui de tempore motæ li-
tis à R. Liberato Cantando nem-
pè de anno 1625. die 22. Iulii re-
petiebatur in Prioratu, ſeu bene-
ficij de quo agitur poſſeſſione ad hunc effectum
requiſita. *iuxta tex. in §. hodie. inſtit. de interdi.
& in l. 1. §. final. vbi Bart. ff. vti poſſidetis,* cum
alijs ſimilibus. Conſtat enim ex proceſſu Nardum
illam adeptum fuiſſe ſub die 26. Aprilis eiuſdem
Anni 1625. & ſucceſſiuè plures actus poſſeſſorios
2 feciſſe, itaut † illa præſumatur continuata,
dum contrarium non probatur à Liberato Can-
tando, *gloſ. in l. ſiue poſſidetis, C. de probat. Me-
noch. lib. 6. præſ. 64. Alciat. reg. 2. præſum. 21.
Rot. in recent. par. 7. deciſ. 22. num. 9. & deciſ.
152. num. 4.* cum alijs cumulatis in noſtra *deciſ.
210. num. 5.*

Nec obſtare viſum fuit aſſerta poſſeſſio Inſtru-
mentalis Liberati etiam, quod fuerit anterior ſub
3 die 11. dicti Menſis, & anni. Quia † cum Lucas
Antonius Nardus adeptus fuerit poſſeſſionem
authore Prætore iuſtè poſſidere dicitur, niſi de
nullitate, & iniuſtitia ita clare doceatur, vt nulla
tergiuerſatione defendi poſſit, *Abb. in cap. cum
cauſa, num. 4. de off. deleg. Crau. conſ. 5. num. 8.
& conſ. 302. numer. 2. Rot. coram Seraph. deciſ.
616. num. 8. & 9. & in recent. par. 7. deciſ. 306.
nu. 1.* Quare Liberatus aduerſarius contra quem
4 lata eſt prima ſententia, quæ † præſumitur iu-
ſta, & valida, *cap. in præſentia de re Iudic. Caſſad.
deciſ. 11. num. 5. de reſcript. Rot. ex impreſſ. per
Zacch. ad Gall. de oblig. Cam. deciſ. 159. num. 4.
& coram Mantic. deciſ. 78. numer. 5.* non poteſt
prætendere manutentionem, licet conſtet de il-
5 lius poſſeſſione, quia † Iudex ritè procedens pri-
uat poſſeſſione per immiſſionem etiam ſine ex-
pulſione poſſeſſoris, *Aug. in l. qui vniuerſas, ff.
item cum Prætor. de acq. poſſ. vbi Imol numer. 1.
Alex. num. 3. Iaſ. num. 20. Rot. coram Seraph.
deciſ. 1325. num. 1. Bels. ad Greg. deciſ. 268. nu-
mer. 11. idem Greg. deciſ. 582. numer. 4. & 5. &
in recent. par. 1. deciſ. 334. numer. 1. & part. 2.
deciſ. 347. num. 2. & 3. & par. 7. deciſ. 366. nu-
mer. 3.*

Neque obſtat aliud mandatum de manutenen-
do conceſſum per D. Vicarium Ripanum dicto
Liberato vigore immiſſionis decretæ, & captæ
poſſeſſionis. Quoniam prædicta omnia facta

ap-

apparent pendente termino ad appellandum ab
ipſa ſententia, ſiue decreto de immittendo, à
qua, ſeu quo datur procul dubio appellatio. Pri-
mò, quia in reſcripto delegationis cauſæ adeſt
6 clauſula vocatis vocandis, quæ † facit executo-
rem de mero mixtum, qui tenetur aſſumere par-
tes Iudicis, *Mart. d. tract. par. 1. clauſ. 196. nu-
mer. 1. & 2. Greg. deciſ. 69. numer. 4.* Propterea
7 cum † ab eius ſententiam appellatum fuiſſet,
prout licuit appellare, *Falin. in cap. de cætero,
num. 10. in fin. de re iudic. Greg. d. deciſ. 69. nu-
8 mer. 7.* Capta † poſſeſſio appellatione pendente
eſt nulla, & attentata, *cap. non ſolum de appell.
in 6. Mart. in d. clauſula 196. num. 4. verſ. ſtante
hac clauſula,* Rot. *coram Buratt. deciſ. 746. num.
10. & coram Greg. deciſ. 513. num. 1. & ſeq.* Se-
9 cundò, licitum fuit appellare, quia † ſententia
eſt de inſtituendo, Rot. *apud Cenc. deciſ. 441.*
10 Tertiò, quia eſt lata in poſſeſſorio, † quod ha-
bet admixtam cauſam proprietatis, & propte-
rea appellabilis, *Mantic. deciſ. 202. numer. 5. &
per totam.* Tum demum eſt appellabilis ratione
nullitatis, quia ſub die quarta Aprilis Vicarius
11 ſententiauit prout in cedula, † quæ poſtea tra-
dita fuit Notario ſub die octaua, quo caſu reddi-
tur nulla ſententia, *vtì* ſine citatione, quia non
erat apponenda dies publicationis, ſed tantum
aperienda abſque die, Rot. *in recent. par. 1. dec.
46. numer. 2. & 3. & ex impreſſ. per Zacch. ad
Galleſ. de oblig. Cam. deciſ. 179. num. 6. cum alys
allegatis in hac eadem cauſa deciſ. noſtra 107. nu-
mer. 1. & ſeqq.* Vndè non obſtante dicta ſenten-
tia, quæ eſt ſuſpenſa per appellationem interpo-
ſitam, illa pendente dictus R. Lucas Antonius
Nardus, qui nunquam habuit ſe pro ſpoliato de-
bet manuteneri, *d. deciſ. noſtra 107. num. 23. &
per totam,* in qua plenè docetur de iniuſtitia, &
nullitate eiuſdem ſententiæ Vicarii Ripani.

ARGVMENTVM.

Ceſſionario datur ſaluianum ex perſona cedentis, dummodo probet extrema neceſſaria, nempè vtramque poſſeſſionem, & creditum cum certa eius quantitate, ac identitate. Et de negatiua, quæ cenſetur probata per inſpectionem ſcripturæ ad quam ſit relatio.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio interpoſita ab vno articulo ſi deuoluat, poterit Iudex appellationis cognoſcere de toto negotio.*

2 *Ceſſio iurium fieri non poteſt extincto debito per ſolutionem.*

3 *Ex qua tollitur omnis actio.*

4 *Ius quod quis non habet, in alium transferre non poteſt.*

5 *Creditor ſuccedens debitori ſuum creditum confundit. Et talis confuſio habet vim perfectæ ſolutionis, & num. 7.*

6 *Nemo ſui ipſius poteſt eſſe debitor, & creditor, ſed præſumitur ſibi de bonis hæreditariis ſoluiſſe.*

8 *Dum tamen creditum ante aditionem exiſtat.*

9 *Aditione hæreditatis ſine inuentario actiones omnes tàm reales, quàm perſonales confunduntur.*

10 *Saluianum competit conſtito de credito, & hypotheca actione, & probatis duobus extremis.*

11 *Saluianum datur ceſſionario ex perſona cedentis.*

12 *Identitas ceſſionum, ſeù ſummarum non præſumitur, ſed diuerſitas, quando ſcripturæ, ſeù ſummæ ſunt diuerſa.*

13 *Identitatem allegans illam probare debet tanquam fundamentum ſuæ intentionis.*

14 *Ceſſionarius tenetur iuſtificare creditum cedentis.*

15 *Identitas probatur ex duabus demonſtrationibus, ſeù qualitatibus. Et qui contrarium firmat allegando pluralitatem id probare debet, & numer. 17.*

16 *Narratiua deſeruit probationi identitatis.*

18 *Error potius, quam pluralitas præſumitur.*

19 *Identitas contractus præſumitur, quando exprimitur vnica, & eadem cauſa, licet ſumma ſit diuerſa.*

20 *Præſertim vbi non apparet de alio titulo.*

21 *Referens vbi aliter loquitur quam relatum, attendendum eſt relatum, & expreſſio diuerſa præſumitur erronea.*

22 *Relatio operatur vt omnia, quæ continentur in relato dicantur expreſſa in referente.*

23 *Relatiua obligatio non debet continere pluſquam continetur in relato.*

24 *Diligentiæ ad probandam negatiuam dicuntur ſufficienter factæ, quando nullus remanet locus non perquiſitus.*

25 *Ceſſio facta de cenſu hæreditario referri non poteſt ad alium, quam ad cenſum in ipſa hæreditate repertum, quando de alio non apparet, etiam quod ſit aliqua diuerſitas ſummarum.*

26 *Negatiua, quod aliud inſtrumentum repertum non fuit per Notarium non probatur ex eo, quod in eius protocollo aliud inſtrumentum non reperiatur. Intellige, vt num. 30.*

27 *Sed contraria opinio eſt verior, vt probata remaneat negatiua, quod inſtrumentum factum non fuerit, ſi facta diligentia in protocollo non inueniatur, Amplia, & declara, vt numer. 28. 32. 34. 35. & 36.*

38 *Affirmatiua vbi ad certum inſtrumentum eſt coarctata, ex illius inſpectione probatur negatiua.*

31 *Doctoris dictum intelligendum eſt ſecundum auctoritatem, quam allegat.*

33 *Lex cõſiderat id quod frequẽtius ſit, & fieri debet.*

DE-

DECISIO CCXX.

BArtholomæus Marguttus die 24.
Octobris 1590. ſub rogitu Io: Ba-
ptiſtæ Bonāni impoſuit ſuper cer-
tis, & limitatis eius bonis annuum
cenſum florenorum 12. quem ven-
didit Ioſepho Cancellario pro
florenis 150. Die verò 22. Februarii 1591. idem
Marguttus cenſum redemit pro rata florenorum
30. firmo manente reſiduo per eadem acta Bo-
nāni; Et die 13. Aprilis idem Ioſephus per eadem
acta reſiduum cenſus florenorum 120. ceſſit Io:
Mariæ Cremiſino, cuius filii, & hæredes nempè
Hieronymus, Cæſar, Iacobus, & Franciſcus
die 12. Ianuarii anni 1598. rogitu Hieronymi
Raynerii eundem ceſſerūt Attilio Cremeſino eo-
rum fratri aſſerentes tamen eſſe florenorum 130.
& ad dictum Io: Mariam eorum patrem ſpecta-
re, vt per acta eiuſdem Bonanni. Demum anno
1627. Auguſtinus, & Antonius filii, & hæredes
dicti Attilii eundem cenſum præuia enuntiatione
impoſitionis primæ, & ſubſequutarum ceſſio-
num, ceſſerunt Doralici Venanzettæ, quæ vir-
tute ceſſionis egit ſaluiano interdicto pro fructi-
bus decurſis, & in futurum decurrendis contra
Placidum Pecchium poſſeſſorem vnius prædii di-
1 cti Marguttii. Cauſa autem † in Rota, & coram
nobis introducta per appellationem à decreto
interlocutorio, cuius grauamen iuſtificatum o-
peratur, vt nos loco Iudicis à quo ſubrogari fue-
rimus, itaut de toto negotio cognoſcere valea-
mus, ad la è tradita per *Surd. deciſ. 175. num. 8. & 9. Camill. Caput. in prax. Iudic. par. 3. cap. 1. num. 342. cum aliis per nos in eadem materia cumulatis, deciſ. 8. num. 10. & deciſ. 126. numer 8. & 9.* Ideò completo proceſſu, & ſerua-
tis ſeruandis pronunciauimus ipſam mulierem
actricem eſſe immittendam in poſſeſſionem bo-
norum de quibus in actis pro quinque ex ſex
partibus fructuum dicti cenſus decurſorum à die
30. Ianuarij 1627. vſque ad diem 24. Aprilis
præſentis anni 1635. ac etiam pro aliis ſuis loco,
& tempore decurrendis. Abſoluto ipſo Pecchio
reo conuento à petitione florenorum 50. de qui-
bus pariter in Inſtrumento ceſſionis iurium ce-
lebrato die 2. Iunij 1627. nec non à petitione
aliorum florenorum 20. ſextæ partis ſortis prin-
cipalis dicti cenſus vna cum fructibus pro rata
petitis à Doralice, fundamentum reſolutionis
2 fuit, ſiquidem † quod attinet ad ceſſiones per
Auguſtinum, & Antonium fratres de Cremiſinis
factas de anno 1627. ad fauorem Doralicis Ve-
nanzettæ pro ſumma florenorum 50. de fructi-
bus dicti cenſus nihil illæ ſuffragantur, quippe
cum factæ ſint poſt allegatam, & confeſſatam
ſolutionem ex interuallo, & de quo tempore
debitor cenſus de quo agitur iam fuctat per ſolu-
tionem Liberatus, *Bartol. in l. modeſtinus, numer. 4. verſ. primo caſu, & ibi Angel. Caſt. & alij, ff. de ſolut. Surd. deciſ. 308. num. 8. Rot. in recent. par. 4. deciſ. 28. numer. 5.* cum aliis quos
retulimus, & ſequuti ſumus *deciſ. 53. numer. 22. & deciſ. 99. num. 27.* Fuerat enim per præce-
3 dentem † ſolutionem ſublata omnis actio, *inſtit.*
4 *quib. mod. toll. oblig. in princip.* Cedenteſque †
non potuerunt transferre in Doralicem actio-
nem, quam amplius non habebant, *l. nemo plus iuris, ff. de reg. iur. Surd. d. deciſ. 308. num. 10. Rot. in recent. par. 2. deciſ. 436. num. 4. & deciſ. 450. num. 3.* Prout nec etiam operari poſ-
ſunt ceſſiones pro ſumma florenorum 20. quæ
eſt ſexta pars crediti cēſus ceſſi florenorum 120.
in ſorte, pro qua quidem ſexta parte ipſa Dora-
5 lix † tanquam hæres hæredis dicti Bartholomæi
Margutti debitoris cenſus, dicitur actiones ſibi
competentes confundiſſe, iuxta tex. & ibi com-
muniter Doctores in *l. debitori, C. de pact. & in l. pro hæreditariis, C. de hæred. act. & in l. licet, C. de leg. fal. l. ſi vxor tua, & ibi Bart. Bal. Caſt. & alij, C. de bon. auth. Iud. poſſ. Gozzad. conſil. 94. num. 46. Afflict. deciſ. 237. num. 4. & ſeqq.*
6 *Rot. in recent. par. 1. deciſ. 560. num. 7.* Cum †
nemo ſui ipſius poſſit eſſe debitor, & creditor,
ſed præſumatur ſibi de bonis hæreditariis ſoluiſ-
ſe, *l. ſi ei cui, §. 1. de euict. Rol. conſ. 65. num. 2. lib. 1. Surd. deciſ. 170. num. 1. Greg. deciſ. 67. num. 10. quæ eſt repetita in recent. part. 2. deciſ. 61. num. fin. Rot. in recent. par. 4. deciſ. 167. nu-*
7 *mer. 10.* ex quo ipſa additio † habet vim perfe-
ctè ſolutionis, *leg. Stichum, aut Pamphilum, §. aditio, ff. de ſolut. Gratian. diſcept. 203. nu-*
8 *mero 3. & 4.* Dum tamen creditum † ante
aditionem exiſtat, prout in caſu noſtro, vt in
ſpecie firmat *Rot. in recent. par. 4. deciſ. 432. numer. 10.* Quod ſanè intelligi debet non tantum
9 de actione † perſonali, quam etiam reali, ſeù
hypothecaria, quæ omnes in hoc caſu aditionis
hæreditatis ſine inuentario (de quo hic non con-
ſtat) intelliguntur extinctæ, ſeù confuſæ, *Theſaur. de inuent. par. 7. num. 92. 93. & 105. Ruin. conſ. 17. nu. 6. & 7. lib. 1. Gratian. diſcept. 204. num. 26.* itaut pro hac parte non ſit locus ſaluia-
no interdicto, *vt per Greg. deciſ. 67. num. fin.*

In reliquis verò nimirum pro fructibus cenſus
florenorum 100. decurſis, & non ſolutis, & pro
aliis ſuis loco, & tempore decurrendis locum
10 eſſe ſaluiano † ad fauorem Doralicis, non vide-
tur dubitandum, vt dictum eſt, cum ſint proba-
ta extrema, & conſtet de credito, ad notata per
Bart. in l. 1. num. 3. ff. de ſaluian. Rol. conſ. 14. num. 13. lib. 1. Negu. de pig. 3. mem. 8. par. numer. 19. Natt. conſ. 532. num. 1. Greg. deciſ. 491. num. 6. & diximus deciſ. 13. num. 14. deciſ. 26. num. 31. deciſ. 74. num. 1. deciſ. 95. num. 8. &
11 *deciſ. 109. num. 4.* Etiam † quod ipſa ſit ceſſio-
naria, & ceſſionario nomine egerit, *Statil. de ſalu. Inſp. 3. cap. 2. num. 900. Scapuc. eod. tract. lib. 1. quæſt. 18. num. 2. & dicta noſtra deciſ. 13. num. 8. & deciſ. 44. num. 3.*

Non

Digitized by Google

Non obſtat, quod dicebatur non conſtare de
12 credito ſaltim concludenter ratione, † diuerſi-
tatis ceſſionum, & ſummarum, quæ oſtendunt
pluralitatem cenſuum, & non identitatem illius
de quo quæritur, *Falin. in cap. cum Ioannes, nu-
mer. 8. de fide Inſt. Socc. Sen. conſ. 24. num. 19.
lib. 1. Ruin. conſ. 31. num. 6. lib. 4. Mrnoch. lib.
6. præſ. 15. numer. 11. & ſeqq. Gratian. diſcept.
877. num. 20. & ſeq. Rot. in recentior. part. 2. de-*
13 *ciſ. 746. num. 3.* Quæ † ſanè identitas probanda
erat ab Actrice, vti fundamẽtum ſuæ intentionis,
*Crau. conſ. 198. num. 4. Rot. ex impreſſ. per Ceac.
deciſ. 5. num. 7. & in recent. part. 3. deciſ. 144.
num. 2. & par. 4. deciſ. 371. numer. 9. in fin.* In
14 quo ſalutari ipſa videtur defeciſſe, † ex eo quia
in ceſſione facta Ioſepho Cancellerio de anno
1591. Ioanni Mariæ Cremiſino enunciatur cen-
ſus contra Marguttum florenorũ Marchiæ 120.
& in ceſſione anni 1598. à filijs dicti Ioannis
Mariæ facta Attilio enunciatur cenſus contra
Marguttum florenorum 130. proptereaque ar-
guatur diuerſitas cenſuum. Et ea ſtante Dorali-
ci ſi agat pro cenſu florenorum 130. deficiat in-
ſtrumentum cenſus, ſi verò agat pro cenſu flore-
norum 120. deficiat ceſſio, ac ideò in vtroque
caſu ipſa ſuccumbere debeat ex defectu plenæ
probationis crediti, vt per *Statil. d. tract. inſp.
1. cap. 5. numer. 1. & ſeqq. cum ibi relatis, & per
Greg. deciſ. 579. num. 1. vbi Belt. num. 4.* Siqui-
dem reſpondetur obiectum tolli ex pluribus enũ-
ciatiuis, & demonſtrationibus deſumptis ex in-
ſtrumento ceſſionis factæ ipſi Doralici, quæ om-
nes concordat, non tantum cum primò inſtru-
mento cenſus ceſſi, ſed etiam cum alijs inſtru-
mentis enunciatis, & in actis productis, videli-
cet in diebus, menſibus, annis, Notariis roga-
tis, cauſa, & perſonis contrahentibus, ac obli-
gatis, ex quibus plenè dicitur probata identi-
15 tas † ad quam probandam duæ ſolæ demonſtra-
tiones concordantes ſufficerent, *Crauet. d. conſ.
198. num. 1. & 2. Magi deciſ. Luc. 80. num. 22.
Mantic. deciſ. 297. num. 1. Greg. deciſ. 575. nu-*
16 *mer. 4.* Narratiuaque † deſeruit probationi
identitatis, *Rot. in recent. part. 2. deciſ. 407. n. 3.*

Neque obſtat, quod enunciatiuæ præceden-
tium inſtrumentorum legantur in inſtrumento
ceſſionis factæ Doralici, non autem in inſtrumen-
to ceſſionis factæ Attilio Cremiſino in quo adeſt
variatio ſummæ à florenis 120. ad florenos 130.
ideoque probationem identitatis non conclude-
re. Nam reſpondetur, quod etiam reſpectu in-
ſtrumenti ceſſionis factæ Attilio concurrunt plu-
res enunciatiuæ ſufficientes ad inducendam ple-
nam probationem identitatis cenſus ceſſi, cum
primò cenſu impoſito per Marguttum, nempè
expreſſa identitas Margutti debitoris, eadem
cauſa cenſus, & idem Notarius Bonannus roga-
tus; Et quod agebatur de cenſu reperto in hære-
ditate Ioannis Mariæ Cremiſini, ex quibus vi-
17 detur probata identitas pro qua † probanda
ſolæ duæ qualitates, vel demonſtrationes con-
cordantes ſufficiebant ad transferendum onus
probandi pluralitatem inſtrumentorum non præ-
ſumptam in Pecchium, *ex l. omnium, & ibi gloſ.
in verb. comprobetur, C. de teſtib. Iaſ. conſ. 62.
num. 6. & 7. lib. 1. Bal. conſ. 344. in fin. lib. 2.*
18 *Crauet. d. conſ. 198. num. 1. & 2.* vbi † quod po-
tius præſumitur error, quam pluralitas, *Caſt.
conſ. 360. num. 2. lib. 2. Beron. conſ. 90. numer.
21. lib. 3. Alex. conſ. 133. num. 5. lib. 1. Decian.
conſ. 17. num. 17. lib. 3. Mag. deciſ. Flor. 75. nu-*
19 *mer. 30. Greg. deciſ. 68. num. 6.* Eò † magis vbi
inſtrumenta, & obligationes procedunt ex vnica,
& eadem cauſa cenſus vt hic, quia tunc præſu-
mitur identitas etiamſi adeſſet ſummarum di-
uerſitas, *Alex. conſ. 84. num. 4. lib. 7. Bal. dict.
conſ. 344. numer. 2. lib. 2. Crau. d. conſ. 198. nu-
mer. 2. Decian. conſ. 11. numer. 38. lib. 1.* Præſer-
20 tim † vbi non apparet de alio titulo, & inſtru-
mento cenſus contra Marguttum, & ad fauorem
cedentium, *Burſatt. conſ. 106. numer. 11. lib. 1.
Capb. conſ. 156. numer. 15. & 16. lib. 2. Decian.
conſ. 11. num. 52. & ſeq. lib. 1. Mag. deciſ. Lucen.
5. num. 24. Greg. d. deciſ. 468. num. 5.*

Præterea reſpondetur, quod cum inſtrumento
ceſſionis factæ Attilio de cenſu florenorum 130.
fuerint per fratres cedentes adiecta illa verba
ad eorum patrem ſpectantia, vt per acta Bonan-
ni Notarii, &c. & in illius hæreditate reper-
tum, &c. vtique diuerſa expreſſio ſummæ non
21 nocet, ex vulgata regula, † quod quando refe-
rens ſe habet aliter, quam relatum, tunc relatum,
& non referens ſit attendendum eo quoniam ex-
preſſio diuerſa præſumitur erronea, *l. ſi ita ſcri-
ptum, ff. de cond. & demonſt. Alex. conſ. 9. num.
32. lib. 5. Pariſ. conſ. 7. num. 5. lib. 3. Mantic.
deciſ. 352. numer. 2. Rot. in recent. part. 1. deciſ.
684. num. 4. & par. 2. deciſ. 158. num. 4. & de-
ciſ. 580. num. 6. & coram Greg. deciſ. 439. nu-*
22 *mer. 1. & ſeqq. vbi latè Belt. num. 13.* Et cum †
referens intelligi debeat iuxta relatum cum ſuis
qualitatibus, & tanta ſit virtus in termino refe-
rente, quanta eſt in termino ad quem fit relatio,
hæc ceſſio relatiua erit intelligenda ſolum de
florenis 120. & reſpectu illorum tantum opera-
bitur, *vulg. l. eſſe toto, ff. de hæred. inſtit. Pariſ.
d. conſ. 7. num. 3. Rot. ex impreſſ. per Statil. dec.
136. num. 6. & in recent. par. 1. deciſ. 457. nu-
mer. 2. & par. 2. deciſ. 429. num. 2. & deciſ. 555.
num. 7. & coram Gregor. d. deciſ. 522. numer. 9.*
23 *& 10.* Quia † relatiua obligatio non poteſt con-
tinere plus quam contineatur in relato, *Alex.
conſ. 46. num. 8. lib. 1. Bal. conſ. 212. numer. 1.
lib. 1. Ruin. conſ. 25. num. 11. lib. 1. Rot. in re-
cent. par. 2. deciſ. 55. num. 5.*

24 Quibus accedit, quod factis diligentiis, &
perquiſitionibus per Doralicem de mandato no-
ſtro cum citatione partis in omnibus protocollis
& rogitibus dicti Notarii Bonanni, diligenter aſ-
ſeruatis, & cuſtoditis in Archiuio terræ Mathe-

licæ,

Digitized by Google

licæ, conſtat ex relatione Archiniſtæ, qui cum
iuramento teſtatur exactiſſimas diligentias adhi-
buiſſe, & nullum aliud inſtrumentum cenſus re-
periſſe ad fauorem Ioannis Mariç Cremeſini con-
tra Bartholomæum Marguttum, niſi prædictum
inſtrumentum ceſſionis ſibi factæ de dicto cenſu
florenorum 120. per Ioſephum Cancellarium de
anno 1631. Vnde neceſſario ſequitur dicendum
diligentias per Archiniſtã ſufficienter factas fuiſ-
ſe, *Greg. deciſ.* 287. *nu.* 1. & ceſſiones ſubſequen-
25 tes † de cenſu hæreditario dicti Ioannis Mariæ
Cremeſini referri non poſſe ad aliud, quam ad in-
ſtrumentum cenſus florenorum 120. contra Mar-
guttum, *l.* 2. *& ibi Bart, num.* 1. *Iaſ. num.* 14. *ff.
de lib. & poſt. l. fundus, qui locatus, ff. de fund.
inſt. Iaſ. in l. qui Romæ, §. duo fratres, num.* 62. *&
ſeqq. ff. de verb. oblig. Crauet. conſ.* 158. *num.* 13.
Caſt. conſ. 128. *in fin. & conſ.* 360. *num.* 2. *lib.* 2.
Rot. *in recentior. part.* 1. *deciſion.* 158. *nume-
ro* 15.

Nec viſum fuit obſtare, quod hic dicebatur nõ
26 fuiſſe probatam † negatiuam non exiſtentiæ al-
terius inſtrumenti cenſus ad fauorẽ Ioannis Ma-
riæ ſub rogitu Bonanni ex perquiſitione in pro-
tocollis illius, cum potuerit rogari inſtrumentum,
& ex obliuione, vel aliter non regiſtrari in proto-
collis, vel regiſtratum amoueri, *iuxta conſ. Cran.*
110. *nu.* 7. *poſt Corn. conſ.* 210. *lib.* 4. *quos ſequi
videtur* Rot. *apud Cenc. deciſ.* 96. *nu.* 10. *& apud
27 Pacific. de ſal. deciſ.* 53. *num.* 11. Quia † contra-
ria opinio viſa fuit verior, nempè quod benè, ac
planè probata remaneat negatiua non exiſtentiæ
alterius inſtrumenti per ipſam diligentem inſpe-
ctionem, & perquiſitionem protocollorum No-
tarij, vt in terminis firmant *Bart. in l. bis poteſt,
num.* 26. *ff. de acq. hered. & in l. ſtria textoris,
vbi Alex. & Iaſ. ff. de leg.* 1. *& l. fin. C. de rebus
Cred. Iaſ. conſ.* 62. *nu.* 17. *lib.* 3. *Aret. conſ.* 105.
num. 13. *& ſeqq. Corn. conſ.* 191. *num.* 2. *lib.* 1.
Hond. conſ. 66. *n.* 37. *lib.* 1. *Menoch. conſ.* 573. *n.* 2.
lib. 6. *Surd. conſ.* 21. *n.* 1. *& dec.* 231. *n.* 3. *Caſsad. dec.*
5. *num.* 5. *ſuper reg. Cancell. Mohed. deciſ.* 9. *tit.
de cauſ. poſs. & prop. Mantic. deciſ.* 32. *n.* 6. Rot.
in recent. par. 1. *d. deciſ.* 158. *num.* 15. *& par.* 4.
deciſ. 9. *num.* 1. *deciſ.* 145. *nu.* 2. *deciſ.* 586. *nu.* 1.
& 2. *& deciſ.* 593. *num.* 9. Iuxta vulgatam con-
28 cluſionem, † quod ex inſpectione, & reuolutione
actorum, regiſtrorum, librorum, vel cataſtri pro-
batur negatiua non exiſtentis actus inſtrumenti,
ſcripturæ prouiſionis, vel ſimilis, *Bald. in l.* 2. *C.
de errore Aduoc. Corn. conſ.* 191. *n.* 2. *lib.* 2. *Gra-
tian. diſcept.* 877. *num.* 23. Rot. *coram Mar. Andr.
deciſ.* 9. *num.* 2. *coram Greg. deciſ.* 13. *num.* 10. *de-
ciſ.* 139. *num.* 5. *& deciſ.* 416. *nu.* 5. *vbi Adden.
& in recent. par.* 1. *deciſ.* 411. *nu.* 1. *& deciſ.* 611.
num. 2. *& part.* 3. *deciſ.* 425. *num.* 4. *& part.* 4.
deciſ. 9. *num.* 1. Quamobrem cum in caſu de quo
29 agitur † affirmatiua fuerit coarctata ad protocol-
la, ſeu rogitu Notarij Bonanni, vtique ex illorum
inſpectione probatur negatiua, vt poſt *Salicet. &*

alios firmat Rota *in recent. par.* 4. *deciſ.* 586. *num.*
2. *& coram Mar. And. deciſ.* 32. *num.* 7. vbi dan-
tur concordantes.

Neque obſtat authoritates, *Cran. Corn. & Dec.*
30 in contrarium allegatæ: Quia † loquuntur in di-
uerſis terminis *Corn. enim, & Rot. apud Pacif.* ſup-
ponunt in eorum caſibus extitiſſe, productumque
fuiſſe aliud inſtrumentum, quo caſu videtur con-
ſtare de culpa Notarij in non redigendo ad pro-
tocollum, quæ quidem culpa parti habenti pu-
blicum inſtrumentum, & in eo ſe fundanti nocere
non debet, *Caſt. in l. contractus, nu.* 14. *C. de fid.
inſtrum. Couar. practic. quæſt. cap.* 19. *num.* 3. *De-
ciſio verò* Rota *apud Cenc.* obiter id dicit, ac ſup-
ponit adfuiſſe ſcripturam Notario à partibus cõ-
ſignatam cum annotatione confinium negligen-
tia Notarij in calce inſtrumenti non annotatorũ,
& ibi agitur de ſaluando inſtrumento ab imputa-
tione vſurariæ prauitatis, *Cran. verò d. conſ.* 110.
num. 7. pariter loquitur in diuerſis terminis, quia
ſupponit ibi adfuiſſe ſolam coniecturam non re-
perti inſtrumenti in protocollo, vt patet in illis
verbis (tantum enim allegata fuit negligentia,
quod in protocollo Notarij non reperitur) & hæc
coniectura *num.* 13. ſupponit, quod elidatur ex
probata exiſtentia, & viſione inſtrumenti accen-
ſamenti, quod actor exhibere noluit. Vltra quod
31 eſt intelligendus † ſecundum *doctrinam Corn.* quã
allegat nimirum exiſtente alio inſtrumento, *Bart.
in l. non ſolum, §. ſi liberationis, num.* 7. *ff. de lib.
leg. Hond. conſ.* 3. *nu.* 31. *& conſ.* 101. *num.* 46.
lib. 1. *Mantic. d. deciſ.* 32. *num.* 10. *Rot. in recent.
32 par.* 2. *deciſ.* 474. *n.* 9. Et ſi aliter † prædicti Do-
ctores intelligerentur, eorum ſanè opinio non eſ-
ſet vera, nec ſequenda cum ratio allegata, quod
poſſibile ſit inſtrumenta non protocollari, vel ſub-
trahi non ſit habenda per Iudices in conſideratio-
33 ne, † ſiquidem lex conſiderat, id quod frequen-
tius fit, & fieri debet, *l. nam ad ea, ff. de leg. l. ſuis
quoque, §. generaliter, ff. de hared. inſtit.* & in
34 terminis † dictam rationem refellit *Caſſad. d. de-
35 ciſ.* 5. *num.* 6. *ſuper reg. Cancell.* Precipuè, † quia
ſi dicta ratio eſſet attendenda totaliter deſtruere-
tur illa receptiſſima, & à nemine controuerſa
cõcluſio, quod ex inſpectione, & reuolutione acto-
rum, vel ſimilium probetur negatiua non ſeruati
termini, non exiſtentia inſtrumenti, & ſic de ſin-
gulis, vt ſupra deduximus, ſemper enim poſſet
dici non fuiſſe puta citationem in proceſſu regi-
ſtratam, vel fuiſſe deperditam, ſeu ſubtractam, &
tamen diligentiæ dicuntur ſufficienter factæ ſi do-
ceatur de legitima perquiſitione in locis, vbi regi-
ſtrari talia acta conſueuerunt, *Alex. conſ.* 123.
lib. 4. *Bal. conſ.* 340. *num.* 3. *lib.* 1. *Gregor. dict.
deciſion.* 287. *num.* 1. Quòd eò magis venit fir-
36 mandum, ſtante † bulla Archiuij in terris
Eccleſiæ, qua cauetur omnes rogitus, inſtru-
menta, & protocolla Notariorum mortuo-
rum eſſe per hæredes traſportanda in Archi-
uio publico, vnde ad excludendum delictum

Digitized by Google

integrè tranſportata dici debent, ſtante maximè relatione Archiuiſtæ, qui teſtatur de actuali exiſtentia viginti octo protocollorum dicti Notarij Bonanni in quibus diligenter apparent regiſtrata omnia eius inſtrumenta, quo caſu reſpectu Notarij ſoliti protocollare non procedit dictum, *Crauet. vt per Stracc. in Addit. ad eundem conſ. 112. num. 11. ad tradita per Corn. d. conſ. 191. num. 2. lib. 1 & per eundemmet Crauet. conſ. 121. num. 13. & conſ. 138. num. 5.* Atque concludendum venit indubitanter conſtare de identitate cenſus ceſſi, & conſequenter de legitimo credito Doralicis, ita vt obtinere poſſit in ſaluiano. Et ita ſemel, & iterum pronunciatum in hoc eodem Auditorio. Nec amplius reclamatum.

ARGVMENTVM.

Quando agitur ad effectum repetendi ſolutum indebite requiritur præciſa, & concludens probatio.

SVMMARIVM.

1 *Repetens ſolutum tenetur omninò probare ſolutionem, ne cadat à iure ſuo. & num. 10.*

2 *Hæres grauatus per fideicommiſſum, ita demum detrahere poterit debita teſtatoris ſi probentur ab eo ſoluta fuiſſe.*

3 *Solutio non præſumitur cum ſit quid facti.*

4 *Creditori habenti intentionem fundatam in inſtrumento crediti ſufficit negare ſolutionem.*

5 *Sola tarditas creditoris in petendo creditum non ſufficit ad præſumendam ſolutionem.*

6 *Obligatio ſi ſit conditionalis, attendi debet tempus exiſtentis conditionis, non autem obligationis.*

7 *Conditionis natura eſt, vt prius impleatur, quam quod quis emolumentum conſequi valeat.*

8 *Solutio promiſſa ſub certa conditione peti non poteſt, niſi purificata conditione.*

9 *Promittens factum præſtando intereſſe liberatur.*

10 *Actio eſt temporalis, exceptio autem perpetua.*

12 *Exceptio maiori utitur æquitati, quam actio.*

13 *Præſcriptio actionem tollit, ſed non exceptionem.*

14 *Exceptio ſemper datur, quamuis non competat actio*

DECISIO CCXXI.

ANno 1581. Iulius Franciſcus de Tuſſignano Recanatenſis emit prædiolum ſitum, & lateratum, & pro pretio, vt in inſtrumento à magiſtro Baptiſta alias detto il Papa, cum acceſſione fideiuſſionis pro euictione Thomæ Marrotij, ac etiam cum pacto expreſſo inter partes, quod emptor cogi non poſſit ad ſoluendum florenos 60. reſidui pretij, niſi prius venditor cum effectu curaſſet, quod Roſa vxor venditoris conſentiret, venditionemque ratificaret cum ſolemnitatibus à iure requiſitis. Hodie autem ſequuta euictione, D. Gagliardonus hæres emptoris petiit, & obtinuit coram Vicario Recanaten. executionem inſtrumenti pro reſtitutione dicti pretii ſignanter florenorum 60. contra, & aduerſus Marinangelum hæredem Thomæ Marrotii fideiuſſoris, qui Rotam appellauit, & cauſam appellationis coram nobis introduxit, vnde cum dubitari contingat, an ſententia D. Iudicis ſit confirmanda dubium reſolutum fuit negatiuè, & ra-
1 tio reſolutionis inconcuſſa fuit, † quod Gagliardonus, qui egit pro repetitione ſoluti, tenebatur omninò probare ſolutionem, ne cadat à iure ſuo repetendi. *l. 1. C. de probat. Bart. in l. in illa, ſub num. 4. verſ. ſed contra hoc. ff. de verb. obligat. & in l. cum de indebito, num. 4. ff. de probat. Affl. deciſ. 91. num. 2. Rota in recent. par. 5. deciſ. 38. nu. 2.* Vt in ſimili dicimus de hærede grauato per
2 fideiuſſionem, † qui quamuis poſſit detrahere debita teſtatoris, tenetur tamen probare illa fuiſſe ab eadem ſoluta, *Rota in recent. part. 2.*
3 *deciſ. 516. num. 1. & 2.* Cum † ſolutio ſit quid facti, quæ non præſumitur, ſed ab eo probanda, qui in ea ſe fundat, vt diximus *deciſ. 23. nu. 125.*
4 *& ſeq.* Et præſertim † vbi (prout hic) actor, & reus habent vterque intentionem fundatam in inſtrumento de quo quæritur, quia tunc ſufficit Marinangelo reo habenti intentionem fundatam in credito florenorum 60. negare ſibi factam fuiſſe ſolutionem, ex cumulatis per *Gab. de prob. concl. 6. num. 15. & ſeq. Affl. d. deciſ. 91. num. 2. in fine Rot. coram Gregor. deciſ. 139. num. 2. & deciſ. 480. num. 3. & in recent. par. 2. deciſ. 616. num. 2. & par. 3. deciſ. 716. num. 2. & notauimus deciſ. 2. num. 38. & ſeq.*

Nec viſum fuit obſtare, quod dicebatur, concurrere in hoc caſu omnia requiſita ad præſumendam in fauorem Gagliardoni ſolutionē dicti pretii, nimirum diuturnitatem temporis, & rei tra-
5 ditionem. Quia † præterquam, quod patientia, ſeu taciturnitas, non ſufficit ad præſumendam ſolutionem rei venditæ, vt inquit *Rota diuerſor. par. 1. deciſ. 788. num. 12.* Reſpondetur vlterius,
6 quod † cum ex pacto cautum eſſet in inſtrumento ne emptor cogi poſſet ad ſolutionem florenorum 60. niſi venditor ageret cū operis cōplemēto, quod Roſa eius vxor ratificaret venditionem, nulli dubium eſt, quod ſolutio erat conditionalis, adimplenda priuſquam diſpoſitio contractus haberet effectum, ex notatis per *Bal. in l. aretaſ. in 3. lectura, n. 1. de ſtat. hom. Alteg. conſ. 8. n. 3. lib. 1. Rot. corā Duran. deciſ. 112. n. 12. & deciſ. 146. n. 46.*
7 Cum † natura conditionis ſit, vt prius impleatur, quam quis emolumentum ſolutionis cōſequi valeat, *l. quibus diebus, §. termilius, & ibi Bar. n. 6. de cond. l. hoc iure, de verb. oblig. Rot. corā Caual. 101 n. 2. 181. n. 1. 183. n. 8. 251. nu. 1. & 563. num 3.*
Vnde

Vnde ſequitur, vt non obſtet allegata præſum-
8 ptio ſolutionis, ex quo † vēditor agere non poterat ad ſolutionem, niſi adimpleta conditione per ipſum, *Rota in recent. part. 5. deciſ. 13. num. 35. & coram Canal. deciſ. 653. num. 1. & 2. Mantic.*
9 *de tacit. lib. 14. tit. 42. num. 3. 4.* ſoluendo † ſaltim intereſſe *ad tex. in l. ſi quis ab alio, §. fin. ff. de re iudic. l. ſtipulationes non diuiduntur, cum ibi not. Doct. ff. de verb. oblig. Pereg. deciſ. 149. nu. 1. Rota coram Gregor. deciſ. 241. num. 3. & in recent. par. 4. deciſ. 63. num. 1. & diximus deciſ. 95.*
10 *nu. 17.* Et conſequenter † ceſſare debet actio ad repetendum illud, quod non docetur plenè, & concludenter ſolutum eſſe, *d. l. 1. & ibi gloſ. in verb. præſtare debet, C. de probat. l. in exceptionibus, §. idem erit dicendum, ff. eod. tit. Rota in recent. par. 5. d. deciſ. 38. num. 2.* Vel ſaltim dicen-
11 dum eſt, quod ſi datur Gagliardono † actio repetendi, quæ eſt temporalis, multo magis concedenda ſit Marinangelo reo conuento ſolutionis non factæ exceptio, quæ eſt perpetua, *l. 1. ff. de except. cum alijs congeſtis à Giurb.* quem ſufficit
12 allegare pro multis *deciſ. 60. num. 6.* Et † maiori nititur æquitati, quam actio, *l. quia æquitati, ff. de except. doli, §. certè inſtit. de rerum diuiſ.*
13 *Surd. deciſ. 277. nu. 16.* Et hinc eſt, † quod præſcriptio tollit actionem, ſed non exceptionem, *Decian. conſ. 13. num. 48. vol. 2. Menoch. conſ. 60. num. 52. quos refert, & ſequitur idem Surd. ead.*
14 *deciſ. num. 18.* Quæ † quidem exceptio ſemper datur licet non competat actio, *l. pure de dol. except. cum alijs allegatis per Grat. deciſ. 151. num. 30. & ita, &c.* Sed cum in calculo ferendæ ſententiæ fuerit repertum, exibitumque inſtrumen-
15 tum ſolutionis, & reſpectiuè quietationis dictorum florenorum 60. fuit prædictis non attentis confirmata ſententia d. D. Iudicis à quo præterquam quoad expenſas.

A R G V M E N T V M.

Statutum inducens ſolutionis præſumptionem poſt certum temporis ſpatium, an, & quando ſit validum.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum inducens præſcriptionem cum mala fide, ob ſolam taciturnitatem non valet, & num. 9.*
2 *Statutum inducens præſumptionem ſolutionis poſt quindecim annos excludit malam fidem, & bonam inducit, operaturque, vt creditor teneatur probare debitum non eſſe extinctum, & num. 10.*
3 *Præſcriptio ſtatutaria eſt ad inſtar illius iuris communis.*
4 *Debitor ad ſoluendum debet aliquo modo interpellari, & num. 14.*
5 *Iuramentum perpetuat actionem, vſque ad 40. annos, & habet vim litis conteſtatæ, quæ præſcriptionem interrumpit, & num. 2.*
7 *Statutum adimens fidem inſtrumento lapſo certo tempore eſt validum.*
8 *Impubes iurare prohibetur.*
11 *Mala fides non eſt, vbi ius non reſiſtit.*
12 *Sublata præſumptione ſolutionis tollitur ſtatutum inducens præſcriptionem.*
13 *Mala fides allegari non poteſt ſi non eſt probata in actis.*
15 *Pro iuſtitia laudi antiqui præſumitur, etiam ſi non conſtet de proceſſu, & num. 16.*
17 *Sententia, vt dicatur antiqua 30. anni ſufficiunt.*
18 *Ad inducendam nullitatem laudi, cauſa debet eſſe euidenter falſa.*
19 *Pecunia præſumitur eſſe ſoluentis.*
20 *Præſumptio ſolutionis habet vim probationis, quæ transfert onus probandi in aduerſarium.*

D E C I S I O CCXXII.

ANno 1577. Siluia, & Maria Iacoba ſorores de Sancto Geneſio communia bona diuiſerunt, & pro adæquatione partium Maria Iacoba ſoluere promiſit Siluiæ florenos 200. ad omnem eius petitionem, vt in inſtrumento iurato in actis exhibito pro executione dict. ſummæ contra *hæredes* Mariæ Iacobæ, qui ſemel, & iterum à peritis abſoluti fuerunt per Iudices Curiæ Generalis Maceraten. in quorum ſententiam nos quoq; in tertia inſtantia inclinauimus ob præſumptam ſolutionem inductam à ſtatuto S. Geneſij Rub. 31. tollens propterea fidem inſtrumento poſt quindecim annos: Quod quidem ſtatutum
1 validum eſſe diximus, nō † quod inducat præſcriptionem cum mala fide ob ſolam taciturnitatem tanti temporis, quo caſu vtiq; non ligaret ex regula, quod nulla præſcriptio admittatur cum mala fide, *cap. final. de præſcript. & ibi latè Doctores, Conar. in reg. poſſeſ. par. 2. §. 51. num. 3. Balb. de præſcrip. 2. par. tertiæ partis princip. quæſt. 14. nu. 2. & 3. Seraph. deciſ. 614. num. 1. deciſ. 632. nu. 1. & ſeqq. & deciſ. 740. num. 1. Greg. deciſ. 489. num. 20. cum alijs pleno calamo allegatis per nos*
2 *deciſ. 155. num. 1.* Sed quia † mala fides in foro fori per Siluiam creditricem, quæ ſuum creditum per tantū temporis ſpatium petere neglexit probanda erat, non ſolum oſtendendo dictos hæredes debitores fuiſſe conſcios debiti, verum etiam docendo illos ſciuiſſe obligationem perdurare, & non fuiſſe extinctam, alioquin ſicut tranſacto tempore ſtatutario ſolutio facta præſumitur, ita etiam excluditur mala fides, & bona inducitur, quā præſuppoſita vult ſtatutum, quod inſtrumentum nullam fidem mereatur, itaue agens ex illo non poſſit audiri, *Gratian. diſcept. 52. num. 18. & 21. diſcept. 509. numer. 39. & diſcept. 924. num.*

Digitized by Google

num. 7. Mantic. deciſ. 151. num. 4. latè firmauit
Rota in *Romana tuccla 29. Ianuarij 1588. coram*
Orano in Romana pecuniaria 29. Nouembris 1609.
coram Sacrato, & in Romana pecuniaria 10. Iunij
1624. coram Merlino, & vltimo loco notauit Ad-
den. ad Buratt. deciſ. 8. num. 10. verſ. quartus eſt
3 *caſus*. Eſt enim † talis præſcriptio ſtatutaria ad
inſtar illius iuris communis, ſecundum quod cre-
ditor differens petitionem crediti facit præſumi
ſolutionem, & ſimilis eſt ei, qui ſatisfecit, *l. ſi pu-*
pillus, §. vlt. de Adm. tut. Affl. deciſ. 13. nu. 4.
Surd. deciſ. 105. num. 4. Monach. deciſ. Floren. 2.
4 *num. 11.* Præſertim, quia Siluia † creditrix, nec
iudicialiter, nec extraiudicialiter, curauit Mariam
Iacobam dum viuebat interpellare, *Menoch.*
praſumpt. 135. numer. 19. lib. 3. Gratian. diſ.
diſcept. 52. numer. 18. in fine.

5 Non obſtat, quod dicebatur iuramentum per-
petuare actionem, vſque ad quadraginta annos,
& per conſequens impedire præſcriptionem ſtatu-
tariam, ad latè tradita per *Seraphin. de iuramen.*
Priuil. 22. num. 53. & priuil. 51. num. 1. & ſeqq.
Quia nihilominus fuit reſponſum ſtatutum præ-
factum habere locum in contractibus iuratis,
etiamſi iuramentum perpetuet actionem, vſque
6 ad quadraginta annos, & † habeat vim litis con-
teſtatæ, quæ præſcriptionem interrumpit, *Bart.*
in l. nam, & poſtea, §. ſi is qui, ff. de iur. iurand.
Surd. deciſ. 3. nu. 1. 13. & 15. & deciſ. 64. num.
33. Rota diuerſ. par. 4. deciſ. 199. num. 3. Siqui-
7 dem † ſtatutum noſtrum procedit vlterius adi-
mendo fidem inſtrumento, quod fieri potuit per
ſtatuentes, *Rolan. conſ. 43. num. 3. & 4. lib. 4.*
Surd. conſ. 361. num. 12. Crot. conſ. 76. num. 18.
& ſeqq. lib. 1. Gratian. d. diſcep. 52. num. 21. &
diſcept. 490. num. 14. & ſeqq. Mocd. deciſ. 5. tit.
de praſcrip. Put. deciſ. 216. num. 2. lib. 2. & de-
ciſ. 512. num. 4. lib. 2. Rota diuerſ. part. 2. deciſ.
104. num. 2. & part. 4. d. deciſ. 199. num. 4. &
5. Adden. ad Buratt. deciſ. 98. num. 5. Seraph. de-
ciſ. 718. nu. 1. Quæ concluſio multo fortius pro-
cedere debet in caſu noſtro, vbi non tantum effly-
xerunt quadraginta anni, ſed etiam quinquagin-
ta, & vltra, iuramentumque fuit præſtitum ab
8 impubere † prohibita iurare, *Surd. conſ. 25. nu.*
20. Gratian. diſcept. 525. num. 2. Franc. Mar. de-
ciſ. 122. num. 10. par. 1. & apud Picum ad ſtat.
Vrbis deciſ. 41. num. 4.

9 Neque obſtat allegata mala fides, qua ſtante,
dicebatur non eſſe locum ſtatuto, ex *Surd. deciſ.*
158. num. 6. & ſeqq. Gratian. diſcept. 52. nu. 17.
cum ſimilibus. Quia reſpondetur, quod ſtatutum
de quo verba facimus non inducit præſcriptio-
10 nem cum mala fide, ſed præcipit, † quod tran-
ſactis quindecim annis ſolutio facta præſumatur,
niſi creditor doceat debitum durare, & non eſſe
11 extinctum, vt iam diximus, quo caſu † exclude-
tur mala fides ex quo ius non reſiſtit, *Surd. deciſ.*
240. num. 17. Mantic. deciſion. 51. numer. 1. Et
12 ſi per Siluiam † tollatur præſumptio iſta ſolutio-
nis, ceſſabit ſtatutum, *Felin. in cap. vltimo, num.*
11 de praſcript. Caſtren. conſ. 162. num. 1. lib. 1.
Rom. conſ. 102. col. 2. Mantic. deciſ. 151. num. 6.
13 Interea tamen mala fides † non procedit, nec al-
legari poteſt, cum de illa in actis cauſæ nullo mo-
do conſtet, *l. fin. vbi Bart. C. vnde vi, Abb. in*
cap. ſi diligenti, de praſcript. Seraph. de iuramento,
Priuil. 13. num. 10. & Priuil. 132. nu. 94. Affl.
14 *deciſ. 240. num. 3.* Eo magis cum † Maria Iaco-
ba in dicto inſtrumento promiſerit ſoluere ad
omnem Siluiæ petitionem, de qua non conſtat,
& ſic cum non teneretur offerre, ſed eſſet inter-
pellanda, ceſſat prorſus mala fides, *Gratian. d.*
diſcept. 52. num. 30. & ſeqq. Surd. deciſ. 3. num.
12. Seraph. deciſ. 769. num. 7. Auſted. ad deciſ.
Toloſ. 73. Camill. Capuc. in ſua Prax. Iudic. par.
4. cap. 13. num. 107.

Vlterius excluditur mala fides, & inducitur
præſumptio ſolutionis, ex laudo lato inter par-
tes de anno 1598. in quo apparet debitum flore-
norum 200. per Mariam Iacobam compenſatum
cum pecunijs per eandem reſtitutis Olimpiæ ma-
15 tri, pro † cuius quidem laudi iuſtitia præſumi-
tur, cum verſemur in antiquis, nempè poſt tri-
ginta annos, *But. in cap. quoniam contra, de prob.*
Curt. Sen. conſ. 76. num. 3. Menoch. qui alios ci-
tat praſumpt. 35. num. 35. & praſumpt. 76. num.
35. lib. 2. & conſ. 512. nu. 20. & 21. lib. 6. Caſ-
ſad. deciſ. 3. tit. de procurat. Rota apud Zacch. de
oblig. Camer. deciſ. 152. num. 1. & in recent. par.
16 *2. deciſ. 673. num. 1.* Etiam † ſi non conſtet de
proceſſu, *Bal. Alex. Dec. Soc. & alij quos refert,*
& ſequitur Gratian. deciſ. 197. num. 1. & ſeqq.
vbi quod nō requiritur ſpatium centū annorum,
17 vt ſententia † dicatur antiqua, ſed ſufficiant tri-
ginta anni, & minus, *Rota diuerſ. part. 2. deciſ.*
143. num. 8. & coram Cauzl. deciſ. 22. numer. 5.
Præcipue cum fides facta ſit perditionis actorū,
Rota diuerſ. part. 2. d. deciſ. 143. nu. 11. & ſeqq.
Nec aduerſatur obiectum laudi lati, vt dicebatur
ex falſa cauſa, ex quo compenſatio dicitur facta
pro pecunijs reſtitutis Olimpiæ, quas conſtat vſque
de anno 1592. fuiſſe reſtitutas per vtranque nem-
pè Siluiam, & Mariam Iacobam ſorores. Nam
18 reſpondetur, quod ad inducendam † nullitatem
laudi ex dicto capite cauſa debet eſſe euidenter
falſa, *Abb. in cap. 1. num. 4. & 8. de re iudic. Rot.*
in recent. part. 2. deciſ. 178. num. 1. Quæ falſitas
non deducitur ex dicto inſtrumento, in quo ap-
paret, quod quietatio facta eſt ambabus ſoro-
ribus de pecunijs receptis, ſed non dicit, à qui-
bus, & ſtant iſta ſimul, quod quietatio ſit fa-
cta duabus, & nihilominus pecunia recepta
ſit ab altera ipſarum, vt in dicto inſtrumento
apparet depoſitum factum à Ioanne Petro mari-
19 to dictæ Mariæ Iacobæ cuius † præſumuntur
pecuniæ, *l. & magis, ff. de ſolut. Dec. conſ.*
648. numer. 2. Rot. in recentior. part. prima,
deciſion. 651. numer. ſeptimo, & ſic ceſſat obie-
ctum.

Demum

Digitized by Google

Demum non obſtat Siluiam mouiſſe litem cō-
tra Mariam Iacobam de anno 1608. pro conſe-
cutione dictæ ſummæ. Quia iam decurſi erant
anni 31. & poſtea effluxerunt anni 22. & tamen
ſtatutum præſumit ſolutionem poſt quindecim
20 annos, vt dictum fuit. Taliſque † præſumptio
habet vim probationis, itant Maria Iacoba rele-
uetur ab onere probandi ſolutionem, & transfe-
ratur in Siluiam. *Seraphin. deciſ. 617. numer. 8. Mantic. d. deciſ. 151. nu. 6.* Prout id ſanè expreſ-
ſe diſponit ſtatutum ibi tranſacto dicto tempore
quindecim annorum per creditorem eſſe proban-
dam ſolutionem non factam. Ex quibus, & aliis
reſultantibus ex proceſſu. & ex allegationibus
datis pro parte hæredum Mariæ Iacobæ duximus
ſententias dominorum Iudicum à quibus eſſe
confirmandas, &c.

ARGVMENTVM.

Teſtator præſumitur ſe voluiſſe confor-
mare cum diſpoſitione legis, qua ca-
uetur, quod dotes, promiſſæ, vel da-
tæ hæredibus grauatis non contineā-
tur ſub fidei commiſſo.

SVMMARIVM.

1 *Collationi locus non eſt inter ſuccedentes ex fidei-commiſſo.*

2 *Dotes aſſignatæ filiabus hæredibus grauatis per fideicommiſſum non cadunt ſub eodem fideicommiſſo, & num. 8.*

3 *Collatio eſt rei propriæ in communi contributio.*

4 *Pater præſumitur ſe conformaſſe cum diſpoſitione iuris communis fideicommittendo bona tantum, quæ tempore obitus habebat in hæreditate, n. 5.*

6 *Bona dicuntur deducto ære alieno.*

7 *Dos habetur loco æris alieni.*

9 *Filia ex forma ſtatuti excluſa à ſucceſſione patris inteſtati, ſi venit ad hæreditatem ex teſtamento non tenetur conferre.*

10 *Collatio, vt locum habeat inter filias neceſſe eſt, quod filiæ inſtitutæ debeatur legitima ab inteſtato*

11 *Filia excluſa per ſtatutum à legitima, nunquam dotem conferre tenetur.*

DECISIO CCXXIII.

EX quo per mortem Lauræ, & Catha-
rinæ ſororum ſine liberis factus eſt
locus reciprocæ ſubſtitutioni ad fa-
uorem aliorum fratrum, & ſororum
reſpectiuè ſuperuiuentium iuxta ſe-
riem teſtamenti Ioannis Andreæ pa-
tris conditi de anno 1594. Viſum fuit D. Dianam

admittendam eſſe ad quartam partem bonorum
fideicommiſſariorum de quibus agitur, nulla fa-
cta collatione dotis ſuæ habitæ ab eodem patre
1 de anno 1598. Non tantum † ex regula generali,
quod inter ſuccedentes ex fideicommiſſo non ſit
facienda collatio, *Iaſ. in l. ſi emancipati, num. 22. Roman. num. 10. Cagnol. num. 130. C. de collat. Gabr. conſ. 96. num. 37. lib. 1.* cum aliis per nos
deductis, *deciſ. 50. num. 17. 33. & ſeqq.* Quam
2 etiam † ex ſingulari diſpoſitione, *tex. in l. filia, & ibi Alex. num. 1. ff. ad Senat. Conſul. Trebell.*
vbi expreſſe cauetur, quod dotes datæ, vel pro-
miſſæ filiabus hæredibus grauatis per fideicom-
miſſum, non cadunt ſub eodem fideicommiſſo, vt
comprobant *Peregr. Patau. deciſ. 96. numer. 5. verſ. amplius ſi pater, Gaſpar. Theſ. forenſ. lib. 3. quæſt. 4. num. 1. deciſ. noſtra 50. num. 236.* Igitur
cum pater Dianæ omnia bona ſubiecerit fideicō-
miſſo reciproco fauore filiorum inſtitutorum, vt
integraliter, & abſque diminutione deuenire poſ-
ſint ad vltimum ſuperuiuentem. Cumque etiam
3 collatio † ſit rei propriæ in communi contribu-
tio, *gloſ. in Rub. ff. de collat. bonor. Bart. in l. pater filium, num. 2. ff. de collat. dot. Surd. conſ. 219. num. 8.* cum aliis per nos allegatis *d. deciſ. 50. num. 235.* Vtique ſi dos eſſet conferenda ſequere-
tur, quod facta illius commixtione, & incor-
poratione cum cæteris bonis, dos ipſa quoque
ſubiaceret fideicommiſſo in præiudicium nedum
filiæ, ſed etiam mariti, quod abſque dubio nun-
4 quam videtur fuiſſe de intentione patris, † qui
præſumitur ſe conformaſſe cum diſpoſitione iuris
communis, *l. hæredes mei. §. cum ita, vbi Bartol. num. 5. ff. ad Trebell. Altograd. conſ. 52. num. 31. lib. 1.* cum aliis notatis *per Mantic. de coniecturis, lib. 6. tit. 6. num. 1. & ſeqq.* fideicommittendo
5 ſcilicet † bona tantum, quæ tempore ſui obitus
habebat in hæreditate, *ad tex. in dict. l. à filia, ff. ad Senat. Conſult. Trebell. & in l. vnum ex familia, §. ſi rem tuam, de legat. 2. Mantic. dict.*
6 *tract. lib. 9. titul. 1. numer. 7.* Bona † autem
intelliguntur deducto ære alieno, *leg. ſubrogatum, §. bona, ff. de verb. ſignificat. leg. cum demum, vbi Iaſ. numero primo, & Decius numero ſecundo,*
7 *C. de collat.* Proinde ipſa dos † intelligitur de-
ducta, tamquam ſit loco æris alieni, *leg. qui liberos, ff. de ritu nupt. leg. obligamur, §. lege, ff. de act. & obligat. dict. leg. à filia, §. 1. in fin. ff. ad Trebell. vbi late Alexand. numero ſecundo, & tertio, lege vltima, C. de dot. promiſſ. Altograd. conſil. 97. numer. 67. lib. 1. Gratian. deciſion. 47. numero primo, Barz. deciſion. 47. num. 1. & 8. Peregr. deciſ. Patau. 2. numer. 14. Seraph. deciſ. 451. num. 9. & deciſ. 815. num. 2.*
8 Et conſequenter † non venit conferenda, vt di-
ximus in allegata *deciſ. noſtra 50. num. 235. & 265.* Prætere a non eſt facienda collatio, quoniam
9 Diana tanquam excluſa † à ſucceſſione patris in-
teſtati ex forma ſtatuti Anconitani *Rub. 55. collat. 2.* venit hodie ad partē fideicōmiſſi ex teſta-

mento eiuſdem patris non tenetur conferre ſecundum magis receptam Doctorum ſententiam, *in l. ſi emancipati, C. de collat. Mich. Graſſ. lib. 2. tit. de collat. bonor. quæſt. 6. num. 4.* Quia ad hoc, vt
10 collatio † inter liberos locum habeat neceſſe eſt, quòd filiæ inſtitutæ debeatur legitima ab inteſtato, *Perp. in Auth. ex teſtamento, & in l. ſi emancipati, num. 25. eod. tit.* & notauimus *d. deciſ. 50. num. 16.* At in caſu poſito inſpecto d. ſtatuto *rub.*
11 *55. verſ. & ſimiliter filia, &c.* Diana † eſt excluſa à legitima, igitur nullo pacto dotem conferre tenetur *Bald. & Alex. in d. l. ſi emancipati vterq; num. 8. Dec. & Purpurat. nu. 9. Cagnol. nu. 228. C. de collat. Caph. conſ. 18. num. 29. Pereg. Patau. deciſ. 63. num. 4. & 6.* cum aliis allegatis in ſæpè citata *deciſ. noſtra 50. nu. 239. & ſeqq.* Et ita, &c.

ARGVMENTVM.

Reſignatarius, ſiue ſucceſor in beneficio. An, & quando teneatur ſtare locationi factæ ab anteceſſore reſignante.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſor in beneficio non tenetur ſtare locationi ab anteceſſore facta nomine proprio.*

2 *Quod procedit etiam pro primo anno locationis. Limita, quando annus eſt cæptus, factæque eſt impenſæ neceſſaria, & fructus ſunt de proximo colligendi, & num. 5. Sed tamen limitatio eſt controuerſa, & num. 9. Intellige, & declara, vt num. 10.*

3 *Beneficia cum ſint perſonalia, contractus circa illa habiti perſonas contrahentium non excedunt.*

4 *Reſignatarius nullum ius conſequitur à reſignante, ſed ab ipſo Papa dumtaxat.*

6 *Reſignatario fructus debētur à die collationis, n. 8.*

7 *Limitatio, vt procedat ad deſtruendam regulam probari debet non per veriſimile, ſed per neceſſè, & concludenter.*

11 *Succeſſor tenetur ſtare locationi facta per eum, qui deſiit eſſe beneficiatus facto ſuo videlicet renunciatione.*

12 *Sed contraria opinio eſt verior, & magis communis.*

13 *Diſtingue tamen.*

14 *Beneficiatus dimittendo beneficium abdicat à ſe omne ius, & poſſeſſionem.*

15 *Conductor pro damnis, & intereſſe prouenientibus culpa locatoris actionem habet contra locatorem ipſum.*

16 *A regula, quod ſucceſſor non teneatur ſtare locationi non receditur, niſi contrarium reperiatur expreſſum.*

17 *Locatio nulla non attenditur.*

DECISIO CCXXIV.

CVm de anno 1636. die 6. Decembris D. Ioannes Baptiſta Nictus de Froſinono tanquam mandatarius D. Iulij Celiani Sanctiſs. D. N. Papæ Vrbani VIII. Caudatarij (licet de mandato in actis non conſtet) nomine ipſius, & ad eius commodum locauerit ad biennium Domino Curtio Pacino bona pertinentia ad duo ipſius beneficia ſub titulo Sanctiſs. Corporis Chriſti, & Sanctæ Mariæ ad Nittes Firmanæ Diœc. & deinde per liberam eiuſdem Celiani reſignationem in manibus Sanctiſs. factam D. Ludouicus Falconius anno ſequenti 1637. pridie Idus Nouembris eadem beneficia obtinuerit, poſſeſſionemque de menſe Februarii, & Martii anni 1638. adeptus fuerit, conſequens eſt, vt etiam data exiſtentia mandati ad locandum bona prædicta, dicamus
1 eundem Ludouicum reſignatarium, † & ſingularem ſucceſſorem non eſſe cogendum ſtare locationi factæ ab anteceſſore, qui non habebat ius plenum iure dominii in rebus locatis, iuxta *tex. in l. ſi quis domum, §. 1. ff. de locat. in l. emptorem, C. eodem titulo*, & latius explicant *gloſ. in cap. fin. in verb. ſtatutum, ne prælati vices ſuas, & in cap. veniens, de tranſact. Caroc. de locat. par. 1. cap. 47. vbi de communi, Gutier. canonic. quæſt. lib. 2. capit. 36. num. 6. & ſequentibus, Couar. var. lib. 2. cap. 15. in fin. Mareſc. var. lib. 1. cap. 18. numer. 5. Marc. Anton. lib. 1. reſolut. 45. numer. 1. Ricc. in praxi lib. 1. reſolut. 112. num. 2. Pereg. de fideicomm. art. 40. num. 103. Gratian. diſcept. 37. num. 16. & ſeq. diſcept. 606. numer. 1. & ſeqq. & deciſ. Marcb. 99. num. 14. Adden. ad Theſ. deciſ. 143. in fin. verſ. quid autem dicendum, Surd. deciſ. 33. num. 7. & 8. deciſ. 40. num. 4. deciſ. 172. num. 1. & deciſ. 326. num. 78. Put. deciſ. 175. numer. 3. & 4. lib. 1. in nouiſ. Rot. diuerſ. part. 1. deciſ. 805. num. 4. & ex impreſſ. per Statil. deciſ. 210. num. 2. & 3. & coram Canal. deciſ. 612. num. 14. & ſequentibus*, cum aliis innumeris quos refert, & ſequitur *Barboſ. de offic. Epiſc. alleg. 94. num. 1. Et in ſuis remiſſionibus ad Conc. ſeſſ. 25. capit. 11. de reformat. in verb. nullatenus.* Idque habere
2 locum † etiam in primo anno locationis, *Mareſc. var. d. cap. 18. num. 7. Gratian. diſcept. 606. num. 11. Rot. in nouiſ. deciſ. 1. de locat. & coram Mantic. deciſ. 186. num. 1. Adden. ad Burat. deciſ. 482. num. 17. & ex impreſſ. per Statil. d.*
3 *deciſ. 210. num. 6.* Ratio etenim eſt, nam cum † beneficia perſonalia ſint, contractus circa illa habiti contrahentium perſonas nequaquam excedere debent, *cap. niſi de præb. cap. ad hoc, de Auth. & vſu pal. conferuntque, l. iuris gentium, §. pactorum, & l. qui in futurum, §. ſi ex altera parte, ff. de pact. leg. ſicut 10 annos, §. morte, ff. quib. mod. vſuf. amitt. l. cum cui, C. de act. & oblig. l. cogi, §. vnde quæritur, ff. ad Trebell. l. final. ff. de contrahen. empt. Caph. conſ. 182. numer. 17.*

lib.

Digitized by Google

lib. 2. Mantic. de tacit. lib. 5, tit. 13. num. 4. Guid.
dop. deciſ. 480. *num.* 5. *Afflict. deciſ.* 95. *num.* 6,
& deciſ. 172. *num.* 5. *Rot. in nouiſ. d. deciſ.* 1. *de*
locat. & ex impreſſ. per Statill. d. deciſ. 210. *nu-*
mer. 4. *& in recent. par.* 3. *deciſ.* 239. *numer.* 6.
Alia etiam, & quidem vrgentiſſima ratio eſt,
4 quia reſignatarius, † nullum ius conſequitur à
reſignante, ſed ab ipſo Papa duntaxat, *Lotter.*
de re beneſic. lib. 1. *quaeſt.* 40. *numer.* 14. *Caſſad.*
deciſ. 15. *num.* 1. *de præb. Borg. Canalc. deciſ.* 44.
num. 6. *&* 8. *lib.* 1. *Rot. ex impreſſ. per Statill. d.*
deciſ. 210. *num.* 5.

Et quamuis regula, quod ſucceſſor in benefi-
cio non teneatur ſtare locationi facta ab anteceſ-
ſore limitetur pro parte D. Pacini conductoris,
5 vt non procedat, quando † annus eſt inchoatus,
& facta impenſa neceſſaria, vel magna pars illius,
fructuſque pendentes ſunt de proximo colligendi
vt poſt *Oſaſch. deciſ.* 82. *num.* 10. firmat expreſſe
Rot. penes Statil. in allegata deciſ. 210. *num.* 7.
Attamen non videtur limitatio applicari ad ca-
ſum noſtrum, in quo ceſſant omnia prædicta re-
quiſita. Siquidem quo ad primum ſi reſpicia-
6 mus † tempus collationis factæ D. Ludouico,
quod fuit de menſe Nouembris anni 1637. à quo
incipiunt deberi fructus reſignatario, *ad tex. in*
l. fructus, C. de act. empt. Alex. conſ. 121. *num.*
6. *lib.* 4. *Gabr. conſ.* 192. *numer.* 1. *lib.* 2 *Surd.*
conſ. 333. *num.* 24. *Io: Mar. Belt. Diſq. Cler. tit.*
9. §. 16 *num.* 3. *Garz. de beneſ. par.* 2. *capit.* 1.
num. 146. *Latter. d. tract. lib.* 3. *quaeſt.* 20. *num.*
120. *Canalc. d. deciſ.* 44. *numer.* 1. *ſeqq. Rot. co-*
ram Canalc. deciſ. 104. *numer.* 1. *& ſequentibus.*
Vtique non erat inceptus ſecundus annus. Quo
verò ad ſecundum requiſitum nempè, quod ſit fa-
cta impenſa neceſſaria pro cultura, de hoc nullo
7 modo liquet, & tamen, † cum poſſibile ſit, quod
à laboratoribus, ſeu partiarijs facta ſit impenſa,
tanquam fundamentum partis aduerſæ erat pro-
bandum, & quidem non per veriſimile, ſed per
neceſſe, & concludenter, vt ad eius fauorem in-
treт limitatio ad deſtruendam regulam prædictã,
cap. in præſentia, de probat. l. matrem, & ibi Bal.
in princ. C. de probat. Mantic. deciſ. 211. *num.* 5.
7. *&* 8. cum alijs de induſtria omiſſis. Reſpectu
verò tertij requiſiti, ſiuè reſpiciamus tempus fa-
ctæ collationis de menſe Nouembris anni 1637.
vt dictum eſt, ſiuè tempus adeptæ poſſeſſionis, &
intimationis, quod non intendebat reſignatarius
ſtare locationi, quod fuit de anno 1638. die 7.
Martij, vtique tunc temporis fructus vix ſunt na-
ti, ne dum pendentes, & de proximo colligendi.
8 Vltra quod † fructus pendentes non poſſunt ha-
beri pro collectis in præiudicium reſignatarij ad
quem ſpectant, non autem ad reſignantem, &
multo minus ad reſigantis conductorem, *Rot.*
coram Canaler. deciſ. 104. *num.* 3. *& ex impreſſ.*
apud Cenc. deciſ. 276. *num.* 2. *& deciſ.* 177. *nu-*
mer. 8. Ideò firma remanet regula, quod D. Lu-
douicus reſignatarius non tenetur ſtare locationi
9 facta à reſignante. Imò quatenus † eſſemus in
anno inchoato, & terræ eſſent laboratæ, ac ſemi-
natæ, itaut teneretur reſignatarius ſtare locatio-
ni pro illo anno cepto, quod in iure eſt maximè
controuerſum, ex allegatis per *Caph. conſ.* 187.
10 *lib.* 2. *per totam*, id ſanè procederet; † non vt ipſe
obſeruet locationem ſui prædeceſſoris cum eiſ-
dem pactis initis cum conductore, ſed ſolum, vt
cum ipſo conductore diuidat fructus anni cepti
ex quadam æquitate, & incidenti ſocietate, vt de-
clarat *Polid. Rip. obſeruat.* 115. *num.* 7. *Hodier.*
ad Surd. deciſ. 33. *ſub num.* 2. *verſ. verum non vt*
ſucceſſor, Borg. Canal, d. deciſ. 44. *num.* 23. *verſ.*
vel ſaltem, par. 1.

Nec pariter obſtat ſecunda limitatio pro par-
11 te conductoris conſiderata nimirum, † quod il-
le, qui ſuccedit per mortem non teneatur ſtare
locationi, ſecus autem dicendum videatur de ſuc-
ceſſore per reſigationem, ex *Gratian. diſcep.* 606.
in fin. Rip. obſeruat. 132. *Surd. de aliment. tit.* 9.
quaeſt. 42. *num.* 13. *Sperell. deciſ.* 74. *numer.* 29.
12 Quoniam, † hæc diſtinctio nullatenus eſt reci-
pienda, tanquam ſit abſque auctoritate, & con-
tra communem Doctorum citatorum ſenten-
tiam. Imò contra diſpoſitionem *l. tex. in l. em-*
ptorem, C. locat. qui generaliter firmat ceſſ. re
locationem per inductionem ſingularis ſucceſſo-
ris, factam culpa locatoris, *Franc. deciſ.* 488.
13 *num.* 5. Niſi diſtinguendo dicamus † illam opi-
nionem procedere in neceſſario ſucceſſore, in
quem obligatio locatoris, tranſit, vt notat *Rot.*
in recent. par. 3. *deciſ.* 56. *num.* 1. *& coram Ca-*
nal. d. deciſ. 612. *num.* 10. *& ſeqq.* Secus autem
in ſucceſſore, ſeu reſignatario noſtro, qui cum
ius habeat ab ipſo Papa duntaxat, non obligatur
ex locatione anteceſſoris, vt ex *Bal.* & alijs rectè
animaduertit eadem *Rot. coram Canal. d. deciſ.*
612. *num.* 54. *Surd. d. deciſ.* 40. *num.* 11. *&* 12.
Eſt tamen verum, quod quando culpa, & facto
locatoris ceſſat locatio per inductionem ſingula-
ris ſucceſſoris, & conductoria, nocet factum lo-
14 catoris, qui † eo ipſo quod ſimpliciter dimiſit
beneficia abdicauit à ſe omne ius, & poſſeſſio-
nem, *Innoc. in cap. ſuper hoc de renunciatione, Ca-*
mill. Capuc. in ſua Praxi Iudiciaria, par. 6. *cap.*
8. *num.* 19. *Rot. coram Canal. deciſ.* 104. *num.* 2.
15 Tunc † conductor pro damnis, & intereſſe pro-
uenientibus culpa locatoris, vt videtur dicen-
dum ea reſignatione Celini, ſpontè, & liberè
facta durante conductione poſſit agere Pacinus
contra reſignantem, qui locauit, *Barb. in l. ſi fi-*
lio familias, §. vlt. num. 22. *ff. ſolut. matr. Al-*
ter Barb. de officia Epiſc. d. alleg. 94. *numer.* 12.
Scapuc. de ſing. ſucceſſ. Ampliat. 27. *num.* 7. *Gu-*
tier. canonic. quaeſt. lib. 2. *cap.* 36. *numer.* 25. *&*
ſeq. Surd. deciſ. 326. *num.* 25. *&* 26. *Canalc. d.*
deciſ. 44. *num.* 9. *par.* 1. *Rot. coram Duran. deciſ.*
448. *num.* 49. Atque ideò ex his dicimus non in-
16 trare in hoc caſu limitationes allegatas, † ſed
omninò regulæ iam dictæ, quod ſucceſſor in be-
nefi-

Digitized by Google

neficio per reſignationem non teneatur ſtare locationi factæ ab anteceſſore, ex tex. in l. emptorem, C. locat. firmiter adhærendum eſſe, niſi contrarium reperiatur expreſſum, iuxta notata per *Maxt. de Tacit. lib. 5. tit. 30. num. 2. & per Gutier. d. cap. 36. numer. 30. verſ. in ſucceſſore, & per Rot. coram Caual. d. deciſ. 612. num. fin.* Eo
17 magis quia † locatio tanquam nulliter facta ſine expreſſo mandato Celiani nullum impedimentum D. Ludouico Falconio præſtare poteſt, *cap. non præſtat, de reg. iur. in 6. Rot. coram Caual. d. deciſ. 612. num. 14. cum ſimilibus*. Et ita reſolutum, &c.

ARGVMENTVM.

Ægidiana quæ habet locum in Saluiano, & prohibet appellationem requirit, quod ſententia iuſtificetur ex actis alioquin datur appellatio.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non admittitur in ſaluiano vigore Ægidianæ.*
2 *Notoria iniuſtitia ſententiæ operatur, vt non ſit locus ægidianæ.*
3 *Sed quod intret appellatio.*
4 *Sententia dicitur notoriè iniuſta, quandò non iuſtificatur ex actis.*
5 *Extremum principale in ſaluiano probandum eſt, ſcilicet teſtatorem, qui rem legat poſſediſſe tempore legati facti, ſeu conditi teſtamenti.*
6 *Enunciatiua inſtrumenti venditionis non probat poſſeſſionem rei venditæ.*
7 *Probatio dominij, vel proprietatis conuenit hypothecariæ.*
8 *Saluianum non fundatur ſuper hypothecaria, vel pignore, ſed in quaſi pignore, vel hypotheca, quæ radicatur in ſola poſſeſſione, quam habet is, qui rem hypothecauit tempore contractus, ſeu teſtamenti.*
9 *Sententia non conformis libello eſt ipſo iure nulla.*
10 *Iudex non poteſt ſententiam ferre ſuper eo, de quo non fuit cognitum.*
11 *Sententia non conformis libello ſatis eſt quòd iuſtificetur ex deductis, & probatis in proſecutione iudicij.*
12 *Mandatum de manutenendo non datur ei, qui dimiſit animo poſſeſſionem.*
13 *Res euicta non dicitur per ſententiam, nec per immiſſionem ſequutam in ſaluiano.*
14 *Renunciatio quæ per aliquem actum inducitur, non cenſetur facta, niſi quatenus ex ipſo actu neceſſario infertur.*
15 *Quandò conſtat de poſſeſſione alicuius non præſumitur animo dimiſſa, ſed continuata, & nu. 30.*
16 *Author laudatus eſt legitimus defenſor.*
17 *Et pro emptore poteſt excipere.*
18 *Non autem petere mandatum de manutenendo, cum illud petens dicatur actor voluntarius.*
19 *Sed contra, & melius, num. 20. & 21.*
22 *Author laudatus non poteſt appellare ſecundum vnam opinionem, ſed ſolum adhærere, & proſequi appellationem emptoris.*
23 *Et ſi appellat id facere debet nomine emptoris, & non proprio.*
24 *Sed contra, & melius.*
25 *Emptore nolente appellationem proſequi, licet id facere venditori.*
26 *Sententia notoriè iniuſta facere non poteſt tranſitum in iudicatum.*
27 *Iudex nulliter, & iniuſtè procedens non priuat poſſeſſorem ſua poſſeſſione.*
28 *Quæ conſiſtunt in animo explicari non poſſunt à procuratore ſine ſpeciali mandato.*
29 *Quod procedit quando procurator habet neceſſitatem docendi de animo ſui principalis.*

DECISIO CCXXV.

FVit vnanimi DD. Auditorum voto reſolutum Alexandrum Fioranum, & Portiam eius cõiugem authores laudatos rectè petijſſe, quod Marcus Antonius Planetius reus conuentus, qui titulo emptionis cauſam habet ab ipſis coniugibus manuteneatur in poſſeſſione terrarum de quibus agitur, nulla habita ratione ſententiæ latæ in ſaluiano per D. Locumtenentẽ Æſinum ad fauorem Colæ Colini
1 actoris. Nam † licet in poſſeſſorio ſaluiani non detur appellatio ſuſpenſiua vigore Ægidianæ ex cumulatis in *deciſ. noſtra 12. numer. 4. deciſ. 26. num. 1. & deciſ. 71. num. 11.* Attamen id nequaquam procedere dictum fuit in hoc præſenti ca-
2 ſu, † vbi notoria iniuſtitiæ ſententiæ operatur, vt non ſit locus Ægidianæ, vt diximus *deciſ. 38. num. 1. deciſ. 43. num. 8. & deciſ. 55. numer. 1.*
3 Sed † quod intret appellatio, vt deſumitur ex tex. ipſius Ægidianæ, & tradunt *Pacif. de Salu. inſpect. 4. cap. 2. num. 68. Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 75. num. 27. Rot. apud Cenc. de Cenſ.*
4 *deciſ. 263. num. 11.* De iniuſtitia † vtique notoria conſtare dicitur cum ipſa ſententia ex actis non iuſtificetur, *Greg. deciſ. 1. num. 4. & deciſ. 264. num. 4. Seraph. deciſ. 1161. numer. 5. & à Nobis dictum fuit deciſ. 107. num. 4. & 5.*

Quod autem non iuſtificetur deducitur ex eo, quia D. Colinus intentauit iudicium ſaluiani cõtra Marcum Antonium Planettum vigore legati
5 ſibi facti per D. Fiordaliſiam teſtatricem † non probata poſſeſſione eiuſdem de tempore teſtamenti, vel poſtea, prout requirebatur, *Neguſ. de pig. par. 8. mem. 3. num. 10. Rolan. conſ. 14. num. 6. & 13. lib. 1. Scapucc. de Sal. lib. 1. quæſt. 25. num. 2. Pacif. eodem tract. inſpect. 3. cap. 4. num.*

Digitized by Google

nam. 103. & ſeqq. Surd. deciſ. 76. num. 6. Rot. co-
ram Canal. deciſ. 420. num. 2. & coram Greg. de-
ciſ. 491. num. 6. & in recent. part. 6. deciſ. 138.
num. 1. & diximus, d. deciſ. 26. num. 22.
6 Neque dici poteſt aliquo modo probata ex e-
nunciatiua inſtrumenti venditionis factæ ipſi Pla-
netto, in quo Alexander, & Portia venditores e-
nunciant ſe hæredes Fiordaliſæ, vnde elicitur bo-
na prædicta fuiſſe eiuſdem Fiordaliſæ, ex Menoch.
conſ. 207. num. 7. lib. 3. Quia reſpondetur, quod
Menoch. arguit ſuper dominio teſtatoris, vt pa-
tet eodem conſ. num. 1. & 7. poſt medium. Ideò
ſi venditores enunciant ſe hæredes Fiordaliſæ, ex
inde non ſequitur, quod ipſa eaſdem terras poſ-
ſederit, vt probandum erat in hoc iudicio Saluia-
7 ni. Cum † non ſufficiat probatio dominij, vel
proprietatis, quæ conuenit ſolum hypotheca-
riæ, Neguſ. de pign. 3. mem. 8. par. ſub num. 19.
verſ. & ſi quiſpiam, Scacc. de appellat. quæſt. 17.
8 lim. 6. mem. 9. num. 94. non autem Saluiano, †
quod non fundatur ſuper hypothecaria, vel pi-
gnore quamuis ſit de pignoribus, ſecundum tex.
in l. 2. §. Saluianum, ff. de interd. ſed in quaſi pi-
gnore, vel hypotheca, quæ radicatur in poſſeſ-
ſione, quam habuit is, qui rem hypothecauit
tempore contractus, ſeù teſtamenti, vt optimè
declarant Scapuc. d. tract. lib. 1. quæſt. 25. num.
7. Rot. diuerſ. par. 2. deciſ. 34. num. 27. & ſeq.
Altograd. conſ. 4. num. 4. & ſeqq. lib. 1.

Propterea ſententia eſt notoriè iniuſta, ac nulla,
9 vt † non conformis libello, neq; probatis, nã quic
quid ſit de primo petio terræ ſuper quo etiam
diſcordant contrata, & confinia, ſententiæ ab il-
lis in libello ſpecificatis ferè in omnibus, certè
de petio terræ expreſſo in ſententia in contra-
ta Carterere nullum verbum fit in libello, neque
reſpectu illius adeſt aliqua probatio in proceſſu,
quod ſcilicet illud fuerit poſſeſſum à Fiordaliſa,
vnde remanet ſententia ipſo iure nulla, tex. in
cap. inter dilectos, & ibi gloſ. in verb. petitionis,
de fide inſtrument. l. de ætate, §. cum prætor, ff. de
interrog. act. l. vt fundus, & ibi Bal. numer. 5. qui
declarat id etiam procedere in ſummarijs cauſis
ff. comman. diuid. & cap. licet heli, & ibi Felin.
num. 18. verſ. & per iſtum tex. ext. de Simon. Al-
tograd. conſ. 95. num. 53. lib. 1. Vinius deciſ. 315.
num. 3. Surd. deciſ. 295. num. 20. Videtur enim
10 hoc caſu † Iudex ſententiam tuliſſe ſuper eo, de
quo non fuit cognitum, nec lis conteſtata contra,
l. de qua, ff. de Iudic. Surd. conſ. 273. numer. 12.
11 & deciſ. allegata 295. num. 21. Vnde † licet ſuf-
ficere videatur, quod ſententia non conformis
libello iuſtificetur ex deductis, & probatis in
proſecutione iudicij, Beron. conſ. 43. numer. 8.
lib. 3. Afflict. deciſ. 95. numer. 8. Oſaſch. deciſ. 1.
num. 24. Rot. in recent. par. 5. deciſ. 69. num. 15.
Et nos diximus deciſ. 40. numer. 42 Attamen vt
dictum eſt in hoc proceſſu nihil eſt probatum de
poſſeſſione Fiordaliſæ, reſpectu huius petij ter-
ræ in Contrata Carteræ, & ideo iniuſtè pronun-
ciatum ex ſupradictis.

Non obſtat, quod dicebatur Planettum ſe
habuiſſe pro ſpoliato dum ipſe produxit ſenten-
tiam latam contra ſe agendo contra dictos Ale-
xandrum, & Portiam iugales venditores, non
12 curando amplius poſſidere, & ideò † ei non poſ-
ſe concedi mandatum de manutenendo, quod
non datur ei, qui dimiſit animo poſſeſſionem,
l. 3. §. in amittenda, ff. de acq. poſſ. Rot. coram
Put. deciſ. 419. numer. fin. lib. 2. coram Seraph.
deciſ. 1041. num. 3. coram Greg. deciſ. 546. num.
12. coram Coc. deciſ. 52. numer. 6. coram Canal.
deciſ. 390. num. 6. & in recent. par. 4. deciſ. 416.
numer. 1. Et Nos diximus deciſ. 35. numer. 37.
Quia reſpondetur Planettum produxiſſe ſenten-
tiam non vt ageret de euictione tanquam ſpolia-
13 tus, ſiquidem † dici non poteſt rem euictam per
ſententiam prolatam, imò nec etiam per immiſ-
ſionem ſequutam in Iudicio Saluiano, ad notat
per Beltram. ad Greg. in deciſ. 88. numer. 11. &
per Altograd. in conſ. 35. num. 5. lib. 1. cum alijs
allegatis in deciſ. noſtra 206. num. 78. & ſeq. ſed
potius ad effectum, vt liberaretur à moleſtijs
iuxta tenorem pacti in Inſtrumento venditionis
appoſiti, Quare ex hoc non poteſt inferri neceſ-
ſario ad renunciationem poſſeſſionis, nam ſtant
ſimul iſta duo, quod quis poſſideat rem vendi-
tam ſuper qua patitur moleſtias, & agat pro il-
14 larum liberatione; Cum † renunciatio, quæ
per aliquem actum inducitur non cenſeatur facta
niſi quatenus ex ipſo actu neceſſario infertur,
Surd. conſ. 431. num. 22. lib. 3. Ideò cum con-
15 ſtet † de poſſeſſione Planetti non præſumitur a-
nimo dimiſſa, ſed continuata, Rot. in recent. par.
2. deciſ. 560. num. 3. Greg. deciſ. 555. num. 10.
Cocc. deciſ. 494. num. 4.

16 Neque obſtat, quod Author laudatus non
poſſit petere mandatum de manutenendo pro
emptore, eo quia cum ſit legitimus defenſor.
Bal. in l. 3. §. fin. ff. de alienat. Iud. mut. cauſ.
fact. & in l. ſi actor, nu. 10. & 11. ff. de procur.
17 Natt. conſ. 630. num. 2 poſſit vtique † defende-
re, & pro emptore excipere, l. ſi plus, §. mota,
ff. de euict. Marant. in prax. part. 6. mem. 5. nu-
18 mer. 3. Non autem † agere, petendo manda-
tum de manutenendo, cum illud petens dicatur
actor voluntarius, Greg. deciſ. 64. numer. 5. Re-
19 ſpondetur enim Authorem laudatum † eſſe obli-
gatum ad eandem poſſeſſionem emptoris tuen-
dam, ex tex. in l. emptorem, §. idem veratius (ibi)
debere præſtare emptori, vt in lite de poſſeſſione
potior ſit, ff. de act. emp. vbi gloſ. in verb. de poſ-
ſeſſione exponit, ideſt in interdicto, vti poſſidetis,
& in diſtinctè agere poſſe, quando ſua intereſt
in caſu, quo ipſe teneatur authorare emptorem,
20 & ideò † ſi emptor cadit à poſſeſſione, vendi-
tor tenetur illum authorare, agendo rei vendi-
catione, vel Publiciana, Bal. Salyc. & Caſt. in l.
fin. C. de act. empt. idem Bal. conſ. 377. lib. 4. &
multo magis ſi venditor in tradenda poſſeſſione
con-

21 controuerſiam patiatur, † quia debet procul
dubio authorare emptorem, vt dictum eſt agen-
do nempè interdicto vti poſſideris, *d. l. empto-*
rem, §. idem neratius, & ibi gloſ. ff. de act. empt.
Pariter nec obſtare viſum fuit, quod dicebatur
ſententiam feciſſe tranſitum in iudicatum, eo
quia emptore primo appellante non poterat Au-
22 thor † laudatus appellare, ſed ſolum ad hærere,
& proſequi appellationem emptoria, *Scacc. de*
23 *appellat. quæſt. 5. num. 35.* Et quando † appel-
lat debeat id facere nomine emptoris, & non
24 proprio, *Scacc. d. quæſt. num. 36.* Nam † quod
Author laudatus, & venditor poſſint appellare
à ſententia lata contra emptorem à nemine ferè
controuertitur, & firmat *Scacc. loco citato, num.*
34. & 36. Et cum eadem die 27. Februarij 1636.
vterque appellauerit nō deſcripta hura, non po-
teſt tutè firmari, quod prius emptor venditore
appellauerit, vt militent allegata in contrarium
25 quatenus obeſſent. Verum cum ſimus in caſu †
emptoris uolentis appellationem proſequi, vti-
que licet venditori id facere, *Bart. in l. ab exequu-*
tore, §. alio condemnato, num. 1. ff. de appellat.
26 Et in omnem caſum ſatis erit † ſententiam eſſe
notoriè iniuſtam, & propterea non poſſe facere
tranſitum in iudicatum, Rot. *in recent. par. 1. de-*
ciſ. 260. num. 7. Ex quo deinde ſequitur, quod
27 Iudex † haud ritè, & rectè procedens non poſſit
priuare poſſeſſorem ſua poſſeſſione, *Caual. deciſ.*
470. numer. 4. Cocc. deciſ. 220. num. 2. cum alijs
per nos allegatis *deciſ. 15. num. 17.*
Demum non obſtat, quod mandatum de ma-
nutenendo peti non poſſit abſque ſpeciali man-
28 dato ex illa nimirum ratione, † quod ea, quæ
conſiſtunt in animo, qualis eſt retentio poſſeſſio-
nis, vt probauimus *deciſ. 35. num. 37.* non poſ-
ſunt explicari à non habente ſpeciale mandatum,
Greg. deciſ. 268. num. 7. Quia reſpondetur iſtud
29 procedere, † quando habet neceſſitatem docen-
di de animo ſui principalis in quibus terminis lo-
quitur *Greg.* quod non contingit in caſu noſtro,
vbi de animo poſſidentis conſtat ex appellatione
& ex præſumptione iuris, qua inſpecta poſſeſ-
30 ſor non cenſetur dimiſiſſe animum poſſidenti, †
ſed præſumitur illum continuaſſe, niſi contra-
rium probetur, Rot. *in recent. par. 1. deciſ. 560.*
nu. 3. cum alijs ſuper alleg. Ex quibus ita deciſum.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio inſtrumentalis ſufficit pro ma-
nutentione obtinenda, quando non
conſtat de poſſeſſione alterius.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſori datur mandatum de manutenendo.*
2 *Poſſeſſio eſt quid facti.*
3 *Poſſeſſio probatur ex inſtrumento publico adeptio-*
nis illius.
4 *Poſſeſſio inſtrumentalis ſufficit ad omnes iuris ef-*
fectus.
5 *Et ſignanter ad obtinendam manutentionem.*
6 *Etiamſi non doceant poſſeſſores de illo tempore*
poſſeſſionem fuiſſe vacantem.
7 *Poſſeſſione non priuat Iudex nulliter procedens.*
8 *Poſſeſſor ſine citatione priuari non poteſt per Iudi-*
cem ſua poſſeſſione.
9 *Poſſeſſio capta non citato poſſeſſore dicitur nulla,*
Clandeſtina, & ineficax.
10 *Poſſeſſio prima potior habetur.*
11 *Et manutenibilis eſt.*
12 *Etiamſi ſit inſtrumentalis, & ſecunda naturalis.*
13 *Ac etiamſi anterioritas eſſet per horam, aut mo-*
mentum.
14 *Clauſula ſine praiudicio habentium meliora, &*
potiora iura praſeruat poſſeſſionem alterius ple-
nam.
Et reddit aliam poſteriorem inanem.
16 *In manutentionis iudicio requiruntur omnes exce-*
ptiones concernentes petitorium.
17 *In manutentione de ſola poſſeſſione doceri oportet.*
18 *Non autem diſputandum de iuſtitia illius.*
19 *Sed ſufficit poſſeſſio de facto.*

DECISIO CCXXVI.

1 Videtur dandū eſſe mādatum de ma-
nutenendo Dominæ Virginiæ, &
alijs cōſortibus de Palmuccis Ma-
ceraten. qui docent de poſſeſſione
prædij de quo agitur. *§. hodie in-*
2 *ſtit. de interd.* Nam † cum poſſeſ-
ſio ſit quid facti, *l. 2. §. ſi vir vxori, ff. de acq.*
poſſ. l. denique, ff. ex quib. cauſ. maior. Gratian.
diſcept. 411. num. 6. Mantic. deciſ. 95. numer. 7.
3 *& deciſ. 105. num. 1.* remanet † ſufficienter pro-
bata ex inſtrumento publico adeptionis illius ro-
gato Nicolao Nardello Notario die 25. Octo-
bris anni præteriti, *ad tex. in l. prædia, vbi Bart.*
& cæteri Doct. ff. de acquiren. poſſeſſ. leg. non id-
circo, vbi Bal. C. de fid. inſtrum. Abb. in cap. cum
nobis, num. 5. de præſcript. Crau. conſ. 54. num.
21. Cocc. deciſ. 110. num. 1. 123. numer. 1. 212.
num. 6. 233. num. 1. 378. num. 1. 425. num. 3. &
488. num. 2. Greg. deciſ. 138. num. 1. & 268. nu-
4 *mer. 10.* Illaque ſic probata † ſufficit ad omnes
iuris effectus, Rot. *in recent. par. 5. deciſ. 34. nu-*
5 *mer. 5.* & ſignanter † ad obtinendam manuten-
tionem, vt latè probauimus *deciſ. 15. num. 6.* &
6 latius *deciſ. 35. num. 7. & ſeqq.* Etiamſi † non do-
ceant ipſi poſſeſſores inſtrumentales poſſeſſionē
de illo tempore fuiſſe vacantem, quia de iure ca-
pta præſumitur alio non poſſidente dum contra-
rium non probatur, *Pereg. deciſ. Patau. 47. nu-*
mer. 3. Rot. coram Seraph. deciſ. 322. num. 5. &
coram Duran. deciſ. 436. num. 2. par. 21 & coram
Greg. dec. 268. cum alijs per nos citatis *d. dec. 35.*
num.

nu. 12. Neque facit, quod alij Palmucij de Mon-
tephilatrano aduerſarij vigore mandati de im-
mittẽdo obtenti per Iudicem delegatum ab Emi-
nentiſs. Cardinali Epiſcopo Maceraten. cœperint
7 poſſeſſionem. Quia † ex quo Iudex non ritè pro-
ceſſit, nequaquam priuauit dictas mulieres, ex
traditis per *doct. in l. clam poſſidere, §. qui ad nun-
dinas, ff. de acq. poſſ. Cocc. deciſ. 113. num. 3. de-
ciſ. 233. num. 2. & deciſ. 366. num. 2.* Quod au-
8 tem † non ritè proceſſerit dubitari non poteſt,
cum id totum fecerit ſine citatione partis, quæ
in poſſeſſione reperiebatur, *cap. licet Epiſcopus,
vbi gloſ. in verb. vocato. de præb. in 6. l. fin. C. ſi
per vim, vel alio modo, Rot. coram Cocc. deciſ.
113. num. 5. & ex impreſſ. poſt Zacch. de obligat.
Cam. deciſ. 154. num. 5.* cum allegatis *deciſ. no-
ſtra 16.* in alia cauſa manutentionis in parte eiuſ-
9 dem prædij. Ac ideò illorum † aſſerta poſſeſſio
ſit poſterior, & nulliter capta, nempè alio exi-
ſtente in poſſeſſionem non citato, dicitur clan-
deſtina, vitioſa, & nullius conſiderationis, ex no-
tatis in *d. deciſ. 16. num. 3. 9. 10. deciſ. 120. nu-
mer. fin. & rurſus deciſ. 218. num. 46. & 47.* Et
10 ſucceſſiuè † prima mulierum hæc poſſeſſio, &
non ſecunda potior habetur, *Mantic. deciſ. 227.
11 num. 5. & deciſ. 346. num. 2.* Manuteneri que †
debent ipſæ mulieres, *Bart. in l. ſi duo, num. 4.
verſ. ſi vero teſtes, ff. vti poſſid. Soc. Sen. conſ. 98.
num. 13. lib. 4. Beron. conſ. 47. numer. 2. lib. 3.
Rot. ex impreſſ. poſt tract. de manuten. Domini
Lud. Poſt. deciſ. 89. num. 2. & deciſ. 179. num. 3.*
12 Etiamſi hæc † prima ſit inſtrumentalis, vt dictum
eſt, & illa ſecunda naturalis, *Rot. ex impreſſ. poſt
13 d. tract. de manut. d. deciſ. 89. num. 4.* Ac etiam †
ſi anterioritas eſſet per horam tantum, imò etiam
per momentum, *Rot. diuerſ. par. 2. deciſ. 19. nu-
mer. 1. & ſeqq. & coram Buratt. deciſ. 67. num.
26. & 27. & in recent. par. 3. deciſ. 16. num. 1.*
Et premiſsa eo planius procedere debent ſiqui-
dem mandatum de immittendo relaxatum ad fa-
uorem Dominorum de Palmucijs de Montephi-
latrano latum fuit per Dominum Malateſtam
Gabutium Iudicem delegatum, cum clauſula ſi-
ne præiudicio habentium meliora, & potiora
14 iura, quæ clauſula præſeruat † alterius poſſeſſio-
nem plenam, vt firmauimus pluribus citatis *d.
deciſ. 35. num. 20. & deciſ. 105. num. 3.* opera-
15 turque, quod poſſeſſio † capta per dictos aduer-
ſarios vigore ipſius mandati dicatur manis tan-
quam acquiſita ſub conditione, *Put. deciſ. 32.
lib. 2. d. deciſ. noſtra 35. num. 18. & 19.* Quæ re-
ſoluta remanſit detecta anteriori poſſeſſioni di-
ctarum mulierum, *Seraph. deciſ. 877. numer. 2.
Rot. in recent. par. 1. deciſ. 513. num. 3. & ex im-
preſſ. penes D. Poſtium in allegato tract. de manut.
deciſ. 17. num. 17.* cum alijs per nos citatis *d. de-
ciſ. 35. num. 21.*

Non obſtat, quod prædium de quo agitur di-
catur eſſe Emphyteoticum Capituli Cathedralis
Maceraten. & quod mulieres ex forma inueſtitu-
ræ ſint excluſæ; Quia vltrà quod nullibi iuſtifica-
tur prædium eſſe tale: Reſpõdetur vlterius, quod
16 in iudicio manutentionis † reijciuntur omnes
exceptiones concernentes petitorium, *Greg. de-
ciſ. 546. num. 6. & dix imus deciſ. 15. numer. 19.
17 & 31. & alibi ſæpè.* Sed ſolum † de poſſeſſione
doceri oportet probanda per actum appréhen-
18 ſionis. † non autem diſputandum de illius iuſti-
tia, *Rot. in recent. par. 5. deciſ. 8. num. 5.* cum
alijs per nos allegatis *deciſ. 30. num. 32. & de-
19 ciſ. 35. num. 29. & 30.* Ex quo † de facto ſuffi-
cit poſſeſſio in poſſeſſorio ſummariſſimo, vbi
verſamur, *Rot. in recent. par. 5. deciſ. 284. num.
11.* Et ita, &c.

A R G V M E N T V M.

Rota Maceraten. res iudicatas attende-
re non ſolet, quando iniuſtitia
eſt notoria.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia notoriè iniuſta nunquam tranſit in iudi-
catum.*

2 *Et vitium primæ, ſeu ſecundæ ſententiæ influit in
ſubſequentem.*

3 *Nec eſt neceſſe à tali ſententia appellare.*

4 *Cum detur reuocatio illius quacumque re iudicata
non obſtante.*

5 *Etiam in terminis Conſtit. March. lib. 6. capit. 9.
prohibentis poſt certũ tempus dicere de nullitate.*

6 *Sententia lata ſine citatione eſt ipſo iure nulla.*

7 *Et lata prout in cedula non ſubſiſtetur, ſed eſt nul-
la, quando conſtat tunc temporis nullam fuiſſe
ſcriptam, & exhibitam ſententiam, ſeu decretum.*

8 *Sententia ſecunda lata contra primam, quæ tran-
ſitum fecit in iudicatam eſt nulla.*

9 *Iudex lata ſententia functus eſt officio ſuo.*

10 *Sententia quæ reſpondet petitioni, & decidit to-
tum negotium principale eſt diffinitiua.*

11 *Poſt litem conteſtatam licita non eſt variatio.*

12 *Creditor in cauſa iudicati pignus accipiens non po-
teſt eo relicto ad aliud tranſire.*

13 *Pignus primum ſpecialiter obligatum præſumitur
ſufficiens.*

14 *Creditori ſi per primam executionem eſt plenè ſa-
tisfactum, non eſt licita variatio.*

15 *Obligatio pro vna cauſa non extenditur ad aliam.*

16 *Pro euictione non agitur niſi effectualiter ſecuta
de illa.*

17 *Per denunciationem litis, ſeu moleſtiarum,*

18 *Euicta res dicitur quando poſſeſſio fuit ablata, vel
ſublatum dominium, & num. 19.*

20 *Dictio (alias ad damna) importat pœnam conuen-
tionalem in caſu non adimplementi promiſſionis
præcedentis.*

DE.

DECISIO CCXXVII.

DOmini Auditores pro maiori parte recedẽtes à deciſis coram R. P. D. meo Guidiciono ſub die 28. & 29. Nouembris anni 1633. fuerunt in
1 voto ſententiam de † exequendo inſtrumentum pro ſumma ſcutorum 225. & expenſis latam per D. Poteſtatem Ciuitatis Recanaten. ad fauorem Domini Petri Antonij Maſſucij, & contra DD. Paulum, & Ludouicum de Lepretis ob illius nullitatem, & notoriam iniuſtitiam ex actis reſultantem non feciſſe tranſitum in iudicatum, *Belt. ad Greg. deciſ. 1. num. 6. Rot. in recent. par. 1. deciſ. 260. num. 7. & par. 2. deciſ. 594. nu. 4. & coram Mantic. dec.*
2 *7. num. 5. & deciſ. 211. num. 6.* Quæ quidem † vitia nullitatis, & iniuſtitiæ influunt in ſubſequutam vltimam ſententiam, *Hond. conſ. 19. num. 32. lib. 1. Gratian. diſcept. 581. num. fin. Rot. in recent. par. 3. deciſ. 725. num. 4.* Et operantur, vt
3 non † fuerit neceſſe ab illa prouocare, *l. 1. & 2. C. quand. prou. non eſt neceſſ. l. 1. §. 1. quæ ſenten. ſine appellat. reſcindant. Vermigliol. conſ. 123. numer. 1. & conſ. 327. numer. 6. Belt. vbi ſuprà nu-*
4 *mer.* 8. Cum abſque † appellatione detur reuocatio illius quacunque re iudicata non obſtante, *Gabr. conſ. 28. nu. 4. & 7. lib. 2. Surd. conſ. 324. num. 5. ad fin. Altograd. conſ. 99. num. 29. & 30. lib. 9. Gratian. alios referens diſcept. 745. num. 1. Guidop. deciſ. 215. num. 9. & deciſ. 368. num. 1. Put. deciſ. 407. lib. 1. Caſ. de Graſſ. deciſ. 10. n. 12. & ſeq. Greg. deciſ. 317. num. 1. & ſeqq. Rot.*
5 *in recent. par. 3. deciſ. 216. nu. 3. in fin.* Etiam † in terminis conſtitutionis Marchiæ *lib. 6. cap. 9.* prohibentis poſt certum tempus dicere de nullitate. Quia illa debet intelligi quatenus ſententiæ ſint iuſtæ, & validæ, non autem notoriè nullæ, & iniuſtæ, *Mart. de clauſ. part. 1. clauſ. 19. num. 11. Grat. diſcept. 691. num. 27. & diſcept. 745. num. 4. & 5. Surd. conſ. 354. numer. 14. & ſeqq. Rot. diuerſ. par. 2. deciſ. 666. num. 3. & in recent. par. 1. deciſ. 662. num. 3. & par. 2. deciſ. 365. num. 8. & in vna lauden. pecuniaria, coram Pamph. ex impreſſ. per Marcb. par. 3. fol. 20.* cum alijs per nos allegatis *deciſ. 54. num. 11.*

6 De nullitate autem ſententiæ, ſiue decreti conſtare dictum fuit ex defectu inſanabili citationis requiſitæ, *cap. Paſtoralis, verſ. cæterum, de re iudic. cap. 1. de cauſ. poſſ. & propriet. l. ab eo, & l. ſicut proponis la prima, C. quom. & quand. &c.* cum alijs per nos cumulatis *deciſ. 107. numer. 1.*
7 Nam cum † terminus fuerit habitus pro ſeruato ſub die 13. Iulij 1630. conteſtque tunc temporis nullam fuiſſe ſcriptam cedulam, ſeù decretum. Imò potius totum contrariũ, quia ſub die 20. eiuſdem pro parte Maſſucij fuit appellatum quatenus contra ipſum appareret terminus habitus pro ſeruato, ex quo proceſſus reperiebatur de illo tempore penes DD. de Lepretis inde ſequitur, vt decretum illud dicatur nullum, adnotata per *Camill. Capuc. in ſua Prax. Iudiciar. part. 2. cap. 8. numer. 50. & 162. Gratian. diſcept. 438. num. 10. & diſcep. 950. num. 23. Gregor. deciſ. 546. num. 8. vbi etiam Belt. num. 16. Rot. in rec. par. 1. deciſ. 252. num. 2.* & diximus *d. deciſ. 107. num. 2.* Præterea de nullitate conſtat, quia eadem ſententia de exequendo contra DD. de Lepretis pro ſcutis 225. eſt contra aliam eiuſdem Iudicis ſententiam prius latam die 20. Iunii eiuſdem anni in qua octo boues in hoſpitio reconductos per Dominos de Lepretis depoſitarios illorum mandauit ſubhaſtari, eorumque pretium conſignari D. Petro Antonio Maſſucio creditori Sebaſtiani Pambruni in dicta ſumma, & quatenus pretium non ſufficeret, mandauit fieri ſolutionem pro reſiduo per dd. de Lepretis, quæ ſanè ſententia fuit in ſpecie ab ipſo D. Maſſucio acceptata, & reproducta, & ideò cum poſt cœptam ſubhaſtationem, idem Poteſtas aliam ſententiam tulerit mandando exequi inſtrumentum pro tota, & integra ſumma contra Lepretos conſequens eſt, vt
8 dicamus ſententiam ſecundam † contrariam primæ tranſactæ in iudicatum, & non reuocatæ eſſe omnino nullam, & inualidam, *l. 1. C. quan. prou. non eſt neceſs. l. poſt. ſententiam, C. de ſenten. & inter loc. omnium. Iud. Bart. in l. duobus diuerſis, ff. de except. rei Iud. Menoch. de Arb. quæſt. 52. numer. 2. Vermigliol. conſ. 169. numer. 6.* Roman. *conſ. 410. num. 4. Borg. deciſ. 15. num. 14. & 18. par. 2. Lud. deciſ. Peruſ. 72. num. 30. Gutb. deciſ. 70. num. 11. Mag. deciſ. Luc. 73. num. 4.* Rot. *in recent. par. 1. deciſ. 161. num. 2. & par. 5. deciſ. 188. num. 1. & deciſ. 312. num. 1. & coram Greg. deciſ. 486. numer. 8.* Contrarietas autem patet ad ſenſum. Nam in prima Lepreti condemnantur ſolummodo ad ſupplementum pretii quatenus pretium bouum ſubhaſtandorum non ſufficiat, & nihilominus in ſecunda manente eadem executione, & exhibitis, ac exiſtentibus animalibus in hoſpitio ad effectum ſubhaſtationis prædictæ mandatur exequi pro tota ſumma contra Lepretos, quod Iudex facere non poterat, cum
9 † per primam ſententiam à partibus acceptatam functus eſſet officio ſuo, *ex l. quod iuſſit, vbi Bartol. num. 9. 20. ff. de re iud. l. Iudex poſtea quam, ff. eod. tit. Vanc. de nullit. in Rub. ex defect. iuris, num. 114. Mar. Ant. var. lib. 1. reſ. 26. num. 12. & reſol. 72. num. 3. & lib. 2. reſol. fin. conſ. 40.*
10 Nec eſt dubium, quin ſententia prima de ſubhaſtando boues, & ſoluendo reſiduum ſit habenda prò diffinitiua, cum decidat totum negotium principale, & reſpondeat toti petitioni, ſeu libello D. Maſſucii in quo petit per Lepretos reconduci in hoſpitio boues ad effectum vendendi, & de pretio ſibi ſatisfaciendi, ad tradita per *Surd. conſ. 228. num. 22. & per Cocc. deciſ. 407. num. 1.* Vnde cum in executione illius primæ ſententiæ fuerit cœpta ſubhaſtatio in qua adeſt oblatio ſcutorum monetæ 230. facta à D. Lucangelo Flamminio

Digitized by Google

minio ; & ſic vltra creditum Maſſucij ſcutorum
11 † 225. proinde non licuit Maſſucio poſt litem
conteſtatam variare, ſiue electio proueniat ex hominis, ſeu legis diſpoſitione, *l. 3. §. generaliter, ff. de eo quod cert. loc. l. à diuo Pio, §. in venditione, & §. pignora, ff. de re iudicat. Guidop. deciſ. 348. num. 2. Capic. deciſ. 33. num. 3.* & alios cumulauimus *deciſion. 59. numer. 57. & ſeqq.*

De iniuſtitia verò ſententiarum de exequendo contra Lepretos pro tota ſumma ſcutorum 225. patet ex eodem inſtrumento obligationis in quo ipſi non ſolum receperunt in depoſitum octo boues Pambruni, eorum periculo, riſico, & fortuna, quos promiſerunt facere bonos pro dicta ſumma. Nec non illos reconducere ad omne mandatum D. Iudicis. Vndè cum virtute dictæ obligationis ipſe Maſſucius inſtituerit iudicium contra Lepretos pro reconductione bobũ, ad effectum vendendi, & de pretio ſibi ſatisfaciendi, vt in geminatis petitionibus, vtique per effectuatam reconductionem, & præſentationem bubum Lepreti eorum obligationi ſatisfeciſſe dicuntur, præſertim adhibito conſenſu ſubhaſtationi, & facta oblatione reſidui, quatenus minori pretio venderentur. Quare alienum videtur ab omni iuſtitia,
12 vt † manente ſufficienti executione, & pignore nouum relaxetur mandatum, & variando noua fiat executio, *Guidop. d. deciſ. 348. num. 2.* cum
13 alijs ſuprà deductis. Non tantum, † quia primũ pignus ſpecialiter obligatum in dubio præſumitur ſufficiens, *Alex. in l. Creditor, nu. 2. ff. ſi certe pet. Surd. deciſ. 44. nu. 16. Rot. diuerſ. par. 1. deciſ. 707. num. 2.* Sed etiam, quia ex iudiciali oblatio-
14 ne † conſtat de ſufficienti valore animalium nempè ſcutorum 230. quod eſt vltra creditum petitũ, quo caſu minimè licita fuit variatio, *dict. l. à diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudic. Cumill. Capuc. in Prax. Iudic. par. 4. cap. 122 n. 49. & 50. Gaſp. Theſ. foren. lib. 1. quæſt. 7. num. 5. verſ. in contrarium, num. ſeqq.* Grat. *diſcep. 593. num. 9. & diximus d. deciſ. 99. num. 60.* Neque ex obligatione Dominorum de Lepretis de faciendo bonos dictos boues pro ſcutis 225. inferri poteſt ad obligationem extinguendi debitum, cum talis obli-
15 gatio † de faciẽdo bonos ipſos boues non ſit generalis, & abſoluta, ſed ſolum reſtricta, limitataq; ad pretium ſcutorum 225. & ideò non eſt amplianda, ſed reſtringenda, *l. quicquid adſtringendæ, ff. de verb. oblig. Becci conſ. 105. num. 29. & 30. Seraph. deciſ. 136. num. 4. Cocc. deciſ. 190. num. 1.* Maximè non conſtito de danno paſſo per Maſſucium occaſione dicti depoſiti. Vel de euictione
16 nimirũ, † quod boues reconducti in hoſpitio fuerint inde amoti lite pendente, prout ſanè conſtare oportebat, *Bart. in l. ſi non ſolum, §. morte, ff. de non. oper. nunc.* Rot. *in recent. par. 3. deciſ. 647.*
17 *num. 2. verſ. fuerunt enim datæ.* Idque per † denunciationem litis, ſeu moleſtiarum, *l. emptor, C. de euictione, cap. fin. de empt. & vend.* Rot. *in recent. d. par. 3. deciſ. 553. nu. 11.* Cum potius ex proceſſu elicitur contrarium, quia mandata ad fauorem Maſſucij fuerunt relaxata de menſe Iunij, & Iulij anni 1630. & mandatum præceſſum A. C. ad fauorem Octauij Ioannis Pauli fuit relaxatum die 12. Februarij 1631. & ſic per plures menſes retro, vltra quod D. Maſſucius non docuit de actuali executione, ſeu effectuatione dicti mandati in bobus de quibus agitur, & tamen res non
18 dicitur euicta, † niſi ſit ablata poſſeſſio, vt per *Crau. conſ. 682. num. 6. Theſ. deciſ. 85. in princ. & deciſ. 102. etiam in princ. Greg. deciſ. 88. num. 5.* vbi quoque *Bels. num. 12. Surd. deciſ. 12. num. 6. & 7.* Propterea Maſſucio non competit actio
19 aliqua niſi ſit euicta † poſſeſſio, vel ablatum dominium dictorum animalium, *leg. emptorem, §. idem Neruatius, ff. de act. & empt. l. data in princ. eo titulo, l. ſi ſeruus venditus, §. 1. & l. habere, ff. de euict. Rota in recent. par. 3. deciſ. 7. num. 1.* Eo magis, quia obligatio Dominorum de Lepretis ad damna, & intereſſe videtur conditionalis, nempè in caſu non reconductionis bobum, vt patet in inſtrumento (ibi) dictoſque boues
20 reconducere alias ad damna, &c. Nam † dicta dictio (alias) importat pœnam conuentionalem in caſu ſolum non adimplementi promiſſionis præcedentis, *l. alias, ff. de in lit. iuran. l. diuortio, & ibi gloſ. in verb. aliàs, ff. de negoc. geſt. Bart. in leg. 1. num. 12. ff. de condict. & demonſt. Tiraquell. de retract. §. 8. gloſ. 6. Mart. clauſul. 6. par. 1.*

Et ita, &c.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio inſtrumentalis alio non exiſtente in poſſeſſione eſt manutenibilis; Et anterior præfertur poſteriori poſſeſſori, cum alijs multis in materia manutentionis.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſorium ordinarium habet cognitionem annexam negotij principalis.*

2 *Poſſeſſorium extraordinarium eſt gratia litis ordinanda.*

3 *Summariſſimum reſpicit, non tàm veram poſſeſſionem, quàm nudum factum, ſeu ſtatum rei detinendæ, donec inter partes de petitorio, ſeu plenario poſſeſſorio cognoſcatur.*

4 *Detinens non dicitur poſſidere, ſed eſſe in poſſeſſione.*

5 *Detinens habet manutentionem officio Iudicis.*

6 *In manutentionis iudicio non admittitur, quod ad iuſtitiam, vel iniuſtitiam poſſeſſionis pertinet tanquam reijciendum ſit ad petitorium.*

7 *Sed tantum, quod ſpectat ad poſſeſſionem.*

8 *Iuſtum eſt, vt qui non poſſidet lite pendente non impediat poſſeſſorem.*

9 *Dummodo poſſideat vi clam, vel precario ab adverſa parte non poſſideat.*

10 *Poſſidere dicitur, qui melius de ſua poſſeſſione probauit.*

11 *Melius probaſſe videtur, qui de priore, & antiquiore poſſeſſione docuit.*

12 *Siue anterioritas ſit per horam, ſiue per momentum.*

13 *Poſſeſſio poſterior in concurſu alterius præſumitur clandeſtina, vitioſa, & nullius conſiderationis.*

14 *Poſſeſſor anterius præfertur in manutentione. Dummodo adſit continuatio, num. 18. & 34.*

15 *Poſſeſſio inſtrumentalis alio tunc temporis non exiſtente in poſſeſſione ſuffragatur ad quemcumque effectum, & præſertim manutentionis.*

16 *In concurſu poſſeſſionum anterior prævalet ſi probetur continuata, vſque ad tempus petitæ manutentionis, vel cum antiquiori probetur etiam præſentanea, quæ magis declarat primordialem poſſeſſionem inſtrumentalem, num. 17.*

19 *Vbi factum eſt notorium poteſt Iudex etiam extra acta mouere.*

20 *Notorium non indiget probatione.*

21 *Notorium dicitur quando factum ſui natura tale eſt, vt omnes ſciant, vel ſcire poſſint.*

22 *Fides regulariter, fidem non facit cum ſit ſcriptura in formis.*

23 *Limita in materia manutentionis, & num. 33.*

24 *Poſſeſſio quomodocumque capta ſit, nempè cum mandato Iudicis, vel ſine eſt manutenibilis.*

25 *In iudicio manutentionis non cognoſcitur de nullitate, & num. 75.*

26 *Diſpoſitio l. final. C. de edict. Adr. Toll. vt adeatur Iudex, & illi oſtendatur teſtamentum, quando ſit ad bene eſſe non autem res neceſſaria.*

27 *Iudex priuat poſſeſſione ciuili, & naturali.*

28 *Poſſeſſio vacans non dicitur, dum illa detinetur cauſa cuſtodiæ.*

29 *Executio fieri non poteſt de facto, & ſine cauſa cognitione etiam contra detentorem, ſeu intruſum.*

30 *Limita in caſu vbi ex actis conſtat ipſum detentorem eſſe talem, itaut nulla ei prorſus defenſio competat; alias ſemper citari debet, & numero 46.*

31 *Poſſeſſio, quæ habet horam præſumitur anterior in concurſu alterius poſſeſſionis captæ eadem die.*

32 *Præſumptio tollitur per alias præſumptiones validiores.*

35 Ratificatio poſſeſſionis captæ abſque mandato non retrotrahitur, quando medio tempore ius fuit alteri quæſitum.

36 *Mandati præſumptio inſurgit potiſſimum ex impenſa, præſertim in ſummariſſimo poſſeſſorio.*

37 *Poſſeſſionem acquirens nomine alterius ſimpliciter, non dicitur acquiſita poſſeſſio, niſi ſequatur illius ratificatio.*

38 *Et tunc ratificatio fieri debet re integra, & eſt inefficax ſi fiat poſt ius alteri quæſitum, nullumque effectum producit, num. 39.*

40 *Poſſeſſio acquiſita nomine ſuo, & alterius abſentis cum promiſſione de rato reſidet in perſona accipientis, donec ſequatur ratificatio.*

41 *Ratificatio facta dicitur re integra, dum facta apparet de tempore quo poſſidet ille, qui nomine ratificantis poſſeſſionem cæpit cum promiſſione de rato.*

42 *Ratificatio æquiparatur mandato ſufficienti ad manutentionem.*

43 *Et operatur, vt illa ab ipſomet ratificante geſta dicantur.*

44 *Et quidem ab initio cum retrotrahitur.*

45 *Nec dicitur nouus actus.*

46 *Poſſeſſio capta alio poſſidente non citato inualida eſt.*

47 *Nullumque ius tribuit.*

48 *In iudicio manutentionis non eſt diſcutiendum an quis ſit in poſſeſſione nomine proprio, vel alieno, ſeu precario.*

49 *Vel cum cauſa, aut titulo, vel ſine, ſed ſufficit allegare factum.*

50 *Manutentio datur exiſtenti in poſſeſſione pro intereſſe, quod habet in bonis.*

51 *Etiam ſine productione tituli.*

52 *Et quatenus producatur ſine iuſtificatione illius, cuius defectus non conſideratur.*

53 *Manutentionis iudicium non eget iuſtificatione.*

54 *Nec in eo iura colorari debent, licet colorari poſſint.*

55 *Manutentionis ſubſtantia, & merita ſunt, vt quis tueatur in ſua poſſeſſione in qua reperitur, vt aduerſarius agat iudicio ordinario.*

56 *Titulus, & cauſa poſſidendi eſt actus diuerſus à poſſeſſione, quæ non affert titulum.*

57 *Poſſeſſionem accipiens vti hæres ſubſtitutus cum tamen ſit inſtitutus manutentionem habet, ex quo falſitas cauſæ in acquirenda poſſeſſione, quamuis impediat effectum iuris, non impedit effectum facti, quo minus ex iſta falſa cauſa dicatur poſſidere, ſeu detinere.*

58 *Poſſeſſio non vitiatur etiamſi falſa cauſa detegatur, ex quo poteſt ſine cauſa acquiri.*

59 *Immiſſionem petens, & accipiens cum clauſula, pro omni ſuo iure, & intereſſe, & omni alio meliori modo cenſetur capta ex quocunq; capite, & modo quo potuit.*

60 *Poſſeſſio mutari poteſt ſuperueniente noua cauſa.*

61 *Titulus habitus etiam lite pendente non impedit, quo minus interea detur manutentio poſſeſſori.*

62 *Poſſeſſio incerta ratione loci, & quotæ acquiri nõ poteſt, & num. 65. & 66.*

63 *Ex poſſeſſione partis retinetur poſſeſſio totius.*

64 *Quota relata ad vniuerſitatem bonorum inducit certitudinem reſpectu vniuerſitatis, quæ certitudo poſſeſſionis generalis ſufficit.*

67 *In iuribus incorporalibus tantum operatur ceſſio, quantum traditio.*

68 Poſ-

Digitized by Google

68 *Poſſeſſio rerum corporalium, non acquiritur per ceſſionem ſine noua apprehentione.*
69 *Poſſeſſio iure familiaritatis nullum ius tribuit.*
70 *Nec eſt conſiderabilis ad aliquẽ effectũ poſſeſſoriũ.*
71 *Niſi ſequatur poſſeſſionis cauſa mutatio, quæ cum ſit facti non præſumitur.*
72 *Animus attendi debet, idem in admittenda, quàm in conſeruanda poſſeſſione.*
73 *Poſſeſſio amittitur, idem ex tacito, quàm expreſſo conſenſu.*
74 *Animus declaratur etiam ex diſpoſitione, & actu nullo.*

DECISIO CCXXVIII.

1 VErſantibus in poſseſsorio non ordinario † habente annexam cognitionem negotij principalis, ex tradit per Rol. *conſ. 8. num. 18. lib. 4. & per* Rot. *in recent par. 3. deciſ. 476. num. 4. & deciſ. 523.*
2 *num. 3.* Sed in poſseſſorio † extraordinario gratia litis ordinandæ, *Ioſeph Lud. Peruſ. deciſ. 69. num. 18. Capic. deciſ. 55. num. 7.* Quod vocant
3 ſummariſſimum † reſpiciens, non tam veram, & propriam poſſeſſionem, quàm nudum factum, ſeu ſtatum detinendi res hæreditarias quondam D. Petri Paoli Floriani Maceraten. donec de petitorio, ſeu pleoario poſſeſſorio inter partes cognoſcatur, vt per Rol. *cod. conſ. num. 17. & Duran. deciſ. 269. num. 4.* cum alijs deductis per *D. Poſtium in ſuo allegauit tractatu de manutenendo, obſeruat. 3. num. 23. & ſeqq.* Cuius † detentationis vigore licet quis non poſſideat, ſed ſolum dicatur eſſe in poſſeſſione, *l. ſi quis ante, ff. de acq. poſſ. Capic. dict. deciſ. 55. num. 6.* Competit
5 nihilominus † manutentio officio Iudicis iuxta doctrinam *Caſt. in l. cenſemus, num. 3. C. de Sac. Sanct. Eccl. Menoch. de recup. rem. vlt. num. 25.*
6 *Duran. d. deciſ. 269. num. 3.* Neque † admittitur, quod ad iuſtitiam, vel iniuſtitiam poſſeſſionis pertinet; tanquam ſit hoc reijciendum ad petitorium, Rot. *in recent. par. 5. deciſ. 8. nu. 5. & corã* Greg. *deciſ. 107. num. 5. & deciſ. 275. num. 12. & coram Duran. deciſ. 274. nu. 5. 328. num 9. & 433. num. 8. & coram Burait. deciſ. 904. num. 8.*
7 Sed † tantummodo, quod ſpectat ad poſſeſſionem iuxta notata *in l. 1. §. hoc interdictum, & §. ſeq. ff. vti poſſid. & in cap. licet cauſam de probat.* & plenius declarant *Bart. in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acq. poſſ. Bald. in l. ordinary, num. 7. C. de rei vend. Berou. conſ. 47. nu. 1. lib. 3.* Rot. *in recent. par. 5. d. deciſ. 8. num. 5. & ex impreſſ. apud d. tract. de manut. deciſ. 28. num. 14.* Cum
8 iuſtum ſit, † vt qui non poſſidet lite pendente ſuper negotio principali non impediat poſſeſſorẽ, ſiuè detentorem in ſua poſſeſſione, ſeu detentione, *Roder. de annuis reddit. lib. 1. quæſt. 17. n. 40. Mod. d. tract. de manu. obſer. 3. n. 17. Cocc. dec. 354. nu. 4.* cum alijs per nos cumulatis *deciſ. 120. nu. 8.*

9 Dummodo † poſſidens vi, clam, vel præcario ab aduerſa parte non poſſideat, *l. ſi de eo, in fin. vbi Doct. ff. de acq. poſſ. Berou. d. conſ. 47. num. 3. &*
10 *4.* Poſſidere autem dicitur ille, † qui melius de ſua poſſeſſione probauit, *cap. licet cauſam, verſ. ex præmiſſis de pro. gloſ. in l. ob carnem, §. ſi teſtis, ff. de teſtib. Alex. conſ. 64. n. 2. lib. 2.* Greg. *dec.*
11 *299. nu. 4.* Meliuſq; probaſse videtur, † qui de priore, & antiquiore poſſeſſione, docuit *Bart. in l. ſi duo, n. 14. ff. vti poſſid. Soc. conſ. 194. nu. 9. lib. 2. Berou. d. conſ. nu. 2. Menoch. de retin. rem. 3. n. 718. & ſeqq.* Rot. *ex imp. poſt d. tract. de ma-*
12 *nut. dec. 164. n. 17.* ſiue anterioritas † ſit per horã, vt in caſu propoſito, ſiue per momentũ, *Tiraq. de vtro. tract. par. 1. §. 11. gloſ. 1. n. 12.* Rot. *diu. par. 1. deciſ. 27. num. 15. & par. 2. deciſ. 19. nu. 2. & 3. & coram Buratt. deciſ. 67. num. 26. & ſeq. & deciſ. 688. num. 2. & in recent. par. 3. deciſ. 161. num. 1. & ex impreſ. poſt d. tract. deciſ. 179. n. 3.*

Fuit pro maiori DD. voto reſolutum coram R. P. D. Mughonio mandatum de manotenẽdo nõ poſſe prætendi per venerabile Monaſterium, & Moniales S. Claræ Ciuitatis Maceratæ ex poſteriori poſſeſſione capta die 31. Maij præteriti hora
13 *17. 1638.* Quæ tanquam † poſterior in concurſu alterius præſumitur clandeſtina, vitioſa, & nullius conſiderationis, *cap. licet cauſam, vbi Doct. de probat. l. clam poſſidere, in princ. ff. de acq. poſſ. Menoch. de retin. rem. 3. nu. 725. Grat. diſcep. 526. num. 43.* cum alijs per nos citatis *deciſ. 120. n. 11.* quibus addimus Rota *in recen. part. 3. deciſ. 322. nu. 2. & par. 4. deciſ. 35. num. 3. & coram Cocc. deciſ. 113. num. 2. & coram Buratt. deciſ. 263.*
14 *num. 3.* Sed illud eſſe concedendum † Dominis de Compagnonis, qui de eorum poſſeſſione anteriori adepta, nempe hora 16. eiuſdem diei legitimè docent *Bart. in l. 1. §. vlt. num. 18. & in l. ſi duo, num. 4. ff. vti poſſid. Seraph. 1038. num. 1. & deciſ. 1041. nu. 1.* Rot. *coram Duran. dec. 257. nu. 2. & deciſ. 328. nu. 1. & coram Greg. dec. 40. n. 2. & ſeqq. & deciſ. 549. nu. 2. & in recent. par. 1. deciſ. 293. num. 8. & deciſ. 313. nu. 1. deciſ. noſtra 62. num. 5. & deciſ. 226. num. 10.* Et qui-
15 dem per inſtrumenta publica † adeptionis illius, quæ alio tunc tẽporis non exiſtente in poſſeſſione, vt hic probant, & ſuffragantur ad quemcumque effectum, & præſertim manutentionis, vt latè probauimus *deciſ. 15. num. 6.* & latius *deciſ. 35. num. 7. & ſeqq.* Et quoniam in concurſu poſſeſ-
16 ſionum † tunc demum illa anterior ſuffragatur, ſi probatur continuata, vſque ad tempus petitæ manutentionis, vel cum antiquiori probetur etiã præſentanea, iuxta notata per *d. Modernum obſeruat. 71. num. 49. & per* Rot. *diuerſ. par. 1. deciſ. 27. n. 13. & deciſ. 28. n. 2. & coram Caual. deciſ. 589. num. 2.* vtiq; prædicta omnia concurrunt ad fauorẽ Cõpagnonum, qui habent continuationẽ,
17 & † præſentaneam poſſeſſionem, quæ magis declarant primordialẽ poſſeſſionẽ inſtrumentalem, *Hond. conſ. 20. num. 14. lib. 1. Moder. dict. tract.*

 obſer.

obſer. 21. n. 54. Rot. in rec. par. 3. deciſ. 246. n. 3.
18 Et operantur, vt aiſdem † habentibus vltimum
ſtatum actualis poſſeſſionis competat ſine dubio
manutentio contra Moniales non habentes conti-
nuationem, *Moder. vbi ſupra obſeru. 71. num. 49.*
& pluribus ſeqq. Rot. diuerſ. part. 3. lib. 3. deciſ.
374. num. 2. Mar. Ant. lib. 1. reſolut. 66. nu. 8.
Quæ ſanè continuatio, & præſentanea poſſeſſio
19 eſt adeò notoria, † & patens in hac Ciuitate Ma-
ceratæ, vt Tribunal poſſit etiam extra acta mone-
ri, iuxta notata per *Belc. ad Greg. deciſ. 224. nu. 7.*
& Rot. diuerſ. par. 4. deciſ. 178. Quia notorium
20 non † indiget probatione, *Surd. poſt alias conſ.*
371. nu. 45. & ſeq. Grat. deciſ. 19. num. 12. Belt.
21 *vbi ſupra n. 7.* Dicitur autem notorium † proba-
tum quando factum ſui natura tale eſt, vt omnes
ſciant, vel ſcire veriſimiliter poſſit, *Menoch. de arb.*
caſ. 166. ferè per totum Ioſeph Lud. Peruſ. deciſ.
67. nu. 23. Et proinde in caſu propoſito dubita-
ri non poteſt, quin ſit probatum, ex quo habentes
oculos, & aures in Ciuitate viderunt, & audiue-
runt, vel videre, & audire potuerunt Compagno-
nos fuiſſe, & eſſe in poſſeſſione.

Quibus accedunt fides plurium perſonarum
medio iuramento recognitas, aſſerentes non ſo-
lum, quod Compagnoni poſt adeptam poſſeſſio-
nem illam continuarunt, & continuant, ſed etiam
quod tàm intus, quã extra Ciuitatem, nempè ru-
ri miniſtri Monialium acceſſerunt ad capiendam
poſſeſſionem tempore, quo vtrubiq; iam fuerat
poſſeſſio acquiſita per D Camillum Compagno-
22 num. Quæ quidem fides † quamuis regulariter
fidem non faciant, cum ſint ſcripturæ informes,
l. inſtrumentum, l. rationes, l. exemplo, C. de pro-
bat. Attamen in hoc caſu ſtante notorietate facti
allegata, quæ controuerti non poteſt concluden-
23 ter probare videntur † in hac præſertim materia
manutentionis, *Bald. in l. inſtrumenta, C. de pro-*
bat. Ric. deciſ. 99. lib. 1. Rat. *ex imp. poſt d. tract.*
deciſ. 97. num. 3. & in recent. part. 3. deciſ. 175.
num. 2. & deciſ. 474. nu. 6. & par. 4. deciſ. 497.
num. 4. in fin. & conſarunt notata per *Camill. Ca-*
puc. in Praxi Iudiciaria par. 4. cap. 9. num. 92.

Non obſtat ideò, quod dicebatur poſſeſſionem
fuiſſe captã à D Camillo Compagnono ſine mã-
24 dato Iudicis, & ſic nullitar. Quia † quomodocũ-
que quæſita fuerit, ſiuè de mandato Iudicis, ſiuè
proprio auctoritate, non refert ad effectum ma-
25 nutentionis, *Greg. deciſ. 207. n. 1.* Ex quo in † hoc
iudicio non debet cognoſci de nullitate, *Mar. Ant.*
var. lib. 1. reſolut. 90. nu. 3. verſ. quod confirma-
tur, Rot. diuerſ. par. 1. deciſ. 786. num. 3. verſ.
26 *non obſtat.* Et † diſpoſitio *l. vlt. C. de edicto, Diu.*
Adr. Toll. vt ſcilicet adeatur Iudex, & illi oſten-
datur teſtamentum eſt ad benè eſſe, non autem
res neceſſaria in hoc caſu, iuxta communẽ de qua
Doct. ibidem præſertim *Caſt. nu. 1. Dec. nu. 7. in*
fin. Grat. diſcept. 532. num. 1. & 2.

Nec releuat, quod Moniales viceuerſa immiſ-
27 ſionem obtinuerint de mãdato Iudicis, † qui pri-
uat poſſeſſione ciuili, & naturali, etiam abſq; alia
expulſione, *Alex. Ang. Imol. & alij in l. clam poſ-*
ſidere, §. qui ad nundias, ff. de acq. poſſ. Greg. de-
ciſ. 582. num. 5. vbi etiam adden. Rot. in recentior.
28 *par. 1. deciſ. 193. num. 5.* Quia cum † poſſeſſio de
illo tempore non eſſet vacans dum Camillus Cõ-
pagnonus detinebat, & cuſtodiæ cauſa ei incum-
bebat, *l. 2. §. vacua, ff. de act. empt. vbi gloſ. in*
verb. poſſideant, Rat. *coram Seraph. deciſ. 82. n. 5.*
& coram Duran. deciſ. 269. nu. 9. Talis immiſſio
29 decreta per Iudicẽ fuit nulla, cum † etiam cõtra
detentorem, ſeu intruſum non poſſit fieri executio
de facto, & ſine cauſæ cognitione, *cap. conqueren-*
te, de reſt. ſpoliat. Innoc. in cap. in præſentia de pro-
bat. Alex. conſ. 209. n. 12. lib. 2. Rata. *conſ. 17.*
num. 14. lib. 5. Gab. de citat. concl. 1. nu. 71. Me-
noch. de Adip. rem. 4. num. 448. Tort. ad ſtat. Pap.
52. num. 27. & ſeqq. Ricc. *deciſ. 203. num. 3. &*
30 *deciſ. 223. num. 2. & ſeqq. lib. 4.* Niſi † conſtet
ex actis ipſum detentorem eſſe talem, itaut nulla
ei prorſus defenſio competat alias ſemper citari
debet, & niſi citetur, executio ſiuè immiſſio eſt
nullius momenti, & poſſeſſori non præiudicat,
l. fin. C. ſi per vim, vel alio mod. Gabr. conſ. 314.
n. 20. & 21. lib. 2. Grat. diſcep. 431. n. 5. & diſc.
571. n. 17. Ioſeph Lud. Peruſ. deciſ. 69. n. 6. Rot.
coram Cocc. dec. 378. nu. 2. & ſeqq. & in rec. par. 3.
dec. 476. n. 2. & dec. 749. n. 3. cum alijs per nos cu-
mulatis dec. 16. n. 2. & ſeqq. Nec ad excludendam
talem nullitatem quidquam vrget, quod poſſeſ-
31 ſio Monialium † reſpectu prædij, cum expreſſio-
ne horæ 18. præſumatur prior in concurſu alte-
rius poſſeſſionis Compagnonum, quæ non habet
horam licet ſit capta eadem die, ex cumulatis per
Rota *coram Buratt. deciſ. 32. num. 1. vbi etiam*
32 *Adden. num. 6. & deciſ. 67. num. 5.* Nam † præ-
ſumptio hæc tollitur per alias præſumptiones
validiores, *l. diuus, ff. de reſtit. in integr.* & plu-
res vincunt vnam, *Auth. itaque, C. com. de ſucceſſ.*
Natt. conſ. 38. num. 9. Surd. deciſ. 124. num. 22.
deciſ. 146. nu. 23. & deciſ. 149. num. 19. Rot. co-
ram Buratt. dec. 246. n. 25. Prima eſt, quia D. Ca-
millus cæpit poſſeſſionem Palatij Ciuitatis hora
16. & vt teſtatur Notarius continuando iter ac-
ceſſit ad prædium, & cum miniſtri Monialium
acceſſerint primario ad Palatium hora 17. ſequi-
tur, quod ſemper remanſerint poſteriores etiam
quod iter continuauerint. Secunda eſt, quia ad-
33 ſunt fides plurium perſonarum † atteſtantium, vt
dictum eſt, quod in capienda poſſeſſione d. præ-
dij miniſtri Monialium acceſſerunt tempore, quo
poſſeſſio iam fuerat acquiſita per Cõpagnonos,
quæ fides attenduntur in hoc iudicio iuncta ad-
minicula, vt diximus *deciſ. 105. numer. 8.* cum
alijs ſupra deductis *numer. 23.* Tertia eſt,
34 quia † non probatur aſſerta Monialium poſſeſ-
ſio continuata de præſenti, prout requiritur ad-
hoc, vt ſuffragetur, & præſumatur antiquior, *Mo-*
der. vbi ſuprà dict. obſeruation. 18 numer. 53.
& obſeruat. 71. num. 49. Et ideò ceſſat vnica
præ-

præſumptio in contrarium allegata.
Neque obſtat, quod D. Camillus cæperit poſ-
35 ſeſſionem † abſque mandato D. Pompei eius
fratris, cuius ratificatio ex quo ſuperuenit poſt
adeptam pro parte Monaſterij, & Monialium
poſſeſſionem dicatur inefficax, vti ſequuta poſt
ius quæſitũ Monialibus, quo caſu non retrotrahi-
tur tanquam res non ſit amplius in eodem ſtatu,
cap. ſugeſtum, de iure patron. l. bonorum, ff. rem ratam hab. Bart. in l. ſi vxor, §. ſi quis, ff. de adult. Natt. conſ. 315. num. 2. & conſ. 504. nu. 20. Becc. conſ. 66. num. 25. Surd. conſ. 8. num. 18. & conſ. 157. num. 17. & deciſ. 206. num. 2. & deciſ. 245. num. 8. Oſaſch. deciſ. 119. num. 23. & ſeqq. Grat. diſcept. 957. num. 18. Rota in recent. par. 4. deciſ. 516. num. 7. Quia † præterquam, quod ex
impenſis, & alijs geſtis per D. Camillum in ade-
ptione ipſius poſſeſſionis videtur procul dubio
militare mandati D. Pompei præſumptionem *Camill. Capuc. in Prax. Iudic. par. 1. cap. 5. nu. 69. & ſeq.* quæ præcipuè locum ſibi vendicat in hac
cauſa ſummariſſimi poſſeſſorij, vbi requiruntur le-
uiores probationes, vt ſignãter in terminis noſtris
animaduertit, *Rot. cor. Dur. dec. 324. n. 15. & ſeqq.*
Pro reſpõſione vlteriori fuit dictum cõſtituen-
dam eſſe differentiam inter eum, qui poſſeſſionem
ſimpliciter adipiſcitur nomine alterius, & eum
qui adipiſcitur nomine ſuo, & alterius abſentis
cum promiſſione de rato. Primo enim caſu licet
37 corporalis poſſeſſio, † quæ eſt facti poſſit reci-
pi per amicum, vel conſanguineum. Attamen
reuerà non dicitur acquiſita abſenti, niſi ſequatur
illius ratificatio, quaſi ſit eius naturæ poſſeſſio,
vt non poſſit quæri, niſi animo, & conſenſu illius
cui eſt acquirenda, vt probant, *tex. in l. ra, quæ ciuiliter, §. quod naturaliter, ff. de acq. rerum dom. l. ſi ergo, ff. de neg. geſt. l. 1. §. per procuratorem, & l. communis ſeruus, ff. de acq. poſſ. l. 1. C. per quaſ. perſ. nob. acq. l. per procuratorem, C. de acq. poſſ. Beron. d. conſ. 47. num. 28. lib. 3. Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 8. num. 3. Grat. diſcept. 365. nu. 12. & ſeqq. diſcept. 573. num. 13. & diſcep. 910. num. 37. Ioſeph Lud. Peruſ. deciſ. 69. nu. 10. Rot. in recent. par. 3. deciſ. 279. num. 2.* Et tunc ratifi-
38 catio † fieri debet re integra, eſtque inefficax ſi
fiat poſt ius alteri quæſitum, nec retrotrahi po-
teſt, tanquam res non ſit amplius in eodem ſta-
tu, iuxta doctrinam *Bart. in l. ſi vxor, §. ſi quis plané, ff. de adult. Natt. conſ. 315. nu. 2. & conſ. 504. num. 20. Beron. d. conſ. 47. num. 29. Rot.*
39 *coram Duran. deciſ. 265. n. 42.* Itaut ſi iſte, † qui
cæpit poſſeſſionem nomine alterius ſit ſpoliatus
antequam ſequatur ratificatio, nihil operatur ſi
ſubſequatur, *Grat. diſcept. 365. num. 18. & diſcept. 573. nu. 14. & 15. Rot. in nou. deciſ. 9. tit. de reſtit. ſpoliat.* Et hic non eſt caſus noſter. Se-
40 cundò autem caſu † poſſeſſio ante ratificationem
remanet penes ipſum apprehendentem, qui dum
expreſsè vult teneri de proprio, ſatis oſtendit ani-
mum ſuum poſſidendi. Proindè cum D. Camil-

lus poſſeſſionem adeptus fuerit nomine proprio,
& fratris cum clauſula de rato, vtiq; illa poſſeſ-
ſio remanſit penes ipſum apprehendentem, do-
nec fuerit pro parte fratris ſequuta ratificatio, ex
tex. in l. ſi abſentis, vbi Bart. & alij, C. ſi certum peta. Bald. in l. multum intereſt, ſub n. 5. verſ. ſed quid ſi pro parte contraxit nomine proprio, & pro parte, vt nuntius cum non eſſet, C. ſi quis alt. vel ſib. Alex. in l. ſi mihi, & titio, n. 14. de verb. oblig. idem Alex. conſ. 22. n. 2. & conſ. 24. n. 5. lib. 5. Gab. conſ. 80. n. 2. lib. 1. Grat. diſcep. 704. n. 44. & 53. Moder. Peruſ. d. tract. obſeru. 73. Rot. diuerſ. part. 1. deciſ. 641. num. 5. & in recent. par. 2. deciſ. 761. num. 2. & par. 3. deciſ. 552. n. 3. et coram Buratt. deciſ. 67. num. 9. Quæ ratificatio
41 facta dicitur re integra, † dum facta apparet de
tempore, quo poſſidebat Camillus, qui nomine
ſuo, & fratris poſſeſſionem cepit, *Frenetill. ad Bu-*
42 *ratt. deciſ. 594. num. 17.* Et † æquiparatur man-
dato ſufficienti ad manutentionem, *cap. ratihabitio, de reg. Iur. in 6. l. fin. C. ad Maced. Rot. in nou. deciſ. 21. tit. de procurat. & deciſ. 9. tit. de reſtit. ſpoliat. & coram Canal. deciſ. 619. num. 7. et deciſ. 641. num. 6. et in recent. par. 3. deciſ. 363. nu. 1.*
43 Ac † operatur, vt illa ab ipſomet ratificante
geſta dicantur, *l. ſi pupilli, §. item quæritur, ff. de negot. geſt. Tiraq. d. gloſ. 10. num. 64. Surd. deciſ. 259. num. 12. et deciſ. 322. num. 11. Rot. in recentior. part. 4. deciſ. 267. num. 2.* Et quidem
44 ab † initio cum retrotrahatur, *l. ratihabitio, l. ſemper, verſ. ſed ſi quis, ff. de reg. Iur. l. ſi pecuniam, C. de negoc. geſt. Oldra. conſ. 326. num. 17. Gab. d. conſ. 80. n. 3. & conſ. 194. n. 5. lib. 1. & conſ. 167. n. 11. lib. 2. Rot. coram Canal. dec. 641. n. 6.*
45 Neque † dicitur nouus actus, *Grat. diſcept. 910. nu. 11.* Quamobrem concludendum videtur, quod
allegata in contrarium procederent ſi verum eſ-
ſet, quod ratificatio non fuiſſet facta in tempore,
& Monialibus per actum d. apprehenſionis poſ-
ſeſſionis fuiſſet ius aliquod quæſitum ante ratifi-
cationem; verum quia talis adeptio poſſeſſionis
46 non citato D. Camillo † poſſidente nomine ſuo,
& fratris nulla fuit, & inualida, vt ſupra dictum
eſt, & latius in ſimili comprobauimus, *deciſ. 16. num. 9. & 10. & deciſ. 226. num. 9.* inde ſequi-
47 tur, vt † nullum ius Monialibus fuerit quæſitum,
vt pulchrè firmat *Rot. coram Dur. deciſ. 365. n. 43.*
Inſuper non obſtat, quod dicebatur fuiſſe co-
ram D. Locumtenente Curiæ Generalis Macera-
ten. petitum per D. Camillum mandatum de im-
mittendo nomine alieno nempè fratris, non autem
proprio, & quatenus fuiſſet petitum minimè pe-
ti, vel concedi potuiſſe, cũ in teſtamento, & codi-
cillis producta non adſit ipſius Camilli prætentio
ex qua Iudex moueri potuerit ad illi decernendã
48 immiſſionem. Quia reſpondetur, quod in † hoc
ſummariſſimo manutentionis iudicio, vbi de ſo-
la nuda poſſeſſione, ſeu detentione agitur non at-
tenditur, nec eſt diſcutiendum, An ipſe Do-
minus Camillus ſit in poſſeſſione nomine

proprio, vel alieno, ſeu precario, *Mazzol. conſ.*
91. num. 6. 45. & 48. Mod. d. tract. & obſeruat.
49 *42. num. 116.* Vel cum † cauſa, aut titulo, aut
fine, ſed ſufficit allegare factum, *l. 2. §. fin. ff. ſi*
ſeru. vindicetur, Contard. de moment. limit. 2. nu.
14. Rot. in recent. par. 2. deciſ. 649. nu. 11. Quo-
50 niam † datur manutentio exiſtente in poſſeſſio-
ne pro intereſſe, quod quis habet, *Rot. coram*
51 *Dunoz. d. deciſ. 269. num. 8.* etiam ſine † produ-
ctione tituli, *Greg. deciſ. 9. num. 9.* & quatenus
52 producatur † ſine iuſtificatione illius, cuius de-
fectus, ſeu inualiditas non conſideratur, *Mod. d.*
obſeruat. 42. num. 24. & ſeqq. Mar. Ant. var. lib.
1. reſolut. 66. num. 9. Grat. diſcept. 310. num. 71.
Rot. in recent. part. 2. deciſ. 287. nu. 8. & coram
Duran. deciſ. 407. num. 4. Non enim Iudicium
53 manutentionis † iuſtificatione eget. Nec in eo
54 iura † colorari debent, licet tamen colorari poſ-
ſint, *Ginnag. conſ. 11. num. 35. lib. 1. Mod. dict.*
55 *obſeru. 42. num. 1. & ſeqq.* Cum † ſubſtantia, &
merita manutentionis ſint, vt quis tueatur in ſua
poſſeſſione in qua reperitur, vt aduerſarius agat
Iudicio ordinario, vt dictum eſt in principio,
Mazzol. dict. conſ. 91. in fin. Mod. d. obſeruat. 42.
56 *n. 7.* Quia cauſa, & titulus † poſſidendi eſt actus
diuerſus à poſſeſſione, quæ non affert titulum,
vt probat tex. *in l. fin. C. de rei vendit. Menoch. de*
adipiſce. remed. 4. num. 796. Altograd. conſ. 69.
num. 24. lib. 2. Mod. loc. cit. num. 16. Rota apud
57 *eundem deciſ. 225. num. 7.* Vnde licet, quis † ce-
perit poſſeſſionem vti hæres ſubſtitutus, cum ta-
men ſit inſtitutus, nihilominus debetur illi manu-
tentio, ex quo falſitas cauſæ in acquirenda poſ-
ſeſſione, quamuis impediat effectum iuris, non
tamen impedit effectum facti, quo minus ſcilicet
ex iſta falſa cauſa dicatur poſſidere, ſeu detinere,
quod ſufficit pro manutentione, *Grat. diſcep. 113.*
num. 9. Ioſeph Lud. d. deciſ. 69. num. 18. Franc.
deciſ. 250. num. 4. Mod. loc. proximè citato num.
19. Rot. apud eundem deciſ. 74. numer. 24. & 18.
deciſ. 76. num. 6. & deciſ. 116. numer. 11. & ex
impreſ. per Gillia. ad ſtat. Peruſ. deciſ. 34. num. 5.
58 Neque vitiatur poſſeſſio † etiamſi deregatur fal-
la cauſa, ex quo poteſt ſine cauſa acquiri, *Bart.*
in l. quod meo, num. 1. ff. de acq. poſſ. Surd. conſ.
93. num. 11. & 12. Grat. diſcep. 317. nu. 8. Rot.
coram Burat. deciſ. 186. num. 5. Eo magis ſi pe-
59 tens, vel obtinens † immiſſionem non ſe reſtrin-
gat ad certam cauſam puta teſtamenti, vel fidei-
commiſſi, ſed vtatur clauſulis aptis comprehen-
dere alias cauſas, vt dicendum videtur de clauſu-
lis quibus vſus eſt D. Camillus in adeptione dictæ
poſſeſſionis. Nempè pro omni ſuo iure, & inte-
reſſe, & omni alio meliori modo, quæ vti ampli-
tiuæ operantur, vt poſſeſſio cenſeatur capta ex
quocunque capite, & modo quo potuit, *Mod. vbi*
ſup. d. obſeru. 42. num. 21. Rot. apud eund. deciſ. 74.
num. 15. & coram Burat. d. deciſ. 67. num. 11.
& coram Greg. deciſ. 493. num. 4. Itaut etiam in
60 hoc caſu illa poſſeſſio, † ex parte D. Camilli ſu-
ſtineatur iure codicillorum, *Rot. in recent. par. 3.*
deciſ. 242. num. 6. etiamſi codicilli lite pendente
61 ſuperueniſſent, † quoniam titulus habitus etiam
lite pendente concernit petitorium, & non impe-
dit quominus interea detur manutentio, *Gregor.*
deciſ. 107. num. 4. in fin.

Vlterius non obſtat, quod D. Camillus non
potuerit acquirere nomine, & vice fratris, & pro
omni ſuo iure, & intereſſe, ſi ignorabat quid ac-
62 quireret, cum † poſſeſſio incerta ratione loci, &
quotæ acquiri non poſſit, *l. 3. §. incertam, l. lo-*
cus, §. incerta, ff. de acq. poſſeſs. Quia reſponde-
tur allegatam rationem incertitudinis non mili-
tare contra D. Camillum, qui ingreſſus fuit no-
mine proprio, & fratris poſſeſſionem omnium
bonorum vacantem, quæ in totum penes ipſum
remanſit, donec ſequuta fuerit ratificatio, vt di-
63 ctum fuit *num. 40.* Quo caſu † ex poſſeſſione par-
tia retinetur poſſeſſio totius, *arg. l. vna eſt via,*
ff. de ſeruit. ruſt. præd. Grat. diſcept. 910. nu. 3.
Pereg. de fid. Art. 48. num. 73. Tort. ad ſtat. Pap.
52. num. 12. & 13. & diximus deciſ. 40. nu. 20.
64 Quotaque † relata ad vniuerſitatem omnium bo-
norum inducit certitudinem reſpectu vniuerſita-
tis, quæ generalia certitudo ſufficit ſecundum
veriorem, & magis communem ſententiam, vt
poſt *Gozad. Pariſ. & alios firmarunt Mod. d. tract.*
obſeru. 49. num. 11. Rot. diuerſ. part. 2. deciſ. 59.
num. 2. & ſeqq. & in recentior. par. 2. deciſ. 649.
num. 8. Imò quatenus illa ratio incertitudinis ve-
ra eſſet optimè retorqueretur. Nam cum Mo-
niales poſt adeptam poſſeſſionem per D. Camil-
lum ingreſſæ fuerint Palatium, & Prædium hære-
ditarium quondam D. Petri Pauli Floriani animo
quærendi poſſeſſionem totius, quamuis pro par-
te ſaltim ſpectante ad Camillum quæri non po-
tuerit tanquam incerta ratione loci, & quotæ ex
d. regula. Ideò quia in hoc caſu, vel poſſeſſio nō
vacabat, vel ſi vacabat non in totum vacabat, cum
pro dimidia, vel alia portione eſſet apud Camil-
lum, ſed ſolum pro alia dimidia, vel alia parte
pro qua nomine Pompei fuit capta, erat vacans,
65 propterea dictæ † Moniales, quæ non poterant
acquirere dimidiam partem pro indiuiſo vacan-
tem incertam ratione loci, & quantum ad ipſas
Moniales etiam incertam ratione quotæ nihil ac-
66 quiſiuerunt, † quia ignorabant pro qua quota
vacarent, vt in indiuiduo reſpondit *Rum. conſ.*
39. num. 3. & ſeqq. lib. 4. ſed tamen hic non im-
moramur, quia fundamentum incertitudinis ca-
ſui noſtro non adaptatur ex ſupra deductis, & fir-
matis,

Denique non obſtat, quod dicebatur Moniali-
bus ſaltim competere manutentionem ex perſo-
na D. Lucretiæ vxoris dicti Floriani à qua ceſſio-
nem poſſeſſionis obtinuerunt die 13. Septem-
bris 1638. Quia pro reſponſione eſt animad-
67 uertendum, † quod non verſamur in iuribus in-
corporalibus, vbi tantum operatur ceſſio, quan-
tum traditio, *gloſ. & doct. in leg. final, C. quand.*
ad fiſc.

Digitized by Google

ad fiſc. Rot. in recent. par. 1. deciſ. 684. numer. 1. & 2. cum alijs relatis per d. Mod. de manut. obſer. 55. num. 5. & ſeqq. Sed agitur de rebus corpo-
68 ralibus quorum † poſſeſſio ſi fuiſſet penes D. Lu-
cretiam cedentem, vtique tranſire non potuiſſet in moniales ceſſionarias, abſque actuali tradi-
tione, & propterea non poſſunt ex illa ſola ceſ-
ſione manuteneri, vt in indiuiduo firmant *Natt. & alij per ipſum citati, conſ. 398. & conſ. 399. Mod. d. obſeruat. 55. numer. 16. & ſeqq. Gratian. diſcept. 310. num. 25. & 26. Rot. in recent. par. 1. deciſ. 299. num. 2. & in recent. par. 4. deciſ. 99. num. 4. in fin. & ex impreſſ. poſt Mod. vbi ſuprà deciſ. 26. numer. 1. & coram Caual. deciſ. 14. numer. 3. & 4.*

69 Quibus accedit, quod aſſerta poſſeſſio D. Lu-
cretiæ cum eſſet iure familiaritatis, vt ipſamet in allegata ceſſione profitetur non releuat, & nul-
lum ipſi ius tribuit, *l. qui iurefamiliaritatis, ff. de acq. poſſ. Cran. conſ. 61. num. 2. Berau. conſ. 57. num. 9. & conſ. 60. numer. 23. lib. 3. Ioſeph Lud. deciſ. Peruſ. 69. num. 20. Rot. diuerſ. par. 5. deciſ. 184. num. 3. & coram Durana deciſ. 40. num. 8. & in recent. par. 3. deciſ. 764. numer. 2. & 3.*
70 *& coram Greg. deciſ. 572. num. 6.* Nec eſt † con-
ſiderabilis ad aliquem effectum poſſeſſoriam, vt
71 diximus *deciſ. 120. num. 9.* Niſi ſequatur † poſ-
ſeſſionis cauſæ mutatio, quæ cum ſit facti non
præſumitur, niſi probetur, *Rot. in recent. par. 3. deciſ. 497. num. 3.* Nimirum ex animo, & animi declaratione retinendo penes ſe bona mariti. Qui
72 animus † potiſſimum attendi debet, tàm in amittenda, quàm conſeruanda poſſeſſione, *l. 3. §. in amittenda, vbi doct. ff. de acquire. poſſ. Natt. conſ. 538. num. 12. Rot. in recent. part. 5. deciſ. 108. num. 4. & coram Greg. deciſ. 252. num. 4. & coram Mantic. deciſ. 313. num. 7. & notauimus deciſ. 68. num. 35.* At in caſu noſtro cum Domi-
na Lucretia poſt mortem D. Floriani eius mari-
73 ti tacitè, & expreſsè declarauerit animum ſuũ, † tacitè quidem dum ſine contraditione permiſit die vltima Menſis Maij præteriti, quod D. Ca-
millus ingrederetur poſſeſſionem Palatij, vbi ipſa tunc temporis degebat, expreſsè autem dum die 7. Menſis Iunij ſubſequentis declarauerit per inſtrumentum publicum, & ineatum Dominos Compagnonos poſſeſſores, & ab eis recognoue-
rit appartamentum in ipſo Palatio, illudque re-
laxare promiſſerit ad omnem illorum ſimplicem requiſitionem ex his omnibus datur intelligi, & comprobatur ipſam nunquam fuiſſe in poſſeſſio-
ne, vel ſiquam habuiſſet illam amiſiſſe, *l. paulus reſpondit, ff. rem rat. hab. Innoc. in cap. ex parte, de reſcript. Rot. coram Mantic. deciſ. 95. num. 6. & in recent. part. 4. deciſ. 78. num. 2. & ex impreſ. poſt dictum tractatum de manut. deciſ. 49. numer. fin.* Nec releuat, quod inſtrumentum declaratio-
nis prædictæ celebratum inter ipſam, & Com-
pagnonos dicatur nullum ex defectu inſinuatio-
nis, & aliarum ſolemnitatum *conſtit. Marchi. lib. 5.*
74 *cap. 25.* Quoniam † etiam ex diſpoſitione, & a-
ctu nullo declaratur voluntas, & animus eius, *l. fin. ff. de rebus eorum, Menoch. præſumpt. 32. num. 17. lib. 4. Decian. conſ. 37. num. 23. & 24. lib. 1. Altograd. conſ. 80. numer. 36. lib. 1. Lud. Gomeſ. deciſ. 32. in fin. lib. 2. Mohed. deciſ. 2. numer. 3. de offic. deleg. Rot. in recent. par. 5. deciſ. 17. num. 30.* cum alijs quos retulimus *deciſ. 50.*
75 *num. 69.* Taliſque † nullitas non eſt diſcutienda in hoc Iudicio manutentionis, vt ſupra dictum eſt *num. 25.* quibus nunc addimus, *Rot. coram Greg. deciſ. 364. num. 3. & ſeqq. & ex impreſſ. poſt d. tract. de manut. deciſ. 240. num. 4. & ſeqq.* vbi dantur concordantes. Et ita, &c.

ARGVMENTVM.

Et ſi iuxta communem vſum loquendi omnia in dotem data nuncupen-
tur dotalia, non tamen pro fundo dotali ſemper illa ſtare dicuntur.

SVMMARIVM.

1 *Vbi cauſa appellationis eſt deſerta dicitur expira-
ta iuriſdictio Iudicis.*
2 *Sententia lata deſerta inſtantia eſt nulla.*
3 *Mandatum præſumitur ex coniecturis.*
4 *Iniuſtitia ſpoliationis eſt euidenter probanda, cum ſufficiat qualiſqualis offuſcatio ad tollendam notorietatem.*
5 *Spolium ceſſat in eo qui facto proprio, vel ſui au-
ctoris cecidit à poſſeſſione.*
6 *Poſſeſſio iure familiaritatis eſt nullius conſidera-
tionis, & num. 11.*
7 *Ex poſſeſſione de præterito, & de præſenti cenſetur probata poſſeſſio intermedia, niſi probetur inter-
rupta, & num. 8.*
9 *Probatis extremis media præſumuntur ad quod-
cumque effectum.*
10 *Duo in ſolidum vno, & eodem tempore poſſidere non poſſunt eandem rem.*
12 *Fundus dotalis conſiſtens in re immobili debet ſta-
tim ſoluto matrimonio reſtitui.*
13 *Nec alienari poteſt, & num. 15.*
14 *Dotalia licet nuncupentur omnia in dotem data, non tamen pro fundo dotali ſemper habentur.*
16 *Venditio rei dotalis facta per maritum arguit rem datam eſſe æſtimatam.*
17 *Præſumptio transfert onus probandi contrarium.*
18 *Dominus fundi poteſt agere contra poſſeſſorem in rei vendicatione. Vel aduerſus venditorem pro re-
cuperatione pretij ratificando venditionem.*

DE-

DECISIO CCXXIX.

CVm ex calculo dierum Rotalium à
Conſtitutione Marchiæ præfixorũ
1 cauſa † appellationis interpoſitæ à
Beatricæ, & conſortibus de Fato-
rellis Fabrianenſibus appareat de-
ſerta, & conſequenter, quod ſit Iu-
dicis expirata iuriſdictio, vt notatur in l. eos, C.
de appellat. Canoniſtæ in clementina ſi appellatio-
nem, de appellat. Altog. conſ. 41. num. 4. lib. 1.
Tholoſan. tract. de appellat. lib. 8. cap. 2. num. 1.
& ſeqq. Amat. deciſ. 83. num. 4. Giurb. alios re-
2 ferens deciſ. 116. num. 22. Itant † ſententia ſuper
negotio principali minimè ferri poſſit, abſque
vitio nullitatis ex defectu iuriſdictionis, gloſ. Bart.
& Bal. in l. properandum, C. de iudic. Altograd.
d. conſ. num. 12. & 13. Giurb. d. deciſ. 116. num.
11. & diximus deciſ. 48. num. 12. Propterea Au-
ditores ex mero eorum officio votarunt pro illius
deſertionis declaratione, non obſtantibus nulli-
tate, & iniuſtitia notoria oppoſitis.

Nullitas enim excitata ex defectu mandati
procuræ ceſſare videtur, eo quia ſi non adeſt in
3 proceſſu de partibus expreſſum mandatum, †
non tamen deficit præſumptum, vt colligitur ex
productione iurium, & ſcientia, & patientia
principalis aduerſarij, qui de mandato non op-
poſuit in quolibet actu, ex quibus illud omninò
præſumitur, vt ex Mantic. Greg. & alijs firmaui-
mus deciſ. 117. num. 13. Quibus addimus Rot. in
recent. par. 7. deciſ. 122. numer. 6. & deciſ. 168.
num. 14.

De iniuſtitia autem notoria, quæ in materia
ſpoliationis erat euidentiſſimè probanda per al-
4 legantem, cum ſufficiat † qualiſqualis offuſca-
tio ad tollendam hanc notorietatem, Seraph. de-
ciſ. 616. num. 8. & 9. Rot. in recent. par. 3. deciſ.
668. num. 1. & ſeqq. & latè deductum fuit coram
Damaſceno in vna Romana de Bombellis 31. Maij
1613. noſque notauimus deciſ. 55. num. 11. &
12. tantum abeſt quod conſtet, vt potius videa-
tur ius clarum ad fauorem Iugalium de Alberti-
nis. Nam cum Domina Nobilis domum de qua
agitur in dotem tradiderit Bartholomæo Fatto-
rello, vt fatentur aduerſarij in 3. & 4. poſitione,
& probant teſtes examinati, conſequens eſt, vt
5 dicamus agentes † ex perſona eiuſdem Nobilis,
quæ dicitur cecidiſſe à poſſeſſione facto proprio,
eſſe excluſos ab actione ſpolij intentata, Rip. in
cap. ſæpè, num. 27. de reſtit. ſpol. Ruin. conſ. 32.
num. 8. lib. 1. Ceph. conſ. 100. numer. 26. lib. 1.
Gratiani diſcept. 581. num. 19. Oſaſch. deciſ. 46.
num. 1. Caſſad. deciſ. 6. num. 4. de reſtit. ſpoliat.
Mantic. deciſ. 332. num. 1. Coce. deciſ. 436. num.
12. Greg. deciſ. 15. num. 2. Rot. in recent. par. 2.
deciſ. 38. num. 2. & par. 3. deciſ. 190. numer. 1.
& deciſ. 561. num. 2. in fin. & par. 4. deciſ. 261.
num. 2. & nos ſequuti ſumus deciſ. 55. numer. 30.
& ſeq. & deciſ. 80. num. 11. Prout etiam exclu-
duntur ab eadem actione ex perſona propria
Appolloniæ, & Beatricis, quia eorum poſſeſſio
viuente matre ad quam domus ſpectabat tan-
quam filiam, & hæredem Baldaſſaris, reuera
6 fuit iure familiaritatis, † quæ nullius eſt conſi-
derationis, l. qui iure familiaritatis, ff. de acq.
poſſ. Menoch. de arb. caſ. 160. num. 12. & ſeqq.
Ioſeph Lud. deciſ. Peruſ. 69. num 20. Aldob. conſ.
93. num. 23. Gratian. diſcept. 450. ferè per totam.
Rot. in recent. par. 2. deciſ. 761. num. 4. & nota-
uimus deciſ. 99. num. 38. & deciſ. 228. num. 69.
Et poſt mortem dictæ Nobilis certum eſſe vide-
tur ex reuolutione proceſſus Apolloniam, & Bea-
tricem non potuiſſe poſſidere iure proprio, niſi
Bartholomæus domum ſibi in dotem traditam
reſtituiſſet: Et nihilominus conſtat, quod non
ſolum illam non reſtituit, ſed vendidit, illiuſque
poſſeſſionem tradidit emptoribus, quo fit vt
ſemper in poſſeſſione continuaſſe intelligatur,
7 per regulam, quod ex † poſſeſſione de præteri-
to, ac de præſenti, cenſeatur probata de medio
tempore, Rot. in recent. par. 3. deciſ. 481. nu. 2.
8 Niſi appareat † fuiſſe interruptam, vt ſentit
Bart. in l. 1. §. vult, ff. vti poſſid. Mantic. deciſ.
95. num. 4. cum alijs per nos allegatis deciſ. 35.
9 num. 31. Cum probatis † extremis media præ-
ſumantur ad quemcumque effectum, Surd. conſ.
151. num. 3. Cheſe. deciſ. 22. num. 2. de ſent. &
re iudicat. Rot. in recent. par. 4. deciſ. 340. num.
6. & diuerſ. par. 1. deciſ. 598. num. 9. Ideò ſicut
dictæ mulieres habitando cum Bartholomæo, &
Antonio eorum Maritis, non præſumuntur iure
propriò, ſed familiaritatis nomine poſſidere,
10 quia † duo in ſolidum vno, & eodem tempore
poſſidere non poſſunt eandem rem, leg. 3. §. ex
contrario, ff. de acq. poſſ. Mantic. deciſ. 168. nu-
mer. 5. & diximus d. deciſ. 35. num. 36. Dicen-
dum venit, quod exiſtente Bartholomæo in vera
11 poſſeſſione, Appollonia, & Beatrix † iure fa-
miliaritatis poſſederint, quod non ſuffragatur,
Mantic. d. deciſ. 168. num. 6. Belt. ad Greg. deciſ.
572. num. 6. cum alijs cumulatis per nos d. deciſ.
99. num. 38. deciſ. 120. numer. 9. & deciſ. 228.
num. 69. & 70.

Non obſtat, quod ipſa domus data in dotem
Bartholomæo ſit fundus dotalis, & res immobi-
12 lis, quæ ſtatim ſoluto matrimonio erat † reſti-
tuenda, l. vnic. §. exactio, C. de rei vxor. act. l.
cum in fundo, §. ſi fundus, ff. de iure dot. doct. in
l. ſi mora, ff. ſol. matr. Surd. deciſ. 281. num. 14.
Rot. in recent. par. 3. deciſ. 113. nu. 3. Nec alie-
13 nari † poterat, l. vnic. §. non lex, C. rei vxor.
act. Inſtit. quibus alien. licet, vel non in princip.
14 Quia reſpondetur, quod licet † regulariter iuxta
communem loquendi vſum omnia in dotem da-
ta nuncupentur dotalia, non tamen pro fundo
dotali ſemper illa ſtare dicuntur, Houd. conſ. 41.
num. 18. lib. 1. Ceph. conſ. 351. num. 53. & ſeq.
lib. 3. Rot. in recent. par. 4. deciſ. 476. numer. 4.
verſ. licet enim, Ac ideò, quia in caſu noſtro
Bar-

Digitized by Google

15 Bartholomæus † diſponere non potuiſſet de domo, vti de re propria, ſi fuiſſet illi tradita pro fundo dotali, *ad tex. in l. ſi æſtimatis, ff. ſol. mat.* Vtique ad excludendum delictum fatendum eſt,
16 quod illa † venditio facta per maritum arguat indubitanter domum fuiſſe datam æſtimatam, *Rot. in recent. par. 3. deciſ. 113. num. 4.* itaut de illa liberè diſponere valuerit, *Rol. conſ. 92. num. 11.*
17 *Surd. conſ. 225. num. 2.* Quæ ſanè præſumptio † ficut transfert onus probandi contrarium in aduerſarios actores, *l. ſi poſſidetis cum ibi notatis, C. de probat. Surd. deciſ. 75. num. 21. Rot. diuerſ. par. 1. deciſ. 92. in fin. & per nos dictum fuit deci* 88. *num.* 72. Ita pariformiter operatur, vt interea ceſſet allegata nullitas venditionis, & conſequenter ſpolium ad fauorem illorum de Fatto-
18 rellia actorea, qui † poſſunt agere contra poſſeſſores domus rei vendicatione probando dominium, & alia neceſſaria, vel aduerſus hæredes venditoris ad prætium recuperandum ratificando venditionem, vt in ſimili docet *Rot. in modo allegata deciſ. 113. num. 5. par. 3. in recent.* Atque ideò concluſum fuit non conſtare de allegata iniuſtitia notoria. Sed locum eſſe declarationi deſertionis, vt dictum eſt ſuprà *numer. ſecondo.*

ARGVMENTVM.

Confeſſionis reuocatio immediate facta illam tollit, etiam non docto de errore.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio in iudicio facta poteſt ſtatim reuocari ſi non ſit expreſſè acceptata.*
2 *Res in continenti fieri intelligitur, ſi fiat re integra, ideſt ante acceptationem partis.*
3 *De errore doceri poteſt ex interuallo, & poſt acceptationem partis.*
4 *Præſentia quando non ſufficiat, ſed requiratur expreſſa acceptatio partis.*
5 *Clauſula, ſi, & in quantum, nihil ponit in eſſe.*
6 *Sed operatur admiſſionem quatenus de iure.*
7 *Non grauatus non appellat.*
8 *Statutum reſeruans omnes exceptiones ad merita cauſæ eſt ſeruandum.*
9 *Iudicis officium non impartitur non petenti illud.*
10 *Reſponſio in dubio refertur ad interrogationem.*
11 *Et recipit interpretationem à petitione.*
12 *Et prout quis de iure tenetur reſpondere.*

DECISIO CCXXX.

1 DOmina Eliſabeth de Franchia Anconitana reuocare potuit ſuam confeſſionem † factam poſitionibus in Iudicio exhibitis antequam Nicolaus de Nicoloſijs ponens illam expreſsè acceptauerit, vt poſt *gloſ. mag. in cap. fin. de iure iurand. in 6. docent Bart. in l. poſt legatum, numer. 15. ff. de his quib. vt ind. Iaſ. in l. error. col. 2. C. de iur. & facti ignoran. Alex. conſ. 71. num. 7. lib. 3. Roman. conſ. 391. num. 1. & ſeqq. Myſing. obſer. cent. 4. obſ. 51. num. 2. Camill. Capuc. in ſua Prax. Iudiciar. par. 3. cap. 1. num. 491. Mag. deciſ. Floren. 88. num. 7. & 8. Oſaſch. deciſ. 38. num. 11. Mareſcotar. lib. 2. cap. 44. num. 8. Beat. deciſ. 89. num. 4. Capuc. deciſ. 195. lib. 1. Cocc. deciſ. 170. num. 1. & ſeq.* Qui doctores licet loquantur de reuocatione facta in continenti, hoc tamen verbum
2 (in continenti) intelligunt † re integra, nempè ante partis acceptationem, vt ſignanter notant *Gab. tit. de reg. iur. concl. 1. num. 24. Mareſcott. d. cap. num. 9.* vbi teſtatur de obſeruantia Rotæ, prout ſanè idem firmat *Cocc. deciſ. allegata 170. num. 3.* Quod procedit etiam non docto de errore, vt de communi teſtatur *Mandoſ. ad Roman. in d. conſ. 391. lit. D. Rot. coram Cocc. in alleg. deciſ. 170. numer. 3. verſ. quo caſu, & numer. 4. Mag. d. deciſ. 88. num. 7.* Nam ſi voluiſſet Eliſabeth docere tantummodo de errore, id vtique
3 facere † valuiſſet etiam ex interuallo, & poſt acceptationem partis, *Gab. dict. concl. 1. num. 25. Mareſc. dict. cap. 44. num. 10. Coccin. dict. deciſ. num. 5.*

Nec aduerſatur, quod Antonius Saracenus procurator Nicolai ponentis fuerit præſens reſponſioni factæ ex cuius præſentia deſumitur ac-
4 ceptatio confeſſionis, Quia reſpondetur, † quod præſentia non ſufficit, ſed requirebatur expreſſa acceptatio cōfeſſionis ſecundum communem de qua teſtantur, *Iaſ. in l. error. n. 3. C. de iur. & facti ignoran. Mareſ. d. cap. 44. nu. 13. & 14.* Atque ideo ex is concluſum fuit citationem cum ſuperſeſſoria obtentam pro parte, & ad inſtantiam Nicolai à Decreto D. Gubernatoris Anconitani admittentis, ſi, & in quantum reuocationem confeſſionis eſſe reuocandam, & cauſam remittendam ad eundem Iudicem, qui non grauauit
5 admittendo prædicta cum clauſula, † ſi, & in quantum, quæ nihil ponit in eſſe, *Mart. par. 1. clauſ. 362. num. 1. & nos diximus deciſ. 58. nu-*
6 *mer. 11. & 12.* Sed operatur † admiſſionem quatenus de iure ſit admittenda, & non alias, *gloſ. in cap. ſi contingat, vbi Abb. num. 12. Falin. num. 13. de off. deleg. Mar. par. 1. d. clauſ. 152. num. 1. & clauſ. 362. num. 1.* Reſeruando maximè exceptiones in contrarium ad merita cau-
7 ſæ iuxta formam ſtatuti Anconitani, quo caſu † ſicut pars non grauatur, ita nec appellare poteſt, *Natt.*

Digitized by Google

Natt. conſ. 32. num. 8. Carp. ad ſtat. Mediol. lib. 1. cap. 23. num. 111. Mart. d. clauſ. 362. numer. 2.
8 Cum ſimile ſtatutum † veniat præciſè obſeruandum, *Scacc. de appell. qu. 16. lim. 1. nu. 51.* Rimi. *Iun. conſ. 87. lib. 1. Mar. Ant. var. lib. 2. reſol. 60. caſ. 21.*

Neque obſtat, quod decretum D. Gubernatoris mandet iterum, & denuo reſponderi poſitionibus. Quia id petitum apparet per Saracenum procuratorem Nicolai aduerſarij, vt in *proc. fol. 23 à tergo.* Ideò pars non dicitur grauata, ſi obtinet, quod petit, quæ quidem verba denuo reſpondere intelligenda ſunt de reſponſione præ-
9 ciſa ſecundum petitionẽ partis, † vt Iudicis officium petenti impartitum dicatur, cum alioquin illud impartiri non debeat, *ad text. in l. 4. §. hoc autem Iudicium, ff. de dam. inf. Surd. conſ. 161. num. 15. Giurb. deciſ. 70. num. 17.* ſicut in dubio
10 † reſponſio refertur ad interrogotionem, *Bart. in l. ſi quis intentione ambigua, ff. de Iudic. Grat. diſcept. 109. num. 41. Menoch. de arb. caſ. 251. num. 8.* Rain. *conſ. 169. numer. 5. & ſeqq. lib. 4. Hondcd. conſ. 96. num. 45. lib. 2. Altograd. conſ. 50. num. 259. lib. 1. Surd. deciſ. 288. numer. 42.*
11 *& deciſ. 291. num. 14.* recipitque † interpretationem à petitione, *gloſ. vlt. in cap. dudum, de decim. Falin. in cap. licet beli, num. 18. de ſimon. Creſcent. deciſ. 6. num. 2. de ſentent. & re Iudic.* Rot. *in recent. par. 3. deciſ. 539. num. 4. & par. 5.*
12 *deciſ. 264. num. 3.* Et prout de iure † quis præciſè tenetur reſpondere, iuxta deciſionem *Bart. in l. diuus, in ſeconda, ff. ad l. Cornel. de fal. Afflict. deciſ. 189. in fin.* Et ita, &c.

ARGVMENTVM.

In extinctione cenſus admittitur compenſatio, quæ à pari procedit, cum reſtitutione ſortis, & habet vim ſolutionis verè.

SVMMARIVM.

6 *Saluianum impeditur per claras exceptiones incontinenti probatas.*
7 *Fructus dotis matrimonio ſoluto per mortem vxoris ſine filijs marito non debentur.*
8 *Res empta à marito de pecunia dotali non efficitur fundus dotalis.*
9 *Limita quando tacitè, vel expreſſè fuit actum, quod eſſet fundus dotalis.*
10 *Ius faciendi fundum dotalem non conſiſtit in eo quod emptio facta ſit nomine vxoris.*
11 *Sed quod facta ſit ex pecunia dotali iuncto conſenſu mulieris etiam tacito.*
12 *Fructus dotis habent conditionem tacitam quatenus onera matrimonij ſupportentur.*
13 *Conſtante matrimonio vxor nullum ius habet pro dotibus ſuis.*
14 *Sed illud ſpectat ad maritum, qui ſuſtinet onera matrimonij.*
15 *Merito, & non vxori competit actio dotis.*
16 *Et in eundem eſt tranſlatum exercitium, & defenſio rei dotalis, tanquam ſit verus dominus.*
17 *Saluianum non competit contra creditorem, qui habet anteriorem hypothecam.*
18 *Non eſt inconueniens, quod quis ſit creditor, & debitor reſpectu diuerſarum perſonarum.*
19 *Compenſatio admittitur in materia quamtumuis fauorabili.*
20 *Compenſatio, & reſtitutio à pari procedunt.*
21 *Cenſus extinguitur per compenſationem.*
22 *Nec eſt neceſſaria formalis retrouenditio.*
23 *Debitor qui ſuccedit creditor irreuocabiliter, deſinit eſſe debitor.*
24 *Maritus creditor dotis, ſi ex alia cauſa eſt debitor illius, qui promiſit dotem, non poteſt dotis vxoris conſequi ex tacita compenſatione inducta.*
25 *Emphyteuta creditor domini directi, non cadit ob non ſolutionem Canonis ex tacita compenſatione ſui crediti cum Canone debito.*
26 *Compenſatio debiti, & crediti inducitur ex contrapoſitione partitarum.*
27 *Compenſatio eſt ſolutio.*
28 *Maximè vbi agitur de liberatione inducenda.*
29 *Creditum eſt præcipuum fundamentum Saluiani.*
30 *Reus ad tuendam ſuam poſſeſſionem poteſt vti defenſionibus ſui auctoris.*
31 *Cenſus tranſlatus, & ceſſus non cenſetur extinctus, quando non animo extinguendi, ſed acquirendi cenſum fructiferum fit ſolutio.*

DECISIO CCXXXI.

1 De anno 1590. die 8. Ianuarij Hieronymus Guidonus impoſuit ſuper ſuis bonis certis finibus deſignatis annuum perpetuum cenſum florenorum 50. quem vendidit Cæſari Pelicano pro florenis 500. habitis
2 in pecunia numerata. Anno verò † 1596. die 3. Auguſti Hieronymus Pelicanus filius, & hæres dicti Cæſaris ſuper ſuis bonis pariter deſignatis impoſuit cenſum florenorum 50. quem vendidit D. Santiæ pro pretio florenorum 500. in pecu-
3 nia pariter numerata receptorum. Et anno † 1597. die 10. Octobris idem Hieronymus Pelicanus cenſum per eius patrem, vt ſupra emptum à Hieronymo Guidono ceſſit, & conceſſit Hieronymo de Vliſſis, ementi, & ſoluenti de pecunijs depoſitatis, & dotalibus D. Deliæ vxoris, declarando eundem fore, & eſſe debere cenſum dotalem eius vxoris cuius nomine, & de cuius
4 pecunijs fuit emptus. Rurſus ann. † 1598. die 5. Septembris Hieronymus Guidonus in cenſu vendito à Hieronymo Pelicano D. Santiæ ubintrauit vti fideiuſſor in omnibus, & per omnia in

locum

Digitized by Google

locum Alexandrinelli fideiuſſoria pro dicto Hie-
5 ronymo Pelicano. Demum anno † 1606. die 14.
Octobris D. Santia, & eius filia ceſſerunt, & con-
ceſſeruot eundem cenſum Hieronymo Guidono
pro eodem pretio florenorum 500. quem poſue-
runt in locum earum. Quibus præhabitis in fa-
cto cum D. Hieronymus de Vliſſis tractu tempo-
ris, nempè de anno 1627. pro conſecutione fru-
ctuum dicti cenſus ſibi ceſſi à Hieronymo Pelica-
no ſaluiani Iudicium intentauerit coram D. Lo-
cumtenēte Curię Maceratæ. probando extrema
contra D. Franciſcam vxorem Laurentij filij dicti
Guidoni, ſententiamque nihilominus contrariam
reportauerit, ab illa appellationem interpoſuit
in hoc Auditorio. Ideò poſt ſeruationem termi-
norum fuit datum dubium vtrum illa ſit reuocā-
da. Quod ſanè videtur reſoluendum negatiuè,
ex clara iuris regula ſæpius in Auditorio firma-
6 ta, quod † ſaluiani interdicti iudicium impedia-
tur per exceptiones claras, & in continenti pro-
batas, ex latè cumulatis *per Pacif. de ſal. inſpect. 2. cap. 2. num. 115. & per Scapucc. eod. tractat. lib. 2. quæſt. 1. num. 5. & 6. Rotæ in recent. par. 3. deciſ. 704. num. 2. & notauimus deciſ. noſtra 101. num. 21.* quarum quidem exceptionum illa vide-
tur eſſe principalis, quæ deſumitur ex defectu a-
ctionis intentatæ per dictum Hieronymum pro
7 conſecutione fructuum dicti cenſus dotalis, † qui
ſuccedunt loco alimentorum, & poſt diſſolutio-
nem matrimonij per mortem Deliæ ſine filijs ſpe-
ctant ad eius hæredes, non autem ad maritum,
non ſubſtinentem amplius onera matrimonij, cu-
ius contemplationem fructus debentur, *l. pro oneribus, C. de iur. dot. l. dotis fructus, §. 1. ff. eod. Gratian. diſcep. 244. numer. 25. Rot. coram Caual. deciſ. 292. num. 1. & deciſ. 337. numer. 4. & in recent. par. 4. deciſ. 207. num. 8. in princip.*
Nec dubitari poteſt, an cenſus ſit dotalis. Nam
8 licet verum ſit, quod † res empta à marito de
pecunia dotali non efficiatur eo ipſo fundus do-
talis, *l. ex pecunia, C. de iur. dot. l. fin. C. de ſeru. pignor. dat. manum. l. ſi patruus, vbi Bart. Bal. & Salic. C. comm. vtri. Iur. Menoch. conſ. 213. num. 66. Rot. poſt Cenc. de Cenſ. deciſ. 421. num. 31. & 15.* Veruntamen à regula receditur ſi ta-
citè, vel expreſsè actum fuerit, quod eſſet fundus
dotalis proot contingit in hoc præſenti caſu, vbi
9 Hieronymus Vliſſes, † vt dictum eſt in facto nu.
6. emit cenſum ex pecunia vxoris, cum declara-
tione, quod eſſe deberet dotalis, iuxta *tex. in l. res quæ ex dotali, ff. de iure dot. l. ſi exiſtimatis, cum ibi notatis per ſcribentes, ff. ſol. mat. Rom. conſ. 201. num. 2. Beron. conſ. 164. num. 10. lib. 1. & conſ. 42. lib. 2. Rolan. conſ. 86. numer. 15. lib. 4. Hond. conſ. 14. num. 50. lib. 1. Bal. conſ. 226. in fin. lib. 4. Rot. coram Caual. deciſ. 37. per totam, & in recent. par. 3. deciſ. 287. num. 1. & 2. & deciſ. 399. num. 1. & 2.* Nec dicatur, quod emptio
10 cenſus facta non eſt vxoris nomine; quia ius †
faciendi fundum dotalem non cōſiſtit in eo, quod
emptio facta ſit nomine vxoris, *d. l. expreſſim, C.*
11 *de iure dot.* Sed in eo, † quod cenſus ſit emptus
ex pecunia dotali, iuncto conſenſu vxoris etiam
tacito, *d. l. ſi æſtimatis, ff. ſolut. matr. & d. l. res quæ, ff. de iure dot. Rot. in recent. par. 3. d. deciſ. 287. num. 3.* Et proinde ſequitur, quod Hierony-
mus Vliſſis ſoluto matrimonio ſine filijs malè e-
12 gerit ad fructus dotis, qui habent conditionem †
tacitam, quatenus onera matrimonij ſupportentur,
l. ſi marito, ff. famil. hercisc. l. pro oneribus, C. de iur. dotis, Surd. de alim. tit. 1. quæſt. 33. num. 26. & quæſt. 38. num. 23. Cenc. de Cenſib. quæſt. 67. num. 27. Gratian. diſcept. 244. num. 15. & ſeqq. Seraphi. deciſ. 587. num. 2. Caual. deciſ. 337. num. 4. & deciſ. 426. num. 3.
Secundò, malè egit Hieronymus de Vliſſis cō-
tra Franciſcam. Quia cum prædium, quod peti-
tur ex ſaluiano aſſignatum fuerit ipſi mulieri
13 pro dotibus ſuis † conſtante matrimonio inter
ipſam, & Laurentium filium Hieronymi Guido-
ni, nullum vtique ius habet ipſa vxor pro doti-
bus ſuis, *l. 1. C. ſi dos conſt. matr. Doctores in l. ſi conſtante, ff. ſol. matr. Menoch. præſumpt. 190. num. 52. lib. 4. Mantic. de Tacit. lib. 11. tit. 30. num. 11. Theſ. deciſ. 207. numer. 2. & 3. Giurb.*
14 *deciſ. 24. num. 3. & 4.* Sed ius † omne ſpectat
ad maritum, qui poſt mortem Hieronymi Patris
ſtatim ſubſtinuit onera matrimonij, *l. ſi is qui ſtichum, §. poſt mortem, ff. de iure dot. l. ſi maritus, ff. famil. erciſcun. Barboſ. in leg. ſecunda, part. ſecunda, ſub numer. 14. ff. ſolut. matrim.* Ideò
15 † ſicut marito, & non vxori competit actio do-
tis, *l. ſi pater marito, & ibi notant omnes, C. de dotis promiſſ. Rot. in recent. par. 3. deciſ. 126. nu-*
16 *mer. 1. verſ. & quemadmodum.* Ita dicitur † in
eundem trāslatum exercitium, & defenſio rei do-
talis, tanquam verus dominus dotis, *l. doce ancillam, vbi Caſt. & alij, C. de rei vend. l. & ſi dotis, vbi gloſ. & l. in rebus, C. de iur. dot. l. dotis fructus, ff. eod. tit. Ladercb. conſ. 180. per totum, Surd. de alim. tit. 1. quæſt. 10. num. 24. & quæſt. 32. num. 15. tit. 5. quæſt. 7. num. 25. & tit. 8. priuil. 65. num. 15. Tort. ſuper ſtat. Papiæ. Rub. 121. num. 62. Gratian. d. diſcept. 244. num. 20. verſ. cum ante, & diſcept. 300. num. 35. Rot. in recent. par. 1. deciſ. 135. num. 5. Peregr. Paton. deciſ. 44. num. 4. & 5. & notauimus deciſ. noſtra 59. num. 17.*
17 Tertiò, malè egit Hieronymus, quia Saluia-
num non competit contra creditorem, qui habet
anteriorem hypothecam, *Pacif. de Saluian. inſp. 5. cap. vnic. num. 6. & ſeqq. Rot. ex impreſſ. apud eund. deciſ. 290. num. 1. Scapucc. eod. tract. lib. 2. quæſt. 6. num. 2. & 3. & ibi latè Adden. & diximus deciſ. 74. num. 13. deciſ. 99. num. 25. & deciſ. 109. n. 14. Rot. coram Mantic. deciſ. 69. nu. 3. coram Cocc. deciſ. 67. num. 12. & in recent. part. 7. deciſ. 306. num. 28.*
Conſtat autem Hieronymum Guidonum ceſ-
ſionarium D. Santiæ eſſe creditorem Hieronymi
Peli-

Pelicani anteriorem, quam ſit Hieronymus de Vliſſis, qui acquiſiuit cenſum de quo agitur de anno 1597. vt in facto num. 3. de quo tempore Pelicanus habebat obligata omnia ſua bona, & conſequenter dictum cenſum per alium annuum cenſum anno 1596. venditum Dominæ Santiæ in cuius locum ſucceſſit Guidonus, vt in facto numer. 5. qui cum exinde habeat obligata omnia bona Pelicani, & ſucceſſiue cenſum contra ſe ipſum, potuit pro credito ſibi ceſſo à Domina Santia retinere, quod debebat Pelicano, & Vliſſi
18 eius ceſſionario. Nec eſt inconueniens, † quod ipſe Guidonus ſit creditor, & debitor Pelicani ex cauſa cenſuum prædictorum reſpectu tamen diuerſarum perſonarum, vt poſt Bart. in l. frater à fratre, numero 33. ff. de cond. indeb. Rot. penes Cenc. in allegata deciſ. 183. num. 12. Ideoque vi-
19 detur quodammodo ſibi ſoluiſſe iure † compenſationis admittendæ in materia quantumuis fauorabili, Tiraquell. de retractu leg. §. 3. gloſ. 3. num. 9. Pariſ. conſ. 121. num. 39. lib. 1. Caputi deciſ. 108. num. 10. par. 2. Rot. in recent. par. 3. deciſ. 446. num. 5. & deciſ. 483. numer. 4. Si qui-
20 dem † compenſatio, & ſolutio à pari procedunt, l. ſi debitor, ff. qui potior. in pignor. habi l. amplius, ff. ratam rem haberi, doct. in §. bonæ fidei, inſt. de act. Sebaſt. Medic. de compenſat. in præfat. num. 2. Altograd. conſ. 5. num. 1. & conſ. 89. num. 15. lib. 1. Rot. in recent. part. 1. deciſ. 703. numer. 2. in fin. & cenſuarius cogitur quodammodo inuitus compenſare. Rot. in recent. par. 5. deciſ. 354. num. 1. & 3. cuius compen-
21 ſationis vigore Vliſſis † cenſus dicitur extinctus, Cenc. de Cenſ. quæſt. 108. alias par. 3. cap. 1. quæſt. 3. art. 6. num. 4. & ſeqq. Rot. apud eundem deciſ. 516. num. 2. & coram Seraph. deciſ. 1333. & in recent. par. 6. deciſ. 148. num. 1. & par. 7. deci-
22 ſion. 292. num. 1. Cum † non ſit neceſſaria formalis retrouenditio, vt in terminis probat Cenc. d. quæſt. num. 3. Gratian. diſcept. 321. num. 16. Rot. in recent. par. 1. deciſ. 60. num. 3. & par. 5. deciſ. 374. num. 16. Vt in ſimili dicimus de debi-
23 tore, qui ſi ſuccedit creditori † irreuocabiliter deſinit eſſe debitor, vt probat tex. in l. Lucius titius, & ibi notant gloſ. & doctores, ff. de legat. 2. Altograd. conſ. 68. num. 69. Rot. penes Cenc.
24 d. deciſ. 183. num. 12. Idemque † de marito creditore dotis, qui ſi eſt debitor ex alia cauſa ſoceri, vel alterius, qui dotem promiſit, non poteſt dotis vſuras conſequi, ex quo ad currendum curſum vſurarum inducitur tacita compenſatio, vt probat tex. in l. ſi conſtat, vbi Fulg. C. de compenſat. Alex. conſ. 74. num. 5. lib. 5. Surd. de aliment. tit. 2. quæſt. 42. numer. 85. & deciſ. 157. Gaſp. Theſ. Forenſ. lib. 4. quæſt. 21. num. 8. Idem
25 quoque † de emphyteuta creditore directi domini, qui non cadit à iure ſuo ſi non ſoluit canonem, quia inducitur ipſo iure compenſatio ſui crediti, cum eo quod debet in cauſam canonis, Inſ. in leg. 2. quæſt. 19. num. 62. & ſeq. C. de iure emphyt. Rom. conſ. 148. numer. 11. vol. 1. Rot. conſ. 87. num. 26. lib. 1. Altograd. conſ. 89. numer. 12. Medic. d. tract. de compenſ. par. 1. quæſt. 22. col. 2. Surd. d. quæſt. 42. numer. 86. & ſeqq.
26 Et ſic ex † dictis duobus cenſibus contrapoſitis debiti, & crediti inducitur compenſatio, ac debiti, & crediti extinctio, l. creditor, ff. de fideiuſ. & mandat. Rot. in recent. par. 3. deciſ. 321. num. 1. & par. 5. d. deciſ. 354. num. 1. & ſeqq. & par. 6. d. deciſ. 354. numer. 3. Eſt enim compenſatio
27 † ſolutio, l. ſi debitor, ff. qui pot. in pig. hab. leg. vltim. & l. ſi conſtat, ff. de compenſ. Bart. in l. diuortio, §. ob donationem, num. 2. ff. ſol. matr. Rot. in recent. par. 6. d. deciſ. 148. num. 6. & 7. cum alijs allegatis ſuprà num. 20. Quod vtique ſi-
28 ne difficultate procedit, vbi agitur † de liberatione inducenda, vt hic Rot. diuerſ. par. 1. deciſ. 389. num. 2. & in recent. par. 3. d. deciſ. 321. numer. 1. Quare Dominus Hieronymus de Vliſſis
29 dicitur egiſſe ſine credito, † quod eſt præcipuum fundamentum ſaluiani, Rot. conſ. 14. numer. 13. Rot. in recent. par. 3. deciſ. 123. num. 1. & diximus deciſ. 13. num. 9. deciſ. 26. numer. 8. deciſ. 96. num. 37. & 38. & deciſ. 99. num. 1. Nec eſt dubium quin has exceptiones potuerit oppone-
30 re Domina Franciſca rea conuenta, quæ ad † tuendam ſuam poſſeſſionem poteſt omnibus defenſionibus ſui auctoris vti, Caſtrenſ. in l. is cui, C. de non num. pecun. Scaput. de tract. lib. 2. quæſt. 4. Menoch. conſ. 1287. num. 6. Seraph. deciſ. 327. Greg. deciſ. 362. num. 10. cum alijs per nos deciſis deciſ. 55. num. 41. & 42. & deciſ. 101. numer. 20. & 23.

Neque obſtat, quod dicebatur cenſum Dominæ Santiæ de quo in facto num. 2. non eſſe amplius in rerum natura tanquam extinctum, & redemptum à Hieronymo Guidono anno 1606. Quia id procederet ſi redemptio facta fuiſſet à
31 Hieronymo Pelicano venditore, † ſed vbi ceſſio, & tranſlatio facta apparet ad fauorem alterius, prout in noſtro caſu facta eſt ad fauorem Guidoni fideiuſſoris illius, vt in facto num. 4. Vtique ſolutio pecuniarum hoc caſu fit non animo extinguendi, ſed potius acquirendi cenſum fructiferum, itaut talis ceſſio faciat ceſſionarium ſuccedere in locum cedentis, prout ſuccedit Guidonus in locum Santiæ. Rot. ex impreſ. per Cenc. d. deciſ. 183. num. 3. & ſeqq. & in recent. par. 4. deciſ. 364. num. 1. & 2. Atque ita videbatur ſententiæ Auditorũ pro maiori parte, licet in cauſa votatum non fuerit ex varijs impedimentis, ita quod pars appellata, quæ habebat ſententiam pro ſe, & prætendebat rem iudicatam ex curſu fatalium, tedio affecta maluerit diſputare dubium deſertionis, in quo tamen non obtinuit rationibus, & cauſis de quibus in deciſione ſequenti.

AR

A R G V M E N T V M.

Appellans impeditus facto alieno excuſatur à curſu fatalium, etiam ſine proteſtatione, dum ex parte ſua fecit quod potuit.

S V M M A R I V M.

1 *Impedimentum legitimum excuſat appellantem ne currant fatalia, quando ipſe ex parte ſua fecit, quod potuit.*
2 *Nec requiritur proteſtatio.*
3 *Adimpleviſſe quis dicitur, quando fecit quidquid potuit.*
4 *Pœnam quis incurrere non debet ex facto alieno.*
5 *Fatalia non currunt appellante mortuo.*
6 *Nec hæreditate iacente.*
7 *Nec per quatuor menſes poſt aditam hæreditatem conceſſos ad ſe informandum, & num. 16.*
8 *Nec impedito facto aduerſarij.*
9 *Nec impedito facto Principis.*
10 *Nec impedito facto Iudicis abſentis, & num. 18.*
11 *Succeſſori in officio datur annus ad cauſam expediendam.*
12 *Quod pariter procedit in cauſa appellationis.*
13 *Et etiam in terminis fatalium conſtitutionis Marchiæ.*
14 *Impedimentum non excuſat, quando tolli poteſt.*
15 *Verbum (poſſit) importat liberam voluntatem, non neceſſitatem.*
17 *Procuratori infirmo ſuccurritur per aliquam ſuperſeſſoriam.*
19 *Iudex ſucceſſor debet interpellari pro expeditione cauſæ.*
21 *A concluſione in cauſa, & à diligentijs præteritis cenſetur receſſum per productionem turium.*
22 *Sed contra.*
23 *Declara, & intellige.*
24 *Inſtantia cauſarum appellationum in Rota Maceraten. eſt trium menſium vtilium.*
25 *In materia fatalium non eſt rigoroſè procedendum.*
26 *Iudex in dubio debet iudicare pro non deſertione.*

D E C I S I O CCXXXII.

PEr ſententiam D. Locumtenentis Curię Generalis Maceraten. abſoluta Franciſca de Cotis à petitis per quondam Hieronymum de Vliſſis, qui pro fructibus cenſus floſenorum 500. contra ipſam egerat in ſalutano, fuit de anno 1628. cauſa appellationis introducta in Rota coram R. P. D. Tiburtio, tunc Rotæ Auditore, finito autem lite pendente eius Auditoriatus officio, fuit iuxta Conſtitutionem Rotalem extracta in Iudicem R. P. D. Puccius, cui pariter finito officio de anno præterito ſucceſſit R. P. D. Centoflorenus coram quo d. Franciſca prætendebat cauſam appellationis eſſe deſertam ob lapsũ ſeptem annorum à die interpoſitæ appellationis, quia per *Conſtit. Marchiæ lib. 6. cap. 9.* præſcribitur appellanti terminus trium menſium vtilium ad illam proſequendam, & finiendam. Quamobrem propoſito in Rotæ dubio, Domini vnanimiter votarunt pro non deſertione, quia conſtat de diligentiis infra legitima tempora adhibitis, & de legitimis impedimentis fatalium curſum impedientibus.

De diligentiis patet ex proceſſu, quia intra terminum 80. dierum vtilium fuerunt per Hieronymum Vliſſem ſeruati omnes termini ſubſtantiales requiſiti per eandem Conſtit. Marchiæ in cauſis appellationum, & fuit facta inſtantia pro ſententia, & proteſtatum per ipſum non ſtetiſſe, neque ſtare quin cauſa infra ſua legitima tempora expediretur, quæ inſtantia, & proteſtatio fuit poſtea pluries repetita, per quos actus Iudex fuit conſtitutus in mora, &
11 fatalia † appellanti non cucurrerunt, *Veſt. in prax. lib. 7. cap. vlt. num. 12. circa medium. Alexand. conſ. 124. nu. 3. & 4. lib. 5. Soc. Sen. conſ. 121. in princip. lib. 3. Io: de Amic. conſ. 32. num. 12. Neguz. Iun. quæſt. 135. num. 119. Oſaſch. deciſ. 12. num. 6. Theſ. deciſ. 10. num. 11. Caſſadò deciſ. 6. num. 8. verſic. ſed ſi, vt ferretur de appellat. & deciſ. 9. num. 9. eod. tit.* Rot. *deciſ. 38. in fin. eodem titul. in ant q. Gregor. deciſ. 532. num. 3. & ſeq. & ibi Adden. num. 6. Creſcent. deciſ. 17. num. 6. de conſ. poſſeſ. & propr.* vbi ex mente Doctorum firmat, quod tali caſu appellans non tenebatur amplius ad Iudicem redire, quia non debet ſemper eſſe apud Iudicem, ſed ſufficit pluries coram eo inſtare, ex *Franch. in capit. ex ratione, num. 63. in fin. de appellat.* Rot. *in re-*
2 *cent. par. 2. deciſ. 150. num. 3.* Imò † nec erant neceſſariæ dictæ proteſtationes, dum appellans fecit ex parte ſua, quod potuit deducendo cauſam ad expeditionem intra legitima tempora, *Creſcent. deciſ. 5. tit. de except. Verall. deciſ. 73. par. 2.* Rot. *in recent. par. 1. deciſ. 567. num. 7. &*
3 *notanimus deciſ. 4. num. 33.* Quia † adimplere dicitur, qui facit, quod poteſt, *l. qua ſub conditione, §. quoties, ff. de cond. inſtit. cap. imputari non debet, & cap. cum non ſtat. de reg. iur. in 6.*
4 *Capb. conſ. 429. num. 90. & ſeqq.* Cum † non debeat, quis ex facto alieno incurrere pœnam, *l. arbiter calendis, ff. de arb. l. fin. ff. de leg. commiſſ. l. vter ex fratribus, ff. de cond. inſtit. cum alijs notatis per Rot. in recent. par. eod. deciſ. 567. num. 1. & ſeqq.* vbi latè exornat.

Impedimenta verò fuerunt plura, & primum deducitur ex morte Domini Hieronymi appel-
5 lantis ſequuta de anno 1631. fatalia enim † non currunt mortuo, *Creſcent. deciſ. 4. de appellat. num. 1. & 3. Mohed. deciſ. 8. alias 190. num. 1.*
6 *de appellat.* Cumque hæreditas † in hoc vſu iacue-

rit, vſque ad diem 18. Februarij 1632. qua D.
Lodouicus eius filius hæreditatem adiuit cum be-
neficio legis, & inuentarij hæreditate iacente, nec
tempora, nec inſtantiæ cucurrerunt, ex l. finali
& ibi Salyc. Caſtr. & alij, C. ſi pend. appell. mors
interc. Mohed. vbi ſuprà. Ricc. in ſuis collectan. de-
ciſ. 245. in 8. & 10. limitatione.

Secundum impedimentum in conſequentiam
primi fuit admiſſum, quod ſcilicet non ſolum
mortuo appellante, & hæreditate iacente non
7 cucurrerunt fatalia, † ſed neque per alios qua-
tuor menſes conceſſos hæredi poſt aditam hære-
ditatem ad ſe informandum de cauſa, & illam
proſequendam, ex dicta l. fin. & ibi Salyc. Caſtr.
& alij, C. ſi pend. appell. mors intercedat.

Tertiò, fuerunt conſideratæ pro impedimentis
ab ipſa parte appellata præſtitia plures inſtantiæ
pro eius parte in proceſſu factæ, petendo confici
regeſtrum, accomodari de proceſſu ad effectum
faciendi informationes, ſuperſederi, donec ſcri-
bat Aduocatus, informet, & informationes Au-
ditoribus exhibeat, & accomodari de informa-
tionibus contrariis cum contumacia in illis reci-
piendis, in quibus exceptionibus, & ſubterfu-
gijs fuit pro parte dictæ Franciſcæ continuatum
vſque ad menſem Octobris 1634. vt patet ex re-
8 plicationibus ad citationes ſtante † autem im-
pedimento prouenienti ab aduerſario appellato
fatalia non currunt, Theſ. deciſ. 10. num. 11. Ca-
puteq. deciſ. 11. num. 1. & 3. & deciſ. 13. num.
1. part. 1. Gratian. in addit. ad deciſ. 130. num. 1.
& ſeqq. Belt. ad Gregor. d. deciſ. 532. nu. 6. cum
alijs per nos congeſtis d. deciſ. 4. num. 32. & deciſ.
48. num. 14. & 15.

Quartum denique impedimentum fuit dedu-
ctum ex mutatione, & diſceſſu Iudicum, cum
tàm R. P. D. Thomaſius, quàm R. P. D. Puccius
diſceſſerint a Rota lite pendente ob finitum eorũ
9 officium, quia † ex quo tale impedimentum
prouenit facto Principis, qui immediatè non ele-
git, tranſmiſit ſucceſſores, fatalia appellanti non
cucurrerunt, Theſ. dict. deciſ. 10. num. 3. Caput.
deciſ. 13. alias 3. de fatal. num. 1. par. 2. Addit.
ad Mohed. deciſ. 8. de cauſ. poſſ. & propr. in fin. &
deciſ. 8. de appellat. in verb. vel Principis. Nec
10 tempore † notoriæ abſentiæ Iudicis, etiam abſ-
que alia proteſtatione currunt fatalia, Gratian.
diſcept. foren. d. cap. 499. num. 18. Caput. deciſ.
73. per totam, par. 2. Imò cum in hoc caſu con-
tigerit abſentia, & mutatio Iudicum ob finitum
eorum officium ex iuris diſpoſitione datur ſuc-
11 ceſſori † alius integer annus ad cauſam expedien-
dam in prima inſtantia, ex l. properandum, §.
ſin autem in medio, C. de Iudic. Marant. de ordin.
12 Iud. par. 5. num. 28. quod etiam † videtur pro-
cedere in cauſa appellationis, ex Auth. ei qui, &
l. fin. §. illud, C. de temp. appel. Gratian. d. diſcept.
499. num. 17. Theſ. d. deciſ. 10. num. 12. verſic.
13 vbi quamuis, loquatur † etiam in terminis fata-
lium Conſtitutionis Marchiæ, qui regulantur, &
fortiuntur naturam fatalium iuris communis,
Alex. conſ. 24. num. 11. lib. 4. Neuizz. conſ. 41.
ſub num. 3.

Nec obſtat, quod D. Ludouicus hæres Hiero-
nymi potuerit remouere impedimentum abſen-
tiæ, & mutationis Iudicum faciendo alium ſub-
rogari poſt octo dies diſceſſus Iudicum iuxta fa-
cultates de quibus in Bulla Rotali, §. 57. & 58.
& ideò ob eius negligentiam contra ipſum cucur-
14 rerint fatalia, cum † omni ope viſus non fuerit
in remouendo impedimento, vt videtur exigi, ex
d. leg. finali, C. de temp. appellat. Caput. deciſ. 72.
numer. 6. & 7. Ioſeph Ludouiſ. deciſ. Peruſ. 36.
num. 8.

Nam præter, quod Bulla Rotalis non videtur
arctare appellantem ad petendam alterius Iudi-
cis ſubrogationem in locum abſentis, cum in §.
15 58. vtatur verbo † poſſit, quod importat arbitriũ,
& liberam voluntatem, non autem coactionem,
& neceſſitatem, ex l. ſæpè audiui à Cæſare, & ibi
gloſ. ff. de offic. Præſ. Surd. conſ. 98. nu. 1. & conſ.
289. num. 17. & 18. Gratian. diſcept. 146. num.
15. & diſcept. 506. num. 12. Greg. deciſ. 85. num.
7. cum alijs per nos allegatis deciſion. 37. nume-
ro 19.

Reſpondetur etiam, quod aut negligentia con-
ſideratur pro tempore interpoſito à die 16. Fe-
bruarij 1632. qua diſceſſit R. P. D. Tiburtius Tho-
maſius, vſque ad diem 18. Septembris eiuſdem
anni, qua fuit extractus in Iudicem R. P. D. Puc-
cius, & hoc medio tempore nulla poterat impu-
tari negligentia D. Ludouico hæredi Hieronymi,
cum tunc gauderet termino ſibi competente ad
16 adeundam hæreditatem, & aliorum † quatuor
menſium poſt illam aditam ad ſe informandum,
& inſtruendum de cauſa, nec interim fatalia cu-
currerint, ex d. l. final. C. ſi pend. appellat. mors
inter. cum alijs ſuprà adductis, & deinde ſucceſſe-
runt feriæ æſtiuæ, & reſpectu menſis Septembris,
vſque ad diem extractionis R. P. D. Puccij poſt
reaſſumptas Rotas adeſt in actis cedula, ſeu bul-
lettinus ſuperſeſſoriæ conceſſæ per 15. dies à Præ-
tore D. Franciſco Beccarino procuratori ob eius
17 infirmitatem, ex qua etiam obiit, qui bulletti-
nus, † & ſuperſeſſoria poteſt, & ſolet à Prætore
ex cauſa concedi, imò ex cauſa infirmitatis cõce-
di, & prorogari debet, Bart. in leg. quæſitum,
num. 9. & ibidem alij, ff. de re iudic. Vant. de
nullit. ſent. ex defect. iuriſd. ord. num. 161. caſibus
enim impeditis eſt ſuccurrendum, ex l. ſuccurri-
tur, & duabus ſeqq. & l. nec non in princip. ff. ex
quib. cauſ. maior.

Aut verò conſideratur negligentia D. Vliſſis
poſt diſceſſum R. P. D. Puccij, nec vlla adeſt,
quia immediatè poſt Puccij diſceſſum fuit per
ſpecialem Procuratorem capta Auditoratus poſ-
ſeſſio pro Centoflorenio, & ſic cum Vliſſes, ha-
beret proprium Iudicem in locum R. P. D.
18 Puccij à Sede Apoſtolica ſubrogatum, † iuſtè
potuit aduentũ illius expectare, nec durante ab-
ſentia

Digitized by Google

ſentia proueniente ex facto Principis, cum debi-
ta licentia ipſi fatalia cucurrerunt ex iuribus ſu-
pra relatis in quarto impedimento, & præcipuè
*Grattan. qui loquitur in terminis Auditoris abſen-
tis dict. diſcept. 499. num. 18. Theſ. d. deciſ. 10.
num. 12.*
19 Minus obſtat exceptio, quod ſit adeundus Iu-
dex ſucceſſor, & requirendus pro ſententia, &
expeditione cauſæ, *Scacc. de appellat. lib. 3. cap.
2. quæſt. 15. num. 126.* Nam ex inſpectione pro-
ceſſus patet, quod, & hoc fuit ſeruatum per D.
Ludouicum, qui per ſex vices variis temporibus
iudicialiter inſtetit coram R. P. D. Puccio pro
propoſitione cauſæ in Rota, & pro ſententia,
cum proteſtatione, & pars aduerſa impediuit
propoſitionem, & expeditionem, vt dictum
eſt in tertio impedimento, & per quinque diuer-
ſas vices fuit idem petitum coram Centoflorenio,
20 vt patet ex proceſſu, & ideò † dici debet D. Vliſ-
ſem adhibuiſse omnem diligentiam, *ex Rot. de
deciſ. 38. in fin. de appellat. Rot. in recent. deciſ.
567. num. 7. Greg. deciſ. 532. num. 3. & 4. & ibi
Adden. num. 6. Creſcent. deciſ. 5. numer. 3. de
except.*
21 Deniq; non obſtat, quod per productionem iu-
rium factam vltimo loco die 28. Nouemb. 1634.
prætendatur pro parte D. Vliſis receſsum à con-
cluſione in cauſa, & renunciatum præcedenti-
bus diligentijs, & ſic fatalia poſtea cucurrerint,
vſque ad diem 8. Ianuarij 1635. qua fuit com-
miſsus calculus ſuper deſertione, *ex Greg. dict.
deciſ. 140. num. 9. cum alijs per nos cumulatis, de-
ciſ. 99. num. 9.*
22 Tum quia non admiſerunt Domini Auditores,
quod per productionem, & admiſſionem iurium
cenſeatur renunciatum præcedentibus Diligentijs
ex quibus deſertio cauſæ fuerat legitimè ſublata,
quia ſufficiebat diligentiam in primo anno adhi-
buiſse, vt cenſuit Rota in Placentina Decanatus
Veneris 16. Iunij 1595. coram Pænia, & ſufficie-
bat ſemel ſatisfeciſse, *Greg. d. deciſ. 532. num. 5.
ex reg. l. boues, §. hoc ſermone, ff. de verb. ſignif.*
23 ſed † ſolum inductam dicebant neceſſitatem rei-
terandi terminos incompatibiles, vt citationem
ad ſententiam, quæ benè reiterata fuit, nec ali-
ter loquuntur Doctores in contrarium allegati, vt
*Alexand. conſ. 84. num. 9. lib. 4. Belt. ad Gregor.
dicta deciſ. 140. num. 17. Grattan. diſcept. 156.
num. 37.*
Tum demum, quia ex abundanti reſpondetur,
quod etiam calculato hoc medio tempore, in quo
ſoli nouem dies Rotales effluxerunt, vt patet ex
libro Rotali, & illis additis primis 80. diebus de-
curſis in ſeruatione terminorum ſubſtantialium
24 adhuc † deſertio iuxta terminos Conſtitutionis
Marchiæ inducta non eſſet, cum exigatur lapſus
trium menſium vtilium, qui ex inueterato Rotæ
ſtylo calculatur ad dies Rotales nonaginta tres,
vt eſt notum in hac Curia.
Ex quibus ſequitur iure merito fuiſſe pro non
25 deſertione cauſæ reſolutum, † in hac materia
non eſt ſubtiliter, & rigoroſè procedendum, ſed
videndum ſuper bono iure, vt Domini particula-
riter videri mandarunt, *Seraphin. d. deciſ. 362.
num. 5. Gratian. d. diſcept. 499. num. 22. Caput.
deciſ. 14. alias 4. de fatal. part. 2.* Iudexque de-
26 bet in dubio eſſe fauorabilior † in declarando
cauſam non deſertam, vt iuſtitia locum habeat,
& merita per eum examinentur, *Neuizz. d. conſ.
42. num. 35. Ioſeph Ludou. deciſ. 93. num. 20. &
23. Gratian. deciſ. 120. nu. 10. & deciſ. 124. num.
7. Amat. deciſ. 32. num. 20. Giurb. innumeros alle-
gans deciſ. 24. num. 7. Creſcen. deciſ. 8. num. 2.
de appellat. Rota in recent. part. 4. deciſ. 789. nu.
8. & coram Buratt. deciſ. 226. num. 17. & 22. &
nos diximus d. deciſ. 4. num. 34.* Et ſic pro non
deſertione fuit reſolutum coram R.P.D. meo Iu-
lio Cęſare Cento Florenio 20. Aprilis 1635.

ARGVMENTVM.

Socius veniens contra conuentionem, & legem ſocietatis tenetur de caſu fortuito.

SVMMARIVM.

1 *Submerſio in flumine eſt caſus fortuitus.*
2 *Socius, & conductor non tenentur de caſu fortuito.*
3 *Socius veniens contra legem dictam in ſocietate eſt in culpa.*
4 *Socius in contractu ſocietatis tenetur de culpa etiã leui.*
5 *Socium fallere nefarium, & perfidioſum eſt.*
6 *Socius, qui eſt in culpa tenetur de omni caſu fortuito, & præter intentionem ſequuto. Nec attenditur an culpa ſit ordinata, an proxima, vel remota, num. 8.*
7 *Rapinæ naufragia, & ſimiles ſunt caſus fortuiti.*
9 *Ex ſola contrauentione ſocius tenetur de omni caſu.*

DECISIO CCXXXIII.

PEtrus Paulus Marchettus Came-
rinen. dedit ad ſocietatem Petro
Gentili Equam, cum Pulla pa-
cto expreſsè adiecto, quod non
liceret ipſi Gentili imponere cli-
tellam, neque ſalmam Equæ con-
trauentione autem probata per clitellarum,
& ſalmæ impoſitionem, cum dubitaretur. An
Gentilis teneatur de ſubmerſione Equæ oneratæ
cum ſalma, fuit reſponſum affirmatiuè. Siqui-
1 dē licet † ſubmerſio in flumine ſit caſus fortuitus,

ad l. contenſus in fin. ff. de reg. iur. & in l. rebus, ff. commod. & in l. quæ fortuitis, vbi gloſ. & Do-
2 *ctor. præſertim Salic. C. de pig.* Et † conductor, ac
ſocios non teneantur de caſu fortuito, *leg. ſi fun-*
dus, §. fin. cum l. ſeq. ff. locat. d. l. contractus, ff.
de reg. iur. l. fluminum, §. ſeruius, ff. de dam. in-
fect. l. cum duobus, §. damna. ff. pro ſoc. l. qui for-
tuitis, C. de pignorat. act. cum alijs vulgatis apud
Bal. conſ. 145. num. 1. lib. 3. & conſ. 53. num. 1.
lib. 4. Surd. conſ. 12. num. 13. & 14. Mantic. de
tacit. lib. 6. tit. 21. num. 7. Rota Iannen. *deciſ. 14.*
num. 226. Rota Romana *coram Greg. XV. deciſ.*
528. num. 1. & coram Buratt. deciſ. 5. num. 7. At-
3 tamen † ſicut Petrus Gentilis, qui Equam one-
rauit contra legem dictam in ſocietate eſt incul-
pa procedente ex contrauentione, & mutatione
vſus, *leg. videamus, §. inter conductorem, ff. locati*
Grat. conſ. 46. num. 18. lib. 2. Surd. d. conſ. 12.
num. 31. Alexgr. conſ. 100. n. 68. lib. 1. Farinac.
quæſt. 110. num. 36. Bell. Rota Iannen. *deciſ. 205.*
num. 2. Greg. d. deciſ. 528. num. 10. & ſeq. Quæ-
quidem culpa præſtatur in tali contractu ſocieta-
4 tis, † etiamſi leuis eſset, quia gratia vtriuſque
celebratur, *l. ſi vt certo, §. nunc videndum, l. ſo-*
cius ſocio, & d. l. cum duobus, §. 1. ff. pro ſoc. §.
fin. Inſtit. eod. titul. Dec. in leg. contractus, num.
39. ff. de regul. iur. Mantic. vbi ſupra titul. 21.
num. 2. & 4. Ludon. deciſ. Lucenſ. 10. numer. 6.
Rot. in recentior. part. 5. deciſion. 146. numer. 5.
& 9.
5 Cum ſit quodammodo nefarium, & perfidio-
ſum ſocium fallere, *Mantic. dict. lib. 6. titul. 16.*
6 *num. 36.* Ita firmandum † venit Petrum Gentilem
teneri de omni caſu fortuito, & præter intentio-
nem ſequuto, *d. l. videamus, §. ſi hoc, §. inter con-*
ductorem, & l. item quæritur, § vaſicularius, ff.
locat. d. l. cum duobus, §. domum, ff. pro ſoc. l. ſi
vt certo, §. quinimo, ff. commod. l. qui furtum, ff.
de cond. furtiua, vbi Bart. Salic. Ang. & alij, l. qui
iumenta, ff. de furt. l. qui inſulam, §. qui mulas,
& ibi Ant. Fab. ff. locat. Caroc. de locat. part. 4.
Rub. de incendio, num. 71. & ſeq. Farinac. d. quæſt.
110. num. 62. Grat. d. conſ. 46. n. 16. & 17. Surd.
d. conſ. 12. num. 31. & deciſ. 326. num. 23. Greg.
deciſ. 46. nu. 13. & 14. & d. deciſ. 528, n. 3. & 5.
Cunale, deciſ. 44. nu 53. par. 2. Lud. deciſ. Lucen. 10.
n. 1. & 2. & deciſ. Peruſ. 10. num. 11. Vt ſunt ra-
7 pinæ, † naufragia, & ſimiles caſus, *Dec. in d. leg.*
contractus, num. 39. verſ. at ex prædict. ff. de reg.
8 *iur.* Nec attenditur † an culpa ſit ordinata, vel
non ordinata ad caſum, an proxima, vel remota,
vt ex aduerſo obijciebatur, quia verius eſt ſolam
9 contrauentionem † ſufficere, vt quis teneatur de
omni caſu, quando aliquid ſit inuito conſocio, &
contra legem conteſtus, *d. l. item quæritur, §. 1.*
ff. locat. Dec. vbi ſupra. num. 39. Surd. d. conſ. 12.
nu. 66. & deciſ. 326. num. 72. Tiraq. in tract. ceſ-
ſante cauſa limit. 20. num. 12. Mantic. d. tit. 21.
num. 14. verſ. quod eſt intelligendum. Rot. in re-
cent. par. 5. d. deciſ. 146. num. 5. & 6. Et ita de-
ciſum confirmando ſententias Dominorum Iu-
dicum a quibus.

ARGVMENTVM.

Ius paſcendi, quando quibus, & quomodo competat.

SVMMARIVM.

1 *Dominus agri poteſt ingreſſum prohibere cuilibet ad libitum.*
2 *Mandatum de manutenendo conceditur ex ſola iuris aſſiſtentia.*
3 *Scientia, & patientia aduerſarij eſt neceſſaria, vt acquiratur quaſi poſſeſſio in iuribus incorporalibus.*
4 *Ius paſcendi dicitur eſſe in peculio vniuerſitatis. Et non eſt ſingularium perſonarum, ſed proprium ipſius vniuerſitatis, num. 7. & 13.*
5 *Cauſa poſſidendi attenditur, non autem exercitium.*
6 *Aliud eſt ius competens particularibus vti vniuerſis, & aliud competens vti ſingulis.*
8 *Qui vtitur re ad ipſum non pertinente nullam acquirit poſſeſſionem.*
9 *Quando ius paſcendi ſpectat ad vniuerſitatem, priuatus non poteſt probare poſſeſſionem iuris paſcendi.*
10 *Quaſi poſſeſſio vniuerſalis non extenditur ad locum vbi quis habet quaſi poſſeſſionem particularem cum titulo.*
11 *Poſſidenti ſeruitutem in fundo alieno licet aduerſetur iuris præſumptio, quæ non eſt vehemens, ſufficit ſola poſſeſſio, ſeu quaſi ad manutentionem obtinendam, ſine probatione ſeruitutis, limita vbi agitur contra proprietarium, num. 12.*
14 *Statutum Ciuitatis dominantis ſequuti debet in loci diſtrictus, non habentibus particularia ſtatuta, & num. 15. & 16.*
17 *Et reſpectu ipſorum locorum habetur pro iure communi.*
18 *Et vbi fit mentio de iure communi, vel de iure Caſtrorum, debet intelligi de iure municipali, quod in eo diſtrictu eſt ius commune.*
19 *Sententia declarari debet ſecundum diſpoſitionem ſtatuti præcedentis.*
20 *Et intelligi ſecundum legalem ſignificationem.*
21 *Legalis diſpoſitio eſt, quod ſtatutum Ciuitatis dominantis ſeruetur in omnibus locis diſtrictus, vbi non adeſt aliud ſtatutum particulare.*
22 *Verbum (ſimilmente) coniungit, & eſt repetitiuum omnium qualitatum præcedentium.*
23 *Verbum (dichiariamo) importat declarationem circa ambigua.*
24 *Qui declarat nihil de nouo diſponit, ſed iam factum apperit.*
25 *Statuta priora in dubio nunquam cenſentur ſublata vel correcta,*

26 *Lex*

Digitized by Google

26 *Lex noua non corrigit antiquam, niſi expreſsè hoc dicat, ſed potius ſuppletur, & declaratur per antiquam.*

27 *Sententia ius facit inter partes.*

28 *Tranſactio etiam per verba generalia reſtringitur ad ea ſuper quibus aaerat lis.*

29 *Tranſactio non comprehendit terminata per ſententiam.*

30 *Ius paſcendi intelligitur durare, donec dominus vtatur agro ad culturam, quod vti poteſt, etiam in damnum vicini, qui ab antiquo libertate paſcendi vtebatur.*

31 *Dominus agri nihil facere poteſt in præiudicium habentis ius paſcendi ex pacto, vel alio titulo oneroſo. Et tunc, nec poteſt mutare formam, quæ impediat paſtum, num. 33.*

32 *Seruitus eſt ſtricti iuris, & ſtrictam habet ſignificationem.*

34 *Si ius paſcendi competit ex honorantia, vel conſuetudine, aut alio ſimili titulo non oneroſo, dominus agri poteſt herbam retinere ad paſcendum propria animalia, & ius paſcendi hoc caſu intelligitur de eo, quod ſupereſt.*

35 *Ius tertij regulariter non admittitur, quin ſemper dici poteſt, quo ad te liberas ædes habeo.*

36 *Pœna non committitur, niſi formaliter ſtatuto ſit contrauentum.*

37 *Cauſa qualibet excuſat à pœna.*

DECISIO CCXXXIV.

EXtante Statuto Ciuitatis Anconæ collat. 5. Rub. 4. de damnis datis. Quod in terrenis ſodis non laboratis à quatuor annis ſupra pecudes, & animalia, abſque alia pœna ſtare poſſint, niſi per dominum poſſeſſionis fuerit contradictum, quo caſu puniatur, qui damnum dederit poſt dictam contradictionem in tribus denarijs pro qualibet pecude, &c. D. Ioſephus Orabonus iudicialiter intimari fecit Matthæio Dominici Rubei laboratori D. Franciſci de Carolis, ne ingrederetur, cum ſuis pecudibus terras ipſius ſodas, & non laboratas à quatuor annis, & vltra, vt conſtat in proceſſu. Quoniam verò Matthæius poſt intimationem iterum ingreſſus fuit ad paſculandum, vt pariter in actis conſtat, Orabonus eum quærelauit de ingreſſu, de turbatina, & damno dato, coram D. Locumtenenti Criminali eiuſdem Ciuitatis, cum aſſertione, quod non remanet herba ad paſcendum propria ipſius animalia, petens ius, & iuſtitiam. Ex aduerſo Matthæius excipiendo dixit, ingreſſum ſuum fuiſſe licitum, quia Communitas Caſtri Æmilij habet ius paſcendi ſuper toto ſuo territorio, in quo adeſt dictum prædium, & pro quo iure paſcendi ſoluit Communitati baiocos quindecim annuatim pro qualibet pecude; ex quo ſequitur, quod Orabonus in præiudicium dicti iuris paſcendi non potuerit ſodum terrenum habere pro ſuis animalibus tantum; Ideoque petente abſolui à quærela, cum condemnatione quærelantis in expenſis. Et in primis manuteneri in quaſi poſſeſſione iuris paſcendi, cum pecudibus ſuis. Cum autem D. Locumtenes ad ſatisfaciendum partibus votum noſtrum poſtulauerit. Propterea diximus partes illius eſſe in pronunciando quoad ſummarium poſſeſſorium non eſſe locum manutentioni petitæ ad fauorem Matthæi.

Nam quamuis in diſcontinua ſeruitute iuris paſcendi non videatur poſſe denegari hoc interdictum retinendæ, vt affirmant *Socin. Rebuff. Cæpol. & alij allegati per Menoch. de retin. poſſeſſ. remed. 3. num. 131. Franc. Marc. deciſ. 592. par. 2. Rot. in recent. par. 3. deciſ. 632. num. 1.* Attamen cum ipſe Matthæius iuris reſiſtentiam habeat, quod nempè allegata quaſi poſſeſſio paſcendi ex diſpoſitione iuris communis, & dicti ſtatuti ad
1 ipſum non pertineat, ſed ad Orabonum. † qui ratione proprietatis, & dominij poteſt arcere, & permittere ingreſſum ad libitum, *leg. diuus, ff. de ſeruitut. ruſt. præd. l. in agris, ff. de acquir. rerum. dom. Grat. diſcept. 559. num. 1. & ſeqq.* Proinde non videtur locum eſſe in ſummario poſſeſſorio pronunciandum ad fauorem illius, qui iuris repugnantiam habet, ſed potius contrarium prouidendum, vt ille abſtineat ab ingreſſu
2 data manutentione † Orabono, qui iuris habet aſſiſtentiam, *ex tex. in cap. cum perſonæ, de priuil. in 6. cap. cum contingat, de foro compet. Capiblan. tract. de iure, & offic. Baron. lib. 2. pract. quæſt. cap. 77. num. 2. & ſeqq. & cap. 80. num. 3. & 4.* Rot. *coram Buratt. deciſ. 312. num. 2. & coram Duran. deciſ. 226. num. 2. & deciſ. 446. num. 2. & in recent. part. 3. deciſ. 632. num. 1. & 2. par. 5. deciſ. 265. num. 28. Seraphin. deciſ. 1278. num. 1. Caual. deciſ. 306. num. 7.* Nec allegati, & probati actus poſſeſſorij proſunt Matthæio, niſi adeſſet quoq; tempus conſiderabile, cum † ſcientia, & patientia Oraboni,
3 quæ tanquam ſubiectum præcipuè deſiderantur ad vſum iſtius interdicti, vt *poſt tex. in l. quoties, ff. de ſeruitut. expreſsè notant Couarr. in reg. poſſeſſor. part. 2. in princ. num. 8. Rot. in recent. part. 5. deciſ. 85. num. 7. & deciſ. 273. num. 4. & ſeqq. & coram Coccin. deciſ. 52. num. 3. & coram Mantic. deciſ. 40. num. 9. deciſ. 207. num. 6. & deciſ. 322. num. 4.*

Non obſtat ſi dicatur, quod imò ius aſſiſtat, & concurrat cauſa vniuerſalis Communitatis Caſtri Æmilij, quæ habet fundatam intentionem ſuper
4 ipſo iure paſcendi, † quod dicitur eſſe in peculio ipſius Vniuerſitatis, ex notatis per *Caſt. in conſ. 376. ante n. 2. lib. 1. & per Couar. Pract. quæſt. cap. 37. nu. 1.* Ita vt ex qualibet poſſeſſione, tàm reſpectu partis, quàm reſpectu quantitatis ſēper inferri poſſit ad vniuerſalem, & conſequenter ſufficiat
5 propter causā poſſidendi, † quæ attenditur, non autē exercitium, *Rot. diu. par. 2. deciſ. 17. n. 2. & ſeq. & in rec. par. 3. dec. 632. n. 4.* Quia reſpōdetur, quod

quod *Caſt.* & *Couarr.* loquuntur in caſu, vbi con-
trouerſia eſſet cum ipſa Vniuerſitate. Hic autem
quæſtio eſt inter Orabonum dominum, & poſſeſ-
ſorem ex vna, & Matthæium hominem particu-
larem dictæ Vniuerſitatis, ex alia, qui dicit habe-
re affictam ab Vniuerſitate (de quo nec etiam li-
6 quet) Et cum † aliud ſit ius competens particu-
laribus vti vniuerſis, & aliud competens vti ſin-
gulis, *l. in tantum*, *§. vniuerſis*, *ff. de rerum di-
uiſ. l. ſicut*, *§. vniuerſitati*, *ff. quod cuiuſque*, *Pa-*
7 *riſ. conſ. 27. num. 102. lib. 1.* Sitque † ius iſtud
paſcendi proprium ipſius Vniuerſitatis, & non
ſingularium perſonarum, *Mar. Ant. var. lib. 3.
reſol. 42. num. 1.* videtur vtique dicendum, quod
8 Matthæius † nullam ſibi ipſi quæſiuerit poſſeſ-
ſionem, eo quia non conſtat, quod vſus fuerit re
ad ſe ipſum particulariter pertinente, vel quod
vſus fuerit de mandato dictæ vniuerſitatis, & ideò
non poteſt niti ex eius allegata poſſeſſione, vel
quaſi, & multò minus ex poſſeſſione, vel qua-
ſi dicti Caſtri, *Corn. conſil. 63. numer. 7. lib. 4.
Pariſ. conſ. 27. num. 102. & ſeqq. lib. 1. Rot. in
recent. par. 3. d. deciſ. 632. num. 4.* Ex quo datur
9 intelligi, quod vbi ius paſcendi † ſpectat ad Vni-
uerſitatem, priuatus probare non poteſt poſſeſ-
ſionem iuris paſcendi, *Bart. in l. 1. §. hoc inter-
dictum, ff. vti poſſid. Tur. conſ. 66. num. 1. vol. 2.
Mar. Ant. var. lib. 3. d. reſol. 42. num. 5.* Vltra,
10 quod † iſta quaſi poſſeſſio vniuerſalis in qua nitι-
tur Matthæius etiamſi eſſet fundata in iure com-
muni, vel alio titulo, non extenditur ad agrum,
vbi quis habet quaſi poſſeſſionem particularem
titulatam prout habet Orabonus, *Cocc. deciſ. 156.
num. 1.* vbi dantur concordantes.

11 Inſuper non obſtat, quod poſſidenti ſeruitu-
tem in fundo alieno, licet aduerſetur iuris com-
munis præſumptio, nihilominus, cum illa non
ſit vehemens ex quo habere talem ſeruitutem nō
eſt contra ius commune, ſed tantum contra quā-
dam præſumptionē naturalis libertatis ſufficiat
ſola quaſi poſſeſſio ad manutentionem obtinen-
dam, abſque eo, quod probetur ſeruitus iuris
paſcendi, *Poſt. tract. de manut. obſeruat. 44. num.
60. Capic. deciſ. 189.* Quia reſpondetur id limita-
12 ri, vt non procedat, † quando prout in caſu no-
ſtro agitur contra proprietarium, nam tunc ne-
ceſſarium eſt probare, quo iure, vel cauſa eam
quaſi poſſeſſionem ſeruitutis acquiſiuerit, nec ip-
ſa quaſi poſſeſſio pro obtinenda manutentione
ſufficit, *Mareſ. lib. 1. var. cap. 11. num. 51. Poſt.
d. obſeru. 44 num. 64.*

Quo vero ad petitorium admiſſo, quod Com-
munitas Caſtri Æmilij vbi ſitum eſt prædium præ-
dictum, habeat ius paſcendi in territorio, vt de-
terminat ſententia de qua in proc. fol 27. Et pro-
13 ut etiam † ſtat iuris præſumptio, *Rip. in l. rem
quæ nobis, ff de acq. poſſ. Cran. conſ. 154. nu. 1.
Couar. pract. quæſt. cap. 37. in princ. Verſic. ad Af-
flict. deciſ. 290. num. 12. Franch. deciſ. 197. num.
1. Capibian. d. tract. lib. 1. prag. 11. num. 22. &
par. 2. cap. 73. nu. 1. & 8. & cap. 74. num. 1. & 2.
cap. 75. nu. 5.* Dicimus nihilominus pronuncian-
dum eſſe D. Ioſepho Orabono licitum fuiſſe ha-
bere, & retinere prædium fodiuum, & ad illud
prohibere poſſe ingreſſum Matthæio, cū ſuis pe-
cudibus, vt ad litteram diſponit præfatum An-
14 conæ ſtatutum, † quod in primis eſt attendendū,
& pro lege ſeruandum in ipſo Caſtro viuente ſine
aliquo particulari ſtatuto, & exiſtente ſub diſtri-
ctu, & iuriſdictione dictæ Ciuitatis, adnotata per
*gloſ. in l. ex cauſa, ff. de poſtul. & firmant Mareſ.
var. lib. 2. cap. 67. num. 7. Carpan. ad Stat. Me-
diol. par. 1. cap. 153. num. 1. & par. 2. cap. 171.
in addit. verſ. & in locis ſuppoſitis, & cap. 175. in
addit. in verb. Caſtris, Natt. conſ. 541. num. 16.
Surd. conſ. 58. num. 3. Hond. conſ. 3. num. 2. lib. 1.
Gaſp. Theſ. forenſ. lib. 2. quæſt. 49. nu. 1. & ſeqq.
Rota coram Seraph. deciſ. 1161. num. 2. & in re-
cent. par. 5. deciſ. 217. nu. 26. & coram Cocc. de-
ciſ. 457. num. 11. cum alijs notatis in noſtra deciſ.
55. num. 35. & ſeq. & deciſ. 102. num. 8.*

Non obſtat modo, quod dicebatur ſtatuto eſſe
derogatum per ſententiam prædictam in qua di-
ſponitur, quod in Comitatu non liceat Ciuibus,
neque Comitatiuis facere banditam, vulgo guar-
data nuncupata, vltra diſpoſitionem ſtatutorum
dictorum Caſtrorum, ex quo infertur quod diſpo-
ſitio ſtatuti Ciuitatis de quo verba facimus trahi
non debeat in caſu ſententiæ, quæ loquitur de
ſtatutis Caſtrorum, vndè cum Caſtrum Æmilij
non habeat ſtatuta recurrendum videatur ad ius
commune, ſecundum, quod Orabonus Dominus
prædii, non poteſt quidquam facere in præiudi-
cium dicti iuris paſcendi; Quia reſpondetur, quod
ſententia non derogat ſtatuto Ciuitatis, ſed po-
tius illud confirmat, dum iſta ſe refert ad ſtatuta
Caſtrorum in faciendis reguardatis: ſiquidem cū
15 Caſtrum Æmilij, † quod ſubeſt Anconæ non ha-
beat ſtatuta propria, vt eſt in confeſſo apud par-
tes, recurrendum eſt ad ius municipale dicti ſta-
tuti Anconæ Ciuitatis dominantis, non autem
ad ius commune Romanorum, vt latè in ſpecie
firmat *Pereg. conſ. 63. num. 7. & ſeqq. & Patan.
deciſ. 1. ferè per totam, & Rot. coram Duran. deciſ.
140. num. 4. & ſeqq.* Nec dicatur, quod contra-
riam ſententiam tueantur *Mand. ad Roman. conſ.
218. & Buratt. deciſ. 332.* quoniam ipſi loquun-
tur in caſu, vbi Caſtra inferiora habent ſtatuta
particularia, in quibus terminis reprehenditur,
16 *Roman. in d. conſ.* At vbi Caſtra, † quæ ſunt in
diſtrictu non habent penitus ſtatuta, prout in ca-
ſu noſtro, attenditur ſine dubio illud Ciuitatis do-
17 minantis, & tunc ius commune † dicitur ius mu-
nicipale, quod in Prouincia ſeruatur, vt diximus
*deciſ. 55. nu. 35. & 36 & probat. Rota in recent.
par. 5. deciſ. 36. num. 43. & coram Buratt deciſ.*
18 *333. num. 5.* Et vbi fit mentio † de iure commu-
ni, vel de iure Caſtrorum debet intelligi de iure
municipali, quod in eo diſtrictu eſt ius commune,
vt fatetur ipſemet *Mand. vbi ſupra in fin.* Et pro-

inde

Digitized by Google

inde dicendũ videtur, quod Orabonus poſſit tene-
re prædium ſodiuum, & ad illud ingreſſum pro-
19 hibere etiam in ſpecta d. ſententia, quæ † decla-
rari debet ſecundũ diſpoſitionem d. ſtatuti præ-
cedentia, *Rot. in rec. par. 1. dec. 467. n. 3.* & intel-
20 ligi debet † ſecundum legalem diſpoſitionem,
*Rot. coram Greg. deciſ. 74. num. 7. & deciſ. 176.
num. 3. & in recent. ead. par. 1. deciſ. 137. num. 4.*
21 quæquidem † legalis diſpoſitio ea eſt, quod vbi
fit mentio de ſtatutis Caſtrorum, & illa non ad-
ſint in caſu controuerſo, ſeruari debeat ius mu-
nicipale Ciuitatis dominantis, quod in diſtrictu
eſt ius commune, *Gaſp. Theſ. d. quæſt. 49. num.
2. & ſeqq. Borg. Caual. deciſ. 30. num. 8. part. 1.
Pereg. Patan. deciſ. 1. num. 4. & ſeqq. Rot. in re-
cent. par. 5. deciſ. 217. num. 25. & 26. & coram
Greg. deciſ. 269. num. 2. & coram Duran. d. deciſ.
140. num. 4. & ſeqq.* Nec dicatur, quod ſaltim
ſententia in hac parte relatiua ad ſtatuta videa-
tur ſublata, non tantũ per decretum D. Glorerij
de quo *in proc. fol. 75.* quam etiam per tranſa-
ctionem, *vt fol. 79.* Quia reſpondetur, quod re-
22 ſpectu decreti conſiderandum ſit † verbum illud
(*ſimilmente*) poſitum in principio, quod indu-
cit diſpoſitionem ſimilem præcedenti ſententiæ
de qua loquitur, & denotat idem in effectu, ex
cumulatis in noſtra *deciſ. 59. num. 69.* Necnon
conſiderandum ſit verbum illud (*dichiariamo*) cu-
23 ius quidem † verbi natura eſt declarare ambigua:
24 qui autem declarat † nihil de nouo diſponit, ſed
iam factum aperit, *l. adeo, §. cum quis, ff. de
acq. rerum dom. Salic. in l. leges, & conſtitutiones,
in princ. C. de legib. Gratian. diſcept. 693. num.
12. Rot. in recent. par. 3. deciſ. 47. num. 6. & par.
4. deciſ. 360. num. 4.* Declaratio autem eſt ma-
nifeſta. Nam in ſententia diſponitur, quod ſit
licitum tenere ſine ſolutione certum numerum
animalium iuxta decreta Ciuitatis, ſeù declara-
tionem arbitrio duorum virorum hinc inde eli-
gendorum. Verum quia hæc poterant fortaſsè
habere difficultatem, propterea ſuperuenit de-
cretum per quod declaratur peritos eſſe eligen-
dos à D. Gubernatore, & ſic patet, quod per
decretum non reuocatur ſententia, & multò mi-
nus ſtatutum prædictum de quo non fit mentio.
Et quatenus verſaremur in dubio ex aduerſo al-
25 legatis coniecturis, fatendum eſt, quod † nun-
quam cenſeantur ſublata, vel correcta priora
ſtatuta, *Plot. conſ. 67. num. 4. Carpa. ad ſtat. Me-
26 diol. in prælud. num. 312.* quoniam lex noua, †
non corrigit antiquam niſi de expreſſa mente
condentis appareat corrigere voluiſſe, ſed potius
ſuppletur, & declaratur per antiquam, *Carpa.
vbi ſupra num. 320. Honded. conſ. 9. in fin. lib. 2.
Caual. deciſ. 7. num. 14. par. 1. Rot. Bononien.
diuerſ. deciſ. 94. num. 51. Rot. in recent. pars. 1.
deciſ. 467. num. 3. & coram Buratt. deciſ. 167.
num. 4.* Imò tantum abeſt, quod decretum cor-
rigat diſpoſitionem ſententiæ, vt potius eam
confirmet ſicut deſumitur ex lectura omnium de-
cretorum ipſius D. Glorerij de quibus *fol. 74. &
ſeq.* & latius oſtendit Orabonus in ſuis allegatio-
nibus: Et quamuis decretum referat id, quod di-
ſponitur in ſententia, nempè quod non ſit licitum
facere banditam, & omiſerit verba illa (*vltra
diſpoſitionem ſtatutorum*) non tamen ſequitur,
quod in hac parte voluerit corrigere, vel tollere
ſententiam, dum ipſemet fatetur in decreto de-
cimoquinto illam feciſſe tranſitum in iudicatum,
quod idem eſt, ac ſi dixiſſet eſſe omnino ſeruan-
27 dam, cum † faciat ius inter partes, *l. ingenuum,
ff. de ſtat. hom. l. res iudicata, ff. de reg. Iuris, l.
1. in fin. cum duab. ſeqq. ff. de liberis agnoſc. cap.
cum inter, de re iudicat. Surd. deciſ. 260. numer.
27. Rot. in recent. par. 6. deciſ. 60. num. 4. & 5.
& diximus deciſ. 69. num. 55. in fin.* Reſpectu
verò tranſactionis ſequutæ de anno 1614. inter
Ciuitatem Anconæ, & eius Comitatenſes ſubie-
ctos pariter firmandum venit per illam non eſſe
ſublatam ſententiam, prout nec decretum etiam
ſtantibus illis verbis, *renũciamo à tutte le ſententie,
decreti, dichiarationi, e ragioni, che fanno, & po-
teſſero fare contra la preſente, & tranſattione, e
concordia in ciaſcuno capo, e parte di eſſa ſolamen-
te, volendo, che nel reſto remanghino nella loro fer-
mezza, e che più oltre non s'intenda renunciare, nè
recedere in alcun modo.* Nam cum in ipſa tranſa-
ctione nullibi agatur de dicto ſtatuto, eiuſque vi-
ribus, non poteſt dici per tranſactionem derroga-
28 tum ſtatuto. Cum tranſactio † facta etiam per
verba generalia reſtringatur ad ea tantum ſuper
quibus aderat controuerſia, *l. ſi de certa, C. de
tranſact. l. ſi cum dies, § plenum, ff. de Arbit.
Hond. conſ. 6. num. 35. lib. 1. Rot. coram Muntices
deciſ. 245. num. 13. & coram Gregor. deciſ. 258.
num. 4. & ibi Adden. num. 6. & in recent. par. 1.
29 deciſ. 29. num. 4.* Eo magis quando † prout hic,
pertinentia ad ſtatutum iam olim fuerat termi-
nata per dictam ſententiam delegatorum Apo-
ſtolicorum, vt poſt *tex. in l. qui cum tutoribus, §.
ei qui, ff. de tranſact. optimè notat* Rot. *coram
Canal. deciſ. 124. numer. 1. & 3.*

Ac ideò ex prædictis omnibus concludendum
venit Sententiam, Decretum, & Tranſactionem
non eſſe poſita ad correctionem ſtatuti, de quo
verba facimus. Sed dato, & non conceſſo, quod
in hac facti noſtri ſpecie attendendum eſſet ius
commune Romanorum, adhuc dicimus Orabo-
num pro vſo ſuo retinere poſſe agrum ſodiuum,
etiam in præiudicium iuris paſcendi Vniuerſita-
ti prædictæ competenti in territorio, quia ius
illud non eſt generale, nec debetur iure ſeruitu-
tis, ſed eſt parilitas, vt alter in alterius bonis
vſum paſcendi habeat, ita tamen vt dominus re-
ſtrictam non habeat facultatem vtendi iure ſuo,
mutando etiam formam agri ad libitum ſi ipſi
magis interſit habere illum ſodum pro paſcuis
30 ſuorum animalium, quam colere; Nam † tale
ius paſcendi intelligitur durare quouſque domi-
nus vtatur agro ſuo ad ſtatum culturæ in quo per
prius

Digitized by Google

prius erat. Cum ceſſante emulatione, & malignitate quia re ſua vti poſſit, licet officiat vicino, qui ab antiquò libertate paſcendi vtebatur, vt latè, & expreſsè firmant *Couarr. pract. quaſt. cap. 37. num. 5. & 6. Capiblan. d. tract. par. 1. prag. 11. num. 28. & ſeqq. & par. 2. cap. 74. n. 9. & ſeqq. & rurſus cap. 75. num. etiam 9. & ſequentibus.*

Nec obſtat, quod dicebatur Orabonum inſpecto iure communi non potuiſſe, nec poſſe quidquam facere in præiudicium dicti iuris paſcendi.
31 Quia † id procedit, vbi quis habet paſculum in
alieno iure ſeruitutis, puta ex pacto, vel alio titulo oneroſo, vt diſtinguendo tradunt *Capoll. de ſeruit. ruſt. præd. cap. 9. num. 40. Couarr. dict.*
32 *cap. 37. num. 4.* & ratio videtur eſſe, † quia ſeruitus eſt ſtricti iuris, & ſtrictam habet ſignificationem, *Anna. alleg. 48. Capiblan. dict. tract. par. 1. prag. 11. num. 19. verſ. ſed quando. Gail.*
33 *lib. ſing. obſer. 24. num. 6.* Itaut non poſſit † dominus agri mutare formam, quæ impediat paſtum, ſed teneatur illum ſemper habere liberum ad paſcendum pro tali perſona, iuxta notata *in l. ſabinus. ff. com. diuid. leg. certo, ff. de ſeruit. vrb. præd. l. manifeſtè. C. de ſeruit. Suarez. allegat. 15. Couar. var. reſol. cap. 17. num. 11. verſ. ſed. & quoties, Dec. conſ. 244. num. 3.* Sed quan-
34 do vſus paſcendi † competit vniuerſitati in terrenis ciuium, habitatorum, & Incolarum ex honorantia, ſiue priuilegio, vel conſuetudine, aut alio ſimili titulo non oneroſo, tunc poteſt dominus agri herbam retinere pro ſe, ſi illa neceſſaria ſit ad paſcenda propria animalia, & non ſufficiat omnibus, cum hoc caſu ius paſcendi intelligatur de eo, quod ſupereſt domino agri, & vltra exigentiam, & neceſſitatem animalium alius, *Abb. in cap. dilecti filij. num. 7. de Arb. Capoll. d. conſ. ciuil. 57. num. 1. verſ. ſecundo præmitto. & num. 30. Dec. d. conſ. 244. numer. 5. & ſeqq. Couar. var. reſol. d. cap. 17. num. 11. verſ. his verò, & pract. quæſt. dict. cap. 37. num. 4. & 5. Capiblan. d. tract. part. 1. poſt pragm. ſingul. 191. fol. 490. & par. 2. d. cap. 74. num. 12. & ſeq. cap. 75. num. 14. & cap. 80. num. 15. Affl. deciſ. 290. num. 7. Surd. deciſ. 236. numer. 20. & ſeqq.*

Neque obſtat, quod numerus animalium ex forma ſententiarum, & decretorum de quibus ſupra debeat eſſe limitatus, & honeſtus adhoc, vt herbæ ſufficiant omnibus, & ius paſcendi non euaneſcat. Quia reſpondetur, quod in præſentiarum non agitur de numero animalium, ſed eſto quod verſaremur in tali diſceptatione, quæ ratio dictat, vel lex, aut conſuetudo eſſe poteſt, quod Matthæius in ſalmis quinque terræ cultis retineat pecudes 60. ad paſcendum in alieno, ſub prætextu, quod pro numero aucto ſoluat affidam Communitati dicti Caſtri, iuxta formam decretorum, & tranſactionis de quibus ſupra; E vicecuerſa non poſſit Orabonus in ſuis ſalmis 60. terræ, & ad herbam deſtinatis retinere vacas 40. ſoluendo, & ipſe quoque affidam Communitati pro numero aucto vltra taxam, quo caſu ius paſcendi euaneſcere non poteſt dummodo ſoluatur affida pro numero aucto. Præterea reſpondetur, quod cum hæc taxatio animalium ſit facta reſpectu Communitatis, nimirum vt pro numero aucto ipſa recipiat emolumentum ſolitū pro affida
35 non poteſt Matthæius † allegare hoc ius tertij, cum ſemper Orabonus dicere poſſit, quo ad te liberas ædes habeo, *l. loci corpus, §. competit autem, ff. ſi ſeruit. vind.* Ex quibus omnibus ſimul iunctis videtur ad fauorem D. Oraboni eſſe pronunciandum, abſoluto tamen Matthæio à Criminalitate, & ab expenſis, quia ex diſpoſitione d. ſtatuti non eſt ipſe puniendus ex ſolo ingreſſu, cum animalibus, niſi etiam conſtet de damno da-
36 to, de quo non liquet, cum pœna † non committatur niſi formaliter ſtatuto ſit contrauentum, *Mantic. de Tac. lib. 22. tit. 28. num. 34. & deciſ. 27. num. 8. & deciſ. 54. num. 1. & 11.* Videtur
37 que † excuſatus à dolo dum ingreſſum credebat licitum ſtante allegata affida, quo ſit vt eo magis excuſetur à pœna ſtante eius ruſticitate, & ſtante etiam quod articulos non tranſeat ſine difficultate, quæ omnia præbere debent iuſtā excuſationis cauſam, *ex l. ſi quis in graui. §. ſi quis ignorans, ff. ad Sillanian. cum ſimilibus latè deductis per Menoch. de Arb. Iud. caſ. 194.* & in terminis quæſtionis noſtræ animaduertit, *Mar. Ant. var. dict. reſol. 42. per totam lib. 3.* Et ita, &c.

ARGVMENTVM.

Promiſſio indemnitatis, An & quando requirat excuſſionem.

SVMMARIVM.

1 *Rota Maceraten. in tertia inſtantia cognoſcit priuatiuè, quo ad alios omnes Iudices Prouinciæ.*
2 *Iuriſdictio conceſſa priuatiuè non eſt prorogabilis etiam de partium conſenſu.*
3 *Sententia iuſta debet confirmari.*
4 *Elapſo termino præfixo in obligatione promiſſio habetur pro pura, & num. 8.*
5 *Soluens lite pendente condemnatur in expenſis.*
6 *Promiſſio idemnitatis tanquam conditionalis non pariter actionem, niſi conſtito de damno.*
7 *Declara vt non procedat, quando excedit terminos ſimplicis promiſſionis, quia tunc agi poteſt pro liberatione à moleſtijs, & num. 16.*
9 *Clauſula, ita quod poſſit accipi reſtrictiuè, & ampliatiuè, & declaratiuè, ſecundum ſubiectam materiam.*
10 *Debet tamen ampliatiuè intelligi in caſu abſurdi vitandi.*

11 Fi

11 *Fideiaſſor obligatus in forma Cameræ, vel quaḋ rantigiæ habetur pro paſſo damnum, etiam damno non ſequuto, & agere poteſt contra principalem, vt ſoluat, & num. 12.*

13 *Communitas, in exigendo credita habet manum regiam.*

14 *Si ſententia, ſeu decretum iuſtificatur ex noviter deductis, partes abſoluuntur ab expenſis: limita, vt num. 5.*

17 *Expenſæ factæ pro iuſtificanda intentione actoris non veniunt reficiendæ.*

18 *Limita in promiſſore indemnitatis.*

DECISIO CCXXXV.

COncluſum fuit ſententiam in tertia
inſtantia latam per Auditorem Il-
luſtriſſimi D. Gubernatoris Pro-
uinc. Marchiæ Iudicem à quo in-
firmandam eſſe, tàm ex capite nul-
litatis, quàm iniuſtitiæ; Nullita-
1 tis quidem ex defectu iuriſdictionis, † dum ipſe
pronunciauit in tertia inſtantia, quæ iuxta for-
mam Bullæ Rotalis, *§. 17. in cauſis*, prout hic
ſummam ſcutorum 100. excedentibus ſpectabat
ad hanc Rotam Maceraten. priuatiuè, quod ad
2 omnes alios Prouinciæ Iudices, † in tantum, vt
nec etiam illa iuriſdictio de partium conſenſu
prorogari potuerit, *vt de communi teſtatur Barb. de offic. & Poteſt. Epiſc. Allig. 124. numer. 7.* &
ſæpè deciſum fuit in hoc Auditorio ſignanter a-
pud *Gratian. deciſ. 145. & in noſtra deciſ. 114.*
Iniuſtitiæ verò dum reuocauit ſententiam D. Lo-
cumtenentis eiuſdem Gubernatoris, quæ tan-
3 quam iuſta † erat vtiquè confirmanda, *Rot. coram Caual. deciſ. 98. num. 1. & in recent. par. 6. deciſ. 361. num. 1. & diximus deciſ. 92. num. 1. deciſ. 108. num. 6. & deciſ. 109. num. 1.* Quod
4 autem ſit iuſta deducitur, ex eo quia † Ludoui-
cus Sanctalucia de Monticulo potuit agere con-
tra Marcellum Virgilij coram Poteſtate dictæ
Terræ pro adimplemento ſuæ promiſſionis *elapſo termino præfixo, Cenc. de Cenſ. par. 2. cap. 2. quæſt. 3. art. 4. num. 1. & 7. Gratian. diſcept. 49. num. 17. & 40. Rot. in recent. par. 4. deciſ. 365. num. 1. in fin.* Et quamuis in adimplementum
5 ſuæ promiſſionis ſoluerit lite pendente † coram
dicto ſecundo Iudice, qui propterea mandauit
eundem non eſſe vlterius moleſtandum occaſione
dictæ obligationis. Non tamen excuſabatur ab
expenſis in quibus fuit meritò condemnatus ab
eodem Iudice, *Gabr. conſ. 19. lib. 1. Capel. Tholoſ. deciſ. 15. Mag. deciſ. Flor. 134. num. 2. & 3.*
6 Non obſtat, quod promiſſio indemnitatis,
tanquam conditionalis quatenus damnum ſequa-
tur non pariat actionem, niſi prius de damno
conſtet, *Roman. conſ. 101. num. 1. Gratian. diſc. 130. num. 24. Rot. in recent. par. 1. deciſ. 50. nu. 4. & par. 4. deciſ. 373. num. 56.* Quia quicquid
ſit, An poſſit dici Marcellum paſſum fuiſſe dam-
num ex tenuta capta in eius bonis ad inſtantiam
7 Communitatis Monticuli; Reſpondetur † opi-
nionem procedere in ſimplici, & nuda promiſ-
ſione, ſecus in promiſſione facta per verba illa,
ita quod nullum patiatur damnum, imò conſer-
uari indemnem, quo caſu tanquam excedens ter-
minos ſimplicis promiſſionis dicitur orta actio
etiam damno non ſequuto, cum agi poſſit pro
liberatione à moleſtijs, defenſionis, & ſuſceptio-
nis litis, *Surd. conſ. 150. nu. 4. & conſ. 345. num. 31. & 32. Gratian. diſcept. 130. num. 26. & 27. Rot. in recent. par. 3. deciſ. 330. num. 1. & par. 4.*
8 *deciſ. 145. num. 1. in fin.* Imò cum vlterius † pro-
miſerit ſoluere ſuis loco, & tempore, eſſetque
certus de die, quo cadebat ſolutio, eo lapſo di-
citur ipſo iure in mora conſtitutus, itaut locus
factus ſit petitioni ſolutionis, & liberationis, *ad notata in l. magnam, C. de contrah. & commit. ſtipulat. Rot. ex impreſſ. per Cenc. de Cenſ. in add. deciſ. 20. num. 4.* Nec talis promiſſio indemni-
tatis dicitur reſtricta ad caſum damni paſſi. Nam
9 cum poſſit † dictio illa, ita quod, &c. accipi re-
ſtrictiuè, ampliatiuè, & declaratiuè, ſecundum
ſubiectam materiam, *ex Seraph. deciſ. 91. nu-*
10 *mer. 7.* debet † vtique in caſu propoſito intelligi
ampliatiuè, ne ſequatur abſurdum, quod pa-
ctum releuationis indemnitatis fauore Ludouici
in eius odium retorqueatur, *l. quod fauore, C. de leg. Iaſ. in l. legata inutiliter, num. 8. & 9. ff. de leg. 1. Barboſ. dictione 137. num. 1. Rot. in recent. par. 6. deciſ. 210. num. 15.* Sed dato etiam citra
veri præiudicium, quod clauſula, ita quod, &c.
Stet reſtrictiuè, & non ampliatiuè, & quod promiſ-
ſio Marcelli non intelligatur facta niſi in caſu dã-
ni paſſi; Attamen quia in inſtrumento adeſt obli-
11 gatio Cameralis † habetur pro damno paſſo, e-
tiam damno non ſequuto, *Surd. deciſ. 94. num. 5. Afflict. deciſ. 241. num. 3. & ibi Vrſill. num. 4. Mag. deciſ. Lucen. 6. num. 5. & 29. Franch. deciſ. 414. num. 5. & ibi Addentes*, cum alijs relatis
per *Ferentillum ad Baratt. deciſ. 401. numer. 23. verſ. quia in his caſibus.* Et in fortioribus, quod
12 a Ludouicus † potuerit agere contra Marcellum
ad effectum, vt ſoluat Communitati ante dam-
num paſſum, benè in propoſito declarat *Cenc. de Cenſ. par. 2, quæſt. 3. art. 3. num. 21. verſ. nam rectè agit.* Eo magis cum agatur de credito Com-
13 munitatis, † quæ manu regia poterat exequi fa-
cere, *Suarez in l. poſt rem iudicatam, num. 14. ff. de re iudic. Iaſ. in Auth. ſi qua mulier, verſ. nota diligenter, C. de Sac. Sanct. Eccleſ.*

Neque ſubſiſtit, quod ſententia D. Locumte-
nentis poſſit dici iniuſta ſaltim reſpectu expen-
ſarum, ex quo decretum Poteſtatis Monticuli
primi Iudicis non iuſtificabatur ex actis, & cum
14 ex † noviter deductis fuerit iuſtificatum, pro-
pterea ambas partes fuiſſe ab expenſis abſoluen-
das, *ex Bal. in l. eas, §. cautione, C. de appellat. Alex. conſ. 42. col. 1. lib. 4. Rebuff. de appellat. gloſ. vnic. art. 9. num. 36. & 41.* Nam cum Lu-
doui-

Digitized by Google

15 donicus † per Inſtrumentum, cum Marcello celebratum, eſſet informatus, etiam ante motam litem de probationibus nouiter factis, & nihilominus paſſus fuerit actorem in litigijs ſe inuolui, ſanè non excuſatur, ſed tenetur ad omnes expenſas, *Salic. in l. generaliter, de reb. credit. & iur. iurand. Barb. in l. cum quid temere, num. 109. de Iudic.* Conſtat enim tenutam captam in bonis Marcelli ad inſtantiam Communitatis ſub die 28.
16 Octobris 1637. quę quatenus † non probet damnum paſſum, inſeruire ſaltim debet pro petenda, & conſequenda dicta liberatione à moleſtijs, *Paris. conſ. 109. num. 38. lib. 1. Cenc. de Cenſ. par. 2. cap. 2. quæſt. 3. art. 3. num. 5. Gratian. dict. diſc. 130. num. 26.*

Nec releuat, quod Marcellus non habuerit ſcientiam de executione facta in bonis Ludouici, niſi in ſecunda inſtantia in qua ſtatim habita notitia liberando illum à moleſtijs non poterat con-
17 demnari in expenſis, ſed potius ad illas † altera pars tenebatur, ex quo illæ factæ fuerunt pro iuſtificanda ſua intentione, *Gratian. diſcept. 725. num. 26.* Quia verius eſt conclusionem non pro-
18 cedere, in † promiſſore indemnitatis; quo caſu promittens etiam non habita ſcientia executionis, ſeù moleſtationis, tenetur reficere omnes expenſas factas pro petenda releuatione, *Soc. Iun. conſ. 42. num. 7. lib. 4. Cenc. de Cenſ. par. 2. quæſt. 3 art. 3. numer. 6. Amat. deciſ. Ferrarien. 16. num. final. &c.*

ARGVMENTVM.

Gazagà quid ſit, & quid importet inter Hebræos.

SVMMARIVM.

1 *Nihil magis naturale eſt, quam ea pacta, quæ placuerunt cuſtodiri.*
2 *Conductor inuitus in conductione retineri non poteſt.*
3 *Diſpoſitum in vno ex correlatiuis, habet locum etiam in altero.*
4 *Gazagà eſt ius inquilinatus inter Hebræos inuiolabile.*
5 *Et introductum ad fauorem Hebræorum, qui domos Chriſtianorum in Ghetto exiſtentium conducunt.*
6 *Fauore alicuius inductum, non debet in odium retorqueri.*
7 *Fauori ſuo poteſt quilibet renuntiare.*

DECISIO CCXXXVI.

EXtat capitulum, ſeu Conſtitutio Ghetti Hebræorum Ciuitatis Anconæ, quod vacuæ remanentes domus Chriſtianorum in Ghetto exiſtentes Vniuerſitas Hebręorum teneatur ad naulum, ſiue penſionem per bienniũ. Cùm autẽ Ioſeph Iona Hebræus conduxiſſet domum à DD. Tellino Fatiolo, & ſocijs pro annis decem præuia emptione iuris Gazagà ab antecedenti conductore Iacobo Abniũ hebræo Leuantino, finito decennio, & ſolutis omnibus penſionibus de quo non eſt controuerſia, fecit Ioſeph diſdictam coram Notario, & teſtibus, clauesque ipſius domus depoſuit penes actuarios Curiæ Anconitanæ facta de omnibus intimatione locatoribus, qui propterea egerunt coram Locumtenente Domini Gubernatoris dictæ Ciuitatis aduerſus Vniuerſitatem Hebræorũ, vigore dicti Capituli, ſeù conſtitutionis pro duobus ſemeſtribus dicti biennij; Cumque pro parte Vniuerſitatis fuerit oppoſitum non eſſe habendã domum pro vacua, ſtante quod per Ioſephum fuerit emptum ius Gazagà ab antecedenti cõductore, locatores præfacti actionem direxerunt contra eundem Ioſephum, ſententiamque fauorabilem obtinuerunt, abſoluta Vniuerſitate: Verum interpoſita ſtatim per Ioſephum appellatione in Rota, fuit reſolutum ſententiam eſſe reuocandam cum omnibus inde ſequutis; Nam cum locatio facta fuerit per decennium tantum, vt cantat Inſtrumentum illo finito, & ſolutis penſionibus Ioſeph Hebræus vlterius moleſtari non
1 poterat. Siquidem † nihil magis naturale eſt, quam ea pacta, quæ placuerunt cuſtodiri, *l. 1. & l. iuriſgentium, §. prætor ait, ff. de pact. l. non minorem, C. de tranſact. l. legem, C. de pact. cum ſimilibus, Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 17. num. 1.* Et huic iuris communis diſpoſitioni conuenit ceteriam aliud decretum, ſiue Capitulum eiuſdem Ghetti, quod ſubſequitur tenoris huiuſmodi. Itẽ quod ſi ſpontè, & liberè, inter locatores, & conductores domorum aliàs, quam ſupra ordinatum in futurum, pariter, & concordatum exiſtat ſuper prædictis naulis, & penſionibus ſtari debeat tali pacto, & concordiæ per illud tempus per pactum expreſſum, &c.
2 Quamobrem conductor Hebræus finito locationis tempore per ſpecialem conuentionem, & pactum, inuitus in conductione retineri non poteſt, nec reconducere tenetur, *l. licitatio, §. 1. ff. de publica, Bart. & alij doct. in l. cotem ferro, §. qui maximos, ff. eod. tit. Greg. deciſ. 45. numer. 1. & 2.*

Nec obſtat, quod dicebatur de nullitate diſdictæ domus, vt ſupra factæ per Ioſephum Hebræũ attento iure Gazagà per eum empto, cuius vigo-
3 re ſicut † à dominis ipſius domus expelli non poterat, ita nec ipſe diſcedere inuitis, ipſis per ra-

tionem

tionem correlatiuorum, *l. vlt. C. de indict. vid. tollen, Gratian. diſcept. 920. numer. 11. & ſeqq. Rot. coram Buratt. deciſ. 325. num. 9. Surd. deciſ. 52. num. 5. deciſ. 63. num. 1. deciſ. 158. num. 10. & deciſ. 218. nu. 10.* Quia reſpondebatur, quod
Gazagã non infert illud, quod ſecuut locatores,
ſcilicet quod conductor teneatur ſemper ad nau-
lum, ſiue penſionem domus etiam finito tempo-
4 re conductionis, ſed eſt ius inquilinatus † inter
Hebræos inuiolabile, per quod nullus Hebræus
conducere poteſt domum inhabitatam ab alio
Hebræo, niſi de conſenſu habitantis, & obtenta
ab eodem ceſſione iuris Gazagã, vt firmant in
ſpecie *Rot. apud Greg. deciſ. 496. num. 3. Gratian. diſcept. 841. num. 21.* Acideò Ioſeph ad talem
effectum ne moleſtaretur ante conductionem vo-
luit habere tale ius per contractum emptionis à
Iacobo Abaiù, vt Inſtrumentum deſuper confe-
ctum declarat, non autem ad effectum ſe adſtrin-
gendi, & obligandi in perpetuum ad naulum,
5 ſeù penſionem. Igitur cum appareat ius † iſtud
eſſe introductum ad fauorem Hebræorum parti-
cularium, qui domos Chriſtianorum in Ghetto
exiſtentium conducunt, *ex Gratian. d. diſcep. 842.*
6 *num. 21. 47. & ſeq.* Non debet † per duram in-
terpretationem partis in odium, & læſionem Io-
ſephi Hebræi retorqueri, *l. nulla iuris ratio, ff. de leg. l. quod fauore, C. eod.* Imò quatenus ha-
bere poſſet huiuſmodi interpretationem, adhuc
nihil obſtare ſtante renunciatione facta per He-
bræum de illo, non ſolum per verba tacite in
diſdicta domus, ſed etiam per expreſſa, vt legi-
7 tur in proceſſu de partibus, † cuius quidem fa-
uori potuit renunciare, *l. 2. ff. de leg. commiſſ. l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact. cum ſimilibus.*
Et ita reſolutum ſemel, & iterum.

ARGVMENTVM.

Iudex requiſitus in iuris ſubſidium,
an, & quando teneatur exe-
qui ſententiam.

SVMMARIVM.

1 *Literæ Cambij habent de conſuetudine vim publici inſtrumenti, & executionem paratam.*

2 *A decreto de exequendo non admittitur appellatio, & num. 20.*

3 *Iudex requiſitus in iuris ſubſidium tenetur exequi. Amplia, vt num. 4. Declara, vt nu. 17. & 18.*

5 *Exceptiones, quæ impugnant ſententiam tranſactam in iudicatum non poſſunt opponi ad impediendam illius executionem. Limita, vt numer. 6.*

7 *Nullitas, vel iniquitas, quæ non eſt euidens, ſed velata, non impedit executionem.*

8 *Excipiens de ſolutione illam probare debet.*

9 *Exceptio non probata habet vim confeſſionis.*

10 *Appellationi quando renunciatum cenſeatur.*

11 *Relatio de iure non eſt facienda in ſcriptis,*

12 *In Sac. Conc. Neap. omnes cauſa tanquam ſummariè cognoſcuntur ſola facti veritate inſpecta.*

13 *In Sac. Conc. Neap. verbum relatio accipitur pro ſententia.*

14 *Citationis nullitas conualidatur per comparitionem partis in iudicio.*

15 *Procurator præſumitur habere mandatum ſi in præſentia ſui principalis facit actus iudiciales, vel producit iura.*

16 *Iudicis decretum facit præſumi omnia ſolemniter acta.*

19 *Quod lege non reperitur cautum, non eſt præſumendum.*

21 *Quando ſcriptura allata de longinquis partibus habent formam publicam, non egẽt recognitione,*

22 *Sigillum Iudicis ſupplet fidem ſcripturarum, & illam reddit authenticam.*

23 *Sigillum Iudicis, vt probet quot qualitates requirantur.*

24 *Iudex in arbitrarijs non grauat, nec reprehendi poteſt.*

25 *Rota Romana in recognitione iurium de partibus rigorosè procedere non ſolet.*

DECISIO CCXXXVII.

IN Sacro Concilio Neapolitano
Valerius Zucharus de S. Seueri-
no, vti hæres quondam Seuerini
Zuchari cõuenit Ciprianum Ci-
priani ad ſoluendũ ducatos 460.
1 vigore litterarum † Cambij ha-
bentium de conſuetudine, non
ſolum vim publici Inſtrumenti, ſed etiam execu-
tionem paratam, ex notatis per *Maſtrill. deciſ. 221. num. 1. & ſeqq. Bellon. Rota Ianuen. deciſ. 2. num 9. Rot. coram Seraph. deciſ. 560. num. 2. & in recent. par. 5. deciſ. 334. num. 1. & 2. & deciſ. 395. num. 7.* Obtinuitque ab Illuſtriſs. Hectore
Capicio Latro Conſiliario, & Iudice, mandatum
executiuum, reale, & perſonale contra eundem
debitorem, & ſucceſſiuè litteras hortatorias, quas
vocamus in iuris ſubſidium directas D. Guberna-
tori dictæ Ciuitatis S. Seuerini, coram quo inſte-
tit pro illius mandati executione contra bona
eiuſdem Cipriani debitoris, pro quo comparuit
abſque mandato D. Angelus eius frater, & poſt
varias exceptiones nullitatis, & iniuſtitiæ allega-
tas D. Gubernator decreuit mandatum eſſe exe-
quendum contra bona ipſius Cipriani. A quo
decreto, cum ab eodem Angelo fuerit appellatũ
ad hanc Rotam, & hodie dubitetur, An illud ſit
confirmandum, fuit reſolutum affirmatiuè. Quo-
2 niam à decreto de exequendo † non datur appel-
latio, vt ſit litium finis, *l. ab executore, ff. de appellat. l. ab executione, C. quo appellat. non recipi.*

Scacc.

Stacc. de appellat. quæſt. 17. lim. 10. numer. 1. & ſeqq. Surd. in puncto caſus noſtri, conſ. 405. ſub n. 5. verſ. contra verò, Rot. *diuerſ. par. 1. deciſ. 100. num. 23. Gratian. diſcept. 146. num. 9.* cum alijs
per nos citatis *deciſ. 111. num. 4. & 10.* Requiſitus enim Dominus Gubernator per literas hortatorias in iuris ſubſidium à præfato D. Conſi-
3 liario, qui relaxauit mandatum, tenebatur † quodammodo exequi, *l. à Diuo Pio, §. 1. vbi Bart. num. 5. ff. de re Iud. l. properandum, §. ſin autem reus, C. de Iudic. Surd. d. conſ. numer. 6. Gratian. d. diſcept. 146. num. 1. & ſeqq.* Præcipuè quan-
4 do ſententia prout hìc eſt lata † in cauſa ciuili, *Ang. in d. l. à Diuo Pio, in princ. ff. de re Iudic. Felin. in cap. de cætero, in prin. extra eod. tit. Abb. in cap. 1. num. 12. de off. ord. Boſſ. in prax. tit. de foro comp. num. 87. Surd. eod. conſ. num. 7.* Nec poterat inquiri de illius mandati iuſtitia, vel in-
5 iuſtitia, aut nullitate, cum exceptiones, † quæ impugnant ſententiam, ſeu mandatum tranſactum in iudicatum non valeant opponi ad impediendam illius executionem, *l. ex diuerſis, §. ſi in iudicio, vbi Bart. Alex. & alij, ff. ſol. mat. Rolan. conſ. 28. num. 3. lib. 1. Surd. vbi ſupra num. 7. Gratian. d. diſcept. num. 2. Mantic. deciſ. 326.*
6 *num. 1.* Niſi † mandatum eſſet euidenter, nullum, & iniuſtum, *Innoc. in cap. cum in iure, col. 1. de off. deleg. Surd. d. conſ. 405. num. 26. Grat. d. cap. 146. num. 11.* Alias ſi ceſſat iſta euidentia,
7 & notorium, Iudex requiſitus † tenetur exequi, ex quo nullitas, vel iniquitas, quæ non eſt euidens, ſed velata non impedit executionem, vt ſæpè, ac ſepius reſolutum fuit in hoc Auditorio, & docent *Angel. in d. l. à Diuo Pio, col. 2. ff. de re iudic. Bald. in l. ab executione, num. 8. C. quor. appell. non recip. Paden. de ſen. conſ. 163. num. 1. & ſeq. Cuman. conſ. 141. numer. 3.* Roman. *conſ. 51. num. 1. Natt. conſ. 529. num. 5.* Rolan. *conſ. 37. num. 14. lib. 1. Surd. d. conſ. num. 17. Gaſp. Theſ. forenſ. lib. 3. quæſt. 2. num. 1.*

Quod autem mandatum non fuerit notoriè, & euidenter iniuſtum dignoſcitur eo ipſo, quod conſtat ex actis Ciprianum per litteras cambij eſſe verum debitorem Seuerini Zucharini in dicta
8 ſumma, prout ipſemet faſſus fuit excipiendo † de ſolutione, quam tamen non probauit, vt tenebatur *Bart. in l. 1. vbi etiam Alex. in addit. ff. de except. Bal. in l. ſi ex cautione, col. 1. C. de non numerat. pec. Cocc. deciſ. 500. num. 4.* Quæ qui-
9 dem † exceptio non probata vim habet confeſſionis, *Felin. in cap. cum venerabilis, numer. 10.*
10 *de except. Mantic. deciſ. 44. num. 3.* Vnde † cum ſuam exceptionem non probauerit, & ſucceſſiuè à relaxatione mandati ſibi intimati non appellauerit, non videtur locum eſſe reclamationi ex interuallo longiſſimi temporis quatuor annorum, ſed illi renunciatum, ex quo permiſit labi tempus quatenus cauſa fuiſſet appellabilis, vt in terminis firmat *Surd. in ſæpè allegato conſ. 405. numer. 19. & 29.*

Nullitates verò pro parte Angeli deductæ, vel ſunt nullius conſiderationis, vel ſaltim adeo velatæ, vt altiorem requirant indaginem.

Prima enim, quæ allegatur ex defectu iuriſdictionis D. Hectoris Capicij Conſiliarij, qui per ſe ipſum mandatum executiuum contra Ciprianum relaxauit, cum tamen teneretur merita cauſæ per prius in illo Sacr. Conc. referre iuxta formam ſuæ commiſſionis, quæ erat, vt ſupplicata cognoſceret, partes audiret, prouideret, & in Sacr. Conc. referret videtur eſſe nullius protſus conſiderationis, quia inſpecto iure communi o-
11 pus non eſt, quod relatio † ſit facienda in ſcriptis, *tot. tit. C. de relationib.* Quare ſi non conſtat de relatione in ſcriptis, ſatis eſt, quod non doceatur ex aduerſo illam eſſe in ſcriptis faciendam, cum etiam oretenus fieri potuerit, maxi-
12 mè in illo Sac. Conc. † vbi omnes cauſæ tanquã ſummariè cognoſcuntur ſola facti veritate inſpe-
13 cta, *Gizzarell. deciſ. 41. num. 1.* Niſi dicamus, † quod verbum illud (referat in concilio) importet, vt pronunciet in concilio, cum verbum referre intelligatur, vel accipiatur pro pronunciare iuxta praxim illarum patrum, ad notata per *Afflict. deciſ. 28. in princ. deciſ. 39. in princ. dec. 47. in princ. & deciſ. 362. pariter in princ.* in quibus locis relatio accipitur pro ſententia.

Secunda verò prætenſa nullitas videlicet, quod non fuerit citatus Ciprianus in productione litterarum Cambij, ſimiliter nec refragatur. Quia per eiuſdem Cipriani comparitionem in Iudicio
14 † excipiendo de ſolutione tempore, quo Valerius actor produxit iura, vt ex proceſſu colligitur, dicitur legi ſatisfactum, & omnis defectus citationis purgatus, *Vant. de nullit. ex defectu citat. num. 17. Lancell. de Attent. in præf. par. 2. cap. 4. num. 128. & ſeqq.* Gratian. *diſcept. 946. num. 12. & ſeqq. Capue. deciſ. 162. lib. 1. Seraph. deciſ. 1441. num. 4.* Rot. *in recent. par. 2. deciſ. 81. num. 4. deciſ. 95. num. 1. deciſ. 99. numer. 2. & deciſ. 736. num. 1. & coram Buratt. deciſ. 727. num. 1. & ſeqq. vbi latè Adden.*

Tertia nullitas, quæ reſultare dicitur ex defectu perſonarum comparentium, nec pariter vi-
15 detur habenda in conſideratione. Quia † procurator comparuit vnà ſimul cum Valerio principali, in cuius præſentia facit iudiciales actus, & iura produxit, ex quibus reſultat mandatum præſumptum, ex latè notatis per *Ioſeph Lud. deciſ. Peruſ. 110. num. 9. & ſeqq. & per Greg. dec. 44. num. 1. & ſeqq. & deciſ. 176. num. 8. & 9.*

Quarta nullitas allegata, ex defectu intimationis non ſequutæ de mandato relaxato cum intimatione niſi infra quatuor tollitur facto; Nam cum in proceſſu appareat de intimatione facta eodem loco, vbi aliæ citationes per prius contra Ciprianum fuerant executæ in quibus terminis, & temporibus ipſemet in iudicio comparuit, credendum eſt, quod habitaret domum vbi facta fuit intimatio, & ideò fides eſt adhibenda Iudici

atte

atteſtanti in litteris ſuis hortatorijs ſequutam
fuiſſe intimationem, & poſtmodum relaxa-
16 tam executionem, † ex quo Iudicis decretum fa-
cit præſumi omnia ſolemniter acta, *Gratian. deciſ.*
163. num. 7. Rot. coram Caual. deciſ. 407. num. 6.
& deciſ. 508. numer. 5. Ex quibus reſponſio-
nibus tollitur notoria nullitas, & iniuſtitia;
ſed data citra veri læſione notoria iniuſtitia, non
tamen ex hoc infertur, quod ab executione de-
creta per D. Gubernatorem præfactum licuerit
hanc Rotam appellare, quaſi quod exequendo
iniuſtum mandatum Iudicis requirentis graua-
17 uerit partem: Nam quod † dicitur Iudicem non
habere exequi ſententiam, quam nouit eſſe
notoriè iniuſtam, vel nullam, habet locum
quando ipſi Iudici ſic videatur, & quando Iudex
ita velit. Nec recuſando dicitur fieri iniuria Iu-
dici requirenti, cum executio relinquatur omni-
modo Iudicis arbitrio requiſiti, *d. l. à Diuo Pio,*
§. 1. (ibi) ſi viſum fuerit, Surd. d. conſ. 405. n. 27.
Gaſp. Theſ. dict. quæſt. 2. numer. 5. verſic. nec
per hoc, Gratian. *vbi ſupra num. 9.* prout etiam ſi
18 alias velit exequi † non per hoc grauat partem,
nec datur appellatio ab eius executione; & nulla
lex, nulluſque doctor hoc dicit, quod liceat ap-
pellare ab executione, quando ſententia eſt
nulla, vel iniuſta, *Gratian. dict. diſcept. 146.*
19 *numer. 11. & ſeqq.* & quod lege † non reperitur
cautum, non eſt præſumendum, *l. illud, C. de*
collat. & qui volunt hoc affirmare debent legem
20 allegare, quia in contrarium ſtat regula, †
quod ab executore non appellatur, *dict. l. ab e-*
xecutore, C. quor. appellat. non recipiantur, cum
alijs cumulatis per *Surd. dict. conſil. numer. 29.*
& ſeqq. vbi exemplis, & auctoritatibus latè com-
probat hanc opinionem noſtram reprobando,
Roman. *in conſil. 51. aliqualiter contrarium ſen-*
tientem.

Quibus non obſtat, quod dicebatur, literas,
& cæteras ſcripturas pro parte Valerij exhibitas
coram ipſo Gubernatore non fuiſſe formiter
recognitas, & propterea non mereri execu-
21 tionem. Quia reſpondetur, † quod ſcripturæ
ſimiles allatæ de longinquis partibus quales ſunt
proceſſus, ac litteræ de quibus agitur non e-
gent recognitione, quando habent prout hic
formam ſcripturarum publicarum, *Pal. de Caſtr.*
in Auth. at ſi contractus, numer. 5. C. de fid. in-
ſtrum. quem refert, & ſequitur Rot. *coram Caual.*
deciſ. 142. num. 3. Sunt enim munitæ ſigillo Re-
gis Hiſpaniarum in quo ſculptura, ſeù inſignia
armorum illius optimè inſpicitur, cuius quidem
22 ſigilli impreſſio ſupplet † de iure fidem illarum
ſcripturarum productarum, & illam reddit au-
thenticam, ac in iudicio probantem, *Abb. Fe-*
lin. & alij, in cap. ſcripta, de fide inſtrum. Veſt. in
prax. lib. 6. cap. 1. num. 9. Menoch. praeſ. 57. nu.
26. lib. 2. & de Arb. Iudic. caſu 113. numer. 8.
Franc. Mar. deciſ. 992. num. 4. & ſeqq. part. 1.
Gratian. in Addit. deciſ. 143. num. 9.

23 Et licet quatuor qualitates enumerentur per
nonnullos doctores ad hoc, vt ſigillum Iudicis
probet, ſcilicet vt congruat ſculturæ dignitatis
ſigillantis, quod litteræ ſigilli ſint legibiles,
quod non ſit enormiter fractum, & quod carta
ſigilli interior, & ſuperior ſit ſimilis, & eiuſdem
vetuſtatis; Attamen omnes ferè conueniunt,
vt Iudicis arbitrio relinquatur, an vna dicta-
rum qualitatum, vel omnes concurrere debeant,
vt ſigillum probet, vt poſt *Felin. & Abb. notant*
in ſpecie Menoch. de Arb. dict. caſ. 113. num. 13.
Franc. Marc. deciſ. 990. nu. 24. par. 1. Iudex au-
24 tem in arbitrarijs † non grauat, nec redargui
poteſt, *Menoch. d. tract. de Arb. quæſt. 70. nu. 6.*
& ſeqq. Scacc. de appell. quæſt. 17. lim. 15. n. 1. &
2. Ioſeph Lud. dec. Luc. 3. n. 12. & deciſ. 8. Greg.
deciſ. 106. num. 2. cum aliis per nos citatis *de-*
ciſ. 14. num. 25. & 26.
25 Et inde fit, vt Rota Romana, quam nos ſequi
debemus, non ſoleat in recognitione iurium de
partibus rigoroſè procedere, vt notat *Adden.*
ad Buratt. deciſ. 716. num. 12.

A R G V M E N T V M.

Electio conſiliariorum, & aggregatio Ciuium eſt facienda per Vniuerſitatem congregatam, vel per Conſilium, quod totam Ciuitatem repreſentat, non autem per Iudicem ordinarium.

S V M M A R I V M.

1 *Conſilium Vniuerſitatis eſt loco decurionum.*
2 *Conſilium totum populum repreſentat.*
3 *Conſilium habet facultatem faciendi electiones, & num. 8.*
4 *Iudex ordinarius non poteſt aggregare, quem in ciuem ſine conſenſu conſiliariorum. Contra, num. 18. Intellige, & declara, vt num. 19. 20. 21. & 22.*
5 *Datum ab illo, qui de iure dare non poteſt, pro non dato habetur.*
6 *Nefas eſt de Principis poteſtate dubitare.*
7 *Aggregatio Ciuium, & electio conſiliariorum Communitatis, non ſpectat ad Iudicē ordinarium, ſed ad conſilium repreſentantem totum populum, & num. 16.*
9 *Obſeruantia eſt ſeruanda, & ſequenda, maximè quando agitur de electione conſiliariorum, & num. 10.*
11 *Non ſunt mutanda, quæ antiquam habent conſuetudinem.*
12 *Electio contra conſuetudinem facta dicitur nulla.*

13 *De decreto Ciuitatis conſtare debet, vt notum ſit quomodo, quis ſit aſſumptus in Ciuem.*
14 *Aggregandi debent habere qualitates requiſitas, nempè quod ſint idonei.*
15 *Et in ætate legitima conſtituti.*
17 *Quod omnes tangit, ab omnibus cognoſci, approbari, vel reprobari debet.*
23 *Iudex curare debet, vt Conſiliarij faciant electiones iuridicas, quas ipſe tenetur confirmare, & num. 24.*
25 *A mala electione, & à grauamine illato à conſilio appellari poteſt ad Iudicem ordinarium.*
26 *Decurionum decretum, vt ſit validum debet eſſe honeſtum, iuſtum, & rationabile.*

DECISIO CCXXXVIII.

1 CVm abſolutum ſit in iure Conſilium
Vniuerſitatis eſſe loco decurionū,
gloſ. in l. obſeruare, in verb. decurionibus, C. de decurionib. lib. 10.
& ibidem Bart. in rub. eiuſdem tit.
num. 1. & in l. ſucceſſione, num. 1.
Grivell. dec. 11. n. 29. Theſ. dec. 257. n. 2. Totumq;
2 populū † repræſentare, l. nominationum, C. de dec.
Imol. & cæteri Canoniſtæ in cap. cum omnes, de conſtit. Pariſ. conſ. 71. nu. 16. lib. 1. Mar. Ant. vari
lib. 2. reſ. 42. n. 1. Franc. Marc. dec. 782. n. 4. pa. 2.
Franch. deciſ. 609. num. 4. & deciſ. noſtra 71 nu. 2.
3 Ac habere † auctoritatem faciendi conſilia, &
electiones, ne populus vniuerſus congregetur,
Capiblan. de off. Baronum, lib. 1. Prag. 10. n. 76.
fuit vnanimi Auditorum voto reſolutum ſenten-
4 tiam † D. Locumtenentis Anconæ aggregantis
Baroncinum, & Ioannem Mariam eius filium de
Baronibus in numero Cōſiliariorum Caſtri Sitoli,
abſque requiſitione dicti Conſilij eſſe declarandam
nullam, & reuocandam ex defectu iuriſdictionis,
ad l. 4. §. condemnatum, ff. de re Iudic.
Vant. de nullit. ex d. defectu, nu. 2. & 8. Seraph.
5 deciſ. 597. num. 4. Quod enim † datur ab illo,
qui de iure dare non poteſt, pro non datur habetur,
cap. quod autem in fin. de iure patron. Clarum
6 eſt autem, quod poſt Principem † de cuius poteſtate
nefas eſt dubitare, l. 2. C. de crim. ſacril.
7 aggregatio Ciuium, † vel electio Conſiliariorum,
ſeu officialium Communitatis non ſpectat
ad iudicem ordinarium, vt expreſsè notat Bart. in
d. l. obſeruare, num. 6. & 7. C. de decur. lib. 10.
8 Sed ad † conſilium repreſentantem totum populum,
vt dictum eſt, non tantum inſpecto iure
communi, vt poſt tex. in d. l. obſeruare. vbi Bar.
num. 8. notant Capibl. d. tract. lib. 2. cap. 84. n. 1.
Galg. de iure publico, lib. 4. tit. 46. n. 2. Franch. deciſ. 210. n. 1. verſ. vel per conſilium. Quam inſpecta
obſeruantia legis municipalis, l. decuriones,
ff. de alb. ſcrib. l. non tantum, §. final. ff. de decur.
Capiblanc. eod. tract. lib. 2. cap. 62. num. 9. Quæ
9 ſanè obſeruātia in † caſu noſtro ex actis ab anno
1584. citra legitimè probata apparet, itaut omnino
ſit ſeruanda, & ſequenda, l. 1. & 2. C. quæ
ſit long. conſuet. l. minimè, ff. de leg. Grat. diſc. 7.
nu. 3. diſcept. 74. num. 8. & diſc. 877. num. 27.
cum alijs per nos citatis deciſ. 50. num. 427. Ma-
10 ximè † quādo prout hìc agitur de electione conſiliariorum,
l. item eorum, ff. quod cuiuſque vniu.
d. l. obſeruare, C. de decur. l. fin. C. de iure fiſci, lib.
10. Bart. in l. actuarios, n. 1. C. de numerarij actuar.
lib. 12. Bal. conſ. 316. n. 1. lib. 3. Rom. conſ. 339.
num. 9. verſ. niſi aliud diſponat conſuetudo, & nu.
10. verſ. niſi aliud habeat conſuetudo, Franc. Marc.
11 d. deciſ. 782. num. 3. par. 2. Cum † non ſint mutanda,
quæ antiquam habent conſuetudinem, l.
minimè, ff. de legib. Aliàs † creatio, ſeù electio in
contrarium facta dicitur nulla, l. non tantum, C.
de decurio, lib. 10. Bart. in d. l. actuarios, num. 1.
Amēd. Adden. ad Franch. d. dec. 210. n. 21. Franc.
13 Mar. deciſ. 784. num. 3. par. 1. Tanquam † conſtare
non poſſit de decreto Vniuerſitatis, ſeu conſilij,
vt requiritur ad dignoſcendum quomodo,
& qualiter quis ſit aſſumptus, vel electus in Ciuem,
vt inquit Gratian. diſcept. 559. numer. 24.
14 verſ. ſtant. Siquidem † aggregandi, vel eligendi
aſpirare debent cum qualitate, nimirum ſi ſint
idonei, l. vt gradatim, §. & ſi lege, ff. de mun.
15 & honor. Ac in ætate perfecta conſtituti, † quæ
eſt 25. annorum, l. ad rem publicam, ff. eod. tit.
l. non tantum, ff. de decuriorib. Menoch. de Arb.
caſ. 540. num. 7. Galg. de iure pub. lib. 4. tit. 24.
16 num. 5. Quæ ſanè † cognitio eligendi, quem in
locum patris ſui, ſeù alterius aſcendentis, vel collateralis
prædefuncti ſpectat omnino ad homines
dicti conſilij ex præallegata obſeruantia legis
municipalis ab anno 1584. de quo tempore ſtatuerunt
dicti Conſiliarij quomodo, & qualiter inter
eos facienda eſſet nominatio, nempè quod
decedente vno ex Conſiliarijs debeat elegi eius filius,
vel proximior dummodo ſit actus, & idoneus
fortaſſe ad inſtar, l. in albo, & l. in ſucceſſione,
C. de dec. Igitur cum iſta cognitio idoneitatis tan-
17 gat omnes † de conſilio ab omnibus illis cognoſci,
& approbari, vel reprobari debet, capit. quod
omnes, de reg. Iur. in 6. cap. ad hæc, de off. Archid.
l. vltima, C. de auct. præſt. & diximus deciſ. 47.
num. 10. Grivell. d. deciſ. 11. num. 30.
18 Non obſtat, quod dicebatur facultatem prædictam
aggregandi non eſſe conceſſam Communitati
priuatiuè, quò ad ſuperiorem, qui concurrere
poſſe videtur cum Vniuerſitate, ex Surd. conſ.
19 2. nu. 38. & Rot. Ianuen. deciſ. 21. n. 13. Quia †
reſpondetur doctrinā non adaptari caſui noſtro,
cum loquatur in diuerſis terminis, vel intelligi
debet de ſupremo Principe, vt iam dictum eſt,
qui cenſetur ſibi reſeruaſſe ius quoad creationem
magiſtratus, & Conſiliariorum, iuxta notata per
doct. in leg. imperium, de iuris omn. Iud. Non
20 autem Præſidi † hanc iuriſdictionem Conceſſiſſe,
Rim. Iun. in d. l. imperium, n. 253. Roſent. de
21 feud. cap. 5. concl. 14. n. 1. Quoniam † hæc ſunt
de regalibus Principis reſeruata, Rim. vbi ſupra,

Quam-

Digitized by Google

22 Quamobrem † cum hæc facultas non ſit ei à
ſupremo Principe conceſſa; Vtique illam ha-
bere, vel exercere non poteſt, tanquam Guber-
nator, vel Locumtenens, *leg. nominationes*, C.
23 *de appell.* Niſi ad effectum, vt curet, quod † iu-
ridicam Conſiliarij faciant electionem, vt ex-
preſsè notat *Bart. in d. l. obſeruare, nu.* 7. Quam-
24 quidem electionem † ipſe Iudex tenetur con-
firmare, *ad tex. in l. ſi quos, vbi Bart. numer.* 1.
25 *C. de decur.* Vel † per viam appellationis proui-
dere, vbi mala eſſet electio, vel aliter quis eſſet
à conſilio grauatus, *d. l.* 2. *C. de decur. & l. Im-*
26 *peratores, in fin. ff. eod.* Quoniam † decretum,
decurionum, vt ſit validum, debet eſſe hone-
ſtum, iuſtum, & rationabile, *Oſaſch. deciſ.* 172.
num. 8.

ARGVMENTVM.

Interuſuria dotalia quando, & ad quam ſummam debeantur, & quando cenſeantur remiſſa.

SVMMARIVM.

1 *Intereſſe dotis non ſolutæ debetur abſque interpel-
laſione viro ſubſtinenti onera matrimonij.*
2 *Siuè dos promiſſa ſit filiæ, ſiuè Nepti, ſiuè ſorori.*
3 *Siuè conſtituta ſit in auro, ſiuè argento, vel mo-
bilibus.*
4 *Intereſſe dotis non ſolutæ debetur ad rationem ſe-
ptem cum dimidio iuxta conſuetudinem loci, &
num.* 5.
6 *Stante conſuetudine intereſſe dotis non ſolutæ pe-
titur iure actionis, nec cenſetur per ſortis rece-
ptionem remiſſum.*
7 *Dos, & intereſſe dotis habentur pro diuerſis rebus
debitis, & ſublata vna per ſolutionem remanet
altera, quæ de nouo peti poteſt.*
8 *Limita quando intereſſe deberetur officio Iudicis.*
9 *Quãdo intereſſe debetur iure actionis, peti poteſt in
cauſa appellationis, etiam ſi Iudex à quo cõdem-
nare omiſerit, vel reſeruauerit.*
10 *Intereſſe cenſetur tacitè petitum per clauſulam
ius, & iuſtitiam, &c.*
11 *Iudex appellationis ſuccedit in locum Iudicis à
quo.*
12 *Iudex appellationis ſuper omiſſis iudicare poteſt.*
13 *Intereſſe debitum ex æquitate, lucrabit, pari paſ-
ſu ambulat cum intereſſe dotali.*
14 *Compenſatio in materia fauorabili non fit ipſo iure
ſed debitore opponente.*
15 *Liber priuati probat contra ſcribentem.*

DECISIO CCXXXIX.

IN cauſa appellationis inter Ba-
ptiſtã Blanchinũ appellantem,
& Maffeum Saluionum appella-
tum duximus pro clara illius re-
ſolutione firmandas eſſe infra-
ſcriptas iuris concluſiones qua-
rum. Prima eſt, quod ob retar-
1 datam promiſſæ † dotis ſolutionem intereſſe de-
betur viro, abſque interpellatione, dummodo o-
nera matrimonij ſubſtineat, *cap. ſalubriter, de vſ.
l. cum poſt, §. ia domum, ff. de iur. dot. l. in inſu-
lam, §. vſuras, vbi Bart. nu.* 3. *ff. ſol. mat. Plot. de
in litem iurando, §.* 11. *num.* 18. *& in l. ſi quando,
nu.* 455. *C. vnde*, vi affirmans id à legiſtis, & ca-
noniſtis receptum, *Surd. de alim. tit.* 1. *qu.* 42. *n.*
133. *& in conſ.* 290. *n.* 31. *Natt. conſ.* 495. *n.* 2. *Ca-
phal. conſ.* 485. *n.* 113. *lib.* 4. *Altog. conſ.* 30. *n.* 17.
lib. 1. *Grat. diſc.* 141. *n.* 59. *diſc.* 244. *nu.* 9. *&* 10.
diſc. 245. *n.* 30. *cum ſeqq. & diſc.* 726. *num.* 3. *&*
4. *& deciſ.* 70. *nu.* 3. *Oſaſch. deciſ.* 132. *n.* 1. *Affl.
deciſ.* 284. *n.* 1. *Mag. deciſ. Flor.* 83. *n.* 1. *Maſt. de-
ciſ.* 298. *num.* 16. *Giurb. deciſ.* 72. *num.* 1. *Sperell.
deciſ* 84. *num.* 1. *Rot. in recent. par.* 1. *deciſ.* 471.
num. 1. *& par.* 2. *deciſ.* 574 *n.* 1. *& coram Buratt.
dec.* 159. *num.* 2. *&* 13. *& deciſ.* 287. *num.* 6. *&*
2 *nos diximus dec.* 83. *n.* 1. *& dec.* 115. *n.* 11. Siuè †
dos promiſſa ſit filiæ, ſiuè nepti, ſiuè ſorori, *Giurb.
qui alios allegat d. deciſ.* 72. *nu.* 1. *verſ. ſiue dos.*
3 Non † habita conſideratione, an in auro, vel
argento, vel mobilibus, ſiuè ſpeciebus non fru-
ctiferis ſit conſtituta, vt probat *tex. in l. final. §.
præterea*, C. *de iure dot.* cum latè cumulatis per
Fontanell. de pactis nupt. clauſ. 6. *gloſ.* 2. *part.* 7.
num. 12. *& ſeqq. & per Giurb. in allegata dec.* 72.
à num. 15. *vſque ad fin. Sperell. d. dec.* 84. *num.* 12.
Buratt. d. deciſ. 287. *num.* 13. Rot. *in recent. par.* 7.
deciſ. 168. *num.* 15. *& notauimus dict. deciſ.* 83.
num. 2.

Secunda ſit concluſio, quod huiuſmodi inte-
4 reſſe in Ciuitate Aſculana debetur † ad rationem
ſeptem cum dimidio pro Centenario, ſecun-
dum conſuetudinem illius Ciuitatis probatam
per Saluionum, & de qua teſtatur in ſpecie, *Rot.
in recent. par.* 1. *deciſ.* 471. *num.* 2. *& coram Bu-*
5 *ratt. deciſ.* 65. *num.* 3. Quæ ſanè conſuetudo †
attenditur in hac materia, *Surd. de aliment. tit.* 1.
quæſt. 43. *num.* 26. *&* 27. *Aldoa. conſ.* 84 *num.* 9.
Gratian. d. diſc. 143. *n.* 10. *& ſeqq. Cen. com. cont.
com. quæſt.* 394. *in fin. Ioſeph Lud. dec. Lucen.* 21.
n. 35. *& ſeq. Belt. ad Greg. deciſ.* 93. *n.* 9. *Rot. in
rec. par.* 1. *d. deciſ.* 471. *num.* 2. *in fin. & par.* 2.
deciſ. 574. *nu.* 1. *&* 2. *Adden. ad Bur. d. dec.* 65.
num. 4.

Tertia ſequitur concluſio, quod ſtante dicta
6 conſuetudine intereſſe † petitur iure actionis, &
conſequenter illud non cenſetur per ſortis rece-
ptionem remiſſum, ſed ſeparatim peti poteſt,
l. ſi marito, §. final. ff. ſol. mat. Bart. in l. final.

num. 3. ff. de eo quod certo loco, & ibi etiam Iaſ. num. 2. Beron. conſ. 100. nu. 19. vol. 1. Soc. conſ. 45. num. 12. lib. 4. Surd. deciſ. 35. nu. 31. & dec. 69. nu. 2. Giurb. deciſ. 65. n. 14. Belt. ad Greg. d. deciſ. 93. num. 10. & deciſ. 156. num. 14. Rot. in
7 *rec. par. 7. deciſ. 3. num.* 67 Cum enim † ſors principalis, & intereſſe habeantur pro diuerſis rebus æquæ principaliter debitis, ſublata vna per ſolutionem, remanet altera, & peti de nouo poteſt, & hoc modo intelligitur, *Bart. in eodem l. fin.* dum inquit intereſſe non deberi ſorte recepta etiamſi ius ſit reſeruatum, quia locũ habet in inte-
8 reſſe † officio Iudicis debito, vt explicaot *Gratian. diſcept. 33. nu. 13. diſcept. 130. nu. fin. diſc. 143. num. 17. diſc. 144. num. 39. & diſcept. 455. n. 26. & ſeq. Surd. conſ. 293. n. 23. & d. dec. 345. num. 11. Giurb. d. deciſ. 65. num. 14. Greg. deciſ. 93. num. 4. Rot. diuerſ. par. 1. deciſ. 807. num. 4. & ſeqq.*
9 Quarta ſit concluſio, quod vbi intereſſe debetur iure actionis, & principaliter, & non acceſſoriè: Tunc Iudex appellationis poteſt ſuper illud à primò Iudice omiſſo, vel reſeruato iudicare, quia omnia videntur in iudicium deducta, quæ ſunt ex natura actionis propoſitæ, *l. ſolemus ff. de Iudic. l. ſi cum tibi, C. eod. Giurb. d. dec. 65. num. 19. Rot. in rec. par. 7. dec. 281. n. 17. & 18.*
10 Id quod † multo magis procedit in præſenti caſu, vbi illud fuit petitum non ſolum verbis tacitis per clauſulam ius, & iuſtitiam, *Giurb. d. deciſ. num. 15.* Sed etiam expreſſa, quo caſu ſicut non
11 eſt dubitandum, quin † Iudex appellationis ſuccedat in locum Iudicis à quo, *Scacc. de Appellat. quæſt. 31. nu. 17. Bellam. deciſ. 41. Put. dec. 166.*
12 *num. 2. lib. 3.* Ità firmandum venit, † quod poſſit ſuper omiſſio iudicare, *Surd. conſ. 293. num. 27. Gratian. diſcept. 1. num. 4. & ſeqq. Giurb. d. dec. 65. num. 16. Surd. deciſ. 143. num. 4. Scacc. dict. tract. quæſt. 17. lim. 21. num. 25.*
Quinta ſit concluſio, quod vbi ſumus in inte-
13 reſſe fauorabili, quod debetur† ex titulo oneroſo, puta ex æquitate, *leg. curabit*, quod pari paſſu ambulat, cum intereſſe dotali, vt latè probat *Hond.* quem ſufficit allegare pro multis, *conſ. 30. num. 52. & ſeqq. lib. 2. & notat etiam Belt. ad Greg. iu ſæpè allegata deciſ. 93. num. 10.*
14 Tunc† compenſatio non fit ipſo iure, ſed tantum poſt oppoſitionem, & non antea, *Verſil. ad Affl. deciſ. 121. nu 1. & ſeq. Mocc. deciſ. 1. tit. de cur. vtil. vel inutil. Beuiac. deciſ. 37. num. 23. Surd. deciſ. 117. num. 4. & ſeqq. Rot. in recent. part. 5. deciſ. 338. num. 8. & par. 7. deciſ. 26 num. 18.*
Sexta demum concluſio ſit, quod liber priua-
15 ti † non probat niſi contra ſcribentem, *cap. 1. de probat. l. nuda ratio, ff. de donat. l. exemplo, C. de probat. l. 1. C. de edendo, Bart. in l. nuda ratio, n. 7. & in l. admonendi, num. 26. vbi etiam Iaſ. n. 350. ff. de iure iurand. Abb. in cap. 2. num 9. & Felin. num. 21. de fid. inſtrum. Becc. conſ. 45. num. 11. Hond. conſ. 91. nu. 86. lib. 1. Sim. de Pretis, conſ. 91. num. 6. Anch. conſ. 388. n. 11. Paris. conſ. 47. n. 7. lib. 1. Altog. conſ. 24. num. 26. lib. 1. Gratian. deciſ. 137. numer. 1. Rot. in recent. par. 3. deciſ. 690. n. 6. & apud Greg. deciſ. 79. n. 1. & ſeq.* Ex quibus concluſionibus deſumitur ſententiam D. Iudicis à quo eſſe reformandam, prout reformamus, declarando in primis intereſſuria dotis promiſſæ per Baptiſtem Blanchinum appellaotem, & non ſolutæ in tempore deberi Maſſię Saluiono appellato, qui ſubſtituit onera matrimonij, vt dictum eſt in prima concluſione; idque ad rationem ſeptem cum dimidio, iuxta conſuetudinem Ciuitatis Aſculanæ, vt in ſecunda concluſione; etiamſi petita fuerint poſt ſolutam dotem, vt in tertia concluſione: Ac etiam ſi Iudex primæ inſtantiæ ſuper illis non ſententiauerit, ſed ius reſeruauerit, vt in quarta concluſione; debitis vſque ad oppoſitam compenſationem per Blanchinum, vt in quinta concluſione: liquidandis tamen in executione ſententiæ, cum de die celebrati matrimonij non liqueat in proceſſu, niſi per apocham matrimonialem non recongitam, & productam poſt concluſum in cauſa. Declarando inſuper Maſſiam obligatum eſſe ad faciendum inſtrumentum quietationis dicto Blanchino de receptis ab eo nempè de partita florenorum 600. habita in tot bonis ſtabilibus, prout in proceſſu; nec non de receptis, & adnotatis ad creditum eiuſdem Blanchini in libro ipſius Maſſiæ, quod probat contra ipſum ſcribentem, vt in ſexta concluſione. Reſeruato iure dicto Maſſiæ melius probandi partitas contrapoſitas ad debitum Blanchini in eodem libro priuato. Ecita, &c.

ARGVMENTVM.

Optio quid ſit, quando, & inter quos locum habeat.

SVMMARIVM.

1 *Optio regulariter non cadit niſi inter Canonicos,*
2 *Optio regulatur à conſuetudine.*
3 *Natura optionis eſt, vt vnus poſt alium optet prout quiſque anterior eſt.*
4 *Conſuetudo eſt ſtricti iuris.*
5 *Et tantum habet potentiæ, quantum ei vſus tribuit.*
6 *Eſt odioſa, & reſtringenda.*
7 *Et eſſe debet ſpecifica in caſu allegato, cum extendi non poſſit.*
8 *Conſuetudo optandi ædes inter Auditores Rotæ Maceratæ, quando locum habeat, & numer. 9. & 10.*
11 *Conſuetudo optandi ex vſu difformi non inducitur, niſi huius varietatis certa, & determinata cauſa probetur.*

12 *Actus,*

12 *Actus, qui pro conſuetudine adducuntur, facti eſ-
ſe debent in vim ipſius conſuetudinis.*
13 *Conſuetudinem excludit vnicus actus contra-
rius.*

DECISIO CCXL.

CVm inter R.P. D. Marium Maſtril-
lum Auditorem Rotę Maceraten.
& R. P. D. Carolum de Alexan-
dris, qui in officio noſtri Audito-
ratus ſucceſſit orta fuerit contro-
uerſia. Nunquid in noſtro diſceſ-
ſu poſſit D. Maſtrillus vigore conſuetudinis relin-
quere ædes, quas ad præſens inhabitat, ac opta-
re illas, quas relicturi ſumus. Et dubium ipſi a-
micabiliter, vt inter nobiles, & prudentes decet
Rotæ ad decidendum reliquerint: Illo per Præ-
torem propoſito fuit reſolutum, non eſſe locum
1 allegatæ per D. Maſtrillum optioni, quæ † non
cadit niſi inter Canonicos, & ſimiles perſonas
collegiales, vt probant *Cocc. deciſ.* 235. *num.* 9.
& Monet. in tract. de option. cap. 1. *nu.* 13. vbi o-
ptionē dixit eſſe ius quoddam capitulo, ſeù Col-
legiali Eccleſiæ ex conſuetudine, vel ſtatuto com-
petens, vt antiquiores gradatim vacantem præ-
bendam, quæ reſeruata non ſit propria di-
miſſa intra certum tempus eligere poſſint. Sed
2 dato citra veri præiudicium, quod ius † optan-
di ædes præfatas regulatur ab ipſa conſuetudine,
iuxta notata per *Canal. deciſ.* 116. *numer.* 6. *&*
deciſ. 134. *num.* 1. Ac locum habere poſſit inter
3 Auditores Maceraten. † hoc eſt, vt vnus ſucceſ-
ſiuè poſt alium, prout quiſque anterior eſt in of-
ficio opter ſecundum naturam optionis. *cap. fin.*
de conſuet. in 6. *Monet. d. cap.* 1. *num.* 21. *&* 228.
Mar. Ant. var. lib. 1. *reſol.* 100. *numer.* 23. Rot.
diuerſ. par. 1. *deciſ.* 421. *n.* 1. Attamen DD. con-
4 ſiderabant, quod talis conſuetudo, † tanquam ſit
ſtricti iuris, *Seraph. dec.* 1159. *n.* 5. *Greg. dec.* 162.
5 *num.* 6. Et tantum † habeat potentiæ, quantum
ei vſus tribuit, & nihil amplius, *l. quod verò. &*
l. quod non ratione, ff. de legib. Seraph. deciſ. 1040.
num. 2. *Mantic. deciſ.* 10. *num.* 12. *deciſ.* 56. *n.* 7.
6 *& deciſ.* 259. *num.* 3. Sitque † odioſa, & conſe-
quenter reſtringenda, *Monet. d. tract. cap.* 3. *nu-*
7 *mer.* 255. Propterea eſſe debere † ſpecificam in
caſu allegato per Maſtrillum, cum extendi mini-
mè valeat, *Cran. conſ.* 96. *num.* 4. *Alex. conſ.* 196.
n. 13. *lib.* 2. *Natt. conſ.* 275. *num.* 15. *&* 37. *Rol.*
conſ. 69. *num.* 24. *lib.* 3. *Mar. var. lib.* 2. *reſ.* 100.
n. 4. *Surd. dec.* 132. *n.* 10. *Seraph. deciſ.* 326. *nu.* 2.
Greg. deciſ. 45. *num.* 6. *& ibi Addens num.* 8. Rot.
diu. par. 1. *dec.* 172. *n.* 2. *& in rec. par.* 2. *dec.* 112.
8 *n.* 2. *& deciſ.* 362. *num.* 4. Nimirum in caſu † vbi
vnus Auditor electus ſtatim, & immediatè ſuc-
cedit alteri, ita quod ſit paratus ad poſſeſſionem
officij adipiſcendam, & ædes implendas, vt in
præſentiarum paratus eſt D. Carolus e Deducen-
tes ſimilem caſum in perſona R. P. D. Ioannis
Guidicioni, qui ſucceſſit fratri ſuo immediatè,
in officio, & ædibus in quibus per 13. annos ha-
bitauit, & adhuc inhabitat, abſque vlla contro-
uerſia, & tamen ædes ſunt valdè optabiles, vt eſt
9 notum. Ad ideo † concluſum fuit non eſſe locum
allegatæ conſuetudini per Maſtrillum, quæ ſi
adeſſet, locum ſibi tantummodo vendicaret,
vbi ædes per receſſum, vel deceſſum Auditoris
vacarent, nec adeſſet ſucceſſor in officio, qui pa-
ratus eſſet illas implere, prout hactenus obſer-
uatum fuit.

Nec obſtat, quod dicebatur conſuetudinem ad
fauorem D. Maſtrilli probatam eſſe eo ipſo, quod
conſtat in caſu vacationis ædium fuiſſe per alios
Auditores, qui præſentes erant optatum ad eo-
rum libitum, & ſine controuerſia. Quia re-
ſponſum fuit allegatam conſuetudinem non eſſe
vniformem, ſed variam, vt ſcilicet optatum
fuerit vbi, & quando ſucceſſor, vel non erat e-
lectus, vel erat abſens, quia tunc pro mortuo
habetur, *Theſ. for. Eccl. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 5.
10 Et non † optatum quando aderat ſtatim ſucceſ-
ſor, vt ſupra dictum eſt. Et proinde fit cōſequens,
11 vt dicamus ex vſu † difformi non inductam fuiſſe
conſuetudinem optandi, niſi huius varietatis cer-
ta, & determinata cauſa probetur, *Bart. in l.* 2.
in princ. ff. ſol. mat. Cran. conſ. 97. *num.* 5. *Giurb.*
conſ. 19. *num.* 66. *Seraph. deciſ.* 381. *nu.* 3. *Rot. in*
12 *recent. par.* 2. *deciſ.* 65. *num.* 16. Et quod † actus,
qui pro conſuetudine adducuntur fuerint facti in
in vim ipſius conſuetudinis, *Sperell. deciſ.* 67.
num. 27. *Rot. in recent. par.* 2. *deciſ.* 441. *num.* 2.
13 Eo quia † vnicus actus contrarius excludit illam,
ead. Rot. in recent. par. 2. *deciſ.* 182. *num.* 5. *&*
coram Burat. deciſ. 23. *num.* 7. Ex quibus D. Ca-
rolus habuit intentum accipiendo poſſeſſionem
officij, & ædium vno, & eodem tempore.

ARGVMENTVM.

Vna perſona vicem duarum diuerſis re-
ſpectibus repræſentare poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Quando dignitas habet ius portionis, ſi vnus gerit
duplicem dignitatem, duplicem habere debet
portionem.*
2 *Quando iura plurium perſonarū deueniunt in per-
ſonam vnius, tunc vnumquodque retinet naturam
ſuam, & conſideratur de per ſe, ac ſi duæ eſſent
perſonæ.*
3 *Qualitates duæ in vnam perſonam concurrentes
quando diuerſos operantur effectus.*
4 *Vna perſona vicem duorum aliquando repræſenta-
re poteſt.*
5 *Sed contra.*
6 *Intellige, & declara, vt.*

DECISIO CCXLI.

EX teſtamento Philippi de Ioliano, qui legatum reliquit filijs Ioannis Iacobi fratris per hęc verba: *Ogniuno, che ſi farà Dottore, debba hauer ſcudi 1000. quello, che ſi farà Sacerdote, debba hauer parimente ſcudi* 1000. Ortum, & propoſitum eſt dubium, nunquid Petrus filius dicti Ioannis Iacobi, qui adeptus fuit Doctoratum, & Sacerdotium habere debeat duplicatum legatum, & fuit reſolutum
1 affirmatiuè: Siquidem quando † dignitas de per ſe habet ius portionis, vt in caſu propoſito, ſi vnus gerit duplicem dignitatem, duplicem habere debet portionem, *l. 1. vbi Bal. de off. conſ. §. illud, in Auth. vt Iudici ſine quoqu. ſuffrag. Anchar. in capit. cum olim, in fin. de re Iudic. Surd. conſ. 91. num. 19. conſ. 183. num. 42. conſ. 365. num. 22. & 23. conſil. 458. num. 31. & conſ. 529. num. 34. & deciſ. 153. num. 16. & 17. Altograd. conſ. 84. num. 165. Gail. pract. obſer. lib. 1. obſ. 44. num. 8. Barboſ. de off. & poteſt. Epiſc. Alleg. 86. num. 30. Gratian. deciſ. Marchiæ* 101. *num. 7. & 19.* Et vbi
2 iura plurium perſonarum † deueniunt in perſonam vnius, tunc vnum quodque retinet naturam ſuam, & conſideratur de per ſe, ac ſi duæ eſſent perſonæ ſeparatæ, *Gratian. diſcep. 298. num. 26. & 46. & d. deciſ. 101. num. 17. & 18. Rot. in recent. par. 3. deciſ. 367. num. 1. in fin. & part. 4. deciſ. 55. num. 4. in fin. & par. 5. deciſ. 37. nu-*
3 *mer. 17.* Prout etiam quando duæ † qualitates planè diuerſæ, & ſeparatæ, nempè Doctoratus, & Sacerdotij concurrunt in eadem perſona, ſiuè in eodem ſubiecto citra eius corruptionem, nec vllam inter ſe ex natura ſeparatorum conuenit repugnantiam, tunc de ea perſona iudicandum eſt, ſicut de duabus, *ex tex. in cap. poſtulaſtis, §. niſi forte, de conceſs. præb. l. titio, §. qui marco, ff. de annuis legat. Gail. in tract. de Arreſtis, cap.*
4 *6. num. 18. & 27. fol.* 424. Cum dicatur † duplicem perſonam diuerſis reſpectibus ſubſtinere, & repreſentare; vnam ſcilicet Sacerdotalem, & alteram doctoralem, *Gail. d. cap. 6. num. 14. & cap. 7. num. 19. Gratian. diſcept. 298. numer. 46. 718. num. 19. & 20. & 948. num. 39.* Ricc. *in prax. variar. reſol. 473. num. 10. verſ. ſecundo verò caſu, par. 2.*
5 Nec obſtat regula, quod vnus vicem duorum ſubire nequeat, iuxta *tex. in l. ſi plures, ff. de pact.* Quia reſponſum fuit cum diſtinctione *Bart.* ad
6 ipſam legem, nimirùm † quod vbi habetur reſpectus ad perſonam ratione officij, ſeù dignitatis, tunc ſi quis gerit plura officia, ſeù dignitates, fungitur vicem diuerſarum perſonarum, & hic eſt caſus noſter, de quo vide plura apud *Ricc. in prax. d. par. 2. reſ. 473. ferè per totam;* ſi verò habetur reſpectus ad perſonam ratione perſonæ, & tunc impoſſibile eſt vnam tenere vicem plurium. Et ita, &c.

ARGVMENTVM.

Emptio cenſus dicitur facta in pecunia numerata, etiam quod illius venditor ſtatim illas pecunias reſtituat emptori ex aliqua alia cauſa.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum publicum pleniſſimam facit probationem.*
2 *Solutio cenſus dicitur facta in pecunia numerata, etiam quod illius venditor illas ſtatim reſtituat emptori ad liberandum ſe ab aliqua obligatione. Et contractus cenſus dicitur validus, & num. 5.*
3 *Solutio pretij, & reſtitutio illiuſmet poſt perfectum inſtrumentum cenſus ſunt actus conſiderandi tanquam ſeparati.*
4 *Dominium pecuniæ acquiritur ex illius traditione, & retentione etiam momentanea.*
6 *Soluens ſtatim recepturus eandem pecuniam, non dicitur ſoluere, ita vt dominium pecuniarum transferatur.*
7 *Limita ſi ex tali ſolutione recipiens commodum ſentiat.*
8 *Cenſus fieri poteſt ſine pecunia præſenti, quando adeſt verum creditum ſecundum opinionem Surd. etiam poſt Bullam Pij V. num. 13. Sed contra, num. 9. & 10.*
11 *Debitum ex vna cauſa poteſt de conſenſu partium conuerti vt debeatur ex alia cauſa.*
12 *Et in ipſa transfuſione pecuniæ numerandæ habentur pro traditis, & numeratis.*
14 *Vbi diuerſa eſt ratio diuerſum quoque ius ſtatui oportet.*
15 *Ex diuerſis non bene infertur.*
16 *Pecunia dicitur ſoluta, etiamſi ſoluens reportauerit illam, niſi probetur præcedens conuentio, quod actum fuerit de pecunijs, vt dicitur per monſtra.*
17 *Inſtrumento in quo legitur, quod cenſus fuerit creatus in pecunia numerata, ſtandum eſt donec contrarium probetur.*
18 *Reſeruatio hypothecæ in omnibus contractibus vtilis eſt.*
19 *Euictionis obligatio eſt de natura emptionis, & venditionis.*
20 *Euictionis promiſſio eſt licita etiam in contractu cenſus.*

DE-

DECISIO CCXLII.

CEnſus ſcutorum 9. qui de anno 1612.
die 27. Auguſti fuit per Iacobum
Bonſignorium ſuper certis, limitatis
lateratiſque ſuis bonis ſtabilibus, impoſitus
ad fauorem fratrum de Thomaſiis
pro ſorte principali ſcutorum
160. receptorum, ſolutorumque reſpectiuè in
pecunia aurea, & argentea numerata coram Notario,
& teſtibus iuxta formam Bullæ Sanctæ Me-
1 moriæ Pij Papæ V. vt conſtat † ex inſtrumento,
quod pleniſſimam facit probationem, *ad tex. in
l. cum precibus, C. de probat. Innoc. & alij Canoniſtæ,
in cap. cum P. tabellio de fid. inſtrum. cum
alijs per nos relatis deciſ. 13. num. 10. deciſ. 26.
num. 9. deciſ. 50. num. 28. deciſ. 77. nu. 1. deciſ.
79. num. 1. deciſ. 95. num. 7. & deciſ. 109. num.
3.* & in terminis numerationis pecuniarum in cauſa
cenſus, *Rota ex impreſ. per Cenc. poſt eius tract.
de cenſib. deciſ. 95. num. 11. deciſ. 98. num. 5. deciſ.
102. num. 1. deciſ. 110. num. 4. deciſ. 123. nu.
1. & deciſ. 125. num. 4. Mantic. deciſ. 302. nu. 1.*
2 Vtique non poteſt hodie notari labe ſimulationis,
ſeu mauis nullitatis quamuis ſtatim poſt celebrationem,
& perfectionem cenſus, Bonſignorius
venditor reſtituerit ferè totam pecuniam dictis
fratribus pro redemptione vnius prædioli, &
ſolutione aliorum, debitorum, quibus adſtrictus,
& obligatus erat erga ipſos, *Cenc. de cenſib. quæſt.
48. num. 22. & 23. verſic. & licet, & rurſus, ac
melius, quæſt. 50. num. 26. Duard. eod. tract. §. 2.
quæſt. 3. num. 5. Rota ex impreſſ. apud eundem
Cenc. deciſ. 187. num. 10. & deciſ. 527. num. 4.
Maſtrill. deciſ. 262. num. 44. & ſeq. Monter. deciſ.
Arag. 2. num. 11. & ſeqq. Milaneuſ. deciſ. 2. num.
65. lib. 2. Rot. in recen. par. 7. deciſ. 273. nu. 10.*
Firmantes omnes, quod licet momento temporis
illud pretium retineat venditor cenſus, & poſtea
ex alia cauſa reſtituat emptori, prout reſtituit dictus
Bonſignorius fratribus de Thomaſijs, ſi ex
momentanea ſolutione, & retentione aliquod
commodum reportauerit liberando ſe ab obligatione
aliqua, quam ipſe venditor cenſus habebat
cum emptore, prout hic ſe liberauit Bonſignorius,
ſicut patet ex alio inſtrumento quietationis,
& liberationis confecto ad eius fauorem, tali caſu
dicitur ſatisfactum Bullæ Pij V. & cenſus eſt
omninò validus, *Sperell. deciſ. 28. num. 73. verſ.
cæterum, lib. 1. Rot. ex impreſſ. poſt addit. Cenc.
de cenſ. deciſ. 32. & in recent. part. 7. deciſ. 273.
num. 11.* vbi dantur concordantes. Nam illi duo
3 actus † receptionis pretij, & reſtitutionis illico
poſt perfectum inſtrumentum cenſus ſunt conſiderandi
tanquam ſeparati, *Cenc. de cenſ. d. quæſt.*
4 *48. num. 24.* Et ex iſta † momentanea ſolutione,
& numeratione facta per Thomaſios emptores
cenſus, fuit illicò pecuniarum ſolutarum dominium
acquiſitum ipſi Bonſignorio venditori, ex
quo idem reportauit vtilitatem in reſtitutione
illarum, liberando ſe ab obligationibus pluribus,
*iuxta doctrinam Bart. communiter receptam, in l.
etas, qui in prouincia, num. 22. ff. ſi cert. pet. &
in l. qui ſic ſoluit. ad fin. vbi etiam Caſt. ff. de ſolut.
Gratian. diſcept. 679. num. 9. & 10. Cenc. de
cenſ. d. quæſt. 48. num. 22. & ſeqq. Sperell. d. deciſ.
28. nu. 74. Rot. apud eund. Cenc. deciſ. 2. n. 3.
deciſ. 123. num. 4. deciſ. 136. nu. 4. & deciſ. 454.*
5 *num. 10. & ſeq.* Et proinde † ſtante tranſlatione
dominij pecuniarum in Bonſignorium venditorem
dicendum eſt contractum ita validum, vt nullo
modo vacillare poſſit, vt expreſsè teſtantur
præcitati Doctores, & in indiuiduo firmauit Rot.
*penes Cenc. d. deciſ. 527. num. 4. & ſeqq. repetita
poſt tractatum Duard. de Cenſ. in ordine deciſ. 355.*
Nec placuit, quod ex aduerſo dicebatur contractum
cenſus videri ſimulatum, eo quoniam
6 ſic ſoluens † emptor cenſus, vt ſtatim recepturus
ſit eandem pecuniam, non dicitur ſoluiſſe,
nec dominium tranſtuliſſe, *d. l. qui ſic ſoluit, ff.
de ſolut. l. final. in fin. C. de bonis, quæ lib. cum alijs
relatis per Sperell. deciſ. 28. nu. 27.* Quia reſpon-
7 detur diſpoſitionem † dictæ legis non habere locum
quotieſcumque ex momentanea ſolutione
acquiritur, prout in hoc præſenti caſu acquiſitũ
fuit commodum partis, itaut actus huiuſmodi momentaneus
iam produxerit effectum ſuum, *Bart.
in l. ſi tibi, num. 1. vbi etiam Alex. num. 5. & Iaſ.
num. 10. ff. ſi cert. pet. & in proprijs terminis fuit
reſolutum per Rot. in allegatis deciſ. 123. num. 4.
& 5. 136. num. 4. & 187. num. 10. & latius per
Sperell. d. deciſ. 28. num. 76. & 77.*
8 Neque pariter obſtat, quod appareant debita
dicti Bonſignorij præcedentia fuiſſe conuerſa in
conſtitutione noui cenſus (vt dicebatur) abſque
numeratione pecuniarum, quaſi tunc illa debita
ſuccedant loco pretij, iuxta doctrinam *Surd. in*
9 *conſ. 162. num. 28.* quæ † non videtur ſibi locum
poſſe vendicare poſt Pianam Conſtitutionem pro
forma, & ſubſtantia requirentem pecuniam præſentem,
& illius numerationem, adeo vt, nec dicatur
Bullæ ſatisfactum per equipollens, vt contra
eundem *Surd. tenent, Egid. Boccac. Mol. &
alij relati per Gratian. diſcept. 853. num. 36.*
10 Quia dato, non tamen conceſſo, quod opinio
contra Surd. eſſet magis vera, vt firmat *Grat. loc.
proximè citato,* quamuis in puncto iuris id non
tranſeat abſque maxima difficultate, ex allegatis
*per Cenc. in d. tract. & quæſt. 48. nu. 33. & ſeqq.
& per Maſtrill. d. deciſ. 262.* ferè per totam; Ea
11 præcipuè ratione, quia † ex communi vtilitate
de iure ciuili repertum fuit, vt contractus inuicē
conuerti poſſint ex vno debito, & ex vna cauſa,
in aliud debitum ex alia cauſa, tàm inter eaſdem
perſonas, quam inter diuerſas, *§. quo genere. Inſtit.
quibus mod. Toll. oblig. leg. licet, §. quoties,
l. nuptura, §. 1. l. pater, §. 1. & l. ſi ſponſalibus,*
12 *de iure dot. Sperell. d. deciſ. 28. num. 31.* Et † hoc
pacto ad iſtas conuentiones, & tranſfuſiones pecuniæ
numerandæ habeantur pro traditis, & numera-

Digitized by Google

meratis, quam doctrinam approbant Doctores
omnes, *in l. ſingularia, ff. ſi certum pet. vbi ſignan-
ter Bart. Ang. & Salic. & concardat etiam Maſtril.
d. deciſ. num. 5. & ſeqq. ac Rot. in recent. par. 4.
deciſ. 373. num. 28.*

13 Vltra, quod opinionem Surdi probant, & ſe-
quuntur moderni, & egregij Doctores infraſcri-
pti, qui illam procedere dixerunt etiam poſt di-
ctam Pianam Conſtitutionem, non ſolum in fo-
ro fori, ſed etiam in foro conſcientiæ, nempè
*Turrett. conſ. 36. per totum lib. 3. Hond. conſ. 17.
num. 23. lib. 2. Alogr. conſ. 19. nu. 1. & 2. lib. 1.
Gutier. pract. quæſt. cap. 126. num. 2. Dian. par. 1.
tract. 8. reſolut. 44. fol. mihi 115. & ſequitur etiã
Rota in vna Panormitana, ſeu Agrigentina reſciſ-
ſionis contractus die 13. Iunij 1575. coram Blanbet-
to, quæ eſt 10. poſt primum vol. conſ. Farinac. re-
petita poſt Cenc. de cenſib. deciſ. 92.* vbi quod etiam
poſt conſtitutionem fa. mem. *Pij* V. non vide-
tur improbata conſtitutio cenſus, etſi in ipſo actu
non interueniat pecunia numerata, dummodò re
vera conſtet ad manus venditoris cenſus perue-
niſſe pretium ipſius, vt alias in Signatura Sanctiſs.
per *Greg. XIII.* fuiſſe declaratum teſtatur ibidem
deciſio.

Attamen reſpondetur, quod allegata non mi-
litant in caſu noſtro omninò diuerſo ab illo Surdi,
cum hic conſtet de actuali, & reali numeratione
pecuniarum, & de tranſlatione dominij illarum
in Bonſignorium venditorem cenſus, ac etiam de
legitima, & expreſſa cauſa reſtitutionis pro ma-
iori parte ad eximendum ſe à pluribus alijs obli-
gationibus, vt ex prænarratis clarè liquet; Ideo-
14 que † cũ diuerſa ſit ratio caſus noſtri ab illo, *Surd.*
diuerſum quoque ius ſtatui oportet, *vulgata l.
illud, ff. ad l. acq. l. à titio, ff. de furt.* Siquidem
15 ex diuerſis † non rectè infertur, *leg. Papinianus
exuli, de minor. l. naturaliter, §. nihil commune,
de acq. poſſ. l. fin. de calum.* cum ſimilibus, qui al-
legari poſſent.

16 Quinimò etiamſi fratres, qui pecunias numera-
runt in cõſtitutione cenſus illam ſtatim poſt per-
fectum inſtrumentum repoſuiſſent in ſaculo, &
ſecum reportaſſent, adhuc tamen id non conclu-
deret non numerationem, ſeu non ſolutionem,
non probata per aduerſarium conuentione præ-
cedenti, quod actum fuerit de pecunijs, vt dici-
tur *per moſtra*, cum potuerit taliſmet tota, & in-
tegra pecunia ex alia cauſa reſtitui, vt poſt *Bart.
Alex. Cagnol. & alios pariter firmat ead. Rota ex
impreſſ. poſt Addit. ad Cenc. de cenſib. deciſ.* 107.
num. 3. & 4. fol. 200. *Sperell. d. deciſ. ſub nu. 73.
17 verſ. cæterum, & num. ſeqq.* Et proinde † ſtan-
dum eſt inſtrumento in quo legitur, quod cenſus
fuit creatus in pecunia numerata, donec contra-
rium plenè, & concludenter probetur, vt in pun-
cto firmauit. *Rot. in recent. par. 4. deciſ. 280. num.
4. Mantic. deciſ. 307. num. 1. & 2.*

Demum nihil obſtat reſeruatio anterioris hy-
pothecæ de qua in allegato inſtrumento quieta-
tionis facto poſt creationem cenſus; Quia illa
non operatur quin cenſus ſit perfectus, cum ſo-
18 lummodo narretur facta reſeruatio in † caſu
quo bona, in quibus cenſus erat conſtitutus fuiſ-
ſent euicta iuxta cautelam notatam per *Mant. de
19 tacit. lib. 11. tit. 31. num. 22.* Quæ † quidem eui-
ctionis obligatio ſicut eſt de natura emptionis, &
venditionis, *l. ſi in venditione, ff. de euict. l. final.
C. comm. reru. alien. Surd. conſ. 36. num. 25. Pe-
reg. conſ. 91. num. 2. vol. 3. Mantic. de tacit. lib.
4. tit. 2. num. 9. Giurb. deciſ. 87. num. 8.* ita lici-
tè permittitur etiam in cauſa cenſus, *Nauar. tract.
de vſur. num. 135. Bocc. de cenſib. part. 3. nu. 70.
Cenc. eod. tract. quæſt. 42. num. 15. & quæſt. 45.
num. 13.* Quare ex his fuit confirmata ſententia
D. Iudicis à quo, qui pronunciauit inſtrumentum
cenſus eſſe validum, non autem feneratitium, vt
prætendebatur.

ARGVMENTVM.

An deſerta cauſa appellationis cenſeatur pariter deſerta cauſa nullitatis notoriæ in terminis ſtatuti, ſeu Conſtitutionis præfigentis terminum ad agendum, ſeu dicendum de nullitate.

SVMMARIVM.

1 *Deſerta cauſa appellationis dicitur lis extincta.*
2 *Et iuriſdictio reuertitur ad primum Iudicem à quo Tanquam ſi non fuiſſet appellatum, num. 7.*
3 *Decretum notoriè nullum, vel iniuſtum vbi ex actis non iuſtificatum, nunquam facit tranſitum in iudicatum.*
4 *Appellans, & dicens decretum ex actis non iuſtificatum tenetur id probare.*
5 *Iudex appellationis non tranſportatis actis iuriſdictionis exercitium non habet.*
6 *Actorum productio ſine partis citatione non ſuffragatur.*
8 *Deſerta cauſa appellationis non cenſetur deſerta cauſa nullitatis notoriæ, etiam in terminis ſtatuti reijcientis nullitatem.*
9 *Contrarium dic verius, vbi ſtatutum præfigit certum terminum ad dicendum de nullitate, cauſamque appellationis, & nullitatis terminandam.*
10 *Seu potius diſtingue, quod prima opinio locum habeat, vbi ſtatutum excluderet nullitatem, abſque præfixione termini. Secunda verò, quando poſt præfixionem termini prohiberet, dici de nullitate.*
11 *Et intellige, quod diſtinctio procedat, ſiuè incidenter, ſiuè principaliter nullitas deducatur.*

12 Non

12 *Non autem ſi per viam exceptionis.*

13 *Statutum præfigens terminum ad dicendum de nullitate, intelligatur etiam præfixiſſe habenti pro ſe illam euidentem.*

14 *Nec dicitur ex tali ſtatuto ſublata defenſio, Sed reſtricta.*

15 *Ne cauſæ efficiantur immortales, et notorietas operetur infinitatem.*

16 *Fatalia Conſtitutionis Marchiæ cōprehendunt Clericos, & cauſas ſpirituales.*

17 *Eo magis, quando partes litigant in Rota Macerateñ tenſi.*

DECISIO CCXLIII.

CAuſam appellationis interpoſitæ de anno 1631. die 4. Ianuarij pro parte, & ad inſtantiam D. Ioannis Baptiſtæ Ruffi Primicerij à decreto, ſeu ſententia D. Vicarij Archiepiſcopatus Firmi, mandantis licere D. Georgio Ruffo conficere caminum de quo agitur, præſtita prius cautione de demoliendo in caſu ſuccumbentiæ. Omnium votis reſolutum fuit eſſe deſertam; Siquidem ex calculo dierum Rotalium in actis ex-
1 hibito apparet elapſos eſſe dies 536. Cum † tamen ex ſolo decurſu dierum 93. ex forma Conſtitutionis Marchiæ, *lib. 6. cap. 9.* res iudicata conficiatur, *Amat. deciſ. 69. num. 1. Grat. deciſ. 31.*
2 *num. 4. deciſ. noſtra 43. num. 2.* Itaut † omnis iuriſdictio Rotæ expirauerit, reuerſaque fuerit ad primum Iudicem a quo, *ad tex. in cap. ab eo, de appellat. in 6. Clem. ſicut, & Clemen. ſi appellationem eo tit. Mantic. deciſ. 276. num. 1. cum alijs per nos citatis deciſ. 102. num. 2.*

3 Nec obſtat, quod dicebatur decretum à quo fuit appellatum tanquam notoriè nullum, & iniuſtum vti ex actis non iuſtificatum, nunquam feciſſe tranſitum in iudicatum, vt poſt *Abb. Felin. Gab. & alios firmat Greg. deciſ. 1. num. 4. & ſeqq. & ſequuntur Seraph. deciſ. 988. num. 5. & 6. Caual. deciſ. 517. num. 5. Rota in recent. part. 3. deciſ. 173. nu. 3. & par. 4. deciſ. 500. nu. 2.* Nam
4 huiuſmodi negatiua, † quod non ſit ex actis iuſtificatum decretum, tanquam fundamentum intentionis D. Primicerij appellantis erat ab eo concludenter probanda, ad communem doctrinam, *Bart. in l. in illa, ff. de verb. obligat. Gratian. diſcept. 121. num. 8. & ſeqq. Rota coram Burat. deciſ. 251. num. 3. & in recent. part. 2. deciſ. 594.*
5 *num. 4.* Idque † per productionem actorum ſine quibus Iudex appellationis exercitiū iuriſdictionis in cognoſcendo habere non dicitur, *cap. Romana, §. ſi verò, de appell. in 6. Veſt. in prax. lib. 8. cap. 2. num. 1. Giurb. deciſ. 29. num. 1. Manc. deciſ. 197. num. 1. deciſ. noſtra 9. num. 1. & 116. num. 65. & à Concil. Trident. cautum eſt, ſeſſ. 24. cap. 20. de reform. §. præterea.* Neque ad huiuſmodi effectum eſt attēdenda productio actorum facta de tempore obtentæ inhibitionis anni 1631.
6 Quoniam † illa productio cum facta fuerit ſine partis citatione, vt ex actis manifeſtè probatur, non ſuffragatur, *Bart. in l. Iudices, in 4. notab. C. de fid. inſtrum. Caſt. conſ. 382. col. 2. verſ. non obſtat, lib. 2. Hond. conſ. 75. num. 34. lib. 2. Grat. d. diſcept. 121. num. 3. Seraph. deciſ. 697. num. 8. Greg. deciſ. 209. num. 5. & ibi Addit. num. 8. Caual. deciſ. 438. num. 9. Baratt. deciſ. 134. num. 9. & ibi Adden. num. 14. & latius deciſ. 251. nu. 4. & ſeqq. & deciſ. 376. nu. 6. & diximus deciſ. 100.*
7 *num. 8.* Quare † verſantibus extra appellationis inſtantiam ceſſat reſpectu Rotæ omnis iuriſdictio in cognoſcendo de allegatis, perinde, ac ſi non fuiſſet per Primicerium appellatum, *Giurb. qui alios congerit, deciſ. 116. num. 18. Magan. deciſ. Floren. 55. num. 2. Barz. deciſ. 23. num. 2. Vincē de Franch. deciſ. 501. num. 3. cum alijs per nos cumulatis deciſ. 43. num. 2.*

Nec quidquā obſtare poſſe dicebatur, quod de-
8 ſerta cauſa † appellationis non cenſeatur deſerta cauſa d. nullitatis notoriæ, etiam in terminis ſtatuti, ſeu conſtitutionis reijcientis nullitatem, quia reſponſum fuit opinionem contrariam eſſe verio-
9 rem, † magis communem, & magis tutam in terminis præfatæ Conſtitutionis Marchiæ præfigentis terminum trium menſium vtilium ad agēdum de nullitate, ex quo illa præfixio termini habet vim fatalis, licet de iure cōmuni nullitas poſſit infra 30. annos proponi, quo quidem termino elapſo vbi nullitas, & iniuſtitia proueniunt ex eodem decreto diffinitiuo, non poteſt amplius appellās audiri coram Iudice ad quem ſuper nullitate etiam euidenti, quia tempora non largiuntur, *l. accuſaturus, ff. de adult. Seac. d. concl. 4. num. 45. Gab. de ſtatutis, concl. 3. num. 15. Alex. conſ. 105. num. 7. lib. 5. & conſ. 225. nu. 6. lib. 6. Caſt. conſ. 288. verſ. circa ſecundum, lib. 1. Caph. conſ. 201. num. 8. conſ. 202. nu. 18. & conſ. 263. num. 36. lib. 2. Natt. conſ. 120. num. 15. Rolan. à Vall. conſ. 83. num. 16. lib. 1. Surd. conſ. 160. num. 20. & conſ. 257. num. 6. Lancell. de Atten. par. 2. cap. 17. num. 31. & ſeqq. Mareſcott. var. lib. 2. cap. 51. num. 5. & 6. Mar. Ant. in terminis Conſtit. noſtræ lib. 2. var. reſol. 19. num. 8. & reſol. 60. caſu 39. verſ. & dum replicaretur, Contar. d. limit. 7. nu. 67. Oſaſch. deciſ. 22. num. 14. Caſſad. deciſ. 4. num. 5. de dilat. Achil. de Graſſ. deciſ. 8. & deciſ. 15. de Conſtit. Caſar. de Graſſ. deciſ. 1. num. 8. eod. tit. Put. in nouis, deciſ. 188. num. 1. & deciſ. 293. num. 2. lib. 2. & deciſ. 343. num. 4. lib. 3. Seraph. deciſ. 1155. nu. 11. & deciſ. 1169. num. 5. Caual. deciſ. 346. num. 11. Amat. deciſ. 33. num. 1. & 2. Gratian. d. deciſ. 151. num. 1. & 2. deciſ. noſtra 102. nu. 5.* Niſi concordando opi-
10 niones dicamus † primam ſibi locum vendicare, vbi ſtatutum ſimpliciter excluderet nullitatē ſine præfixione termini, ſecundam verò locum habere, quando prout in caſu dictæ conſtitutionis prohibetur dici de nullitate poſt terminum præfixū, quia tunc comprehendit etiam nullitatem notoriam,

riam, vt Domini Auditores tenuerunt, & firmãt
omnes modo præcitati Doctores, & magis in
ſpecie diſtingunt, *Franc. in cap. dilecto, nu. 146.*
de appellat. Put. in nouiter impreſſis, deciſ. 407.
11 *num. final. lib. 2.* Quæ quidem † diſtinctio proce-
dit, ſiuè incidenter nullitas deducatur, vt quan-
do non fit mentio de illa in appellando, ſiuè prin-
cipaliter, vt quando datur in ſpecie de nullitate
mixta cum appellatione, *Caſtren. d. conſ. 188. dub.*
2. lib. 1. Mareſcot. d. cap. 51. nu. 3. Achil. deciſ. 3.
de conſtit. Put. deciſ. 188. in princ. & deciſ. 293.
num. 1. lib. 2. Amat. d. deciſ. 33. num. 2. Grat. d.
12 *deciſ. 151. num. 3.* Non autem † ſi deducatur nul-
litas per viam exceptionis, vt in terminis Conſti-
tutionis Marchiæ firmauimus, *deciſ. 102. nu. 6.*
ex Mario Ant. ibidem citato, ponderando verbum
illud (sgi) quibus ſcriptis nunc addimus, *Cont.*
in d. limit. 7. num. 68. Scac. in d. quæſt. 19. rem.
1. concl. 4 num 49. & ſeq. Grat. deciſ. 151. nu. 9.
Ratio autem diſtinctionis præfatæ videtur Clara;
13 Nam † quando ſtatutum proponit tempus infra,
quod agatur, intelligitur etiam propoſuiſſe, &
terminum dediſſe habenti pro ſe nullitatem eui-
dentem, qui propterea ſibi imputare debet ſi ſe
ſua negligentia excludit, *l. veteres, in fin. ff. de*
iure aſſiq; priuat. Alex. d. conſ. 225. nu. 16. lib. 6.
Natt. d. conſ. 120. num. 15. Burſat. conſ. 75. num.
4. lib. 1. Marcheſ. de commiſſ. par. 3. §. 4. nu. 75.
14 *Mareſc. vbi ſupra num. 5.* Nec † ex hoc ſublata di-
citur defenſio, quæ non tollitur, ſed ex cauſa re-
ſtringitur, iuxta notata *in l. final. C. ſi cont. iut.*
vel veil. publ. Alexan. d. conſ. 105. num. 8. lib. 5.
Goz. conſ. 103. num. 9. Caſ. de Graſſ. d. deciſ. 1.
15 *num. 8. de conſtit.* Nimirum † ne cauſæ effician-
tur immortales, & notorietas operetur infinita-
tem, *Caph. d. conſ. 202. nu. 17. Amat. d. dec. 33.*
num. 3.

16 Nec tandem releuat D. Primicerium, tanquam
Eccleſiaſticum eſſe ſolutum à Conſtitutione Mar-
chiæ in his, quæ reſpiciunt deciſoria, prout eſſe
videtur peremptio inſtantiæ, ſecundum *Dec. conſ.*
97. in princ. Soc. Sen. conſ. 195. num. 2. lib. 2. &
conſ. 71. num. 22. lib. 4. Houd. conſ. 29. num. 10.
lib. 2. Gratian. diſcept. 524 num. 49. Achil. de
Graſſ. deciſ. 10. de Conſtit. Quia nihilominus ipſe
dicitur comprehenſus à Conſtit. quæ ligat etiam
Clericos, & cauſas ſpirituales comprehendit, vt
cautum reperitur per ipſammet Conſtitutionem
lib. 3. cap. 3. Et in terminis peremptionis inſtan-
17 tiæ, notat *Amat. deciſ. 69. nu. 7* Maximè, † quan-
do partes litigant in hoc Tribunali Eccleſiaſtico,
vbi ſeruatur, & ſeruari debet omnimodo dicta
conſtitutio, vt cauetur in Conſtitutione
Rotali, *num. 10.* Et notat in ſimili
Rota diuerſor. part. 2. deciſ.
330. num. 2. Et ita reſo-
lutum, &c.

ARGVMENTVM.

Creditor hypothecam habens præferetur creditoribus ſolùm actionem perſonalem habentibus, qui eſſe debent omnes pares in concurſu nulla habita prioritatis temporis ratione.

SVMMARIVM.

1 *Apocha ſubſcripta à partibus etiam abſq; teſtibus habet vim ſcripturæ publicæ, quoad perſonalem actionem exercendam contra ipſum debitorem.*
2 *Apocha priuata nullam de iure, habet hypothecam in bonis debitoris.*
3 *Apocha quamuis anterior in data præualere non poteſt inſtrumentis publicis cum hypotheca, & num. 8.*
4 *Apocha trino teſte munito, & confecta recognitaque ante celebrationem inſtrumenti, ſi habet hypothecam præualet inſtrumento, & num. 5.*
6 *Temporis ratio non habetur in creditoribus ſolam perſonalem actionem habentibus, Sed ſunt omnes pares in concurſu, num. 10.*
7 *Apocha priuata incipit habere ſuum effectum à die recognitionis, & non à die datæ.*
9 *Creditor hæreditatis iure hæreditaria præferetur creditori hæredis habenti hypothecam.*
11 *Hypotheca tacita non inducitur, niſi in caſibus à iure expreſſis.*
12 *Hypotheca tacita non inducitur in bonis eius, qui bona alterius adminiſtrauit procuratorio nomine.*
13 *Eccleſia gaudet priuilegio pupilli.*
14 *Tutoris bona ſunt tacitè obligata pupillo.*
15 *Hypotheca tacita inducitur in bonis Epiſcopi, ſeu Prælati, qui bona Eccleſiæ male adminiſtrauit.*
16 *Hypotheca tacita non inducitur in bonis illius, qui tanquam procurator adminiſtrauit pro Epiſcopo, ſeu Clerico.*
17 *Limita regulam in adminiſtratore fraudulento.*

DECISIO CCXLIV.

FVit dictum primam partem ſententiæ
graduatoriæ in qua aſſignatur quintus
locus R. Ioanni Franciſco Baruicchia
creditoris hæreditatis quondã R. Bar-
tholomæi Griſoni eſſe reformandam
ad fauorem D. Horatij Caroli cui ſe-
primus, nonus, decimus, & vndecimus locus
1 fuit indebitè aſſignatus. Nam † quamuis Apo-
cha, qua nititur Baruicchia cõfecta de anno 1622.
cum ſubſcriptione partium habeat vim publicæ
ſcripturæ quoad perſonalem actionem exercen-
dam contra Griſonum debitorem ſi viueret, licet
in ea non ſint teſtes adhibiti, *ex tex. in l. ſcriptu-*
ras, in princ. C. qui potio. in pig. habea. cum alijs
allegatis per Gab. tit. de probat. concl. 9. num. 1.

Atta-

Attamen, quia agitur de prælatione quoad hy-
pothecã inter cõcreditores in bonis ipſius Bartho-
lomæi Griſoni prædefuncti, illa vtique quamuis
2 anterior in data, † cum de iure non habeat hy-
pothecam expreſſam, vel tacitam in bonis dicti
debitoris, *l. cum tibi, C. qui pot. in pig. habean.*
Griuell. deciſ. 27. num. 6. Surd. deciſ. 56. num. 6.
3 præualere † non poteſt inſtrumentis publicis cũ
hypotheca exhibitis per Horatium Carolum, *l.*
cos, C. qui pot. in pig. hab. leg. creditor, §. ſi pri-
mus, ff. qui pot. in pig. hab. Surd. deciſ. 310. num.
4 *4. & 5.* Prout ſanè † præualeret, ſi Baruicchia de
pignore, aut hypotheca cautus fuiſſet per ipſam
apocham municã tribus idoneis teſtibus per quos
probaretur, quod illa confecta fuiſſet ante dicta
inſtrumenta, *d. l. ſcripturas, §. ſin autem ius pi-*
gnoris, Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 24. nu. 1. An-
char. Iun. quæſt. 10. num. 2. lib. 1. Simon. de præt.
conſ. 180. num. 5. Altogr. conſ. 4. num. 14. lib. 1.
Griuell. d. deciſ. 27. num. 8. Bellon. Rot. Iannen.
deciſ. 188. num. 1. Carth. Rot. eiuſdem Iann. deciſ.
131. num. 8. Surd. d. deciſ. 56. nu. 6. & 7. Rot. in
5 *recent. par. 5. deciſ. 382. nu. 2.* Vel fuiſſet † apo-
cha recognita ante celebrationẽ dictorum inſtru-
mentorum, & concurreret etiam hypotheca, vt
dictum eſt, *Griuell. ead. deciſ. 27. num. 12. & 13.*
6 Cum antiquitatis ratio † non habeatur in ſimili-
bus ſcripturis priuatis ſolam actionem perſonalẽ
habentibus, *l. priuilegia, ff. de priuil. cred. l. aſſi-*
duis, in fin. C. qui pot. in pig. habeant, Surd. dict.
7 *deciſ. 56. num. 7.* Et quæ incipiunt † habere ſuum
effectum non à die datæ, ſed à die recognitionis,
vt notant *Gutier. pract. quæſt. lib. 1. quæſt. 125.*
num. 3. & 4. Rebuf. de chirographarum, & ſchedu-
larum recognit. in præfat. num. 81. & ſeqq. Grat.
diſcept. 501. num. 14. & in Apendice ad eand. di-
ſcept. fol. 606. Et ſic concluſum Horatium Caro-
lum eſſe præferendum. Hic autem quamuis ex-
tra rem noſtram duo notanda ſubiunximus, quæ
poſſunt, & ſolent occurrere in iudicijs graduato-
8 ris. Et primo, † quod etſi creditor hypotheca-
rius præferatur ei, qui habet ſolam perſonalem
actionem, vt ſupra dictum eſt, fallit tamen regu-
9 la in eo creditore † chirographario, qui contra-
xit cũ defuncto in cuius bonis ipſe chirographa-
rius præfertur creditori hæredis habẽti hypothe-
cam, petendo ſeparationem bonorum defuncti
debitoris, *l. 1. §. ſecundum, ff. de ſeparat. Altogr.*
d. conſ. 4. num. 19. Surd. deciſ. 310. num. 3. & 4.
10 Secundò † notabis, quod inter creditores perſo-
nales chirographarios non ſit ſeruandus ordo, ſi-
cut fit inter hypothecarios, quia ſunt omnes pa-
res in concurſu, & graduatione nulla habita prio-
ritatis temporis ratione, *Vermigliol. conſ. 452. per*
tot. Griuell. d. deciſ. 27. num. 6. Surd. d. deciſ. 56.
num. 7. vbi dantur concordantes.

Quo verò ad ſecundam partem eiuſdem ſen-
tentiæ, in qua vltimus locus aſſignatur dicto Ba-
ruicchiæ in bonis de quibus agitur, cauſa, & oc-
caſione mandati procuræ, ſeu adminiſtrationis
fructuum Eccleſiaſticorum ſpectantium ad ipſum
mandantem, concluſum fuit pariter cõtra Baruic-
chiam appellantem, & ad fauorem dicti Hora-
tij Caroli appellati, nempè ſententiam eſſe cõ-
firmandam, quamuis eius creditum cum hypo-
theca ſit poſterior dicto mandato procuræ, ex eo
11 quia † hypotheca tacita, in qua ſubſtãtiatur prio-
ritas, ſeu prælatio non inducitur, niſi in caſibus
à iure expreſſis, *l. ante omnia, ff. de probat. gloſſ.*
in l. 2. ff. de priuil. cred. Bald. in l. 2. C. in quibus
cauſ. pig. vel hypoth. tacit. contra Crauet. conſ. 692.
num. 2. & conſ. 872. num. 2. Mantic. de tacit. lib.
11. tit. 12. num. 1. Surd. deciſ. 31. num. 9. & de-
ciſ. 271. num. 10. Cocc. deciſ. 12. num. 1. Dec. no-
ſtra 99. num. 15. verſic. vel ex legis diſpoſitione.
12 Quo inſpecto † iſta adminiſtratio Bartholomæi
Griſoni, cum mandato procuræ circa fructus bo-
norum Eccleſiaſticorum ſpectantium ad Baruic-
chiam, non habet allegatum priuilegium tacitæ
hypothecæ in bonis ipſius adminiſtratoris, *ad tex.*
in l. ſi negotium, vbi etiam gloſ. ff. de priuil. cred.
Mant. de tacit. lib. 11. tit. 16. nu. 15. & 16. Vnde
concludendum venit rectè fuiſſe dicto Baruicchiæ
aſſignatum duodecimum, & vltimum locum.
13 Nam † etſi Eccleſia gaudeat priuilegio pupilli,
14 *cap. 1. de integr. reſtit.* Et bona † Tutoris tacitè
ſint obligata pupillo, *l. pro officio, vbi Bart. Salic.*
& alij, C. de legit. Adminiſtr. tutor. Neguz. de
15 *pig. 4. mem. 2. part.* non tamen † ſequitur, quod
priuilegium tacitæ hypothecæ competens Eccle-
ſiæ contra Epiſcopum, ſeu Prælatum malè admi-
niſtrantem, *gloſ. in cap. ex literis, de priuil. Felin.*
in cap. ad aures, num. 4. de reſcript. Neg. de pig.
part. 2. mem. 4. num. 120. Mantic. d. tit. 16. num.
21. Gratian. diſcept. 601. num. 3. Competat Cle-
16 rico, ſeu † Epiſcopo contra adminiſtratorem
Clerici, ſeu Epiſcopi contra quos non datur à le-
ge iſta tacita hypotheca, ad latè tradita per *Neg.*
d. tract. 4. mem. 2. par. num. 121. cum alijs dedu-
ctis per Gratian. d. diſc. 601. n. 20. & ſeqq. Quid-
17 quid † contrarium dicendum fuiſſet, ſi verſare-
mur in adminiſtratore doloſo, *Grat. diſcep. 935.*
Et ita, &c.

ARGVMENTVM.

Conſenſum non cogitur, quis præſtare ſtante iuſta cauſa diſſenſus; Etſi Iudex compellit datur appellatio.

SVMMARIVM.

1 *Conſenſum ſi quis præſtare debet, & recuſat com-*
pellitur authoritate Iudicis.
2 *Limita ſtante iuſta cauſa diſſenſus, num. 6. & 18.*
3 *Cauſa recuſationis in primis eſt examinanda, tan-*
quam excluſiua, vel incluſiua iuris illius, nu. 4.
5 *Prius eſt diſcutiendum, an ſit locus pacto, quam*
illud

Digitized by Google

illud executioni mandetur.
7 *Cauſa legitima contradicendi operatur, vt quis non non cadat à iure ſuo.*
8 *Cauſa legitima in alienatione rerum minoris eſt æs alienum.*
9 *Cenſus perpetui numerantur inter bona ſtabilia.*
10 *Bona minorum immobilia non poſſunt alienari, niſi pro ſoluendo ære alieno.*
11 *Et in caſu quo creditores vrgeant de præſenti.*
12 *Et conſtet, quod minores non habeant mobilia, quæ primitus diſtrahi valeant.*
13 *Et ſuper præmiſſis interueniat Iudicis interlocutoria, qua declaretur bona mobilia minus damnoſa non extare.*
14 *Et tandem Iudicis decretum.*
15 *Cauſa venditionis bonorum minoris eſſe debet neceſſaria, ac vrgens, taliſque, vt ex ea minores compelli poſſint, & num. 17.*
16 *Cenſum conſtituere pro alterius cenſus extinctione non videtur cauſa ſufficiens, nec neceſſaria.*
18 *Venditor cenſus cogi non poteſt ad illum redimendum.*
19 *Filius non tenetur ad debita patris. Et debitum patris non dicitur debitum filij, num. 25.*
20 *Niſi hæres illius eſſet, & ſe ſe in hæreditate immiſcuiſſet.*
21 *Filius quamuis ob ſuitatem videatur hæres patris ipſo iure.*
22 *Non tamen præſumitur talis propter beneficium abſtinendi.*
23 *Niſi immixtio, aut animi ſui declaratio probetur.*
24 *Quod intellige, quando conuenitur, non autem quando ipſe agit, quo caſu valet conſequentia ſi filius ergo hæres.*
26 *Cenſus impoſitio dicitur alienatio.*
27 *Alienatio bonorum minoris ſine iuſta cauſa, & abſque ſolemnitatibus, eſt omnino prohibita.*
29 *Diuiſio vnius partitæ in pluribus poteſt afferre incommodum creditori.*
30 *Difficilis eſt exactio facienda à pluribus minutatim.*
31 *Creditori magis expedit creditum habere vnitum, quam diuiſum.*
32 *Creditor non cogitur recipere minutatim, quod ſibi debetur.*
33 *Cauſa præſtationis conſenſus debet in primis verificari, vt conſentiens ſibi cauſulat.*
34 *Ad patronum Eccleſiæ ſpectat inuigilare ne bona Eccleſiæ dilapidentur.*
35 *Teſtis nulliter examinatus non probat.*
36 *Teſtis varius eſt repellendus.*
37 *Teſtes varij ad inuicem conquaſſantur.*
38 *In concurſu teſtium magis probat Sacerdos, quam Laicus.*

DECISIO CCXLV.

Dominus Vincentius Cataldus Aſculanus, dum eſſet in humanis aliqua cõſtituit beneficia Eccleſiaſtica cum dote aſſignata in tot cenſibus, hac lege, quod poſt eius mortem ius præſtandi Cappellanos pro tempore ſpectaret ad Seniorem de familia, & domo Catalda, & quod in euentum in quem pecunia ſortis principalis reſtitueretur per venditores, illa ſemper iterum, & denuò cenſui traderetur per Capellanos cum licẽtia Ordinarii, ac præſentia; & conſenſu dicti Senioris, & non alias, &c. Modo autem ſequuta extinctione vnius ex ipſis annuis redditibus florenorum trecentorum monetæ Marchiæ, cupiens R. D. Iulius Cianaoca vnus ex Capellanis cum eadem pecunia depoſitata emere à filiis Ciarboni Ceſi de eadem Ciuitate cenſum florenorum 270. interpellauit Rugerium Cataldum Seniorem de dicta familia, vt præſentiam, & conſenſum præſtaret, qui id facere recuſauit allegatis cauſis de
1 quibus in actis. Et quia renuendo † ſine legitima cauſa poterat ad eundem conſenſum præſtandum compelli à Iudice, *Abb. conſ. 59. col. 3. verſ. tertio principaliter, Viuia. de iure patron. lib. 2. cap. 1, num. 19. & 20. Azor. Inſtit. mor. part. 2. lib. 9. quæſt. 10. Barb. de off. Epiſcop. Allegat. 70. num. 26. & 27.* Propterea fuit introducta per eundem Capellanum lis ſuper præſtatione conſenſus coram D. Vicario Epiſcopi Aſculani, qui talic decretum ad eius actoris fauorem mandando ſcilicet, quod emptio dicti cenſus fieret ſine præſentia, & conſenſu Rugerii, qui exinde cauſam appellationis introduxit in Rota, vbi dato dubio nunquid decretum huiuſmodi tanquam iniuſtum eſſet reuocandum, videbatur vtique illud reſoluẽ-
2 dum affirmatiuè; Nam † cum ipſe reus haberet cauſam iuſtam denegandi conſenſum, vt inferius demonſtrabitur, non poterat Iudex, abſque notorio grauamine eum compellere, & multo minus decernere, quod emptio cenſus fieret ſine eius conſenſu, *cap. nullus, & ibi Abb. de iure patro. l. ſi cum dotem, §. eo autem tempore, ff. ſolut. matr. idem Abb. in cap. licet, num. 9. de regul. Lamb. de iure patro. par. 2. lib. 1. quæſt. 1. art. 20. num. 13. Gratian. in addit. ad deciſ. 237. num. 3. & ſeqq. Rota ex impreſſ. penes Pic. deciſ. 24. num. 15. & 16. & in recent. part. 2. deciſ. 563. num. 1.* Erat
3 enim † cauſa recuſationis in primis examinanda, & diſcutienda, *cap. vlt. de præben. Pariſ. conſ. 41. num. 14. lib. 4. Barb. de off. & poteſt. Epiſc. Alleg. 70. num. 26. & 27. Menoch. de arb. caſ. 211. num. 7.*
4 *& ſeqq.* Tanquam † excluſiua, vel incluſiua iuris illius, *cap. tua, de ord. cognit. l. fundum, & l. fundi, ff. de except. Crau. conſ. 280. num. 1. & 2. Menoch. conſ. 301. per totum, Gratian. diſcept. 394.*
5 *num. 9.* Vt in ſimili dicimus, quod prius ſit † diſcutiendum, an ſit locus pacto, quam illud executioni mandetur, *Gratian. diſcept. 633. num. 2. & ſeqq.*

Digitized by Google

6 *& ſeqq. Mantic. deciſ. 194. num. 8. & 9.* Cum † non poſſit ad conſentiendum compelli, qui habet iuſtam contradicendi cauſam, *l. ſi cum dotem, §. eo autem tempore, vbi Bart. num. 2. Bal. num. 1. & Caſt. num. 11. ff. ſolut. mat. Men. de Arb. Iud. caſu 211. num. 7. Barb. de off. Epiſc. Alleg. 70. num. 27. Grat. in addit. ad d. deciſ. 237. num. 3. Rot. coram Mantic. deciſ. 238. num. 9. & in recent. par. 2. deciſ. 563. num. 2.*

7 Cauſa autem legitima contradicendi, quæ operatur, vt Caualdus non dicatur cadere à iure ſuo, *Crau. conſ. 18. num. 9. Dec. conſ. 452. nu. 4. Grat. diſcept. 742. num. 55. Seraph. deciſ. 1494. num. 1. & deciſ. 1228. nu. 5.* Conſiſtere viſa fuit

8 in eo, † quod venditio cenſus florenorum 270. quam facere intendebāt filii dicti Ciarboni pupilli, & minores reſpectiuè, non ſubſtinebatur ad fauorem Capellæ, & Iulii Capellani, deficientibus requiſitis in alienatione bonorum minoris, ſcilicet æs alienum, vt probatur *cſt l. ob æs, C. de præd. minorum, l. magis puto, §. ne paſſim, ff. de reb. eorum, Soc. Sen. conſ. 255. col. 2. lib. 3. Dec. conſ. 60. col. 2. Bal. conſ. 180. lib. 2. Rol. conſ. 33. num. 1. & conſ. 99. num. 3. lib. 1. conſ. 18. lib. 2. conſ. 7. num. 19. lib. 3. & conſ. 60. num. 1. lib. 4. Rot. in recent. par. 5. deciſ. 36. num. 65.*

Neque pecunia dicti cenſus conuertebatur in extinctionem propriorum debitorum, ſed patris, vt deponunt teſtes omnes ad 26. interrogat. Et ſic emptionis contractus vacillare poterat in damnum Capellæ, & Capellanorum, ac ipſiuſmet Rogerii Patroni, cum bona im-

9 mobilia minorum prout † ſunt cenſus, *ex tex. in Clementina exiui, §. cumque annui reddit, de verb. ſig. Bonius, de cenſ. art. 15. Faller, eo tract. gloſ. cenſus, num. 25. Gab. conſ. 145. num. 1. & 2. lib. 2. Laderch conſ. 104. nu. 5. Hond. conſ. 61. n. 33. lib. 1. Sard. deciſ. 204. nu. 1. & ſeq. Grat. in addit. ad deciſ. 13. num. 5. Giurb. deciſ. 87. num. 9. Rot. ex imp. per Cenc. de Cenſ. deciſ. 81. nu. 7. & deciſ. 82. num. 9. & in recent. par. 1. deciſ. 492. n. 11. & par. 7. deciſ. 235. n. 4. & 5. & dec. 283.*

10 *num. 13.* Non † poſſunt de iure alienari, vel hypothecari, niſi pro ſoluendo ære alieno eorumdem pupillorum, eadem *Rot. penes Cenc. de Cenſ. deciſ. 84. num. 23.* Quod eſt generale in omnibus bonis ſtabilibus pupillorum, ſeu minorum

11 ſemper prohibitis alienari, niſi † in caſu quo creditores ipſorum petant, & iſtent de præſenti, *d. l. ob æs, & d. l. magis puto, §. ne paſſim, Bero. conſ. 183. col. 1. lib. 1. Rol. conſ. 60. num. 2. & ſeqq. lib. 4. Menoch. de Arb. caſ. 171. num. 5. & ſeqq. Rot. penes Pacif. de ſal. decis. 110. n. 4. & 7. deciſ. 17. n. 10. & diu. par. 4. decis. 852. n. 3. & 4.* Nec ſatis eſt, quod adſit æs alienum, & vrgeant creditores de præſenti, niſi conſtet e-

12 tiam, † quod minores non habeant mobilia, quæ primitus diſtrahi poſſint, antequam ad nomina debitorum, & bona ſtabilia deueniatur, *ad tex. in l. 1. §. quod ſi forte, ff. de bonis eorum, Roman. conſ. 321. Ceph. conſ. 215. in fin. Berous d. conſ. col. 2. Rol. d. conſ. 60. n. 6. Men. vbi ſupra num. 11. Affl. deciſ. 249. n. 1. Rot. penes Pic. dec.*

13 *42. num. 24.* Et ſuper præmiſſis interueniat † Iudicis interlocutoria, per quam declaretur bona mobilia minus damnoſa non extare, *Rol. d. conſ. 33. n. 6. lib. 1. & d. conſ. 60. n. 7. & 8. lib. 4. Dec. conſ. 403. col. 3. Pariſ. conſ. 99. col. 1. & conſ. 100. col. 2. lib. 1.* Ac etiam interueniat Tutoris, vel Curatoris authoritas, *l. ea qua, & l. cum qui, C. de auth. tut. gloſ. & Bal. in l. 1. ff. de reb. eor. Rol. d.*

14 *conſ. 60. n. 10.* Et demum † Iudicis decretum, *l. neque tutores, C. de adminiſt. tut. l. 3. & ibi gloſ. & Bal. ff. de rebus eor. Bart. Bal. Salic. & alij repetentes in l. minorit, C. de præd. min. Men. d. caſu 171. numero 23. Roland. ... conſil. 60. numero 12.*

15 *Rot. penes Pic. dec. 42. nu. 25.* Quibus accedit † cauſam venditionis eſſe debere non voluntariam, vt hic, ſed potius neceſſariam, vrgentem, ac preciſam, talemque vt ex ea pupilli, vel minores cōpelli poſſint, *Pic. ad ſtat. Vrb. gloſ. 22. n. 5. Rot. apud eand. dec. 60. n. 12. & in rec. par. 1. d. dec. 492. n. 12.* Quæ ſanè omnia ceſſabant in præſēti facti ſpe-

16 cie, vbi ſolummodo conſtat † pupillos velle cenſum conſtituere pro extinctione alterius cenſus, quæ cauſa non videtur ſufficiens, aut neceſſaria;

17 Tum quia † deficiunt prædicta omnia, quæ primitus erant examinanda, & diſcutienda, *Men. de Arb. d. caſ. 211. nu. 7. & ſeqq. Rot. penes Cenc. de Cenſ. d. dec. 84. n. 23. & in recent. par. 1. d. deciſ.*

18 *492. num. 11.* Tum etiam, quia † ſi pupilli eſſent veri cenſus debitores cogi non poſſent ad illum redimendum, *iuxta Conſtit. Pianam, cum aliis adnotatis per Cenc. quæſt. 60. num. 28. Rot. apud eundem deciſ. 155. n. 1. & apud Pic. d. deciſ. 31. num. 7. & in recent. par. 2. deciſ. 642. num. 3. &*

19 *par. 7. dec. 283. n. 20.* Tum demum, † quoniam cenſus præfactus, quem redimere, ſeu extinguere intendebant minores, & pupilli reſpectiuè cum dicta pecunia, re vera ad patrem illorum ſpectabat, vt deponunt teſtes, & per conſequens ad eius extinctionem minimè tenebantur, *ad tex. in l. 1. C. de filijs fam. minorib. Soc. Iun. conſ. 47. num. 7. & 8. lib. 1. Rot. ex imp. per Pic. d. decis.*

20 *60. num. 9.* Niſi verſaremur in caſu, † quo ipſi eſſent hæredes Ciarboni eorum Patris, & ſe ſe in hæreditatem immiſcuiſſent, *iuxta tex. in l. ſi pupillus, §. vlt. in fin. ff. de acq. hæred. Bal. conſ. 242. lib. 2. Roman. conſ. 154. num. 2. Dec. conſ. 442. num. 17. & conſ. 652. num. 9. Cran. conſ. 33. n. 2. conſ. 197. num. 4. & conſ. 312. num. 3. Menoch. lib. 4. præſ. 99. num. 2. Rot. penes Cenc. de Cenſ. deciſ. 279. num. 6. & deciſ. 280. n. 2. et 3.* id

21 quod locū habet etiam in filio, † qui etſi ob ſuitatem videatur ipſo iure hæres patris, *Paul. Apoſt. ad Galatas, cap. 4. et cap. quicumque 17. q. 4. l. maximum vitium, C. de lib. præt. quæ iura ſunt relata, ab Accurſio in l. 1. C. ſi minor ab hæred. ſe abſtin. Caroc. deciſ. 43. Mag. deciſ. Lucen. 38. nu. 24. Carth. deciſ. Genuen. 32. num. 13. et ſeq. Mant.*

22 *de coniect. lib. 12. tit. 10. num. 3.* Attamen † non
præſumitur hæres, nec ſe ipſi hæreditati im-
miſcuiſſe, propter beneficium abſtinendi, *l. ſi fi-
lius, qui patri, ff. de vulga. & pupill. l. nam nec e-
mancipatus, ff. de legat. 1. Bal. in l. neceſſarijs, n. 1.
de acq. hæred. Sperell. deciſ. 72. nu. 29. Rot. coram
Mantic. deciſ. 198. num. 6. & in recent. par. 5. de-*
23 *ciſ. 137. num. 13.* Niſi † immixtionem, aut animi
ſui declarationem probet aduerſarius, *l. 1. vbi
gloſ. C. ſi ab hær. ſe abſtin. & l. 1. C. de iure delib.
& manifeſtius in l. ſi cum dotem, §. tranſgrediamur,
ff. ſolut. mat. vbi Caſt. num. 3. & Alex. n. 10. Dec.
conſ. 652. num. 11. Crau. conſ. 456. num. 2. Natt.
conſ. 140. num. 3. Rol. conſ. 20. nu. 17. lib. 1. Ma-
rant. cauſ. 9. num. 4. & 5. Menoch. de Adipiſcen.
remed. 4. num. 8. Carth. Rot. Ianuen. deciſ. 33. n.
1. & ſeqq. Sperell. deciſ. 72. num. 30. Rot. d. dec.*
24 *147. nu. 14.* Intelligendo tamen id † procedere
in præſenti caſu, nempè quando filij conueniun-
tur, vel conueniri poſſunt; Secus verò ſi ipſi age-
rent, & tractaretur de eorum commodo; Nam
tunc dicta conſequentia valet, & eo ipſo, quod
ſunt filij præſumuntur hæredes, & ſe hæredi-
tati immiſcuiſſe, *l. 1. §. qui ſunt in poteſtate, ff.
ſi quis omiſſa cauſ. teſt. l. filius, qui patri, ff. de
vulg. & pupill. Menoch. d. remed. num. 5. Mant.
d. dec. n. 3. & 4. Carth. d. deciſ. 33. in fin. Mag. de-
ciſ. Luc. 38. num. 2. Sperell. dec. 72. n. 26. Chriſt.
Med. exam. 50. n. 2. & deciſ. 79. per totam.* Igitur
25 debitum patris † dici non poteſt debitum filij,
quia non conſtat illos eſſe hæredes, ac proinde,
26 cum † cenſus impoſitio dicitur alienatio, *Tiraq.
in retract. ligna. §. 1. gloſ. 6. ſub num. 6. Rot. ex
imp. apud Pic. dec. 31. n. 1. & dec. 73. n. 5. Rot. co-*
27 *ram Caual. dec. 459. n. 2.* Quæ quidem † alienatio
ſine iuſta cauſa, & ſine dictis ſolemnitatibus, eſt
omnino prohibita minori, *Couarr. var. reſ. cap.
17. num. 2. Rot. d. deciſ. 31. num. 2. & deciſ. 69.
num. 3.* Propterea manifeſtè apparet cauſam
28 recuſationis † Rugerij Cataldi ſenioris fuiſſe
29 iuſtiſſimam. Eo etiam ſtante incommodo, † quod
tractu temporis afferre poterat Capellania pro
tempore futuris, diuiſio dictæ partitæ florenorũ
300. *ad tex. in l. tutor, §. Lucius, ff. de vſur. gloſ.
Bart. & Iaſ. in l. quidam æſtimarunt, ff. ſi cert.
petat.*
30 Quoniam difficilior eſt exactio à pluribus fa-
cienda minutatim, *l. planè, ff. famil. hercìſc. Surd.
deciſ. 88. in prin. verſ. tum etiam quia.* Vt in ſimili
conſiderat Rot. *diuerſ. par. 1. deciſ. 168. Bell. ad
Greg. in deciſ. 194. num. 27. in fin.* Capellania e-
31 nim magis conuenit † dictum creditum vnitum,
quam diuiſum, ob duplicitas expenſas, & dili-
gentias in exigendo fructus à pluribus perſonis,
& in parua quantitate, *l. cum his, §. cauſæ de tran-
ſact. l. planè, ff. famil. hercìſc. gloſ. & ibi Bart.
Alex. & alij in l. quidam exiſtimarunt, ff. ſi cert.
pet. Petr. Maur. de ſolut. quæſt. 30. num. 4. & 5.
Gait. de cred. cap. 4. quæſt. 8. num. 1046.* Vnde
32 fit vt creditor † non cogatur recipere minutatim
quod ſibi debetur, *l. tutor, §. Lucius, de vſur. Rot.
in recent. par. 1. deciſ. 373. num. 6. Surd. deciſ.
386. num. 2.*

Nec obſtat, quod dicebatur partes Domini
Rugerij fuiſſe in præſtando conſenſum ſimpli-
citer, ac ſine plica, & ad Capellanum de cu-
ius intereſſe agebatur ſpectare curam, & di-
ligentiam, vt inſtrumentum creationis cenſus
celebraretur, cum omnibus iuris ſolemnitati-
bus. Quia reſpondetur, quod non agitur de
ſolo intereſſe moderni Capellani, ſed aliorum
ſucceſſorum in Capellania, ac etiam de intereſ-
ſe ipſiuſmet patroni, & aliorum pro tempore,
ac ideò nulli dubium eſt, quod in primis erat e-
33 xaminandum, an † ſimilis emptio cenſus expedi-
ret ad effectum, vt ipſe Cataldus ſibi, & Capellæ
conſuleret circa præſtationem conſenſus præfa-
ti, *ex tex. in d. cap. vlt. de præb. Pariſ. d. conſ. 42.*
34 *num. 14. lib. 4. Cocc. deciſ. 117. num. 5.* Cum †
maximè ad patronum ſpectet inuigilare, ne bo-
na Eccleſiæ dilapidentur, vt non teneatur iterum
dotare Capellam, quæ ex ſua culpà indotata
remanſit, *Lamber. de iur. patr. lib. 1. quæſt. 6. art. 4.
num. 5. & lib. 3. quæſt. 2. art. 22. num. 1. Loter.
de re benefic. lib. 1. quæſt. 31. numer. 19. & 20.
Sperell. deciſ. 67. num. 12.*

Neque demum obſtat depoſitio D. de Scu-
dellinis ad 4. & 23. interrogatorium firmantis
Cataldum nullo modo velle præſtare conſenſum
in dicta emptione cenſus, etiamſi debitæ ſolem-
nitates interceſſiſſent. Quia reſpondetur; Pri-
35 mò, quod nullum † poteſt fieri fundamentum
in depoſitione illius, qui fuit nulliter examina-
tus ex defectu citationis partis ad videndum
iurare teſtes, *cap. 2. cum gloſ. de teſtib. l. ſi quando,
C. eodem titul. doct. in leg. quoniam contra, de
prob. Rot. diu. par. 1. deciſ. 64. n. 2. cum ſimilibus.*
36 Secundò reſpondetur, † quod tãquam vnicus eſt
repellendus, *l. iuris iurandi, C. de teſtib. l. vbi nu-
merus, ff. eod. Mantic. deciſ. 147. nu. 3. dec. 162.
nu. 7. & deciſ. 220. num. 3.* Tertiò reſpondetur,
quod in contrarium eſt depoſitio R. D. Georgij
Sacerdotis, qui ad 8. & 27. interrogatorium ex-
preſſè dicit, quod Cataldus noluit præſtare con-
ſenſum, eo quia venditio cenſus, facienda à mi-
noribus, & pupillis reſpectiuè ſecura non erat;
Ac etiam, quia non expediebat, quod ſumma
prædicta florenorum 300. diuideretur conſtituẽ-
do duos cenſus, alterum ſcilicet floren. 270. & al-
terum floren. 30. in dannum, & præiudicium be-
neficij Capellanorum, & patronorum pro tempo-
37 re, & ſic † dicti teſtes vti varij ad inuicẽ conquaſ-
ſantur, *Sperell. deciſ. 75. num. 10.* vel in concurſu
38 magis probat Sacerdos, † quam Laicus, *Alex.
conſ. 143. num. 5. lib. 7. Crau. conſ. 267. num. 1.
Socc. Iun. conſ. 31. num. 30. lib. 2. Ceph. conſ.
721. num. 20. & ſeq. lib. 5. Pedroc. conſ. 17. nu.
75. & ſeqq. Burſatt. conſ. 343. num. 68. lib. 4.
Hond. conſ. 177. num. 38. lib. 2. Greg. deciſ. 351.
n. 10. Sperell. d. deciſ. 75. n. 46.* Atque ideo, &c.

AR.

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Præſcriptio decennalis in Saluiano, an & quando intret, & quando currere incipiat.

SVMMARIVM.

1 *Decretum latum pendente dilatione ad probandum eſt nullum.*
2 *Iudicium Saluiani reſpectu dilationū eſt ſūmariū.*
3 *In ſummario iudicio termini abbreuiari poſſunt.*
4 *Regula quod potuit noluit, & quod voluit adimplere non potuit, quando militet.*
5 *In ſaluiano terminorum ſubſtantialium ſolitorum ſeruari omiſſio vitiat ſententiam.*
6 *Saluianum intrat probatis tribus requiſitis hic per ex cenſum enunciatis.*
7 *In ſaluiano creditum cum hypotheca probatur ex inſtrumento impoſitionis cenſus.*
8 *Clauſula conſtituti probat poſſeſſionem debitoris conſtituentis, etiam ad effectum ſaluiani, quando agitur contra habentem cauſam ab eo.*
9 *Cenſus imponi non ſolet, niſi ſuper rebus proprijs.*
10 *Poſſeſſio rei conuenti in ſaluiano probatur ex litis ſuſtentatione.*
11 *Saluianum præſcribitur ſpatio decem annorum.*
12 *Præſcriptio decennalis reſpectu fundi cenſuati currere incipit à die quo debitor cēſus ſoluere ceſſat.*
13 *Præſcriptio nō incipit niſi à die, quo creditor cenſus habuit ſcientiam alienationis bonorū obligatorū.*
14 *Ignorantia in dubio præſumitur.*
15 *Præſentia præſumitur, quando partes habitant in eadem Ciuitate.*
16 *Secus ſi in diuerſis Ciuitatibus; quia tunc præſentia excluditur ad effectum præſcribendi.*
17 *Et abſentia vnius ex litis conſortibus ſufficit ad euitandam præſcriptionem, vbi præiudicium, ſeu actio eſt commune.*
18 *Præſcriptio locum non habet ſi eſt interrupta.*
19 *Interruptio in actione perſonali prodeſt etiam quoad hypothecariam.*
20 *Et perpetuat actionem, vſque ad aliam præſcriptionem.*
21 *Ac etiam prodeſt contra tertium.*

DECISIO CCXLVI.

ROta cenſuit Reu. D. Petro Antonio, & fratribus Percicatellis Recanatenſibus concedendam eſſe immiſſionem petitam ex remedio vtilis ſaluiani interdicti ſuper bonis de quibus agitur, reuocato prius decreto contrario D. Vicarij eiuſdem Ciuitatis Iudicis à quo, tanquam nul-
1 lo, & iniuſto. Nullitas autem deducitur, † quia latum fuit intra terminum Conſtitut. Marchiæ ab ipſo conceſſum ad probandum, quo durante iuriſdictionis eius exercitium ceſſabat, itaut omnia geſta per ipſum pendente tali dilatione vitio nullitatis ſubiaceant, *leg. obſeruare*, *§. final. ff. de off. procon. leg. ſiue parſ. C. de dillat. Vant. de nullit. ex defectu iuriſd. numer. 157. & 158. Gabr. titul. de dilat. concluſ. 1. numer. 4. Lancell. de Attent. pend. dilat. cap. 7. numer. 1. Gratian. diſcept. 748. numer. 11.* Rot. *in Ant. tit. de reſcrip. deciſ. 52. coram Caſ. de Graſſ. deciſ. 13. de ſent. & re iudic. coram Mant. deciſ. 254. num. 1. coram Caual. deciſ. 69. num. 4. & in recent. par. 6.*
2 *deciſ. 228. nu. 7.* Et † quamuis reſpectu dilationum Iudicium ſaluiani ſit ſummarium, vt teſtātur *Men. de adip. rem. 3. nu. 6.* Cont. *de mon. lim. 24. num. 14. Pacif. de ſal. inſp. 1. cap. 2. num. 1. &*
3 *ſeqq.* in quo propterea poſſunt † abbreuiari termini, *Pacif. vbi ſupra num. 20. Oſaſcb. deciſ. 1. num. 31.* Rot. *diuerſ. par. 3. lib. 1. deciſ. 24. & coram Mantic. deciſ. 217. num. 5.* Adhuc tamen nullitas decreti euitari non poteſt, cum ipſe Iu-
4 dex † terminum quindecim dierum iuxta formam Conſtitutionis indulgere voluerit, quo caſu locum habet regula, quod potuit noluit, & quod deinde voluit adimplere minimè potuit. *cap. ſi quis ſuper, de off. deleg. l. multum intereſt, vbi etiam gloſ. C. ſi quis alt. vel ſibi gloſ. in l. 3. in fin. C. de contrah. vel com. ſtip. Mant. deciſ. 211. num. 2. & deciſ. 217. num. 4.* Vltra quod ſi non
5 ſeruentur † termini ſubſtantiales ſeruari ſoliti, vt dicendum videtur in hoc caſu ex notorio ſtylo omnium tribunalium huius prouinciæ, vbi ſignātur in iudicijs adipiſcendæ datur terminus Conſt. ad probandum, tali caſu eorum omiſſio vitiat ſententiam etiam in ſaluiano latam, *Pacif. dict. cap. 2. num. 19.* Rot. *apud eundem deciſ. 6. num. 1. & 2. & conferunt notata per Caſſad. deciſ. 8. num. 6. de reſcript. Bellæ deciſ. 27. num. 1. Mantic. deciſ. 254. num. 5.*

Iniuſtitia verò eſt patens: Nam cum locus ſit
6 ſaluiano tribus † concurrentibus, nempè credito cum hypotheca, tanquam neceſſariò antecedente, poſſeſſione debitoris de tempore debiti, vel poſtea, & moderna poſſeſſione rei conuenti, vt diximus *deciſ. 13. nu. 13.* & alibi ſæpè, *& firmat* Rot. *coram Dur. deciſ. 401. num. 1.* Cumque etiam per actores exhibitum fuerit in actis inſtrumentum cenſus in quo apparet Simonem Mobaldum impoſuiſſe annuum cenſum ſcutorum octo ſuper tribus ſalmis terræ de quibus agitur, ad fauorem quondam Petri Franciſci Percica-
7 telli cuius ſunt hæredes dicti actores, qui † proinde dicuntur optimè liquidaſſe eorum creditum cum hypotheca ex ipſo inſtrumento, *vt deduximus deciſ. 99. nu. 1. & notat Dur. d. deciſ.*
8 *401. num. 3.* Et de poſſeſſione † dicti Simonis debitoris pariter liqueat ex inſtrumento venditionis dicti prædij, cum clauſula conſtituti, ex qua etiam ad effectum ſaluiani concludenter probatur poſſeſſio debitoris conſtituentis, quando prout hic agitur contra habentes cauſam ab eo, *Duran. deciſ. 40. num. 4. & deciſ. 401. numer. 6.*

9 vbi dantur concordantes. Quod † comprobatur
etiam ex eo, quia prædium eſt illudmet ſuper
quo fuit cenſus impoſitus, qui à communiter
accidentibus non imponuntur, niſi ſuper rebus
proprijs. *Rot. penes Cenc. de Cenſ. in addit. dec. 35.*
num. 4. & coram Dur. d. deci 401. num. 7. & de-
ciſ. 458. ſub n. 5. verſ. venditio autem. Et de poſ-
10 ſeſſione Monialium, & Monaſterij rei conuenti †
liqueat ſimiliter ex ipſamet ſuſtentatione ſuia.
Duran. in ſæpè allegata deciſ. 401. num. 10. & in
recent. par. 6. deciſ. 135. num. 4. cum alijs per nos
citatis d. dec. 13. n. 12. & deciſ. 44. n. 7. ſic conſe-
quens, vt dicamus iniuſtitiã D. Iudicis à quo eſſe
euidentem, dum decreuit non intrare ſaluianum.
Non obſtat modo, quod Moniales poſſede-
rint prædium per decennium, & ſic videantur
tutæ præſcriptione aduerſus agentes ſaluiano,
quod regulariter decennio præſcribitur, *l. 1. & 2.*
vbi doct. C. ſi aduerſus cred. præſ. oppon. Scap. de
ſal. lib. 2. quæſt. 21. in prin. Rot. in rec. par. 5. de-
ciſ. 407. num. 10. & par. 6. deciſ. 59. nu. 6. Quæ
12 quidem præſcriptio † cum incipiat currere à die
quo debitor cenſus ſoluere ceſſat, vt in terminis
docent *Roder. de annu. reddit. quæſt. 9. num. 64.*
Cenc. de Cenſ. par. 2. cap. 2. quæſt. 5. art. 9. nu. 49.
Pac. d. tract. inſpect. 3. cap. 2. num. 298. Rot. in
rec. par. 5. d. deciſ. 407. num. 18. & coram Dur.
deciſ. 401. num. 13. videtur multò magis habere
locum in præſenti caſu, in quo Percicarelli a-
ctores petierunt fructus vndecim annorum,
nempè ab anno 1623. vſque ad annum 1634.
die 11. menſis Decembris, de quo tempore
cœptum fuit hoc iudicium. Quia nihilominus re-
ſponſum fuit non intrare huiuſmodi præſcriptio-
13 nem, † ex quo non apparet Percicarellos acto-
res habuiſſe notitiam venditionis factæ Monia-
14 libus, & † ignorantia præſumitur, *l. verius, ff.*
de prob. capit. præſumitur, de regul. Iur. in 6. ideò
militat concluſio, quod contra ignorantes non
cucurrerit præſcriptio, vt in terminis firmaui-
mus *deciſ. 44. numer. 26. & 29.* quibus ſcriptis
nunc addimus *Caſſan. in conſ. Burg. Rub. 11. §. 2.*
gloſ. vnic. num. 44. Foller. in Prax. cenſ. verſ. hu-
iuſmodi cenſu, nu. 95. Parlad. rer. quot. lib. 1. cap.
1. §. 16. Roder. d. tract. lib. 2. quæſt. 9. numer. 6.
Cau. com. cont. com. lib. 1. quæſt. 3. n. 9. Canc. var.
lib. 1. cap. 15. num. 58. Grat. diſc. 682. n. 32. &
diſc. 912. n. 43. & dec. 15. in add. n. 6. & 7. Rot.
coram Greg. deciſ. 249. num. 3. & in recent. par.
5. dict. deciſ. 407. num. 18. & par. 6. d. deciſ. 59.
15 *num. 7. & 8.* Et † quamuis præſentia, & ſcien-
tia præſumatur, vbi partes videlicet creditor, &
poſſeſſor ſunt eiuſdem Ciuitatis, & domicilium
habent in ea, *l. fin. de præſc. long. temp. Bart. in*
l. si poteſt. num. 17. de acq. hæred. Pacif. d. tract.
Inſp. 3. cap. 2. nu. 178. Rot. apud eundem dec. 85.
n. 6. repetita à Scap. poſt 21. quæſt. lib. 2. Id tamen
16 non officit in hoc præſenti caſu, † vbi conſtat, &
notorium eſt prædictum Reu. Petrum Antonium
Percicarellum, vnum ex dictis fratribus credito-
rem, & actorẽ, habitaſſe, & habitare extra Ciui-
tatem Recineti, & habere domicilium Laureti, in
cuius Eccleſia habet Canonicatum, quo caſu præ-
ſentia ad affectum præſcribendi excluditur, vt
firmauit alias *hæc Rota noſtra Maceraten. in al-*
17 *legata deciſ. 26. num. 27. in fin.* Abſentiaque †
vnius ex fratribus creditoribus ſufficit ad euitan-
dam præſcriptionem huiuſmodi ſtante præiudi-
cio, & actione communi, *ad tex. in capit. 1. vbi*
Abb. num. 4. Felin. num. 5. & 6. de præſcript. &
in l. ſi communem fundum, ff. quem ſer. amitt. Bal.
de præſ. par. 2. 6. par. princ. num. 7. in fin. Pacif.
d. inſp. 2. cap. 2. num. 276. Rot. apud eundem dec.
238. num. 8. & 9. & coram Put. lib. 2. deciſ. 404.
num. 1. & 2. & deciſ. 410. numer. 1. & ſeqq. &
coram Buratt. deciſ. 598. num. 12. & 13.
18 Præterea reſpondetur non intrare præſcri-
ptionem ſtante interruptione illius ſequuta de
anno 1624. & 1630. de quo tempore Percicarel-
li executiuè conuenerunt hæredes dicti Simo-
nis pro fructibus quinque annorum, & incepta
contra Moniales fuit de anno 1634. quæ quidem
19 † interruptio licet fuerit in actione perſonali,
attamen prodeſt etiam quoad hypothecariam,
l. final. C. de annal. præſc. Foller. vbi ſupra, Du-
ran. deciſ. 110. num. 17. Buratt. deciſ. 8. num. 1.
20 Et perpetuat † actionem, vſque ad aliam præſcri-
ptionem, *Seraph. deci. 926. Buratt. ead. dec. 8. n. 2.*
21 Ac † etiam prodeſt contra tertium, *Scapuc. d.*
tract. lib. 2. quæſt. 23. num. 2. & 7. Rot. in rec. par.
5. d. deciſ. 407. num. 12. in fin. & diximus in d. de-
ciſ. 26. n. 28. Atque ex his placuit Dominis eſſe
concedendam immiſſionem Percicarellis fratri-
bus ſuper prædio de quo agitur infirmato prius
decreto contrario D. Iudicis à quo, cum con-
demnatione in expenſis. Et ita, &c.

A R G V M E N T V M.

Subſtitutus Parochus ab Ordinario ap-
probatus habet in cura animarum
omnimodam poteſtatem, etiam di-
ctandi, & recipiendi teſtamenta Pa-
rocchianorum ſecundum formam
cap. cum eſſes de teſt. quamuis dicta-
ta, ſeù ſcripta teſtamẽta ſint ad fauo-
rem Parochi ſubſtituentis, ſeù eius
Eccleſ. Parochialis; dummodo tamẽ
illa per vice Parochum, & per teſtes,
qui interfuerunt viua voce releuata,
& comprobata fuerint in Iudicio.

S V M M A R I V M.

1 *Forma teſtamenti de Iure Ciuili qualis eſſe*
debeat.

2 Te-

Digitized by Google

1 Teſtamentum in terris Eccleſiæ conditum coram duobus teſtibus, & Parocho, validum eſt, & numer. 12.
3 Siuè in eo agatur de pia, ſiuè prophana cauſa.
4 Cum hac tamen differentia, quod ſi factum fuerit ad pias cauſas duo teſtes, ſine Parocho ſufficiant.
5 Et ſi ad non pias cauſas vlterius ſit neceſſaria Parochi præſentia.
6 Vel quatuor teſtes ſine Parocho adhibeantur.
7 Parochi præſentia in teſtamento requiritur pro teſtimonio maioris authoritatis.
8 Prout idem in celebratione matrimonij.
9 Per ſecundum teſtamentum primum reuocato ipſo iure.
10 In dubio pronunciandum eſt primum teſtamentum fuiſſe reuocatum.
11 Etiamſi vltimum ſit cum minori numero teſtium.
13 Præſentia Parochi ſuppletur per alios duos teſtes.
14 Iure Canonico inſpecto valet teſtamentum conditum coram duobus teſtibus cum Parocho, vel coram quatuor teſtibus ſine Parocho.
15 Lege, ſtatuto, vel conſuetudine induci poteſt, quod valeat teſtamentum cum minori numero, quam ſeptem teſtium.
16 Numerus teſtium in teſtamento eſt de his, quæ reſpiciunt tantummodo actus ſolemnitatem.
17 Non autem formam ſubſtantialem iuris gentium, quæ eſt perpetua, & immutabilis.
18 Teſtes in teſtamento adhibiti non oportet, quod ſint rogati ſecundum ius Canonicum, ſecus verò de iure Ciuili, & num. 19.
20 Teſtes rogantur ab ipſo teſtatore, vel ab alio vicem illius habente.
21 Teſtes fuiſſe rogatos probatur per duos teſtes.
22 Etiam ſingulares.
23 Parochus ſibi aſſumere poteſt ſocium vice Parochum pro regimine curæ, & adminiſtratione Sacramentorum.
24 Parocho atteſtanti de his quæ ſpectant ad eius officium eſt maximè deferendum.
25 Vice Parochus poteſt ea omnia facere, quæ poteſt Parochus, cum ſubrogatus aſſumat naturam ſubrogantis.
26 Verus curatus, ac proprius præsbyter dicitur ille cui cura Parochialis eſt commiſſa, ſiuè ſit Parochus, ſiuè illius Vicarius.
27 Teſtamentum conditum in terris Eccleſiæ cum tribus teſtibus ſine Parocho, vel vice Parocho eſt nullum.
28 Parochus alium Sacerdotem ſui loco ſubſtituere poteſt, qui matrimonio valide aſſiſtat.
29 Parocho proprio eſt obligatus quilibet Chriſtianus ſemel in anno confiteri peccata ſua, ac Sanctiſſimam Eucharistiam ab eo ſuſciperet.
30 Et dicitur ſatisfeciſſe, ſi id exequatur coram ſubſtituto ab ordinario approbato.
31 Parochus debet eſſe miniſter Baptiſmi.
32 Poteſt tamen alius ad id legitime ſubſtitutus Baptiſmum conferre.
33 In omnibus in quibus libro Parochi creditur; idem creditur libro vice Parochi.
34 Subſtituto Parocho datur facultas generalis exercendi omnia, quæ ſpectant ad Parochum.
35 Subſtitutus Parochus poteſt dictare, & recipere teſtamenta Parochiani ſecundum formam capit. cum eſſes de teſtam.
36 Etiam ad fauorem Parochi ſubſtituentis, numer. 51. 55. & 70. & de Ratione, numer. 52. & 53.
37 Parochus poteſt teſtamentum ſcribere ad fauorem ſuæ Eccleſiæ.
38 Parochus à ſua Eccleſia habet commodum victus.
39 Poteſt quis pro alio etiam coniuncto, vel affine teſtamentum ſcribere, dummodo in ſcribente aliquod intereſſe conſiderari non poſſit.
40 Pater in his, quæ illius acquiſitionem fugiunt poteſt aſcribere filio emancipato.
41 Et filius patri aſcribere poteſt; & frater fratri, num. 42. & filius matri, num. 43. & maritus vxori, num. 44.
45 Sacerdos officium tabellionis exercere non poteſt.
46 Teſtamentum receptum per Sacerdotem vice Parochum nullam per ſe fidem facit, niſi viua voce per ipſum, & per teſtes, qui interfuerunt releuatum, & comprobatum fuerit in Iudicio, num. 47. & 56.
48 Quo caſu probat, etiam quod Sacerdos in cauſa propria ſcripſiſſet teſtamentum.
49 Hæres ſcribens manu propria teſtamentum alterius, quod tradit Notario, vt illud legat, & de eo rogetur, non incidit in pœnam falſi, quamuis ſe hæredem ſcripſerit.
50 Tex. in §. ſed neque hæres inſtit. de teſtam. diſponit, quod in teſtamento teſtis eſſe non poteſt hæres ſcriptus, neque Pater, neque Filius in poteſtate, neque Frater in eiuſdem Patris poteſtate. Limita, vt num. 57.
54 Si procurator meus eſt Notarius, poteſt ſe rogare de inſtrumento ad mei fauorem.
58 Ex diuerſis non bene infertur.
59 Epiſcopus in cauſa bonorum menſæ ſuæ Epiſcopalis, Iudex eſſe non poteſt. Contrarium eſt dicendum de ſuo Vicario, num. 60. & 65.
61 Suſpicionis cauſa non eſt eadem in Vicario, quæ eſt in Epiſcopo. Et cauſa ſuſpicionis ceſſante, ceſſare debet effectus hoc eſt ſuſpicio, & numer. 64.
62 Epiſcopi, & Vicarij licet ſit idem Tribunal, non tamen eſt eadem affectio, & idem commodum, & num. 63.
66 Vicarius in cauſa Epiſcopi non habet intereſſe, ideo iudicare poteſt.
67 Tutor nec per ſe, nec per interpoſitam perſonam poteſt emere à pupillo.
68 Limita.

69 *Teſtis familiaris, & domeſticus, ſi ſit honeſtæ conditionis, & famæ admittur.*

71 *Notarius domeſticus, & amicus poteſt rogari de teſtamento, ſeu inſtrumento pro Domino, pro Domeſticu, & pro Amico.*

72 *Amplia.*

73 *Notarij, ſeu Cancellarij Epiſcoporum poſſunt, & ſolent ſe rogare de inſtrumentis pertinentibus ad ipſum Epiſcopum.*

74 *Notarius Epiſcopi quamuis laicus habet in omnibus priuilegium fori, diciturque de eius familia.*

75 *Teſtamenti publicatio, & releuatio fieri debet coram Iudice ſæculari, quamuis Clericus ſit hæres inſtitutus in eo.*

76 *Limita;*

77 *Priuilegiorum communicatio intrat ſtante cauſa, & defenſione communi.*

78 *Tex. in cap. cum eſſes de teſtam. requirit teſtes duos idoneos. Non reſpectu iuris Ciuilis, ſed reſpectu iuris diuini, ita vt fœmina teſtes ſufficiant, & num. 80.*

79 *Teſtis quilibet præſumitur idoneus niſi contrarium probetur.*

81 *Legatarius poteſt eſſe teſtis in teſtamento, quando non agitur de viribus legati, ſed tantum de validitate teſtamenti.*

82 *Limita regulam non procedere vbi de iure ſpeciali minor numerus, quam ſeptem teſtium requiritur.*

83 *Sed contrà, & melius?*

84 *Teſtium contrarietas quam maximè fieri poteſt eſt ad inuicem conciliandа.*

85 *Præſertim vbi contrarietas non adeſt circa ſubſtantialia, ſed circa accidentalia.*

86 *Contrarietas in teſtibus euitatur ſi non apparet, quod deponant de eodem loco, vel de eodem tempore, & num. 87.*

88 *Teſtis qui de tempore dubitatiuè deponit præſumitur nihilominus conteſtis.*

89 *Teſtes in modo narrandi factum diſcordes, ſi in ſubſtantia concordant, licet in acceſſorijs varij pleuè, probant.*

DECISIO CCXLVII.

PRolata diffinitiua ſententia per D. Vicarium Fanen. in qua validum declaratum fuit teſtamentum Franciſci Petruci de Gabucinis conditũ ad fauorem R. D. Aſcanij Gabucini Parochi, & patrui ſui, ac lectum, & dictatum à Reu. Dominico Mencarello vice Parocho præſentibus Ioanne Franciſco Fantagurio, Dominico Fagniano, & Dominico Gentili teſtibus rogatis, Cum Frater dicti Franciſci Petruci de Gabucinis, qui aliud primum teſtamentum ſolemne pro ſe habebat prædictæ ſententiæ non acquieuerit, ſed ad noſtrum Auditorium prouocauerit, quæſitumque fuerit, an ſententia huiuſmodi eſſet confirmanda, dicebamus dubium affirmatiuè reſoluendũ eſſe: Siquidem iure Canonico inſpecto, & in dominio Eccleſiæ Romanæ quoad temporalem Iuriſdictionem, tàm immediatam, quàm mediatam certum eſt teſta-
1 mentum † non ſeruata iuris ciuilis forma, *de qua in l. hac conſultiſſima, & l. in teſtamentis, C.*
2 *de teſtam.* firmum validumque exiſtere † coram duobus teſtibus, & Parocho, *cap. cum eſſes, vbi Hoſt. But. Abb. Couarr. & alij Canoniſtæ omnes de teſtam. Maſcard. de probat. conclaſ. 1352. numer. 27. Pariſ. conſ. 51. numer. 1. & ſeqq. lib. 3. Peder. de ſen. conſ. 217. Corn. conſ. 261. lib. 4. Alexand. conſ. 47. volum. 2. Ruin. conſ. 51. num. 11. lib. 1. Rulan. conſ. 42. numer. 41. lib. 3. Cephal. conſ. 32. num. 18. lib. . . . Magdal. de nume. teſt. par. 2. cap. 8. Graſſ. in §. teſtamentum, quæſt. 56. numer. 3. Clar. eod. §. teſtamentum, quæſt. 57. Fachin. controuerſ. iuriſ. lib. 4. cap. 47. in fin. Guidop. deciſ. 543. Theſ. deciſ. 180. num. 2. Valaſc. deciſ. 74. numer. 2. & 5. Rot. coram Caual. deciſ. 497. num. 3. & in recentior. part. 6. deciſ. 126. num. 1. & 26. & par. 7. deciſ. 115. num. 7.*
3 Siuè † conditum ſit ad pias, ſiuè non pias, ſed mere prophanas cauſas, ſecundum veriorem, de qua per *Clarum in allegata quæſt. 57. verſ. & in primis, Ioſeph Lud. concl. 68. Caual. comm. contra comm. quæſt. 319. Mag. deciſ. Lucen. 32. numer. 5. Rot. in recent. par. 6. d. deciſ. 126. num. 2.*
4 Cum hac tamen differentia, † quod ſi fuerit ad pias cauſas duo tantum teſtes ſufficiunt ſine Presbytero parochiali, *per cap. relatum, el primo de teſtam. Ricc. in prax. par. 2. reſol. 461. numer. 3.*
5 *& 4.* Et ſi fuerit † ad non pias cauſas vltra teſtes duos omnino neceſſaria ſit præſentia præsbyteri parochialis, *vt in d. cap. cum eſſet, de teſtament. Specul. lib. 2. tit. de inſtrumenti edit. §. compendioſè, num. 11. Valaſc. d. deciſ. 74. num. 4. & 13.*
6 Vel ſaltim † quatuor teſtes ſine Parocho adhibeantur ſecundum extenſionem factam per doctores, ea nimirum ratione, quia duo alij teſtes ſupplent præſentiam Præsbyteri parochialis. *Abb. in d. cap. cum eſſes, num. 12. & ibidem Cunar. num. 13. Dec. conſ. 284. dub. ſecund. Rolan. conſ. 32. num. 42. & ſeq. lib. 3. Clar. dict. §. teſtamentum, quæſt. 57. nu. 3. verſ. ſed pone, Graſſ. d. quæſt. 56. num. 4. Valaſc. d. deciſ. num. 10. & 13. Rot. coram Caual. d. deciſ. 497. num. 3.* Cuius
7 quidem † Presbyteri præſentia requiritur pro teſtimonio magnæ Authoritatis ad excludendas fraudes, *ex tex. in cap. nemo, de Simon. & capit. ſuper eo, de ſepult. Valaſc. d. deciſ. 74. numer. 5. Sperell. deciſ. 81. num. 49. lib. 1.* Prout in ſimili
8 dicimus de præſentia Parochi † in celebratione matrimonij, *Prax. Archiep. Neap. cap. 61. num. 5. Barb. de off. Epiſc. allegat. 32. num. 80.* Vnde
9 fit conſequens, vt dicamus exiſtente † ſecundò teſtamento valido, primum conditum ad fauorem dicti fratris de Gabucinis cum præſentia ſeptem teſtium, iuxta formam iuris ciuilis ſublatum eſſe ipſo iure, iuxta tex. *in l. ſi quis priore, ff. ad Trebell. l. cum in ſecundò, ff. de inuſtit. &*

irrito,

Digitized by Google

irrito teſt. l. ſancimus, C. de teſtamen. §. preaterea, Inſtit. quibus mod. teſt. infirm. Altogr. conſ. 55. num. 49. lib. 1. Gratian. diſcept. 605. num. 1. & ſeqq. Rota coram *Duran. deciſ. 178. num. 3. & coram Bucatt. deciſ. 901. num. 1. & in recent. par.*
10 *7. deciſ. 172. num. 5.* Prout † etiamſi eſſemus in dubio ita pronunciandum eſſet, *Menoch. conſ. 1148. num. 3. Gratian. d. diſcept. 605. nu. 5. Rot. in recent. part. 7. d. deciſ. 172. num. 2.* Quod pro-
11 cedit † quamuis hoc vltimum ſit celebratum cum minori numero teſtium, *Alex. conſ. 146. num. 6. lib. 2. Corn. conſ. 297. num. 6. & 7. lib. 4.* Ex quo
12 illa † ſolemnitas duorum teſtium, cum Parocho eſt ſufficiens inſpecto iure Canonico, vt dictum eſt, probaturque *in l. eius militis, §. militia miſſus, ff. de milit. teſtam.* vbi per teſtamentum conditum iure militari ſine ſolemnitate iuris cōmunis, tollitur præcedens teſtamentum habens ſolemnitatem iuris communis, et in puncto notat *Alexan. conſ. 131. num. 3. lib. 7.* Quæ ſanè forma dicitur in hoc præſenti caſu ſeruata ſiuè Mencarellus Presbyter conſideretur † tanquam quartus teſtis il-
13 lorum, qui interfuerunt, ſecundum extenſionem Doctorum communiter firmantium, quod defectus Parochi ſuppleatur per alios duos teſtes, *Spe. vell. qui alios citat d. deciſ. 81. num. 3.* Siuè tanquam Parochus ſubſtitutus, eo quia ſecundum ius Canonicum valet teſtamentum celebratum corā duobus † teſtibus, cum Parocho, vel coram qua-
14 tuor teſtibus ſine Parocho, *Rot. coram Caual. in allegata deciſ. 497. num. 3. Valaſc. d. deciſ. 74. num. 16.* cum aliis ſupra deductis *num. 5. & 6.* Neminique dubium eſſe debet quin ſeptem † te-
15 ſtium numerus, tàm à lege ciuili, & Canonica, quàm etiam à ſtatuto, vel conſuetudine minui poſſit, *leg. diuus, ff. de teſtamen. mil. leg. [illegible] C. eod. tit. leg. vlt. C. de teſtam. cap. cum eſſes, & cap. relatum ext. eod. tit. Altograd. d. conſ. num. 44. Mantic. de coniect. lib. 2. tit. 11. num. 2. in fin. Rot. in recent. par. 6. d. deciſ. 126. nu. 17. & par. 7. deciſ. 115. num. 5. & ſeqq.* Quoniam talis † te-
16 ſtium numerus eſt de his, quæ reſpiciunt tantummodo ſolemnitatem actus, *l. omnium, C. de teſtamen. Bart. in l. 1. num. 36. C. de Sum. Trin. Altogr. conſ. 50. num. 19. lib. 1. Rota in recent. part. 7. d. deciſ. 115. num. 4.* Non autem dicitur † eſſe de
17 forma ſubſtantiali iuris gentium, quæ eſt perpetua, & immutabilis, *§. ſed naturalia, Inſtit. de iure nat. gent. & ciuil. l. eas obligationes, ff. de capit. dimin. l. vlt. C. de teſt. milit. Mantic. eod. tit. 11. num. 2. & 3.* Quinimo eodem iure Canonico attento † nec teſtes debent eſſe rogati, cum ſuffi-
18 ciat illos eſſe præſentes, vt colligitur, *ex eod. capit. cum eſſes, & declarant Abb. & cæteri Canoniſta ibidem, firmatque Rot. in recent. par. 6. d. deciſ. 126. num. 25.* Et de iure Ciuili contrarium ſit firmandum, nempè, † quod eſſe debeant rogati,
19 *l. hæredes palam, §. in teſtamentis, ff. de teſtam. l. diuus, ff. de milit. teſtam. l. hac conſultiſſima, in princ. C. eod. tit. Auth. rogati, de teſtib. §. vltimo,*

Inſtit. de teſtam. Clar. in d. §. teſtamentum, quaſt.
20 *8. Mantic. de coniect. d. tit. 11. num. 1.* Idque † ab ipſo teſtatore, vel alio vicem illius ſuſtinente, *Graſſ. d. §. teſtamentum, quaſt. 58. num. 5. Mant. d. tit. tit. 11. nu. 4.* Prout in præſenti caſu noſtro ex abundanti ſeruatum fuiſſe apparet, non tantum ex depoſitione omnium teſtium firmantium in releuatione teſtamenti fuiſſe vocatos, & rogatos ad interſendum ab ipſomet Franciſco Petrucio de Gabuciniis teſtatore, quam etiam ex ſcriptura teſtamenti Mencarelli Viceparochi aſſerentis dictos teſtes fuiſſe cognitos, vocatos, & rogatos
21 à teſtatore, quod planè ſufficit; Nam † teſtes fuiſſe rogatos duorum teſtimonio probari poteſt licet hoc ſcriptum non fuiſſet, *Bald. in l. 2. in fin. C. de bonor. poſſ. ſec. tab. vbi etiam Iaſ. num. 13. idemque Iaſ. in l. hac conſultiſſima, num. 3. C. de teſtam. Mantic. de coniect. lib. 12. tit. 16. num. 18.*
22 Quinimo valet etiam † teſtimonium teſtium ſingularium deponentium fuiſſe rogatos ab ipſo teſtatore, vel alio pro eo, *Caſtr. conſ. 395. num. 1. Crau. conſ. 73. num. 33. Mantic. eod. lib. 12. tit. 16. num. 20.* Rota *in recent. par. 3. deciſ. 761. nu. 34. in fin. & coram Buratt. deciſ. 616. num. 16.*

Quibus ſic firmatis non obſtat nullitas ex aduerſo excitata ex quo teſtamentum factum ſit coram Mengarello Viceparocho diſtante illud, cum tamen faciendum fuiſſet coram ipſomet Parocho, de quo loquitur tex. in allegat. cap. cum eſſes de teſtament. Nam pro reſponſione eſt in primis animaduertendum, & firmandum, non ſolum ex generali cōſuetudine, ſed etiā ex forma iuris cōmunis,
23 vbiq; receptum eſſe Parochos, † & alios animarum curam exercētes poſſe ſibi ad tempus Vicarios, ſeu Viceparochos conſtituere pro regimine curæ, & adminiſtratione Sacramentorum, vt diſponunt *tex. in can. illud. 7. quaſt. 1. Clemen. 1. de priuil. Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 1. de reform.* (ibi) Vicarium idoneum ab ipſo Ordinario approbandum, *Card. in Clem. 1. §. fin. de ſuppl. neg. Prælat. & in d. Clem. 1. quaſt. 23. de priuil. Felin. in cap. ſignificaſti, ante num. 1. de foro compet. Abb. in cap. extirpanda, §. qui verò, nu. 2. de Præb. Lancellot. Conrard. in templ. om. Iud. lib. 2. capit. 13. de Presbyteris Parochi. num. 2. Nauarr. in cap. 5. §. cæterum, de pænit. diſtinct. 6. num. 19. Innoc. in cap. fin. de Cler. pereg. Poſſen. de off. Curat. cap. 3. num. 13. & 20. Barb. de off. & poteſt. Parochi cap. 1. num. 65. & 74. Idem Barb. de off. Epiſcop. allegat. 32. num. 100. cum ſeqq. & allegat. 53. num. 106. Homob. de ſtat. bene. vit. par. 1. cap. 14. Scac. de ſent. & re iudic. gloſ. 7. quaſt. 3. limit. 5. num. 49. Gratian. diſcept. 399. nu. 9. & 10. Sanchez de mat. lib. 3. diſput. 31. per tot. Lott. de re beneſic. lib. 3. quaſt. 27. num. 165. & ſeq.* Rota *coram Seraph. deciſ. 639. nu. 2. coram Cocc. deciſ. 18. num. 4. & deciſ. 81. num etiam 4. & diuerſ. par. 2. deciſ. 57. num. 24. & ſeq. Ricc. deciſ. 106. num. 2. lib. 2.* Et huiuſmodi conſuetudinem, ac iuris diſpoſitionem vigere præcipuè in Ciuitate

Fiui,

Digitized by Google

ſani, vbi omnes Parochi ſolent ſibi alios ſubſtitue-
re in auxilium regiminis, qui ſubſtituti nedum Sa-
cramenta miniſtrant, ſed etiã teſtamenta dictant,
& illis interſunt, vt patet ex fide Parochorum di-
24 ctæ Ciuitatis iure iurando firmata, † quibus mul-
tum videtur deferendum, cum atteſtentur de eo,
quod ſpectat ad officium eorum, *cap. cum inhibi-
tio, de clandeſt. deſponſat. Iaſ. in repet. l. admonen-
di, num. 132. ff. de iure iurand.* Rot. *diuerſ. par. 2.
deciſ. 340. num. 2. & in recent. par. 2. deciſ. 341.
nu. 2. deciſ. 390. num. 3. & deciſ. 525. num. 5.* Et
25 poſſe ſic ſubſtitutos † ea omnia facere, quæ poſ-
ſunt Parochi, dum tamen ab Ordinario ſint ap-
probati, cum aſſumant, & retineant naturam ſub-
rogantis, & illius iuribus fruantur, *cap. Eccleſia,
vt lite pendente, Berou. conſ. 43. num. 49. lib. 2.
Rip. reſp. 3. de elect. num. 22. Barb. de off. Epiſc.
allegat. 25. num. 13. & in addit. fol. 840. Rota in
recent. par. 5. deciſ. 118. num. 21. deciſ. 252. num.
26 4. & deciſ. 358. num. 7.* Itaut † veri dicantur Cu-
rati, & proprij Præsbyteri illorum, qui ſubſunt
Parocho, *Nauar. in cap. placuit, num. 71. de pen.
diſtinct. 1. Silueſt. in verb. confeſſor, il primo, nu.
2. Anchar. in cap. omnis de pœnit. nu.* 8. Vbi quod
proprius Sacerdos dicitur ille cui cura Parochia-
lis Eccleſiæ eſt commiſſa, ſiuè ſit Rector, ſiuè il-
27 lius Vicarius. Hinc † in terminis *d. cap. cum eſ-
ſes*, Rot. *coram Puteo, deciſ. 421. lib. 1.* declara-
uit nullum teſtamentum factum in terris Eccleſiæ,
quia non interuenerat Parochus, vel Confeſſor,
ſed tantum tres teſtes. Hinc etiã videmus, quod
28 diſpoſitio † *Sac. Conc. Trident. ſeſſ. 24. de reform.
mat. cap. 1.* circa deſponſationem in nuptijs fa-
ciendam à proprio Parocho verificatur ſi deſpon-
ſatio fiat à delegato ſeù ſubſtituto Parochi, *Puſ-
ſeu. de offic. Paroch. cap. 10. num. 14. Barb. eodem
tract. de offic. & poteſt. Paroch. cap. 21. num. 59.
& ſeqq. & de off. Epiſc. allegat. 32. n. 107. Sanch.
29 de matr. d. diſp. 31.* Hinc pariter obligatus † qui-
libet Chriſtianus ſemel in anno confiteri peccata
ſua proprio Sacerdoti, ac Sanctiſſimum Euchari-
ſtiæ Sacramentum ab eo ſuſcipere, *cap. omnis vtri-
30 uſque ſexus, de pœnit. & remiſſ.* dicitur † ſatiſ-
feciſſe ſi id exequatur coram Subſtituto approba-
to ab Ordinario, *cap. placuit, diſtin. 6. de pœnit.
vbi Nauar. num. 64. Barb. d. tract. de offic. & po-
teſt. Paroch. cap. 19. num. 24. & 27.* Hinc rurſus
31 licet Baptiſmi miniſter eſſe debet Parochus, *Tu-
let. de Inſtit. Sacer. lib. 2. cap. 20. num. 2.* poteſt
32 tamẽ † alius ad id legitimè Subſtitutus Baptiſmũ
conferre, *Barb. d. allegat. 32. nu. 108. & de offic.
& poteſt. Paroch. cap. 18. num. 9.* Hinc tandem
33 in † omnibus in quibus libro Parochi creditur,
idem creditur libro Viceparochi, *Monal. conſ. 68.
34 num. 26.* Cum iſtis ſubſtitutis † detur facultas ge-
neralis exercendi omnia ſpectantia ad officium
Parochi, *Rebell. de oblig. lib. 4. par. 2. num. 26.*
Quamobrem ſi Parochus poteſt in cura Sacerdo-
tem ab Ordinario approbatum ſubſtituere ad ea
exercenda, quæ ipſe poteſt ex officio. Et ſi Men-
carellus Præsbyter fuit Curatus ſubſtitutus in Pa-
rochia S. Leonardi, cuius Parochus erat ipſe
Reu. Dominus Aſcanius, in eaque Mencarellus
ſubſtitutus publicè pro tali habitus ſemper fuit,
& reputatus exercendo omnia, quæ ad officium
proprij Parochi pertinebant, etiam recipiendo
alia ſimilia teſtamenta, ſeù illis intereſſendo, vt
patet ex allegata fide Parochorum, & ex depoſi-
35 tione duorum teſtium, † ſequitur, vt ſine dubio
potuerit ipſe ſubſtitutus dictare, & recipere teſta-
mentum de quo agitur, ſecundum formam *capit.
cum eſſes, de teſtamentis, vt in puncto firmant Corn.
conſil. 18. numer. 12. & 13. lib. 2* vbi quod di-
ſpoſitio *dict. cap. cum eſſes, militat etiam in Vice-
parocho, & ſequitur Duran. de art. teſtandi, tit. 2.
cautel. 2. num. 2. verſ. ſi tamen, Canc. variar. re-
ſol. par. 3. cap. 2. num. 233. Magdal. de num. teſt.
par. 2. cap. 8. num. 5. in fin. verſ. niſi fortè, Rota
coram Put. d. deciſ. 421. lib. 1. & ex impreſſ. per
Gillian. ad ſtat. Peruſ. deciſ. 2. num. 2.* Etiam ad
36 fauorem † Domini Aſcanij Parochi ſubſtituẽtis,
qui fuit in eo hæres inſtitutus, ad tradita per *Ioan.
de Ana. in cap. cum inter, de re Iudic. Iaſ. in l. 1.
§. huius ſtudij, num. 8. ff. de Iuſt. & Iure Alex. in
addit. ad Bart. in l. vniuerſa, verſ. item adde, C. de
decur. lib. 10. Mattheſ. ſingul. 87. Roman. ſingul.
351.* qui omnes loquũtur in fortioribus terminis,
37 nempè, † quod Parochus poſſit dictare, & reci-
pere teſtamentum ſui Parochiani ad fauorem ſuæ
Eccleſię, ea nimirum ratione, quia aſcribens pro
Eccleſia ſua, non dicitur propriè ſibi aſcribere, ex
quo bona Eccleſiæ non ſunt Prælati, ſeù Parochi,
cap. 3. de donat. Cocc. deciſ. 79. num. 1. & 2. Vn-
de ſicut Parochus poteſt ex prænarratis aſcribere
38 pro ſua Eccleſia à qua † reportat commodum,
hoc eſt victum, & veſtitum, *cap. cum ſecundum,
de præb. in 6. cap. Epiſcopus 10. quæſt. 2. cap. Epi-
ſcopus 12. quæſt. 1.* Ita, & multo magis ad fauo-
rem Aſcanij Parochi ſubſtituentis potuit dictare
teſtamentum Mencarellus in cura animarum vni-
uerſaliter ſubſtitutus, qui nullum exinde commo-
dum recipere poteſt, conſideraturque tanquam
perſona extranea, ac diuerſa à ſubſtituente, quo
39 caſu poteſt quis † ſemper, & indiſtinctè pro alio,
ſeù ad fauorem alterius teſtamentum ſcribere,
*Azo. in ſumma, tit. de his, qui ſibi aſcrib. in teſtam.
num. 3. verſ. ex his patet*, dummodò non poſſit in
ſcribente, ſeù dictante aliquod intereſſe, vel com-
modum conſiderari, *Abb. in cap. venerabili, num.
4. de cenſibus, Sperell. deciſ. 81. num. 47.* Non
enim attenditur quis ſcribat, aut cui adſcribat,
ſed tantum an ſcribenti commodum quæratur, vt
ſi ſcribens intereſſe non habeat, aut commodum
ſibi non quæratur ſemper valeat ſcriptura, etiam
pro coniuncta perſona facta, *l. de eo, verſ. quia
eius, & l. impuberem, §. ſi Dominus, ff. ad l. Cor-
nel. de falſ. Angel. in l. 2. C. de his, qui ſibi aſcrib.
Azo. d. tit. & num. 3. Bero. conſ. 103. nu. 4. 11.
40 & 14. Mag. deciſ. Flor. 53. num. 8.* Hinc † non
prohibetur pater in his, quæ illius acquiſitionem

ſingiunt

Digitized by Google

fugiunt aſcribere filio emancipato, vel in caſtrenſibus, aut quaſi, quia non poteſt dubitari de aliquo intereſſe, *l. ſi pater filio, & ibi gloſſ. ff. ad l. Cornel. de falſ. & ibi Bart. Aliograd. d. conſ. 50. num. 232. & ſeq. Farinac. de falſ. quaeſt. 150. nu. 176. Thomas tract. de incapac. tit. 11. num. 340.*
41 Et ita † filius clericus aſcribit Patri, *Bal. conſ. 92.*
42 *nu. 3. lib. 5. Bart. conſ. 61. nu. 3. lib. 1.* Sic † frater non prohibetur aſcribere ſorori, vel fratri,
43 aut † filius matri, *Becc. d. conſ. 103. n. 31. Mag.*
44 *d. deciſ. num. 8. verſ. non enim.* Neque † maritus vxori, *l. vxori, ff. ad l. Cornel. de falſ. Farinac. d. quaeſt. num. 179. & 206.*

Quibus accedit, quod teſtamentum per ipſum
45 Sacerdotem † Viceparochum, qui non eſt Tabellio, nec officium tabellionatus exercere poteſt, vt *in cap. ſicut ne cler. vel monac. cap. vt officium, §. ad conſcribendas, de haeretic. in 6. l. vniuerſitas, C. de decur. lib. 10. Carol. de Graſſ. effectu cler. 8. num. 1. & ſeqq.* Rota *in recent. par. 7. deciſ. 227.*
46 *num. 15.* nullam † per ſe fidem facit, in teſtatoris voluntatem probando, *Capra in puncto conſ. 57. num. 3. & 4. Honded. conſ. 26. num. 8. lib. 2. Couar. pract. quaeſt. cap. 19. num. 8.* Rota *in recent.*
47 *par. 7. d. deciſ. 227. num. 16.* niſi viua voce † per teſtes, qui interfuerunt, & per ipſum Viceparochum fuiſſet in iudicio comprobatum, & releuatum, vt inquit iuriſconſultus *in l. Domitius labeo, ff. de teſtam. vbi Bart. Bal. Angel. Imol. & alij. Capra. d. conſ. 57. num. 5. Parij. conſ. 51. num. 3. & 4. lib. 3. & conſ. 146. num. 2. lib. 4. Valaſc. dict. deciſ. 74. num. 1. & 14. verſ. ſi modo teſtes.* Igitur cum de tenore teſtamenti depoſuerint formiter in iudicio illi omnes, qui interfuerunt, vt clarè li. net ex proceſſu,
48 † vtique etiam quod Mencarellus in cauſa propria ſcripſiſſet teſtamentum probat, & valet, quia aliunde comprobatur, vt dictum eſt *Bal. in l. dictantibus, num. 5. C. de teſt. ord. & ind. 1. C. de his, qui ſibi aſcrib. & d. conſ. 92. num. 2. lib. 5. Alex. conſ. 50. num. 1. lib. 3. Aret. conſ. 88. num. 1. Capra. d. conſ. n. 5. Murſ. de fideiuſſ. num. 288. verſ. ex quibus, Thomaſ. d. tract. & tit. 11. num. 245. Boſſius in tract. de his, qui ſibi aſcrib. num. 3. & 6. Gamma. deciſ. Luſit. 157. num. 2. verſ. ſi verò id, quod ſcribitur.* Hinc
49 habemus, † quod haeres ſcribens manu ſua teſtamentum alienum, quod deinde tradit Notario, vt illud legat coram teſtibus, & de eo rogetur, non incidit in poenam falſi, quamuis ſe haeredem ſcripſerit, quoniam teſtamentum non probatur per ſcripturam ſuam priuatam, ſed per authoritatem Notarii, qui de illo rogatus eſt, *Bal. in d. l. dictantibus, nu. 6. C. teſtam. Gam. d. deciſ. 157. num. 2. & 3.*
50 Nec refragatur *text. in contrarium adductus, in §. ſed neque haeres, inſtit. de teſtam.* vbi quod in teſtamento non poteſt eſſe teſtis haeres ſcriptus in eo, neque pater, neque filius, in poteſtate, nec frater in eiuſdem patris poteſtate. Quia R. Dominus Aſcanius Parochus haeres ſcriptus, nec teſtamentum dictauit, nec teſtis in eo fuit. Et quamuis illud ſcripſerit Mencarellus ſubſtitutus
51 in officio Parochi, † attamen cum ſubſtitutio non eſſet preciſa, & particularis in tali actu ſcribendi, & intereſſendi teſtamento ad fauorem ipſius ſubſtituentis, ſed generaliter facta per antea in cura, & exercitio animarum, & ad recipienda cuiuſcumque perſonae Parochialis teſtamenta, vt dictum eſt, videtur ſanè, quod ſubſtitutus potuerit dictare, & teſtificari etiam ad fauorem ipſius
52 Parochi ſubſtituentis, ne ſcilicet eſſet ipſe † ſubſtituens deterioris conditionis, quam alij de ſua
53 Parochia. Et ne † facultas ſubſtituendi indulta ad fauorem in odium eius retorqueretur contra *l. quod fauore, C. de leg.* vt in ſimili videmus, quod
54 ſi procurator, † qui meas in omnibus vices gerit, ſit etiam Notarius, & ex officio rogat ſe de aliquo inſtrumento ad mei fauorem tali inſtrumento debet omninò fides adhiberi, *Io. And. in cap. cum quid, num. 12. verſ. ex quibus, de reg. Iur. in 6. Dec. conſ. 42. num. 4. verſ. & praecipue moueor.*
55 *Maſcard. concl. 1096. num. 14.* Ergo † hoc idem dici debet in hoc praeſenti caſu, quia Mencarellus qui iam olim fuerat delegata cura animarum ab Aſcanio Parocho, poterat ſcribere ratione officij Parochialis, teſtamentum ad fauorem eiuſdem A-
56 ſcanij delegantis. Debetque fides † tali teſtamēto releuato adhiberi, ad pulchrè tradita per *Dec. in allegato conſ. 42. nu. 4. verſ. tamen ſi illud ſcriberes, ex neceſſitate officij.* Praeterea reſpondetur,
57 quod † *tex. in d. §. ſed neque, &c.* non applicatur ex quo Mencarellus non erat ſub poteſtate Aſcanij haeredis, ſed tantum illius Vicarius ad tem-
58 pus, vnde † ex diuerſis non benè infertur, *l. Papinianus exuli, ff. de minor.* Habemus enim in ſi-
59 mili, quod licet Epiſcopus † pro bonis pertinentibus ad Epiſcopalem menſam non poſſit cognoſcere tanquam in cauſa proprij commodi, per *l. 1. C. ne quis in ſua cauſ. Sperell. deciſ. 93. num. 18.*
60 *lib. 1.* Attamen id locum † non habet in ſuo Vicario, qui poterit in tali cauſa iudicare, *ad tex. in l. vnic. ante fin. C. ſi quac. praed. poteſt. vbi Bald.* dicit, quod Vicarius non erit ſuſpectus, idem firmant *Iaſ. in l. qui iuriſdictioni, ff. de iurisd. om. Iud. Rimmald. Sen. conſ. 539. num. 4. & 5.* vbi, quod iſtud eſt regulare inter ordinarium, & eius officialem, quod vnus non repellitur propter ſuſpicionem alterius, niſi ſit eadem cauſa ſuſpicionis, ſed
61 non eſt eadem † cauſa ſuſpicionis in Vicario, quae eſt in Epiſcopo, vt manifeſtè probatur, cum non iudicet in cauſa propria, neque ad commodum proprium, ex quo nihil ad eum de bonis Epiſcopi, *Sperell. d. deciſ. 93. num. 25. & ſeqq.* Et licet
62 ſit † idem Tribunal Epiſcopi, & Vicarii, *cap. Romana, in princ. de appellat. in 6. Sbroz. de Vicar. Epiſc. lib. 1. quaeſt. 23. num. 7. & 8.* Et ſit eadem
63 iuriſdictio, † non tamen eſt eadem affectio, nec idem commodum, *Sperell. d. deciſ. num. 25.* Cum
64 igitur ceſſet iſta cauſa † ſuſpicionis in Vicario, meritò ceſſare debet effectus hoc eſt ſuſpicio, cap.

Digitized by Google

cap. cum ceſſante, de appell. Riminal. *d. conſ.* 539.
num. 5. & *latius comprobat D. Sperell. d. deciſ.* 93.
nu. 26. & *ſeqq.* Vlterius conſideratur, quod Do-
65 ctores, qui dicunt Prælatum † non poſſe ſibi ipſi
ius dicere, habent ſemper reſpectum ad perſonam
propriam ipſius Prælati, qui habet intereſſe; ſed
66 Vicarius † Epiſcopi nullum ius penitus habet,
nec participationem in talibus bonis (eſt enim
alia perſona, & quidem arbiter medius) meritò
dici non poteſt cauſa propria ipſius Vicarii, qui
proinde erit Iudex competens in cauſa pertinente
ad Epiſcopum, *Gemin. conſ.* 116. *num.* 1. & *ſeqq.*
Riminal. eod. conſ. num. 8. *Put. deciſ.* 205. *nu.* 2.
lib. 2. *Sperell. d. deciſ.* 93. *num.* 25. & *ſeqq.*

67 Neque obſtat exemplum tutoris, qui nec per
ſe, nec per interpoſitam perſonam poteſt emere
à pupillo, *l. pupillus*, §. *fin. ff. de Author. tutor.*
Quia vltra, quod non eſt par ratio. Reſpondetur,
68 quod ſi interpoſita illa perſona per quam emit †
tutor à pupillo, non ſit in poteſtate tutoris (pro-
ut ſanè in poteſtate Aſcanij non erat Mēcarellus)
valet emptio facta à tutore de bonis pupilli, *Man-
tic. de tacit. lib.* 4. *tit.* 23. *num.* 18.

Minus obſtat, quod ſaltem Mencarellus eſſet
ipſius Aſcanii domeſticus, quia cum Mencarel-
lus viueret expēſis propriis, etiam quod dici poſ-
69 ſet domeſticus, & familiaris, † dum tamen ſit ho-
neſtæ conditionis, bonæ famæ, de quo non dubi-
tatur, potuit teſtificari pro Aſcanio hærede, *Ma-
ſcard. concl.* 757. *num.* 2. & *ſeqq. Gab. de teſtib.
concl.* 10. *num.* 19. & 20. *Farinac. quæſt.* 55. *n.* 8.
& 128. & 129. *Mantic. deciſ.* 112. *nu.* 3. & *ſeqq.*
70 Et multo magis teſtamentum † ad ipſius Aſcanii
fauorem dictare, vt videmus in ſimili, quod No-
71 tarius † domeſticus, & amicus poteſt rogari de
teſtamento, ſeu inſtrumento pro Domino, pro
Domeſtico, & pro Amico, *l. Lucius, in princ. ff.
de milit. teſtam. l. vxori, ff. ad leg. Cornel. de falſ.
Bal. in l. inſtrumenta, in fin. C. de probat. Farinac.
de falſ. quæſt.* 150. *num.* 206. *Altograd. conſ.* 50.
num. 228. & *ſeq. lib.* 1. Imò etiam pro filio eman-
cipato, aut etiam in poteſtate ipſius conſtituto,
dūmodo ipſe nullum ſit conſequuturus vſumfru-
ctum, vt eſt *tex. expreſſiue, in l. ſi pater filio*, &
ibi gloſ. & *Bart. ff. ad l.* Cornel. *de falſ. Altograd.
d. conſ.* 50. *nu.* 233. Hinc firmauit *Guidop. ſingul.*
72 674. quod † mercatores, qui tenent Notarios
domi poſſunt ab illis ſibi facere recipi inſtrumēta
pro eis, quæ ad ipſorum fauorem fidem omnimo-
dam facient. Hinc etiam videmus, quod Epiſco-
73 porum Notarij, † ſeu Cancellarij poſſunt, & ſo-
lent ſe rogare de inſtrumentis pertinentibus ad
ipſum Epiſcopum, Rota *in recent. part.* 3. *deciſ.*
74 332. *num.* 5. Et † tamen dicuntur de familia, &
curia Epiſcopi, quamuis ſint Laici, & gaudent
eius priuilegijs, vt notatur *in cap. cum non ab ho-
mine, de Iudic.* & *in cap. fin. de offic. Archid. Barb.
de offic. Epiſcopi, allegat.* 107. *n.* 9. Ricc. *in pract.
part.* 1. *deciſ.* 549. Grat. *diſcept.* 340. & *dec.* 233.
Idque, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus,
Squillant. de priuil. cler. cap. 7. *num.* 54. *Ricc. vbi
ſupra num.* 6. itaut etiam ſint immunes à collectis,
gabellis, & ſimilibus, *Squillant. d. tract. cap.* 8.
num. 17. Craut. *ſuper ritu Mag.* Cur. *Vic. ritu* 46.
Oldr. conſ. 293.

Præterea non obſtat, quod dicebatur reſeruatio-
nem, & publicationem teſtamenti eſſe nullam, &
inualidam tanquam factam coram Iudice Eccle-
75 ſiaſtico, cum illa † fieri debuiſſet coram Iudice
ſæculari, quamuis Clericus ſit hæres inſtitutus,
Bart. in l. teſtamenta, C. de teſtam. Graſſ. in §. *te-
ſtamentum, quæſt.* 61. *num.* 2. *Hond. latè conſ.* 26.
num. 12. & 14. *lib.* 2. Rota *in recent. par.* 6. *deciſ.*
76 126. *num.* 5. Nam † cum verſemur in teſtamento
à Sacerdote ſcripto, vbi continentur plura legata
potuit, & debuit releuari, & in publicam formam
redigi coram Iudice Eccleſiaſtico, *cap. relatum,
de teſtam. l.* 1. *C. de Epiſcop. Aud. Tiraq. de Pia
cauſa, priuil.* 149. Gutier. *pract. quæſt.* 44. *num.* 2.
lib. 1. Rot. *in recent. par.* 6. *d. deciſ.* 126. *num.* 6.
77 Ex † quo intrat priuilegii communicatio propter
cauſam, & defenſionem communem, *l. ſi commu-
nem, ff. quem ſeru. amitt. Natt. conſ.* 590. *nu.* 16.
Theſ. deciſ. 177. *num.* 5. & *diximus deciſ.* 138. *nu.*
15. Rota *in recent. par.* 6. *d. decis.* 126. *num.* 7. *re-
petita per Gilian. ad ſtatut. Peruſ. in verb. teſtamen-
tum, fol.* 273. *num.* 13. & *ſeqq.*

Inſuper nec obſtare viſum fuit, quod diceba-
tur probandam fuiſſe per Aſcanium qualitatem
78 teſtium quoad idoneitatem, † ad hoc, vt teſta-
mentum ſubſtineatur iuxta diſpoſitionem *tex. in
d. cap. cum eſſet*, requirentis explicitè teſtes duos
idoneos. Quia reſpondetur, quod ſufficit gene-
79 ralis præſumptio, † qua omnis teſtis adhibitus
cenſetur idoneus, niſi contrarium probetur, *cap.
vlt. de præſumpt. l. ab ea parte, ff. de prob. Felin.
in cap. cum Ioannes, nu.* 40. *in fin. de fid. inſtrum.*
Couar. *in cap. relatum, num.* 6. *de teſtam. Hond.
conſ.* 77. *num.* 22. *lib.* 1. *Maut. deciſ.* 5. *num.* 7. &
de coniect. lib. 6. *tit.* 3. *num.* 17. & *ſeqq.* Sperell.
deciſ. 27. *num.* 31. Etenim tex. non loquitur de
80 idoneitate † Iuris ciuilis, ſed de idoneitate iuris
diuini, in qua principaliter innititur, vt apparet
ex litera, itaut teſtes etiam fœminæ ſufficiant, vt
poſt *Abb.* & *Anchar. in d. cap. notant in ſpecie,
Crot. de teſtib. par.* 1. *nu.* 10. *Valaſc. d. deciſ.* 74.
num. 10. *verſ. ſed in tali teſtamento*, & *num.* 11.
vbi dantur concordantes, *Rot. in recent. part.* 6.
d. deciſ. 126. *num.* 25.

Demum non obſtat exceptiones datæ contra
teſtes, & dicta ipſorum. Nam primus, & ſi Le-
81 garatius, probat, quando prout hìc † non agitur
de viribus legati inter ipſum legatarium, & hære-
des, ſed tantum de validitate teſtamenti, de quo
adſunt iura aperta, *in* §. *Legatarijs, Inſtit. de te-
ſtamen. l. qui teſtamento, ff. de teſtam. l. ſi quis ita,
ff. de rebus dubi. l. diſtantibus*, §. *teſtibus, vbi Iaſ.
de comm. atteſtatur, num.* 3. *C. de teſtam.* Rot. *in*
82 *recent. par.* 4. *deciſ.* 22. *num.* 4. Et † licet *Farinac.
ex aduerſo allegatus, quæſt.* 60. *num.* 294. limitet

id non

Digitized by Google

id non procedere in teſtamentis, vbi de iure ſpeci-
ciali minor numerus, quam ſeptem teſtium requi-
83 ritur: Attamen in puncto noſtri teſtamenti † ce-
lebrati coram Parocho, & duobus teſtibus, quod
Legatarius rectè adhibeatur in teſtem, firmant
*Hond. d. conſ. 77. num. 35. & 36. lib. 1. Rota ex
impreſſ. per Giliani ad ſtat. Peruſ. deciſ. 2. num. 6.
& in recent. par. 4. d. deciſ. 22. num. 4.* Quo ve-
rò ad contrarietatem teſtium ex aduerſo conſidera-
84 tas, eſt prænotandum, quod illæ † quam maxi-
mè fieri poteſt ſunt ad inuicem conciliandæ, & ad
concordiam reducendæ, *Caſ. de Graſſ. deciſ. 4. nu.
5. tit. de teſtib. Greg. deciſ. 230. num. 9. deciſ. 344.
num. 14. & deciſ. 351. num. 38.* adhibita omnis
poſſibilis interpretatio, idem *Gregor. deciſ. 558.
num. 7. & deciſ. 578. num. 7.* Quod maximè pro-
85 cedit, † quando prout hic contrarietates non
adſunt circa ſubſtantialia, ſed circa accidentalia,
quæ hoc caſu non attenduntur, *Farinac. quæſt. 65.
num. 16. vbi infinitos cumulat, Caput. deciſ. 270.
num. 2. lib. 3. Mantic. deciſ. 6. num. 9. Greg. deciſ.
248. num. 13. deciſ. 351. num. 29. vbi etiam Adden.
num. 20. & deciſ. 558. num. 8. & Adden. n. 10.*
Quibus præhabitis non obſtat contrarietas exci-
86 tata quoad locum. Nam † licet teſtis vnus dicat,
*Mi trouai preſente alla diſpoſitione, che fece il Sig.
Franceſco Petrucci, che fù ſcritta in S. Leonardo,* &
D. Mencarellus dicat: *Io la ſcriſſi à caſa mia, e poi lo
venni à ſtipulare nella Chieſa di S. Leonardo;* tamen
cum re vera Mencarellus ſuper Altare S. Leonar-
di adnotauerit in fine teſtamenti diem, locum, vbi
& coram quibus fuit lectū, & ſtipulatum, quæ om-
nia ſcribi non poterant, niſi coram teſtatore, &
teſtibus debet intelligi, quod de tali dictatione,
ſeu ſcriptione in actu ſtipulationis depoſuerit iſte
teſtis dum ingenuè fatetur ſuper 9. interog. ſe ac-
ceſſiſſe ad dictam Eccleſiam, quando Mencarel-
lus erat in fine ſcribendi, quæ ſanè depoſitio non
tollit, quin Mencarellus non ſcripſerit antea do-
mi ſeriem totius teſtamenti, vt ipſemet depoſuit,
& ita conſiderari debent ad tradita in ſpecie, per
*Greg. deciſ. 558. num. 3. & per Buratt. deciſ. 243.
num. 17.* vbi dantur concordantea. Prout nec e-
87 tiam obſtat illa, quo ad tempus. Quoniam † et-
ſi hic teſtis dicat: *fù la mattina à quell'hora, che
ſuona Matutino;* Et Mencarellus dicat: *mi pare,
che fuſſe dopo Veſpero,* nihilominus contrarii non
dicuntur, ex allegatis *per Guidop. deciſ. 544. nu.
2. & per Rot. in recent. par. 7. deciſ. 160. num. 13.*
Cum poſſit eſſe, quod veritas ſit vno modo, &
alio modo credat alius, *Greg. d. deciſ. 558. nu. 4.*
88 *& 9.* itaque † dubitatio Mencarelli circa tempus
efficit, vt adhuc dicantur conteſtes ſi in cæteris
non adſit diſcordia, *Rot. in recent. part. 2. deciſ.
772. num. 6. & par. 4. deciſ. 73. num. 4.* Ideoque
cum in hac cauſa non ſit quæſtio ſuper formalita-
te verborum, & non adſit contrarietas quoad for-
malitatem tenoris teſtamenti, ſed omnes teſtes
ſint concordes in anno, menſe, in inſtitutione
hæredis, & diſpoſitione ſuorum bonorum; Nec
nō ipſimet teſtes omnes ab ipſo fuerint rogati ad
aſſiſtendum teſtamento, ſufficit propterea, quod
in ſubſtantia, & ad eundem effectum conueniant
deponendo ſuper eodem facto, licet alio modo
factum referant, & non concordent in verbis for-
malibus circa expreſſionem cauſæ cur motus fue-
rit ad inſtituendum hæredē D. Aſcanium, & cir-
ca reuocationem primi teſtamenti, & ſimilium,
*cap. nihil, & ibi Abb. de verb. ſignif. Bat. in cap.
cum Eccleſia Sutrina, de cauſa poſſ. & prop. Alex.
conſ. 78. num. 14. lib. 1. & conſ. 47. nu. 8. lib. 2.
Corn. conſ. 172. num. 14. & 15. lib. 2. Crau. conſ.
78. num. 9. Soc. Iun. conſ. 189. num. 45. lib. 2. Si-
mon. de Prat. conſ. 164. num. 3. & ſeqq. Lancell.
Gall. conſ. 111. num. 18. Altograd. conſ. 50. num.
184. & conſ. 55. num. 47. lib. 1. Magon. dec. Flo-
rent. 32. num. 44. Rota diuerſ. part. 4. deciſ. 396.
num. 2. verſ. quæ dicuntur, & in recent. par. 1. de-
ciſ. 147. num. 17. & par. 3. deciſ. 426. num. 3. &
par. 5. deciſ. 289. num. 7. & coram Buratt. d. deciſ.
243. num. 20. & deciſ. 939. num. 8. Sperell. deciſ.
81. num. 52. & 53. cum aliis ſupra deductis.* Et
ita votauimus, cæteri tamen Auditores fuerunt in
contraria ſententia præcipuè ex allegata teſtium
contrarietate. Sed vt audiuimus publicato voto
noſtro pars, quæ appellauit amplexa eſt ſenten-
tiam dicti D. Vicarii Fanenſis.

A R G V M E N T V M.

Dos promiſſa in quantitate, & redacta ad ſpeciem de partium conſenſu, in eadem ſpecie debetur mulieri non conſiderata amplius quantitate.

S V M M A R I V M.

1 *Vltima derogat prioribus.*
2 *Voluntas partium nedum expreſſa, ſed etiam tacita eſt attendenda.*
3 *Dotis quantitas redacta ad ſpeciem de partium conſenſu, reſtitui debet in ſpecie, & quantitas amplius non conſideratur, num. 4.*
5 *Intellectus l. ſi extraneus, ff. de iure dot.*

D E C I S I O CCXLVIII.

QVoniam in caſu propoſito contrahentes reduxerunt quantitatem dotis florenorum 5000. ad ſpeciem, hoc eſt in tot. bonis ſtabilibus ſoluendam, quæ quidem bona ſtabilia Ioannes Bonacera conſtituit ſe tenere, & poſſidere pro dicta ſumma promiſſa, donec corporalem poſſeſſionem acceperit Antonius Accorſius maritus, qui è contra promiſit reſtituere eadem bona in caſu ſoluti matrimonii, vt ſunt verba inſtru-

menti

1 menti inter partes vltimo loco † celebrati, quod derogat prioribus ſcripturis, *l. pacta noviſſima, C. de pact. Becc. in practiq conſ. 42. num. fin.* Videatur vtiq; talem voluntatem † nedum expreſſam,
2 ſed etiam tacitam præualere, & eſſe ſeruandam, vt in caſu ſimili determinat *Gratian. quem ſufficit allegare pro multis diſcep. 932. num. 36.* Ita ni hodie hæredes mariti † non teneantur ad pecuniam
3 ſicut contenditur, ſed valeant vigore dicti pacti reſtituere eadem bona ſtabilia recepta, iuxta diſpoſitionem *tex. in l. plerumque, §. ſi res in dotem data, ff. de iure dot. Couarr. pract. quæſt. cap. 28. num. 3. Becc. d. conſ. 42. num. 10. Surd. conſ. 330. num. 25. lib. 3. Laur. Vrſell. concl. 68. in verbo æſtimatio, num. 6. & 10. Beltram. ad Greg. deciſ. 573. num. 16.* & hoc maximè colligitur; Quia
4 ſumus in caſo dotis † promiſſæ quidem in quantitate, ſed transfuſæ, & ſolutæ in ſpeciæ, quæ dicitur debita mulieri non cōſiderata amplius quātitate, adnotata per *Gratian. in allegata diſcept. 932. num. 28. 35. & 36. & per Rot. in recent. par. 3. deciſ. 287. num. 4. in fin.*

5 Neque prædictis obſtare videtur *l. ſi extraneus, ff. de iure dot.* ex aduerſo allegata, ſiquidem diſpoſitio illius tex. procedit tantummodo in caſu, vbi dos promiſſa per extraneum non eſſet exacta per maritum, quo caſu imputatur ipſi, ſi debitor dotis fiat non ſoluendo, ita quod ſoluto matrimonio redere debeat ipſam dotem, ac ſi illam habuiſſet. Quod non facit ad rem noſtram.

ARGVMENTVM.

Confeſſio plenè probat contra confitentem; Etſi qualificata eſt diuidi non poteſt, niſi habeat contra ſe iuris præſumptionem, quo caſu poteſt in parte tantum acceptari.

SVMMARIVM.

1 *Actore non probante reus abſolui debet.*
2 *Confeſſio propria ſuperat omnes alias probationes.*
3 *Et qualificata debet in totum acceptari, prout in cee, num. 9*
4 *Limita, quando habet contra ſe iuris præſumptionem.*
5 *Confeſſio qualificata, quæ non eſt de genere prohibitorum eſt acceptata, cum illa qualitate.*
6 *Vna præſumptio tollit aliam.*
7 *Pecunia, idem dotalis, quàm paraphernalis eſt in adminiſtratione mariti.*
8 *Dotalia bona ex cauſa vtilitatis alienari poſſunt.*
10 *Confeſſio, quæ continet facta diuerſis temporibus, ſed ex eadem cauſa, & ad eundem effectum diuidi non poteſt.*
11 *Teſtatoris confeſſio de debito ſuſtinetur in vim legati.*
12 *Limita.*
13 *Legatum non inducitur, niſi concurrat legantis voluntas.*
14 *Confeſſio, vt noceat clara, & dilucida eſſe debet.*
15 *Dictio (vltra) regulariter vim incluſionis habet. Intellige, & declara, vt num. 29.*
16 *Clauſula in fine poſita ſi non eſt principaliter de per ſe, ſed ad qualificandam diſpoſitionem refertur ad immediatè præcedentia, & non ad alia.*
17 *Verba in fine poſita ſemper referuntur ad proximiora, quando non fuerunt per ſe principaliter poſita, ſed potius ad aliquam diſpoſitionem qualificandam.*
18 *Teſtator præſumitur minus voluiſſe grauare hæredem, quam fieri poteſt, & num. 21.*
19 *Legatum ambiguum ob incertitudinem voluntatis teſtatoris ſtrictè interpretatur, vt quod minimum eſt legatum videatur, & num. 23.*
20 *Maximè quando legatum conſiſtit in pecunia.*
21 *Limita, quando ambiguitas eſſet in verbis.*
24 *Legatum factum coniuncta perſona fauorabile videtur, vt plenius interpretetur.*
25 *Limita, quando hæres quoque eſt coniuncta perſona, quia tunc par affectio remouet latam interpretationem. Item limita, quando per teſtatorem vni perſona plura facta ſunt legata, nu. 28.*
26 *Interpretatio illa eſt benignior, per quam fauetur magis ſanguine coniunctis, quam vxori.*
27 *In dubio fieri debet interpretatio, quæ magis prodeſt legitimis ſucceſſoribus, qui ab inteſtato ſuccedunt, cum teſtator præſumatur velle, quod ius diſponit.*
30 *Dictio (vltra) quandoque extendit, repetit, & includit.*
31 *Quandoque eſt æquiuoca, & poteſt ſonare repetitionem, & non repetitionem.*
32 *Aliquando poteſt excluſiuè ſtare.*
33 *Vt dicimus de dictione (præter.)*
34 *Verba vniuerſalia nihil excludunt.*
35 *Reſtringuntur ad naturam actus ſuper quo interponuntur ne quis indebitè damnum patiatur.*
36 *Moderantur ex verbis poſtea in eadem diſpoſitione expreſſis.*
37 *Ac reſtringuntur ad cogitatum diſponentis.*
38 *Teſtis deponens ſine iuramento nihil probat.*
39 *Affinis nil probat.*
40 *Vnicus nihil probat.*

DECISIO CCXLIX.

Hoſtentis, & Iulia de Venereis vti filiæ, & hæredes quondam Ambroſinæ olim vxoris quondam Vliſſis Lori dato libello coram Locumtenente Æxino, petierunt executionem relaxari contra Gentilem hæredem Vliſſis pro ſcut. 158. bai. 20. ipſis debitis, vt aſſerebant pro totidem per Vliſſem habitis, ex pretio ven-

Digitized by Google

venditionis terrarum dictæ Ambroſinæ, nec non
pro alijs ſcut. 50. pariter per Vliſſem habitis, &
exactis, vt dicebatur à Fabio Monſignorio vltra
pretium conuentum in instrumento venditionis
dictarum terrarum: In quo iudicio conteſtata
lite, ac productis nonnullis iuribus, fuit per Lo-
cumtenentem pronunciatum ad fauorem reæ cō-
uentæ, abſoluendo illam ab impetitis. Cauſa
verò per appellationem in Rota introducta, vbi
de nouo examinatis teſtibus, productis iuribus,
ſeruatis terminis, ac compilato proceſſu, fuit tā-
dem propoſitum dubium; Vtrum ſententia præ-
fata eſſet confirmanda, quod omnium votis fuit
reſolutum affirmatiuè præterquā in ſumma, ſcut.
26. pro qua fuit dictum intrare reformationem
ſententiæ, quia conſtabat in actis de tali ſumma
per receptum Vliſſis Lori ab ipſo recognitum.
Fundamentum autē reſolutionis fuit, quia Atri-
ces non probarunt earum intentionem, qua non
1 probata rea † erat abſoluenda, *l. qui accuſare, cum
ibi notatis, C. de eden. l. final. C. de reſcind. vend.*
Non obſtat teſtamentum Vliſſis productum,
in quo habentur hæc verba. Item: *laſcio à Ma-
donna Ambroſina mia moglie tutte le veſti, e cami-
ſcie, che ſi trouarà, e li cunduno, e laſcio tutto quel-
lo c'hò ſpeſo per ſeruitio ſuo, e delle figliuole, e li
frutti della dote non hauuti per alcuni anni, per eſ-
ſer ſtati ſpeſi per loro debiti, e reſarcimento di ſua
caſa, oltre alli denari mi ſono venuti in mano del ri-
tratto della Selua del Valone, venduta per tale ef-
fetto con le debite ſolennità.* Ex quibus verbis de-
ſumebant ſcribentes pro dictis ſororibus claram
2 Teſtatoris confeſſionem, quæ dicitur † ſuperlati-
ua probatio omnium aliarum probationum, *leg.
cum te vbi omnes Doctores, C. de probat. Lud. Poſt.
reſolut. 12. num. 52. Rota in recent. part. 6. deciſ.
128. num. 10. & coram Buratt. deciſ. 200. num. 1.
& deciſ. 803. num. 1.* maximè cum ſit facta in te-
ſtamento, quo caſu videtur emanata pro exone-
ratione conſciētiæ, vt notat *Rota in recent. par.
2. deciſ. 518. num. 3.* vbi etiam, quod nocet hæ-
redi, *ex Surd. conſ. 169. num. 1. & ſeqq.*
3 Quia reſpondebatur, quod tanquam qualifica-
ta debet in totum acceptari prout iacet, nec diui-
di poteſt, iuxta doctrinam *Bart. in l. Aureliue,
§. item quæſiit, ff. de liberat. legat.* Rota coram *Bu-
ratt. deciſ. 143. num. 32. & deciſ. 199. num. 9. &
4 ſeqq.* Cum non verſemur in illa confeſſione, † quę
ſit de genere prohibitorum, prout ſpolium, fur-
tum, & ſimilia, quæ dolum præſeferunt, itaut ſi
confiteatur, quis furtum cum qualitate, talis qua-
litas reiiciatur, *Farinac. quæſt. 81. num. 110. Me-
noch. de arbitr. caſ. 93. num. 37. Altograd. conſ. 6.
num. 41. lib. 1. Seraph. deciſ. 1230. num. 3. Lud.
Poſt. reſolut. 66. num. 9. & 10. cum alijs cumula-
tis in noſtra deciſ. 75. num. 5.* Quando enim confeſ-
ſio non eſt de genere prohibitorum, tunc ſi quis
5 confitetur, cum † qualitate in eadem oratione,
& contra talem qualitatem nulla adſit coniectu-
ra, niſi ſola præſumptio iuris in contrarium, cō-
feſſio eſt acceptandá cum illa qualitate, *vt dixi-
mus deciſ. 93. num. 25.* Et ratio eſt, quia hinc in-
6 de adſunt præſumptiones, † vt in caſu noſtro ſi
Atrices habent præſumptionem, quod Vliſſes pe-
cunias confeſſatas non expenderit, Rea conuenta
habet etiam præſumptionem, quod Vliſſes teſta-
tor donare, vel legare noluerit tales pecunias, vt
in ſimili declarat *Borg. Caualc. deciſ. 27. num. 88.
par. 2.* & ſic vna Præſumptio tollit aliam, *l. diuus,
vbi gloſ. communiter recepta, ff. de integ. reſtit. min.
Dec. conſ. 105. num. 4. Capb. conſ. 546. num. 80.
Curt. Iun. conſ. 35. num. 6. lib. 1. Altograd. conſ.
50. num. 113. lib. 1. Surd. deciſ. 124. nu. 12. Rot.
in recent. par. 5. deciſ. 203. nu. 10.* Vnde ad pro-
poſitum, cum qualitas adiecta à marito teſtato-
re, quod pecuniæ peruentæ ad eius manus ex re-
tractu *della ſelua del valone*, fuerint expenſę in de-
bitis, & reſarcimentis domus ipſius vxoris, non
ſonet in delictum, nec ſit de genere prohibitorum,
7 quia † ſiuè ſint pecuniæ dotales, ſiuè parapher-
nales ſunt in adminiſtratione mariti, *l. diuortio,
ff. ſolut. matr. l. fin. ff. de pact. conuent. Bal. conſ.
478. num. 1. lib. 5.* proinde ſi maritus habet ad-
miniſtrationem dictorū bonorum nihil implicat,
quod dictas pecunias expenderit in reſarcimen-
tis domus vxoris, & ſic dicta qualitas, vel nullam
habet contra ſe præſumptionem iuris, vel ſi habet
8 non eſt de genere prohibitorum, Cum † dos, &
bona etiam dotalia ex dicta cauſa vtili, & neceſ-
ſaria alienari poſſint, *l. fin. & ibi gloſ. & Doct. ff.
de iure dot. Bal. in leg. 1. num. 3. ff. de fund. dotal.
Vrſil. ad Afflict. deciſ. 336. num. 1.* Rot. *diuerſ.
par. 2. deciſ. 3. num. 7. & coram Burat. deciſ. 749.
num. 3. & ſeqq. & deciſ. 785. nu. 6. & 7.* Eo ma-
gis, quia de hoc non eſt diſceptatio, & venditio
ex actitatis colligitur potius facta de conſenſu
vxoris ad effectum prædictum, quam contra eius
voluntatem, cum de hoc conqueſti non fuerint in
9 Iudicio; Et proptereà † acceptanda eſt confeſ-
ſio in totum cum ſua qualitate, ex allegatis *in dict.
noſtra deciſ. 93. num. 25. quibus addimus* Rota *in
recent. par. 6. deciſ. 38. num. 15.* Et licet confeſſio
contineat ea, quæ fuerunt diuerſis temporibus
10 facta, non tamen poteſt diuidi, † quando facta
quidem ſunt diuerſo tempore, ſed ex eadem cau-
ſa, & ad eundem effectum, & vnum tendit ad
qualificationem, vel peremptionem alterius,
quia tunc dicuntur connexa, non autem diuerſa,
& ſeparata, *Surd. qui alios allegat deciſ.* 258. *num.
11. Oſaſcb. deciſ. 39. num. 29.*
11 Neque obſtat, quod confeſſio de debito in vim
legati ſaltim ſuſtineatur quamuis teſtator vlterius
non diſpoſuerit, vt de veriori poſt alios teſtatur,
*Surd. conſ. 169. numer. 5. & ſeqq. & deciſ. 250.
num. 1. & ſeqq. Mantic. de coniectur. lib. 10. tit.
4. num. 2.*
12 Quia reſpondebatur hoc non militare, vbi ora-
tio teſtatoris eſt enūciatiua ad alium finem, & in-
cidenter prolata, quia tunc non diſponit, nec
importat legatum, cum id non præſumatur pro-

cedere ex voluntate conſitentis, *l. ex his verbis, C. de teſtam. milit. Surd. eod. deciſ. 250. num. 9. & ſeq. Mantic. d. tract. lib. 8 tit. 1. num. 7. in fin.* &
13 eſt clarum, † quod legatum non inducitur, niſi concurrat legantis voluntas, & quod verba ſint diſpoſitiua principaliter propter hoc, non propter aliud prolata, vt latè per *Sard. in allegata deciſ. 250 nu. 7. & ſeqq.* Et tamen in caſu noſtro oratio teſtatoria non fuit emiſſa ſi rectè conſideretur ad effectum ſe obligandi, ſeu legandi, ſed ad alium finem, nempè ad declarandum, quod in dictis debitis, & reſarcimentis domus vxoris non ſolum fuerunt expenſæ pecuniæ ex retractu *della ſelua del valone, venduta à tal' effetto,* ſed etiam propriæ ipſius teſtatoris pecuniæ, quas condo-
14 nat, & legat dictæ vxori. Vnde † talis confeſſio enunciata in oratione qualificata in nihilo officit, cum ad effectum nocendi eſſe debeat clara, & dilucida, *cap. per tuas de probat. l. generaliter, ff. de non numerat. pecun. l. ſi quis intentione ambigua, ff. de Iudic. Roman. conſ. 121. nu. 4. Decian. conſ. 10. num. 80. & ſeqq. lib. 3. Lud. Poſt. reſolut. 84. num. 26. & ſeq. Gratian. conſ. 157. num. 9. Mantic. deciſ. 199. num. 6 & deciſ. 205. num. 2.*
15 Nec obſtat dictio illa (vltra) quæ regulariter vim incluſionis vltra rem legatam habet, *l. ſi vltra, C. de fideiaſſ. Menoch. de præſump. lib. 4. præſumpt. 145. num. 4. Mantic. de coniect. lib. 9. tit. 3. num. 32. Surd. deciſ. 285. num. 9. Rot. in recent. par. 3. deciſ. 127. num. 8. cum alijs cumulatis in noſtra deciſ. 50. num. 9.* Quia pro reſponſione eſt aduertendum, quod illa verba (*oltre alli denari mi ſono peruenuti in mano del ritratto della ſelua del valone*) non referuntur ad verba *condono, e laſcio,* ſed ad verbum (*hò ſpeſo per ſeruitio ſuo*) vel potius ad verba (*ſpeſi per loro debiti, e reſarcimenti di caſa ſua*) ita vt ſit ſenſus, quod relinquit illud, quod plus de ſuo proprio expendidit in vtilitatē & commodum vxoris, ac filiarum declarando, vt ſupra diximus, quod pecunias proprias expendidit vltra pretium dictæ ſiluæ, quod pariter expendidit in vtilitatem, & commodum illarum, prout ſilua ad talem effectum vendita fuit. Quæ quidem interpretatio videtur magis congrua literæ, & menti teſtatoris: Congruit literæ, quia quando
16 clauſula † in fine poſita non eſt poſita principaliter de per ſe, ſed ad qualificandam diſpoſitionem, vt hic, tunc ſolum trahitur, & refertur ad immediatè præcedentia, non autem ad alia, *Bart. communiter approbatus in l. final. ff. de rebus dubijs, Curt. Iun. conſ. 293. ſub num. 4. verſ. confirmatur præmiſſa, Riminal. Senior. conſ. 139. num. 20. & 21. lib. 1. Rota coram Buratt. deciſ. 322. num. 5.*
17 Et verba † in fine poſita ſēper referuntur ad proximiora, quando non fuerunt per ſe principaliter, & abſolutè poſita, ſed potius ad aliquam diſpoſitionem qualificandam, *l. fin. §. Tutia, & ibi Bart. ff de liber. leg. Alex. conſ. 48. num. 7. & 8. lib. 1. & conſ. 158. num. 7. lib. 6. Marc. de clauſ. par. 4. clauſ. 23. ſub num. 8. verſ. & ideo, Affl. deciſ. 248. num. 11. & ſeq. Capic. deciſ. 108. num. 12. Rota in recent. part. 5. deciſ. 257. nu. 2.* Conuenit menti teſtatoris, quia ſemper præſumen-
18 dum † eſt, quod teſtator minus, quam fieri poſſit grauare voluerit hæredem, *Mantic. de coniect. lib. 9. tit. 1. num. 5. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 245. num. 13. & quæſt. 345. num. 4. Rota in re-*
19 *cent. par. 5. deciſ. 89. num. 10.* Vltra quod † legatum ambiguum ob incertitudinem voluntatis teſtatoris ſtrictè interpretari debet, vt quod minimum eſt legatum videatur, *l. ſemper in obſcuris, ff. de reg. iur. l. vnum ex familia, §. ſi rem, ff. de leg. 2. Mantic. eo tract. de Con. lib. 7. tit. 1. nu. 3. & 32. & notauimus deciſ. 91. num. 11.* eo præſer-
20 tim, quando † legatum conſiſtit in pecunia, vt in præſenti caſu, *l. in nummis, de leg. 3.* per ratio-
21 nem iam dictam, † quod teſtator videtur minus grauare velle hæredem, quam fieri poſſit, *Roland. conſ. 16. num. 37. lib. 3. Mantic. d. tract. lib. 9. tit. 2. num. 5. & diximus d. deciſ. 91. num. 12.* li-
22 cet ſecus † eſſet, ſi ambiguitas ſtaret in verbis *ex eod. Mant. lib. 7. tit. 1. n. 32. verſ. ſed vbi ambiguitas.*
23 In præſenti autem caſu verba non ſunt dubia, ſed voluntas teſtatoris incerta videtur; An ſcilicet voluerit legare illud tantum, quod de ſuo proprio expendidit in vtilitatem vxoris; An verò etiam illud, quod expendidit de propriis pecuniis vxoris exactis, vt ſupra, & ideò facienda eſt interpretatio ſtricta, *l. apud Iulianum, §. ſcio, ff. de leg. 1.*
24 *d. l. in nummis, de leg. 3.* Et quamuis legatum † factum coniunctæ perſonæ fauorabile videatur, vt plenius interpretetur, *iuxta tex. in l. Aurelius, §. ſi eitias, ff. de lib. legat. & ibi Bart. Simo. de præt. de interpretat. vlt. volunt. lib. 4 dub 10. num. 2. fol. 408.* hoc tamen fallit in duobus modis, qui applicantur caſui noſtro. Primò, quando hæres
25 quoque † eſt coniuncta perſona, quia tunc par affectio remouet latam interpretationem, *l. non ſolum, §. 1. ff. de rit. nupt. Caphal. conſ. 14. nu. 28. Surd. conſ. 207. num. 17. & ſeq.* prout in caſu noſtro, in quo hæres eſt neptis teſtatoris ex fratre, & hæc pauperrima, vt fatetur teſtator in teſtamento, & ſic in ea concurrit, non ſolum ratio affectionis, & dilectionis, ob ſanguinis coniunctionem, ſed etiam ratio charitatis, & pietatis ob maximam paupertatem, vt per *Menoch. præſump.*
26 *107. num. 28. lib. 4.* Et eſt illa interpretatio † benignior per quam magis fauetur ſanguine coniunctis, quam vxori, *Affl. deciſ. 44. nu. 12. & ſeqq. Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 11. num. 22.* Et in
27 dubio † debet fieri interpretatio, quæ magis prodeſt legitimis ſucceſſoribus, qui etiam ab inteſtato ſuccederent cum teſtator præſumatur velle, quod ius diſponit, *Vrſil. ad Affl. in d. deciſ. 44. num. 30. Mantic. vbi ſuprà num. 21. Rot. in recen. par. 5. deciſ. 241. num. 21. & part. 6. deciſ. 180.*
28 *num. 10.* Secundò fallit, † quando per teſtatorem vni perſonæ plura facta ſunt legata, *Dec. conſ. 92. col. penult. Caph. & Surd. vbi ſupra, Menoch. d. præſumpt. 107. num. 31.*

Doctio-

Doctores autem, qui pro parte mulierũ agentium allegantur dum aſſerunt, quod dictio (vltra) eſt repetitiua, & de ſui propria natura incluſiua, vt plenè ſupra deduximus *num.* 15. loquuntur in
29 alijs terminis, nimirum, quando † huiuſmodi dictio non poteſt referri, niſi ad rem legatam, veluti quando teſtator dicit vxori meæ relinquo centum vltra dotem, quam ab ea recepi, quo caſu illa verba (vltra) non poſſunt referri, niſi ad le-
30 gatum. Sed in caſu noſtro illa dictio (vltra) † poteſt referri ad verbum expendi, & illud propterea extendit, repetit, & includit iuxta notata in dicta noſtra *deciſ.* 50. *num.* 300. Vltra quod non eſt verum, quod dictio illa (vltra) ſemper inclu-
31 dat quia aliquando eſt æquiuoca, † & poteſt ſonare repetitionẽ, & non repetitionem, *vt per Cum*
32 *in conſ.* 112. *nu.* 2, *verſ. communis.* Et † aliquando poteſt excluſiue ſtare, *vt in l. final. C. de mod. mult. l. eos, §. 1. ff. de vſur.* quemadmodum dici-
33 mus de dictione, † præter *cap. dudum, & ibi Innoc. Gratus de dictionibus, in verbo præter, num.* 3.

Similiter non obſtat, quod talis oratio ſit concepta per verba vniuerſalia (*tutto quello, che hò*
34 *ſpeſo*) Quia licet verba † vniuerſalia nihil excludant, *l. Iulianus, ff. de leg.* 3. *l. à procuratore, C. mandat.* Rol. *conſ.* 87. *nu.* 8. *lib.* 2 cum alijs congeſtis per nos *deciſ.* 69. *num.* 5. reſtringuntur ta-
35 men † ad naturam actus ſuper quo interponuntur, ne quis indebitè damnum patiatur, *Caualer. deciſ.* 28. *num.* 74. *par.* 2. *Oſaſch. deciſ.* 199. *num.*
36 6. *& ſeqq.* Et moderantur † ex verbis poſtea in eadem diſpoſitione expreſſis, vt hic *Mantic. deciſ.*
37 66. *num* 5. Ac † reſtringuntur ad cogitatum diſponentis, *l. non omnis, ff. ſi cert. pet. Oſaſch. deciſ.* 90. *num.* 17. Vnde in caſu propoſito verba illa vniuerſalia ad illud omne, quod ipſe teſtator expendidit de proprio referuntur, non autem ad illud, quod expẽdidit de pecunia vxoris, vt ſupra latè demonſtratum fuit.

Tandem non obſtant depoſitiones duorum te-
38 ſtium, quia vltra † quod depoſuerunt ſine iuramento, vt apparet ex proceſſu, & ſic nihil probant, *l. ſolum cum gloſ. & ibi Doct. l. iuriſiurandi, C. de teſtib. cum ſimilibus*, Rot. *in recent. part.* 1. *deciſ.* 234. *num.* 5. vnus illorum eſt maritus Hortenſiæ vna ex ſororibus agentibus, & propterea
39 nihil † probat, ad tradita per *tex. in l. parentes, C. de teſtib. & per Campeg. de teſtib. Reg.* 9. *verſ. tertio fallit, & Reg.* 10. *in princ. Gab. de teſtibus, concl.* 16. *num.* 4. Rot. *in recent. par.* 1. *deciſ.* 664.
40 *num.* 6. Et alter conſequenter † remanet ſolus, & ſine fide in iudicio, *cap. licet, il primo, & cap. venient, il primo, & cap. in omni negotio, de teſtib. cap. dilecti, de probat. l. iuriſiurandi, C. eod. Gabr. eod. tit. de teſt. concl.* 1. *num.* 1. *& ſeqq. Ludou. Poſt. reſol.* 91. *numer.* 1. *& ſeq.* Rota *coram Buratt. deciſ.* 6. *numer.* 13.

ARGVMENTVM.

Maritus cautionem non præſtat pro reſtitutione dotis.

SVMMARIVM.

1. *Cautio non præſtatur de iure pro reſtitutione dotis.*
2. *Dos eſt tacite hypothecata in omnibus bonis viri.*
3. *Decretum depoſiti faciendi dicitur grauatorium.*
4. *Depoſitum quod ſuccedit loco ſequeſtri eſt regulariter prohibitum. Limita, vt num.* 5. *& 6.*
7. *Fideiſſorem dare vnicuique durum, & graue eſt.*
8. *Depoſitum non fit, vbi creditur eſt paratus recipere.*
9. *Diues ſemel reputatus ſemper præſumitur talis, dum non probatur contrarium.*
10. *Diues reputatur, qui poteſt facere, vt ſit diues.*

DECISIO CCL.

EVit reſolutum inhibitionem ſignandam per R. P. D. Tiburtium Thomaſium, & procedendum eſſe ad vlteriora in cauſa; Nam cum D. Lucius Narducius regulam habeat pro
1 ſe, † quod contracto matrimonio, & illo conſtante non teneatur cauere pro dote, *l. generali, vbi gloſ. in verb. vir, & vxor, circa fin. & ibidem Bart. num.* 2. *C. ne fideiuſſor. dot. dent. Azor. in ſumma, eod. tit. num.* 1. *Innoc. in cap. per veſtras, num.* 1. *de donat. inter vir. & vxor. Surd. deciſ.* 279. *num.* 12. Rota *coram Duran. deciſ.* 171.
2 *nu.* 1. *& 2.* Parſque aduerſa habeat pariter † fundatam intentionem de iure communi, quo reſpecto dos ſemper eſt tacite cauta, & hypothecata in omnibus bonis viri, *l.* 2. *& l. ſi conſtante, ff. ſolut. matrim. l. vnic. §.* 1. *vbi Azor. in ſumm. nu.* 1. *& 2. Cin. num.* 8. *Salic. num.* 1. *Alberic. nu.* 11. *Bal. num.* 3. *C. de rei vxor. act.* Rot. *coram Burat.*
3 *deciſ.* 844. *num.* 2. Sequitur † propterea, quod decretum D. Locumtenentis Curiæ generalis Maceraten. qui ad effectum prædictum mandauit pecunias exburſandas per Dominum Ludouicum Bandirolam ſocerum depoſitari, ſit grauatorium, Ruginell. *de appellat. §.* 2. *cap.* 1. *num.* 126. *Ma-*
4 *ſtrill. deciſ.* 90. *nu.* 16. Siquidem † ad depoſitum ſuccedentem locum ſequeſtri regulariter prohibiti, *l. vnic. C. de prohib. ſequeſt.* Rot. *in recentior. part.* 1. *deciſ.* 464. *num.* 2. nullo modo deueniri
5 poterat, niſi † probato per eundem Bandirolam, quod Narducius gener ex pacto, & conuentione, aut conſuetudine, ad reinueſtiendum teneretur, *ex Rota coram Duran. in alleget. deciſ.*
6 171. *numer.* 7. *& 8.* Vel quod ipſe † dilapidauerat bona ſua, aut de dilapidatione ſuſpectus erat,

Digitized by Google

iuxta tex. in l. ſi cum dotem, §. ſi verò dotem, ff. ſolut. matrim. l. is qui, §. fin. ff. de tutor. & curat. datis, gloſ. in l. 3. in verb. ſuſpectum, ff. ſol. matrim. Borell. in ſumma deciſ. tit. 37. de ſequeſtro,
7 num. 39. & ſeqq. Cum † alioquin durum ſit, & nimis graue illum arctare ad fideiubendum, Bal. Salic. & alij Doct. in l. 2. C. de hered. vel act. vend.
8 Surd. d. deciſ. 279. num. 13. Dum † non recuſauit pecunias recipere, debitaſque cautelas facere, Rot. coram Greg. deciſ. 505. num. 1. & ſeqq. & in recent. par. 5. deciſ. 149. num. 8. & 9. eo præſer-
9 tim, quia † fuit alias approbatus à Ludouico Socero pro diuite, quo fit, vt & hodie præſumatur diues, Menoch. lib. 6. præſumpt. 28. Quinimò, vt pulchrè notat Rota in recent. par. 4 deciſ. 72. num. 5. Pauper cenſeri non debet, qui poteſt eſſe diues ſi vult iure ſuo vti; Prout ſanè vtitur Nardocius, qui officium Aduocati in hac Ciuitate Maceratæ exercet cum ſua laude optima. Et ita, &c.

ARGVMENTVM.

Obligationis Cameralis effectus.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis, paratam habet executionem.*
2 *Exceptio diſcuſſa in Iudicio, & reiecta per Iudicem, dicitur requirere altiorem indaginem.*
3 *Et iterum proponi non poteſt ad retardandum effectum decreti exequutiui.*
4 *Obligatio Cameralis non admittit alias exceptiones, niſi falſitatis, nouationis, ſolutionis, & nullitatis.*
5 *Quæ ſint probata antequam petita ſit executio.*
6 *In continenti, clarè, & non turbidè.*
7 *Solutio probata per inſtrumentum publicum impedit executionem obligationis Cameralis, & numer. 15.*
8 *Executio obligationis Cameralis, habet vim confeſſionis, & rei iudicatæ.*
9 *Negotium dicitur requirere altiorem indaginem, quādo eſt opus dare capitula, & teſtes examinare.*
10 *Reus ex nouiter deductis poteſt impedire executionem.*
11 *Intellige ſi produxerit inſtrumenta publica, ſecus autem ſi produxerit fides priuatas.*
12 *Inſtrumentum publicum dicitur probatio probata.*
13 *Et veritas apparens.*
14 *Et res certa, & manifeſta.*
16 *Reſtitutio in integrum non impedit executionem obligationis Cameralis, maximè quando fuit præuentum in petitione executionis.*
17 *Et multo magis, quando executio eſt iam capta.*

DECISIO CCLI.

IN caſu, & effectum de quo agitur, dicebamus obligationem Came-
1 ralem, de qua agitur † paratam habere executionem, iuxta notata per *Zacch. de oblig. Camer. quæſt. 3. num. 4. & per Rotā apud eundem deciſ. 12. nu. 1. deciſ. 70. num. 2. & alibi ſæpè*. Idque non obſtante allega-
2 ta ſolutionis exceptione, † quæ cum alias fuerit oppoſita, ac diſcuſſa, illaque non obſtante lata ſit ſententia de exequendo, dicitur requirere altiorem indaginem, *Caſſad. deciſ. vnic. de mut. petit. Theſ. deciſ. 26. nu. 11. Rot. diuer. par. 2. deciſ. 57. num. 2. & coram Buratt. deciſ. 862. num. 2. & 4. & coram Gregor. deciſ. 234. num. 1. & deciſ. 406.*
3 *nu. 17.* Itaut modo iterum proponi † non valeat ad retardandum effectum ſententiæ. Siue decreti de exequendo, *Felin. in cap. cum Ieiunes, nu. 34. de fid. inſt. Lancell. de attent. par. 2. capit. 17. num. 1. & ſeqq. Abb. conſ. 14. num. 4. lib. 1. Scapuc. de Solu. lib. 2. quæſt. 1. num. 3. verſ. qua propter, Borg. Canal. deciſ. 10. num. 19. par. 1.* Non
4 enim admittuntur hoc caſu exceptiones, † niſi falſitatis, nouationis, ſolutionis, ſeu quietationis, & nullitatis, quæ ſit talis, vt in continenti probari poſſit. *Galleſ. de oblig. Cam. par. 4. q. 1. Ant. de Canar. de execut. inſtrum. q. 11. Lud. Poſt. reſul. 691 n. 4. Rot. ex impreſſ per Zacch. de oblig. Cam. dec. 27. n. 1. dec. 30. n. 2. dec. 36. n. 1. dec. 42. n. 4. dec. 64. n. 1. dec. 82. n. 2. deciſ. 148. n. 1. & dec. 155. num. 2. et coram Cocc. deciſ. 8. num. 1. deciſ. 57.*
5 *num. 1. et deciſ. 136. num. 1.* Quæ ſint † probatæ ante executionem petitam, *Mareſc. var. lib. 2. cap. 121. nu. 80. Rot. ex impreſſ. per eund. Zacch.*
6 *deciſ. 205. num. 7* Et quidem in † continenti, clarè, & non turbidè, *Zacch. d. tract. quæſt. 17. num. 4. Rota apud eundem deciſ. 51. num. 8. Ioſeph Lud.*
7 *deciſ. Lucen. 24. num. 2. & 3.* Vt puta † per inſtrumentum publicum ſolutionis, *Zacch. vbi ſuprà d. quæſt. 17. num. 12. Scapuc. d. quæſt. 1. num. 5. Rota diuerſ. par. 1. deciſ. 92. num. 1.* Alioquin
8 nunquam impeditur executio, † quæ habet vim confeſſionis, & rei iudicatæ, iuxta *Clement. 1. de re Iud. Veſt. in prax. lib. 8. c. 3. n. 7. Rot. penes Zacch. vbi ſuprà dec. 26. n. 2. dec. 48. n. 2. dec. 49. n. 1. dec. 53. n. 8. dec. 64. n. 7. dec. 71. n. 4. dec. 105. n. 6. deciſ. 108. num. 3. deciſ. 114. num. 2. et deciſ. 353. num. 5. et 6. et in recent. par. 6. deciſ. 307. num. 1.* Quod autem huiuſmodi exceptio fuerit in primo Iudicio oppoſita, & diſcuſſa patet ex actis Curiæ generalis Macerat. vbi fuerunt producti articuli, & examinati teſtes ſuper illis, vnde negari nō
9 poteſt, quin † exceptio oppoſita exigat longā diſcutionē, cum alij teſtes ſint examinandi, ac fides in actis exhibitæ recognoſcendæ, cum interrogatorijs dandis à parte, quo caſu dicitur negotium requirere altiorē indaginem, *Carol. de Graſſ. de except. exception. 7. num. 10. Cantard. ad leg. vnic.*

litem

lim. 12. nu. 9. & 10. C. de moment. poſſeſſ. Se apnd.
d. q. 1. nu. 2. Rot. *diuer. par. 1. deciſ. 520. nu. 2. &*
ex impreſſ. per Zacch. vbi ſupra deciſ. 105. num. 7.
10 Non obſtat, quod dicebatur reum, ex noui-
ter deductis impedire poſſe executionem, *ex Ro-*
ta per Statil. deciſ. 53. & deciſ. 135. Siquidem
illæ deciſiones non procedunt in caſu noſtro, vbi
Andreas Farrus reus conuentus produxit fides
11 priuatas, † quæ requirunt diſcuſſionem, ſed ha-
berent locum ſi fuiſſet productum inſtrumentum
publicum, per quem probaretur ſolutionem factã
12 fuiſſe, quia tunc † diceretur probatio probata,
L. cum precibus, C. de probat. Rot. *ex impreſſ. per*
Zacch. de oblig. Camer. deciſ. 59. num. 1. & deciſ.
13 149. *nu. 1.* Et † veritas apparens Rot. *apud* Greg.
deciſ. 180. numer. 1. & deciſ. 195. etiam num. 1.
14 Et res certa, † ac manifeſta, Rot. *apud eund. Greg.*
deciſ. 157. num. 13. deciſ. 321. num. 1. deciſ. 409.
num. 1. & deciſ. 459. num. 3. Vnde non mirum
15 ſi in eo caſu † exceptio ſolutionis ſic qualificata
operatur ſuum effectum, vt per *Caſtr. conſ. 257.*
lib. 2. & Grat. deciſ. 18. num. 13.
Neque obſtat petita reſtitutio in integrum.
16 Quia † etiamſi conceſſa eſſet non retardat execu-
tionem huius obligationis, maximè quando pro-
ut hic fuit præuentum in petitione executionis,
Bocacc. ad conſtit. March. gloſ. 8. num. 155. Surd.
deciſ. 44. num. 19. Zacch. ad Gall. quæſt. 37. num.
57. & 58. Rot. *apud eundem deciſ. 32. num. 15. &*
deciſ. 121. num. 18. coram Buratt. deciſ. 945. nu.
4. & coram Gregor. deciſ. 120. num. 18. Et ideò
17 non † poteſt abſque dubio ſuſpendere rei iudica-
tæ executionem, quando illa eſt cœpta, vt in ca-
ſu noſtro contra Farrum, Rot. *per Zacch. de oblig.*
Cam. deciſ. 134. nu. 4. & coram Seraph. deciſ. 777.
num. 12. & in recent. par. 1. deciſ. 379. num. 2. &
deciſ. 545. num. 5. & part. 2. deciſ. 138. num. 2.
& coram Buratt. deciſ. 945. num. 4. cum alijs rela-
tis per Beltram. ad Gregor. deciſ. 458. num. 10.

ARGVMENTVM.

Edere inſtrumenta parti aduerſæ, An, & quando quis teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio admittitur ab interlocutoria inferente grauamen.*
2 *Dummodo ſit legitimum.*
3 *Exhibere quis tenetur collitiganti particulam inſtrumenti productam.*
4 *Quæ ſatis fidem facit pro producente.*
5 *Satiſque eſt vt edatur collitiganti.*
6 *Petitne exhibere, quando teneatur.*
7 *Exhibere, vt quis teneatur neceſſe eſt, quod conſtet de intereſſe petentis, nec non de exiſtentia ſcripturæ penes eum à quo petitur exhibitio.*

DECISIO CCLII.

1 APpellatio ab interlocutoria ita demum admittitur ſi contineat expreſſè grauaminis cauſam, *Clem. appellanti, de appellat. cap. cum ceſſante, de appellat. & melius in cap. cordi, vbi gloſ. in verbo interlocutoria, & ibid. Franch. de appellat. in 6. Bart. in l. eius, qui, col. 1. de appellat. recip. Altograd. conſ. 23. num. 15. lib. 1.* Gratian. *diſcept. 74. nu. 12. & 13. & diſcept. 76. num. 8. & ſeqq. Surd. deciſ. 36. num. 12. & per tot. Oſaſch. deciſ. 25. nu. 14.* Guid. *Pap. deciſ. 10. nu. 3.* Caput. *deciſ. 137.*
num. 3. par. 3. Barz. deciſ. 71. num. 8. Giurb. de-
ciſ. 56. num. 1. cum alijs per nos relatis deciſ. 54.
2 *num. 1.* Quæ ſit vera, † & legitima, *cap. vt debi-*
tus, cap. cum ſpeciali, & cap. interpoſita, de ap-
pellat. Roman. *conſ. 508. in princ. Natt. conſ. 928.*
num. 1. Oſaſch. deciſ. 6. in prin. & deciſ. 84. *n. 13.*
De qua quidem cauſam grauaminis legitima nul-
lo modo conſtare viſum fuit in caſu propoſito in
plena Rota; Siquidem ex actis apparet Anto-
nium Iacobum Dianam, Notarium Anconita-
num, qui petit inſtrumenti exhibitionem eſſe ro-
gatum de illo, nec eſſe in manibus Antonij Ia-
chelli, qui exhibitam particulam ad ſui cauſam
facientem ab Archiuiſta habuiſſe docuit, & pro-
3 inde ad eandem † tantummodò exhibendam,
& copiam parti decernẽdam compellendum eſſe,
iuxta decretum Dominis Iudicis à quo, cenſuit
Auditorium, ex doctrina *Bart. in l. argentarius, §.*
edi, ff. de eden. & in leg. final. num. 2. vbi etiam
Bald. num. 8. Alexand. num. 25. C. eod. tit. Alto-
4 *grad. d. conſ. 23. num. 7. & 8. lib. 1.* Cum † illa
ſatis fidem faciat pro producente, *l. ex conuentio-*
ne (ibi) itaut pars inſtrumenti ſignificat, *C. de*
5 *pact. Barz. deciſ. 89. num. 4.* ſatiſque † ſit ad pro-
poſitum Iachelli, *ex tex. in cap. contingit, vbi gloſ.*
final. de fid. inſtrum. Bart. *& alij ſcribentes in d. l.*
argentarius, §. edi, ff. de eden. Natt. conſ. 8. num.
1. Magon. deciſ. Lucen. 5. num. 10. Barz. d. deciſ.
6 *89. num. 5. & ſeqq.* Imò ſi inſtrumentum † eſſet
proprium rei à quo petitur, & editio inducere
poſſet vtrique parti vtilitatem petitus exhibere
non teneretur, ſecundum *Felin. in cap. 1. num. 9.*
de probat. Præſertim quia non concurrunt requiſi-
7 ta æquitatis † Canonicæ, qua quis edere tene-
tur, nempè probatio exiſtentiæ inſtrumenti pe-
nes Iachellum à qua petitur exhibitio, & quod
conſtet de intereſſe petentis. *Belt. ad Greg.*
dec. 129. n. 5. & 6. Ac ideò ceſſante
grauamine, reſolutum fuit ap-
pellationem à decreto D.
Vicarii Anconitani
non deuolui-
ſe ad Ro-
tam.

ARGVMENTVM.

Conſtito de alterius poſſeſſione certa, illa non eſt ſequeſtranda per Iudicem, nec ad ſe auocanda, ſed eſt inhibendum alteri parti ne poſſeſſorem moleſtet.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio probatur ex inſtrumento adeptionis illius à tergo mandati de immittendo obtenti à Iudice.*

2 *Poſſeſſio probatur ex narratiua partis in iudicio cõfitentis immiſſionem ſequutam.*

3 *Poſſeſſor lite pendente non eſt à commodo ſuæ poſſeſſionis amouendus.*

4 *Niſi prius ordinario iudicio conuincatur.*

5 *Et interea manutenendus eſt, & num. 7.*

8 *Inhibendo etiam aduerſario quatenus opus ſit ne moleſtet.*

6 *Poſſidens ex decreto Iudicis iuſtè poſſidere dicitur.*

9 *Poſſeſſionem ad ſe auocare non debet Iudex, niſi quando eſt dubium quis poſſideat, & exinde timentur ſcandala.*

10 *Iudicis authoritas priuat poſſeſſione ſine eiectione.*

11 *Limita, quando nulliter, & iniuſtè procedit Iudex, quia tunc dicitur turbare, imò etiam ſpoliare, quando pars habuit ſe pro ſpoliata.*

12 *Ille dicitur turbare, qui à Iudice obtinet ſequeſtrationem contra poſſidentem.*

DECISIO CCLIII.

CVm de poſſeſſione RR. Fratrum venerabilis Conuentus Sancti Dominici Ciuitatis Ripanæ, liquido
1 conſtet non tantum † ex inſtrumẽto adeptionis à tergo mandati de immittendo obtenti à Iudice, quod alio tunc temporis non poſſidente, prout hic ſuffragatur ad manutentionem obtinendam, vt latè probauimus *deciſ. 35. num. 7. & ſeqq.* Sed
2 etiam † ex narratiua partis aduerſæ ingenuè confitentis in Iudicio immiſſionem ſequutam, quod ſimiliter opitulatur ad eandem manutentionem obtinendam, *Bellam. deciſ. 683. num. 3. Rot. diuerſ. part. 1. deciſ. 802. num 2. & coram Caual. deciſ. 617. num. 2. & coram Buratt. deciſ. 730. numer. 2. cum alijs per nos citatis, deciſ. 62. num 2.* fuit propterea vnanimi voto reſolutum,
3 Domenicanos † poſſeſſores non eſſe amouendos à commodo poſſeſſionis adeptæ, *gloſ. in cap. 2. in verbo ſequeſtrari, de ſequeſt. poſſeſſ. & fruct. gloſ. in cap. non ſolum, de appellat. in 6. Rot. in recent. part. 2. deciſ. 654. num. 1. cum alijs alle-*
4 *gatis deciſ. 12. num. 11.* Niſi † prius ipſi audiantur, & conuincantur in ordinario Iudicio, *Beniut.*
5 *in puncto deciſ. 83. num. 8.* intereaque † lite pendente ſunt manutenendi, *§. retinendæ, Inſtit. de interdict.* vt millies deciſum fuit in hoc Audi-
6 torio. † Eo præſertim, quia poſſident ex allegato Iudicis decreto in contradictorio Iudicio obtento, *l. iuſtè poſſidet, & leg. qui vniuerſas, §. item cum prætor. ff. de acq. poſſ. Angel. in l. clam poſſidere, §. qui ad nundinas, num. 2. vbi etiam Iaſ. num. 20. eod. tit. Rot. poſt Zacch. de obligat. Cameral. deciſ. 231. num. 2. & in recent. part. 3.*
7 *deciſ. 751. num. 3.* Itaut † eiuſdem Iudicis partes eſſe debuiſſent non ſolum eoſdem poſſeſſores manutenere lite pendente, vt dictum eſt, verum
8 etiam † prohibere aduerſarijs quatenus opus fuiſſet ne illos moleſtarent, ad latè tradita in al-
9 legata *deciſ. noſtra 12. num. 5. & 6.* Ideò † ſequitur, quod ipſe notoriè grauauerit viam ſequeſtri eligendo per auocationem poſſeſſionis ad ſe conſtito iam pridem de certa poſſeſſione illorum, cum ad auocationem poſſeſſionis deueniri non poſſit, niſi quando dubium eſt quis poſſideat, & exinde timentur ſcandala, *iuxta tex. in l. æquiſſimum, §. ſed ſi inter duos, ff. de vſufr. cum alijs cumulatis per D. Poſt. reſolut. 141. num. 127. & in tract. de manut. obſeruat. 75. num. 22. & ſeqq. Beniut. deciſ. 73. per totam.*

10 Nec obſtare poſſe videtur, quod ſequeſtratio, ſiue auocatio poſſeſſionis proueniat à Iudice, cuius auctoritas priuat poſſeſſione, abſque expulſione, *vt diximus deciſ. 39. num. 3.* Quoniam
11 Iudex † non iuſtificato ſcandalo, dicitur nulliter, & iniuſtè proceſſiſſe, & tanquam priuatus turbaſſe, imò etiam ſpoliaſſe, ſi pars ſe habuiſſet pro ſpoliata, *Abb. in cap. conquerente, num. 8. de reſtit. ſpoliat. Menoch. de retinend. remed. vlt. num. 52. Angel. conſ. 207. in fin.* Rota *in recentio. part. 1. deciſ. 513. num. 4. & coram Duran. deciſ. 257. num. 3. & 4.* cum alijs copioſè per nos alle-
12 gatis *deciſ. 116. num. 27. & 79.* Prout † etiam pars aduerſa dicitur turbaſſe dum à Iudice obtinuit ſequeſtrationem, contra poſſidentes, *Poſt. d. tract. obſeruat. 48. numer. 13.* & per conſequens cum non conſtet Dominicanos ſe habuiſſe pro ſpoliatis, competit illis indubitanter manutentio, Rot. *in recent. part. 1. d. deciſ. 513. nu. 4. vbi dantur concordantes.*

AR-

ARGVMENTVM.

Saluianum interdictum, quando detur pro fructibus cenſus: Et plura adducuntur circa emptorem, & poſſeſſorem rei hypothecatæ, qui ſolummodo partem pretij ſoluerat anterioribus creditoribus; An ſcilicet patiatur immiſſionem, vbi poteſt commodè vtrique ſatisfieri.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum competit omnibus, quibus competit hypotheca.*
2 *Saluianum intrat probatis tribus requiſitis hic enumeratis.*
3 *Creditum cum hypotheca in iudicio Saluiani, probatur ex inſtrumento impoſitionis cenſus.*
4 *Poſſeſſio probatur per teſtes, & per clauſulam conſtituti, quæ probat poſſeſſionem conſtituentis, quando agitur contra habentem cauſam ab eo.*
5 *Poſſeſſio rei conuenti in ſaluiano, probatur per teſtes, & per litis ſuſtentationem.*
6 *Ex ijs, quæ veniunt poſt inchoatum iudicium, quando cauſa fuit expreſſa ſpecialis, non debet Iudicis animus ad proferendam ſententiam informari, ſecus quando actum fuit in genere nulla cauſa facta mentione, & num. 7.*
8 *Ius ſuperueniens ex cauſa de præterito conualidat actionem propoſitam.*
9 *Clauſula deducens omnes iura, & omni meliori modo, ſunt apta comprehendere omne ius, etiamſi in libello fuiſset expreſſa cauſa ſpecialis remota.*
10 *In occurrentibus pendente iudicio, officium iudicis eſt latiſſimum, & creſcente lite, creſcit eius iuriſdictio.*
11 *Plus eſt cautionis in rem, quam in perſonam.*
12 *Natura Saluiani eſt, vt actor obtineat immiſſio in poſseſſionem retinendam, donec fuerit ſatisfactus de fructibus decurſis.*
13 *Libelli verba ſunt intelligenda ſecundum ſubiectam materiam, & actum geſtum.*
14 *Duobus petentibus fundum, qui obtinet, præſtat poſseſſori cautionem indemnitatis.*
15 *Quod procedit ſi à poſseſſore petatur.*
16 *Lex, quæ diſponit ad fauorem alicuius, non habet locum niſi petatur.*
17 *Pater eſt vſufructuarius bonorũ aduentitiorũ filij.*
18 *Debitoris factum, non debet creditori ſuo nocere.*
19 *Saluianum experiri poteſt per creditorem patris vſufructuarij bonorum aduentitiorum filij.*
20 *Exceptio quæ competit cedenti, competit etiam ceſſionario.*
21 *Ceſſionarius plus iuris non habet, quam cedens habebat.*
22 *In poſseſſorijs adipiſcendæ exceptio de iure tertij, non releuat poſseſſorem, nec elidit ius agentis.*
23 *Diſcuſſio hypothecæ alterius, quæ concernit petitorium, non admittitur in ſaluiano, quod eſt mere poſseſſorium.*
24 *Poſseſſor ad tuendam ſuam poſseſſionem, non poteſt allegare exceptionem, quæ non ſit iure ſeu deducta.*
25 *Quando petitur immiſſio à ſecundo creditore ſuper rebus diuiſibilibus, tunc poſseſſor retenta ſumma ſoluta anterioribus creditoribus, reſiduum tenetur reſtituere.*
26 *Creditori poſſidenti licitum eſt retinere totum prædium, donec ſibi ſatisfiat, vel offeratur, cum etiam res magni valoris efficiatur hypotheca minoris crediti ad effectum retentionis.*
27 *Declara vt procedat in præiudicium debitoris, cuius reſpectu bona hypothecata in totum remanent affecta. Non autem in præiudicium, & damnum alterius creditoris, vel plurium, ſi omnibus poteſt commodè ſatisfieri, & res patiatur diuiſionem, num. 29.*
28 *Hypotheca eſt indiuidua.*

DECISIO CCLIV.

Rectum fuit reſolutum ſententiam Rotalem eſſe confirmandam ſiquidem D. Antonius de Nobilibus Ciuitatis Æſij potuit aduerſus Mencum Nicoletum tertium poſſeſſorem fundi cenſuati 1 vti remedio vtilis ſaluiani, † quod competit omnibus, quibus competit hypothecaria, *Bart. in l. 1. C. de ſal. interd. Menoch. de adip. remed. 3. quæſt. 7. num. 55. & ſeqq. Rol. conſ. 14. in princ. lib. 1. Scapuc. de ſal. lib. 1. quæſt. 14. num. 3. Cenc. de Cenſ. quæſt. 98. num. 8. & ſeqq. Rot. ex impreſſ. apud eundem deciſ. 261. per tot. & deciſ. 262. num. 1. & nos ſequuti ſumus* 2 *deciſ. 26. num. 12.* Iuſtificatur † enim omnia requiſita, nempè creditum agentis cum hypotheca, & poſſeſſio impoſitoris cenſus de tempore impoſitionis, nec non poſſeſſio rei conuenti, quibus concurrentibus certum eſt intrare remedium allegatum, *Rolan. d. conſ. 14. num. 13. Menoch. d. remed. 3. quæſt. 29. num. 101. cum ſeqq. Pacif. de ſal. inſp. 1. cap. 5. num. 1. & cap. 6. Cenc. de Cenſ. vbi ſupra num. 16. Put. deciſ. 205. lib. 1. Rot. coram Duran. deciſ. 401. num. 1. & coram Duran. deciſ. 822. num. 3. cum ſimilibus;* Credi3tum autem cum hypotheca † ſufficienter iuſtificatur ex publico inſtrumento venditionis cenſus in actis producto, quod facit probationem probatam, *Pacif. d. cap. 5. num. 4. Cenc. tal. quæſt. num. 17. Rot. ex impreſſ. apud eundem deciſ. 95. num. 1. & in recent. par. 1. deciſ. 387. num. 2. & par. 7. deciſ. 135. num. 1. & coram Duran. d. de-*4*ciſ. 401. num. 3.* poſſeſſio † verò Vitorij venditoris

Digitized by Google

tis cenſus de tempore contracti debiti, probatur
non ſolum ex dictis teſtium ad 7. articulum, vt
per Rot. *diuerſ. lib. 3. deciſ. 674. numer. 3. & 4.*
Sed etiam ex clauſula conſtituti poſitis in inſtru-
mento venditionis, dicti fundi, quam ipſe fecit
Menco Nicoleto, ex qua quidem clauſula etiam
ad effectum ſaluiani probatur poſſeſſio conſti-
tuentis, quando prout hic agitur contra haben-
tem cauſam ab eo, *Pacif. de tract. inſp. 1. cap. 6.
num. 19. & inſp. 3. cap. 2. num. 1020. cum alijs
per nos citatis deciſ. 96. num. 38. & ſeqq. Rot. in
recent. par. 6. deciſ. 135. num. 2. & 3. & coram*
Duran. *d. deciſ. 401. num. 6. & coram Buratt. de-*
5 *ciſ. 780. num. 2.* Et demum † poſſeſſio Nicoleti
rei conuenti probatur ex teſtium depoſitionibus
ad 8. articulum, quod ſufficit, *ex Rot. ex impreſſ.
apud Pacif. deciſ. 1. num. 3. & in recent. par. 1.
deciſ. 387. num. 2.* iuncta maximè litis ſuſtenta-
tione, *Cenc. ead. quaſt. nu. 19.* & Rot. *apud eun-
dem deciſ. 261. in fin. Capuc. deciſ. 369. numer. 1.
par. 3. cum alijs per nos allegatis deciſ. 13. numer.
12. deciſ. 44. num. 7. & deciſ. 96. num. 48.*

Non obſtat, quod dicebatur D. Antonium
pro parte egiſſe ſine actione, ex quo retroceſ-
ſionem cenſus reportauit poſt cæptum iudicium.
Quia reſpondetur, quod obiectum procederet
ſi ille ceſſionario nomine tantummodo egiſſet,
6 hoc exprimendo in libello cum † ex ijs, quæ
poſt incoactum iudicium veniunt, quando cauſa
fuit expræſſa ſpecialis non debeat, nec poſſit Iu-
dicis animus ad proferendum ſententiam infor-
mari, *iuxta tex. expræſſum in cap. Abbate ſanè, §.
præfatur igitur, verſ. & hoc, de ſent. & re iudic.*
7 *in 6.* Secus verò, quando † prout in præſenti ca-
ſu actum fuerit in genere nullius cauſę facta men-
tione, vt latius probat *tex. allegatas in §. ſed ad
hoc, verſ. ſecus autem, & declarant Bart. Bal. &
Angel. in l. non poteſt, ff. de iudic. Iaſ. in §. om-
nium, ſub num. 66. Inſtit. de act. Rip. in cap. cum
Eccleſia, num. 118. verſ. vltimo facit, de cauſ. poſſ.
& prop. Gab. qui alios allegat, tit. de iudic. concl.
3. lim. 11. num. 20. & concl. 4. num. 37. Rot.
diuerſ. lib. 2. par. 3. deciſ. 296.* Eò præſertim,
8. quia D. Antonio † ſuperuenit tantum in hac
parte ius agendi, ſed non cauſa, quia cauſa iam
erat de præterito, quo caſu ſi qui poteſt condem-
natio ex iure ſuperuenienti, *l. ſi rem alienam, §.
qui ante, & ibi Bart. & Bal. in ſummario, ac Sa-
lyc. num. 5. ff. de pignorat. act. Gabr. de concl. 3.
num. 10. Giurb. deciſ. 17. num. 23. verſ. niſi ius
illud, Surd. deciſ. 6. num. 1. & deciſ. 44. num. 22.
cum alijs per nos citatis deciſ. 91. num. final.* Qui-
bus accedunt clauſulæ ſalutares in libello D. An-
9 tonij appoſitæ, videlicet † deducens omne ius,
omni meliori modo, quarum vigore etiamſi in
libello fuiſſet expreſſa cauſa ſpecialis remota,
nempè retroceſſio cenſus, actor nihilominus ob-
tinere debuiſſet, *Gab. de concl. 3. in fin. Barz. dec.
Bonon. 70. n. 41. Marc. de clauſ. par. 1. clauſ. 256.
num. 3. Rot. in recent. par. 6. deciſ. 135. num. 5.*

Neque obſtat, quod dicebatur ſententiam eſſe
difformem à libello, in quo actor petijt immitti
in poſſeſſionem fundi retinendam, donec, & quo-
uſque fuerit ſatisfactus de ſcutis 40. pro fructibus
cenſus decurſis, & non ſolutis, & aſſecurari de
in futurum decurrendis. Et ſententia non facta
mentione talis ſummæ, declarat actorem immit-
tendum in poſſeſſionem fundi retinendam, do-
nec ipſe fuerit ſatisfactum de fructibus decurſis,
& non ſolutis, & in futurum decurrendis. Quia
pro reſponſione animaduertebāt Domini, quod
actor intendebat ſatisfieri de fructibus decurſis,
& ſententia hoc idem intendit. Et quamuis tem-
pore latæ ſententiæ fructus aſcenderent ad ma-
iorem ſummam, nihilominus tota ſumma vide-
batur in libello incluſa, & ſententia tenet, quia
10 creſcente lite, † creſcit iuriſdictio, & in occur-
rentibus pendente iudicio officium Iudicis eſt
latiſſimum, *Pereg. de fideicom. art. 49. num. 246.
Couar. var. lib. 1. cap. 3. num. 1. in fin. Gabr. tit.
de iudic. concluſ. 2. num. 5.* Gratian. *deciſ. 226.
num. 16.* Et ſimiliter actor intendebat aſſecurari
pro fructibus decurrendis, vſque ad extinctionem
ſortis, quod aliud importare non poteſt, niſi de-
tentionem fundi pro ſatisfactione fructuum de-
11 currendorum, † cum plus ſit cautionis in rem,
quam in perſonam incumbere, *l. plus cautionis,
ff. de reg. iur. & ibi Decius num. 1.* Maximè quia
12 hoc eſt conforme naturæ huius iudicij, in quo †
regulariter actor obtinet immitti in poſſeſſio-
nem retinendam, donec fuerit ſatisfactus de fru-
ctibus decurſis, & in futurum decurrendis, *Bo-
cacc. tract. de cenſib. par. 3. num. 5. Cenc. eo tract.*
13 *de quæſt. 98. num. 26. & 27.* Et verba † libelli e-
rant per Iudicem intelligenda ſecundum hanc ſu-
biectam materiam, & actum geſtum, *Surd. deciſ.
11. num. 16. & deciſ. 322. num. 29.*

Nec pariter viſum fuit obſtare, quod ad cau-
ſam venerit in prima inſtantia Ioannes Marcellus
tanquam creditor anterior Vitorangeli, & ſic
tanquam habens anteriorem hypothecam ſuper
14 fundo de quo quæritur. Iudex † non potuerit fer-
re ſententiam contra poſſeſſorem, ad fauorem
actoris, niſi condemnato etiam ipſo actore ad
præſtandam cautionem, ad fauorem ipſius poſ-
ſeſſoris de reſtituendo fundum, in caſu quo ipſe
Ioannes Marcellus in iudicio obtinuiſſet, *iu-
xta text. in leg. ſi à quo, ff. de rei vend. & Iaſ. pe-*
15 *ult. ff. de pet. hered.* Quia † reſpondetur,
quod cautio huiuſmodi non fuit per poſſeſſorē
petita, & illa non debetur, niſi à parte petatur,
*gloſ. final. in l. vniuerſa, C. de præc. imp. offeren.
& ibi Iaſ. num. 2. Gail. pract. obſer. lib. 2. obſer.
46. num. 9. Franch. March. deciſ. 83. nu. 2. par. 1.*
16 Diſpoſita enim † à iure ad fauorem alicuius,
etiamſi lex diſponat id ipſo iure fieri, intelligitur
ſemper parte petente, *Giurb. qui alios citat dec.
13 num. 8. Surd. deciſ. 57. numer. 16. verſ. quæ
verò dicuntur, Mantic. deciſ. 145. num. 3.*

Similiter non obſtat, quod Menco poſſeſſori

reo

reo conuento, qui fundum emerat à Vitorange-
lo, & Ioanne Chriſtopharo eius filio cedenti ei-
dem emptori omnia iura ſibi competentia ſuper
eodem fundo pro dotem materna competat re-
tentio pro quantitate dictæ dotis cuius hypothe-
ca eſt longè anterior, quam iſta cuius vigore egit
Dominus Antonius. Quia reſpondetur reſpectu
17 Vitorangeli, † qui eſt vſufructuarius bonorum
aduentitiorum filij, *l. final. C. bon. quæ lib. & to-*
18 *to tit. C. de bon. mat.* Clari iuris eſse, † quod eius
factum non poteſt, nec debet Domino Antonio
creditori nocere, *l. debitorum pactionibus, C. de*
pact. l. 1. C. deb. vend. pign. imp. non poſſ. Surd.
deciſ. 286. nu. 2. Rot. in recent. par. 2. deciſ. 563.
num. 3. & 4. Et quoad Chriſtophorum filium
dicebatur, quod licet ipſe venditioni cōſensū pre-
ſtiterit reſpectu dotis maternæ nihil efficit, quia
19 viuente eius patre † vſufructuario dotis, non eſt
extincta hypotheca Domini Antonij, quam ha-
bet in ipſo vſufructu, ſuper quo experiri poteſt
remedio ſaluiani, vt latè probat *Pacif. d. tract.*
inſpect. 3. cap. 2. num. 672. cum ſeqq. Et conſe-
20 quenter † fas non eſt Menco Nicolao excipere
illud, quod non poteſt Chriſtophorus filius Vi-
torangeli ratione dotis maternæ, *l. de acceſſioni-*
bus, ff. de diuerſ. & temp. præſcr. l. emptor, C. de
evict. Scapucc. d. tract. lib. 2. quæſt. 6. num. final.
verſ. res verò, Surd. deciſ. 140. numer. 2. & 3.
21 Ideò ſicut filius viuente patre † non poteſt alle-
gare retentionem, & in bonis inſiſtere pro dote
materna, ita nec poteſt hoc facere Nicoletus
ceſſionarius, qui cenſetur eadem perſona cum
cedente, nec plus iuris habet, *cap. denique 7. qu. 1.*
l. in omnibus, §. non debet, ff. de reg. iur. Rot.
penes Pacif. deciſ. 277. num. 5. & 278. num. 8.
Greg. deciſ. 47. num. 4. & 5. & nos diximus deci.
68. num. 61. & ſeq. & deciſ. 100. numer. 23. et
ſequen.

Præterea reſpondetur, quod anterioritas,
& hypotheca alterius deduci non poteſt à Nico-
leto poſseſsore ad impediendum hoc iudicium
22 ſaluiani, non ſolum, † quia in poſseſsorijs adipi-
ſcendæ exceptio de iure tertij non releuat poſ-
ſeſsorem, nec minus elidit ius agentis, *Scapucc.*
lib. 2. quæſt. 7. num. 1. & 2. quem retulimus, &
ſequuti ſumus, deciſ. 39. num. 22. & deciſ. 109.
num. 5. Buratt. deciſ. 76. num. 18. Sed etiam
23 quia diſcuſſio † hypothecæ alterius, ſcilicet Chri-
ſtophori concernit petitorium, & reſeruato in
plenario iudicio, itaut de ea modò non ſit haben-
da ratio, cum vtile ſaluianũ nihil commune ha-
beat cum proprietate, *Scapuc. d. quæſt. 7. num.*
2. cum alijs per nos notatis d. deciſ. 39. num. 23.
& 24. & deciſ. 109. num. 5. Amat. deciſ. 27. nu.
6. & ſeqq. vbi fortius dicit ſub num. 11. Quod in
tantum anterioritas hypothecæ alterius in hoc
iudicio non eſt conſiderabilis, vt quamuis vxor
ipſa, quæ pro ſuis dotibus anterior exiſtit ven-
didiſset, non poſset poſseſsor ſe tueri huiuſmo-
di anterioritate, quæ non eſt adhuc in eſse dedu-
cta, hoc eſt in actu, licet ſubſit in potentia, eo
quia multa contingere poſsunt, propter quæ illa
non ſortiatur effectum, vel ex parte Chriſtopho-
ri puta, quod moriatur viuente patre, vel ſi vi-
uat nolit mortuo patre contra eadem bona expe-
24 riri, & per conſequens non † poteſt Nicoletus
poſseſsor ſe tueri exceptione, quæ non eſt effi-
caciter formata, *vt latè per Scapuc. d. quæſt. 7.*
num. 4. Oſaſch. deciſ. 115. nu. 6. Greg. deciſ. 410.
num. 6. Rot. *ex impreſſ. per Pacif. deciſ. 263. nu-*
mer. 2.

Similiter non obſtat, quod Menco ſaltim cō-
petat retentio totius prædij pro ſcutis 300. ſolu-
tis ex pretio dicti fundi in extinctionem cenſus
anterioris. Quia fuit reſponſum, quod immiſ-
ſio petita, & conceſsa, eſt ſolum ſuper quanti-
tate ſalmarum decem ſuper quibus cenſus fuit
impoſitus; Et prædium, quod poſſidet Men-
cus eſt in totum ſalmarum quatuordecim, cum
dimidio; ideò Menco remanent ſalmæ quatuor
cum dimidio, quæ tranſcendunt facta æſtimatio-
na valorem prædictum ſolutum re vera anterio-
ribus creditoribus. Vndè cum non verſemur in
re indiuidua, & ſterili, vt puta gemma, itaut
non poſſit Mencus priuari parte quin priuetur
toto, ſeù in re minoris, quam ſit creditum ſolu-
25 tum anteriori, vel valoris æqualis, ſed † potius
verſemur in fundo diuiduo fructifero, & valdè
maioris valoris, quam ſit dicta ſumma ſoluta
anteriori creditori, omnis æquitas ſuadet, vt
Mencus retenta rata prædij ſcilicet ſalmarum
quatuor cum dimidio æquiualente ſummæ ſolu-
tæ anteriori creditori, reſiduum, quod eſt ſal-
marum decem dimittat, vt in eo immiſſionem
Domini Antonii ſecundi creditoris patiatur, cum
pro ſumma, quæ non fuit ſoluta anterioribus,
ſed ipſimet venditori nullum præiudicium fuerit
generatum hypothecæ domini cenſus modo a-
genti, & petenti immiſſionem, *l. debitorem, C.*
de pig. & hypoth. Pacif. de ſal. inſpect. 3. cap. 2.
num. 438. Adden. ad Scapuc. eod. tract. lib. 2.
quæſt. 6. Rot. *apud eundem Pacif. deciſ. 83. num.*
9. & ſeqq. quæ eſt etiam in recent. par. 1. deciſ. 559.
num. 5. & coram Mantic. deciſ. 69. num. 3. & in
Romana, ſeu Sabinen. cenſus 12. Iunij 1623. coram
Eminentiſs. Cauál. inter eius impreſſas, deciſ. 652.
num. 4. & 5. & in eadem 20. Nouembris 1614.
coram Vbaldo, quæ eſt poſt addit. Cenc. de Cenſ. de-
ciſ. 128. num. 1. & ſeqq. Et in Ciuitatis Caſtelli 9.
Februarij 1629. coram Coccin. Decano, & 20. No-
uembris 1630. coram Merlino, vbi fuit data im-
miſſio ſuper quatuor ex nouem partibus. *Et in*
Firmana ſaluiani 24. Maij 1632. quæ eſt in recent.
par. 6. deciſ. 135. num. 14. & ſeqq. & 20. Ia-
nuarij 1633. coram eodem, vbi fuit data immiſ-
ſio in duabus ex quinque partibus prædij pro in-
diuiſo, *& in Romana Legati, ſeù Palatij 17. Iunij*
1633. coram Ghislerio, & nos alias firmauimus
deciſ. 74. num. 13. et 14. deciſ. 109. num. 16. et
deciſ. 206. num. 39. et 54. Adden. ad Buratt. de-
ciſ.

Digitized by Google

26 *ciſ. 420. num. 10.* Nec † releuat, quod replica-
batur licitum eſſe Menco retinere totum prædiũ,
donec ſibi ſatisfiat, vel offeratur ſolutum anterio-
ri, cum etiam res magni valoris efficiatur hypo-
theca minoris crediti ad effectum retentionis,
ſecundum doctrinam *Bart. in l. moſcbis, num. 1.*
verſ. nam pro parno, ff. de iure fiſci. Quia fuit re-
27 ſponſum, † doctrinam allegatam procedere in
præiudicium debitoris cuius reſpectu bona hy-
pothecata in totum remanent affecta, itaut poſ-
ſit à creditore, qui reperitur in poſſeſſione reti-
neri, vel diſtrahi, *iuxta tex. in l. creditores, ff. de*
28 *diſtract. pign. l. quamuis, C. eod.* Et tunc † etiam
dici ſolet hypothecam eſſe indiuiduam, *Soc. Sen.*
conſ. 135. num. 2. lib. 1. Cran. conſ. 35. num. 15.
ad effectum, nempè vt creditor poſſit eligere
vnum ex pignoribus ſibi benè viſum, & ſuper eo
ſatisfieri, *d. l. moſcbis, & l. creditores, & l. qui*
generali, ff. qui pot. in pign. hab. Surd. deciſ. 44.
num. 6. & 7. & diximus deciſ. 109. numer. 15.
29 Non autem procedunt † in præiudicium, ac dam-
num alterius creditoris, qui ſaluiano experiri in-
tendit, vel in damnum aliorum creditorum con-
currentium, ſi omnibus poteſt commodè ſatiſ-
fieri, & res patiatur diuiſionem, *vt diximus in*
allegatis deciſionibus noſtris, quibus ſcriptis addi-
mus, Fereatill. ad Buratt. in d. deciſ. 420. num. 11.
& Rot. in recent. par. 6. d. deciſ. 135. num. 8. &
ſeqq. vbi latè, doctè, & magiſtraliter declaratur
tota hæc materia, &c.

A R G V M E N T V M.

Ad fundandam iuriſdictionem Iudicis ad quem appellatur, verba ſententiæ attenduntur.

S V M M A R I V M.

1 *Rota Maceraten. in cauſis excedentibus ſummam ſcutorum centum requirit votum coauditorum.*
2 *Ad iuriſdictionem Iudicis fundandam non eſt examinanda veritas.*
3 *Quod petitur ſemper inſpicitur.*
4 *Ad fundandam iuriſdictionem Iudicis ad quem appellatur, non attenditur petitio primæ inſtantiæ, ſed forma ſententiæ.*
5 *Obligatio pro ſorte, & fructibus, dicitur vnica cauſa.*
6 *Coaceruatio ſummarum fit etiam ad impediendam iuriſdictionem, quando procedunt ex eadem actione, & petitione.*
7 *Sententia vnica verborum ſtructura concepta, dicitur indiuidua.*
8 *Coaceruatio ſummarum fit quando fauetur iuriſdictioni.*
9 *Iuriſdictio totius Rotæ Maceraten. præualet iuriſdictioni ſingulorum Auditorum.*
10 *Coaceruatio ſummarum facienda non eſt ad impediendam iuriſdictionem ſingulorum Auditorum Rotæ Maceraten.*
11 *Iuriſdictionis limitatio non trahitur ad incrementum, ſed ad principium. Limita, vt num. 12.*

DECISIO CCLV.

Vigore Conſtitutionis Rotalis, §. 17.
1 28. & 30. Cauſa, † quæ excedit
ſummam ſcutorum centum de
voto Rotæ eſt decidenda, vt in
terminis eiuſdem Conſtitutionis
firmant, *Amat. deciſ. 5. num. 1.*
& Gratian. deciſ. 226. num. 8. in fin. Vndè cum
dubitaretur, propoſitumque eſſet dubium: An
ſententia lata inter Dominos de Guglielmis, &
Bocauecchiam, quæ continet liberationem ab
obligatione cenſus in ſumma ſcutorum 100. pro
ſorte & 10. pro fructibus ſit comprehenſa à con-
ſtitutione in locis præcitatis faciendo coaceruatio-
nem ſortis, & fructuum ad effectum de quo
agitur, fuit per omnes votatum, quod etſi ad
2 iuriſdictionem Iudicis concedendam † non ſit e-
xaminanda veritas, ſed potius attendenda for-
ma libelli, ſiuè petitionis, *ad tex. in l. cum qua-*
dam puella, §. quoties, vbi Bal. num. 1. de iuriſ.
om. Iud. Alex. conſ. 57. lib. 2. Neuiz. conſ. 15. n.
16. Rolan. conſ. 87. num. 5. lib. 2. Gratian. d. de-
3 *ciſ. 226. num. 1.* Cum † ſemper inſpiciatur illud,
quod petitur, *l. in commodato, §. penult. ff. com.*
Canall. quæſt. 60. per totam. Affl. deciſ. 297. nu-
mer. 3. Attamen in caſu propoſito in gradu ap-
4 pellationis † non eſſe attendendam petitionem
primæ inſtantiæ, ſed inſpiciendum tenorem ſen-
tentiæ, à qua fuit interpoſita appellatio, *iuxta*
tex. in l. offerendis, vbi gloſ. & Bart. numer. 2. C.
de appellat. Reginell. pract. quæſt. cap 42. num.
25. Amat. d. deciſ. 5. num. 5. Grat. d. deciſ. 226.
5 *num. 9.* Ea nimirum ratione, quia obligatio † de
liberãdo Simeonem Bocauecchiam fideiuſſorem
à cenſu, & fructibus facta vno eodemque tempo-
re operatur, vt vnica cauſa liberationis dicatur,
Alex. in l. ſi idem, num. 6. ff. de Iuriſ. om. Iud.
Cenc. de Cenſ. quæſt. 118. num. 7. & 8. Put. dec.
323. num. 4. lib. 1. Proindè fit conſequens, vt
6 vbi diuerſæ † ſummæ debitæ deſcendunt ex eadẽ
actione, & petitione, vt hic rectè fiat coaceruatio
etiam ad impediendam iuriſdictionem, *l. ſi*
quis ſeparatim, §. ſi quis vna, vbi Doct. ff. de
appellat. Scacc. de appellat. quæſt. 17. lim. 9. num.
25. Tort. ad ſtat. Papiæ lib. 1. Rub. 46. numer.
19. & 20.

Quod præſertim locum ſibi vendicat in caſu
propoſito, vbi ſententia tanquam vnica ſtructu-
7 ra † verborum concepta dicitur indiuiſibilis, *l. 1.*
§. hac verba, ff. ne vis fiat ei, Abb. in cap. cum
inter, num. 25. de re iudic. Rolan. conſ. 7. nu. 88.
lib. 3.

lib. 3. Put. deciſ. 323. num. 1. & 2. lib. 1. Rot. diverſ. par. 2. deciſ. 33. num. 6. & in recent. par. 1.
8 *deciſ. 431. num. 2.* Quibus † accedit fauor iuriſdictionis Rotalis, quo caſu multò magis intrat cumulatio, *Alex. in d. l. ſi idem, numer. 3. & 4. Iaſ. num. 3. Soc. num. 6 ff de iuriſ. omn. Iud.* Et
9 licet † in hoc videatur diminui iuriſdictio ſingulorum Auditorum, tamen præualere dicendum eſt iuriſdictionem Rotalem, vt deſumitur ex eadem *conſtit. num. 3. & ſeqq. & notauimus deciſ. 47. num. 3.* Ad ſimilitudinem iuriſdictionis ordinariæ, quæ præualere debet iuriſdictioni delegatæ, *Alex. & Iaſ. in d. l. ſi idem, num. 3. idem Alex. conſ. 135. num. 4. lib. 4. Pereg. deciſ. 145. num. 6. Gratian. diſcept. 960. num. 38. & nos diximus d. deciſ. 47. num. 4.*
10 Non obſtat, quod dicebatur non eſſe faciendā coaceruationem ſummarum ad impediendam iuriſdictionem ſingulorum Auditorum, *ex l. ſi idem cum eodem, ff. de iuriſ. omnium iudic. per legem ampliorem, § final. & ibi Salic. C. de appell.*
11 cum † limitatio ſuſtineat ob onus non trahatur ad incrementum, ſed ad principium, *Myſing. obſer. 100. num. 1. cent. 3. Grat. d. deciſ. 260. num. 17.*
12 Quia reſpondetur † id non procedere, vbi incrementum etiam à principio in petitione comprehenderetur, vt in caſu noſtro comprehenditur expetita liberatione fideiuſſoris à cenſu ſcutorum centum, & fructibus, vt in puncto obſeruent *Myſing. obſeruat. 100. num. 3. cent. 3. Gratian. d. deciſ. 226. num. 18.*

ARGVMENTVM.

Inſtitutus debet eſſe actu Sacerdos, quando in fundatione beneficij qualitas Præsbyteratus iuncta eſt verbo eligendi, ſecundum regulam, quod qualitas adiecta verbo referenda ſit ad tempus verbi.

SVMMARIVM.

1 *Grauatus à Iudice per extraiudicialem actum, ab illo poteſt appellare.*
2 *Appellatio ſi non ſit proſequuta in tempore à ſtatuto præfixo efficitur deſerta.*
3 *Sententia iuſta confirmari debet.*
4 *Iniuſtitia notoria dicitur illa, quæ reſultat ex eiſdem actis.*
5 *Reuiſionis iudiciū per eadem acta expediri debet.*
6 *Appellatione deſerta in terminis Conſtit. Marchiæ non poteſt amplius dici de nullitate etiam notoria.*
7 *Epiſcopus eſt legitimus exequutor piarum legatorum.*
8 *Qualitas Præsbyteratus adiecta verbo eligendi debet verificari de tempore electionis, & numer. 22.*
9 *In paritate meritorum eſt locus gratificationi.*
10 *Clericus beneficium Sacerdotale obtinens ſi eſt diſpenſatus à Papa perinde eſt, ac ſi eſſet actu Sacerdos.*
11 *Inter concurrentes ad beneficium iuris patronatus ille dicitur potior, qui habet qualitatem requiſitam à fundatore.*
13 *Tenor fundationis beneficij eſt attendendus ad cognoſcendam qualitatem illius.*
14 *Quando qualitas Sacerdotalis eſt adiecta actui præſentationis, tunc qualitas celebrandi per ſe ipſum requiritur in actu electionis.*
15 *Secus verò vbi qualitas Sacerdotalis non adiungitur ipſi actui electionis, ſed tantum illius proſequutioni, & aptitudini præſentati.*
16 *Nec refert an verbis affirmatiuis, vel negatiuis exigatur iſta qualitas Sacerdotalis.*
17 *Lex non eſt impoſita verbis.*
18 *Obſeruantia ſolet eſſe æqua interpres ad dignoſcendum, an præſentatus debeat eſſe actu Sacerdos.*
19 *Præsbyteri nomen ex proprietate ſermonis ſignificat idem quod ſenior.*
20 *Et licet verificari poſſit aliquando in ſimplici Clerico.*
21 *Tamen propriè ad Sacerdotem tantum ſpectat.*

DECISIO CCLVI.

1 QVamuis pendente lite Ioſephus Creſcimbenus de Caſtro Lauri † appellare potuerit ab extraiudiciali actu conceſſionis literarum Domini Vicarij Firmani ad fauorem R. D. Piſani, ex traditis per *Scac. in tract. de appellat. quæſt. 2. numer. 45. & quæſt. 17. Amp. 13. num. 36. & ſeqq. & per Marant. in ſuo ſpec. par. 6. art. 2. in verb. quandoque*
2 *appellat, num. 278.* Attamen † cum ipſe appellationem non ſit proſequutus in tempore præfixo à conſtitutione, vt conſtat ex calculo in actis exhibito illa vtique dicitur deſerta, etiamſi verſemur in grauamine extraiudiciali, *Scac. d. quæſt. 17. lim. 1. num. 7.* Sicut illam deſertam declara-
3 uit olim Rota per decretum, quod † tanquam iuſtum, & validum venit hodie in gradu appellationis confirmandum, *vt diximus deciſ. 92. num. 1.* etiam ſtantibus fidibus, & atteſtationibus no-
4 uiſſimè productis; Cum † allegata iniuſtitia notoria debeat ex eiſdem actis, non autem ex nouiter deductis apparere ad effectum, vt dici poſſit ſententiam non feciſſe tranſitum in iudicatum, & deſeri non potuiſſe, *vt diximus deciſ. 38. num. 2. Surd. deciſ. 260. num. 30. Caput. deciſ. 323. num. 5. par. 1. Seraph. deciſ. 823. num. 2. Buratt. deciſ. 630. num. 2.* Eò præſertim, quia hæc ſecunda pronuncia in Rota videtur habere vim re-
5 uiſionis † expediendæ ex eiſdem actis, *ad latè tradita*

dita per Maſtrill. deciſ. 196. nu. 25. & per Giarb.
deciſ. 14. num. 10. vbi dantur concordantes.

Non obſtat, quod dicebatur notoriam iniuſti-
tiam reſultare ex literis miſſiuis præfati Domini
Vicarij, qui mandauit immitti in poſſeſſionem
Legati Pij, de quo quæritur R. P. Piſanum, vti
Sacerdotem proximiorem teſtatoris. Quia præ-
6 terquam † quod appellatione deſerta in termi-
nis dictæ conſtitutionis præfigentis terminum
ad dicendum de nullitate, non poteſt amplius ap-
pellans audiri ex forma dictæ conſtitutionis, vt
in puncto firmant Cost. de moment. lim. 7. num.
67. Rolan. conſ. 83. num. 16. lib. 1. Mar. Ant.
var. lib. 2. reſol. 19. num. 8. Put. deciſ. 407. lib.
2. & deciſ. 343. num. 4. lib. 3. & latius deduxi-
mus in alia Firmana deſertionis de Ruffis. Re-
7 ſpondetur vlterius, quod cum † Epiſcopus, ſiue
eius Vicarius ſit legitimus executor Legatorum
Piorum, Clem. 1. de teſtam. Conc. Trid. ſeſſ. 22.
c. 8. de refor. etiam datis exequutoribus, Couarr.
in cap. 3. num. 5. de teſtam. Nauar. tit. de relig.
dom. conſ. 3. Genuen. in Prax. Archiep. Neap.
cap. 85. num. 25. & ſeq. Capell. Tholoſ. deciſ.
89. 112. & 135. Seraph. deciſ. 611. num. 7. Mar.
Ant. var. lib. 1. reſol. 112. caſu 53. verſ. & fuit
reſolutum, Barb. de off. Epiſc. alleg. 82. num. 15.
& 26. videtur dicendum literas præfatas non
continere iniuſtitiam ſaltim notoriam ad effectũ
cauſandi nullitatem, & impediendi curſum fata-
lium. Maxime, quia Dominus Vicarius exe-
quutor teſtamenti, de quo quæritur immitti man-
dauit Piſanum actu Sacerdotem, iuxta verba ex-
preſſa fundationis Beneficij, (ibi) recada ad al-
tro Prete parente, ſe vi ſarà, ò altro non parente,
che celebri detta Meſſa per l'anima mia, ex quibus
8 verbis † deſumitur, quod teſtator voluit, vt qua-
litas illa Præsbyteratus, & oneris celebrandi
Miſſam debeat ineſſe, & concurrere de tempore
electionis, cum qualitas adiecta verbo referenda
ſit ad tempus verbi, l. in delictis, §. ſi extraneus,
ff. de noxal. Lamber. de iure patron. lib. 2. par. 1.
quæſt. 7. in princ. art. 27. numer. 1. & ſeqq. Mar.
Ant. var. lib. 1. reſol. 3. num. 3. & reſol. 4. num.
1. Maſtrill. deciſ. 2. num. 7. & 8. Rot. in recent.
par. 1. deciſ. 496. num. 2. & ſeqq. & par. 2. dec.
216. num. 1. & ſeqq. & coram Buratt. deciſ. 680.
num. 4. & 5. & nouiſſimè firmat eadem Rot. co-
ram R. P. D. Merlino in vna Maceraten. Beneficij
Veneris 1. Aprilis 1639. Quamquidem deciſio-
nem infra poſuimus ad vtilitatem publicam,
tanquam caſus ſit exemplaris, & valde accom-
modatus ad materiam huius vltimi dubij.

Domini Angelus, & Antonius Maria fuerunt
præſentati ad Beneficium, quod vtrimque præ-
ſuponitur de Iurepatronatus familiæ quondam
Comitis de Benedictis, & ambo medietatem vo-
cum habuerunt, & ſub eadem data derogatio-
nem pro alia medietate obtinuerunt à S. D. N.
pareſquè videbantur in qualitatibus, vel ſaltem
vnius qualitas, & prærogatiua æquari poterat,
9 cum altera alterius præſentati, adeò † vt in hoc
æquilibro meritorum, potuiſſet eſſe locus grati-
ficationi, vt per Abb. in cap. cum autem, ſub nu-
mer. 3. de iure patr. Lamber. de iure patron. par. 3.
lib. 2. quæſt. 4. in princ. art. 11. num. 1. Caſ. de
Graſſ. deciſ. 1. numer. 9. de iure patron. Card. Ca-
nal. deciſ. 517. num. 7.

Cæterum Dominis viſum fuit hoc beneficium
eſſe Sacerdotale, itaut opus fuerit præſentari Sa-
10 cerdotem actu. Vnde, † cum Angelus ſuper
hoc obtinuerit diſpenſationem à Papa, perindè
eſt, ac ſi eſſet actu Sacerdos, ex notatis per Dec.
in cap. at ſi Clerici, §. de adulterijs, num. 168. de
Iudicijs, Oldrad. conſ. 215. num. 6. Rot. in recent.
deciſ. 12. num. 13. par. 5. Lotber. de re benif. lib.
1. quæſt. 40. num. 167. & ſeqq. Hanc autem di-
ſpenſationem non obtinuit Antonius Maria, &
11 propterea † eo potior iudicari debet Angelus,
cum habeat qualitatem requiſitam à fundatore,
ex cap. decernimus 16. quæſt. 7. Rochus de Curt.
in tract. de iure patron. verbo Honorificum, num.
21. Rebuff. in praxi, tit. requiſita ad collationem,
num. 35. Rot. in Toletana Capellaniæ 14. Febr.
1583. & in Salamantina Capellaniæ del Vote 13.
Nouembris 1585. coram Orano, illa relata per
Garz. de benef. par. 7. cap. 1. num. 117. & coram
Card. Seraph. deciſ. 774. num. 1. coram bon. mem.
Buratt. deciſ. 680. in princ. Io. Baptiſta Ciarlinus
Controu. foren. cap. 1. num. 97. Et ſic Domini di-
xerunt, D. Angelum eſſe præferendum.

Quod autem hoc beneficium ſit Sacerdotale,
vt neceſſarium fuerit præſentari Sacerdotẽ actu,
deſumebatur ex verbis fundationis, ibi (hæredes
prædicti debeant eligere vnum Præsbyterum in
Cappellanum, qui teneatur bis in hebdomada ce-
12 lebrare Miſſas,) in quibus ponderandum eſt, †
quod teſtator in ſimul iunxit actum electionis cũ
qualitate Præsbyteratus in Cappellanum, & cum
onere celebrandi, adeò vt qualitas illa Præsby-
teratus, & oneris celebrandi Miſſas, per conſe-
quens debeat ineſſe, & concurrere de ipſo tem-
pore electionis, cum qualitas adiecta verbo, in-
telligatur, & referenda ſit ad tempus verbi, l. in
delictis, §. ſi extraneus, ff. de noxal. gloſ. in cap.
nemo, verbo Sacerdotio, de elect. in 6. ita in pun-
cto concludunt Abb. in Clem. vt ibi numer. 12. &
ibi Imol. num. 27. & 28. Vital. in §. in illa, num.
16. de ætat. & qualit. idem Abb. egregiè in capit.
cum in cunctis, §. inferiora, num. 10. & ſeq. de
elect. & ibid. Dec. num. 7. idem Dec. conſ. 129.
num. 5. Rip. in l. ex facto, num. 31. ff. de vulg.
Pariſ. conſ. 50. num. 13. & ſeqq. lib. 4. Lambert.
de iur. patr. lib. 2. par. 2. quæſt. 7. art. 27. & 29.
Guttier. conſ. 1. num 9. & ſeqq. Caſt. Palao tract.
13. diſp. 1. punct. 6. numer. 11. & 12. vbi in his
præciſis terminis fuit dictum à fundatore, vt be-
neficium conferretur Præsbyteris, & fuit reſolu-
tum in Parmen. Iuriſpatronatus 8. Iunij 1523. co-
ram Card. Blanchetto, quæ eſt deciſ. 580. par. 4.
div. in Firmana Iuriſpatronatus 26. Nouemb. 1582.

coram

Digitized by Google

*coram bon. mem. Card. Pamphilio, & in Placenti-
na beneficij 3. Iunij 1613. coram R. P. D. meo Pi-
ronano, quæ eſt deciſ. 496. par. 1. rec. vbi alia de-
ciſ. allegantur nu. 2. & in* Recanaten. *Beneficij 14.
Martij 1608. coram bon. mem. Card. Lancellotto,
quæ eſt deciſ. 216. par. 2. recent.* vbi etiam man-
dabatur eligi Præsbyterum.

Nec contradicit *dec.* in *Romana Capellania 23.
Ianuarij 1589. coram bon. mem.* Card. *Pamphilio,
quæ eſt apud Marcheſ. de commiſſ. par. 1. fol.* 140.
Nec allegatio *Lapi 35. num. 4. & allegatio* 117.
cum ingenti Cathalogo Doctorum, quos refert
*Sanchez conſ. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 48. nu. 12.
& Pater Diana quæſt. moral. lib. 4. reſolut. 227.*
13 *verſ. verum ego.* Quoniam † pro reſponſione ſunt
ponderanda verba fundationis à quibus hæc que-
ſtio tota definienda eſt, *cap. præterea el 2. de iure
patron. Abb. d. §. inferiora, n. 11. de elect. Lamb.
de iurepatr. par. 1. lib. 2. quæſt. 7. art. 18. nu. 2.
Rota d. deciſ. 496. num. 2. par. 1. & d. deciſ. 216.
num. 2. par. 2. recen. Pariſ. d. conſ. 50. num. 14.
lib. 4. Barbat. ab omnibus citatus conſ. 33. num. 8.
lib. 2. Garz. de benef. par. 7. cap. 1. num. 84.*
14 Aut onus celebrandi, & qualitas Sacerdotalis
exigitur ad actum, & in actu electionis, & tunc
qualitas Sacerdotalis, & celebrandi per ſe ipſum
actu requiritur in ipſo tẽpore, & in actu electionis
& præſentantionis, & in his terminis loquuntur
*Abb. in d. §. inferiora, num. 10. Vitalin. in d. §. in
illa, nu. 16. & 17.* & alij cumulati etiam ab ipſo
Sanchez d. dub. 48. num. 10. & in his terminis lo-
quuntur etiam *dd. deciſ. Parmen. Firmana, & Pla-
centina, ac* Recanaten. *ſupra allegata,* & faciunt
tradita per *Lother. de re benefic. lib. 2. quæſt. 47.
num. 16. & ſeqq.*
15 Aut verò qualitas Sacerdotalis, & onus cele-
brandi non adiungitur ipſi actui electionis, ſed il-
lius proſequutioni, & aptitudini præſentati, &
tunc non requiritur, quod præſentatus ſit actu Sa-
cerdos, quia vel in proſequutione, & tractu tem-
poris fiet Sacerdos, & onus implebit per ſe, vel
per alium, & videtur, quod in hoc caſu, talis ce-
lebratio potius inhæreat Sacello, & Beneficio,
ſcilicet, vt ibi celebretur, non autem perſonæ præ-
ſentatæ, & ſatis tunc eſſet ſatisfactum voluntati
fundatoris, dum à quocumque ibi ſacra celebre-
tur liturgia. *Abb. in d. cap. cum in cunctis, § in-
feriora, num. 10. in primo caſu, de elect. & ibidem
Dec. d. num. 7. & d. conſ. 129. ad fin. verſ. allega-
ta in contrarium, & Rip. optimè d. leg. ex facto, d.
num. 31. ff. de vulg. Pariſ. conſ. 50. num. 17. lib.
4.* Roch. *de Curt. de iurepat. verbo Honorificum,
quæſt. 4. num. 21. verſ. ſi autem.* In hoc autem
ſecundo caſu loquitur *d. deciſ.* Roman. *Capellaniæ
23. Ianuarij 1589. coram bon. mem. Card. Pamphi-
lio,* quia ibi non erat qualitas Sacerdotalis adie-
cta actui præſentationis, ſed proſequutioni, &
aptitudini præſentati, *Lapus autem d. allegat. 35.
non contradicit,* ibi enim fundator celebrationem
Miſſarum non iniunxerat electo, ſed independen-
ter dixerat pro Miſſis celebrandis, & ſic ibi erat
ſatisfactum fundatori, ſi à quocumque celebren-
tur Miſſæ, quod ſecus eſt in verbis præſentis fun-
dationis (eligant vnum Præsbyterum in Capel-
lanum, qui teneatur bis celebrare) & relatiuum
illud (qui) eſt perſonaliſſimum, & ad oculum
demonſtrat Præsbyterum in Capellanum eligen-
dum, debere illas Miſſas celebrare.

Alij autem Doctores, qui poſſent allegari, vel
loquuntur iuxta dictam diſtinctionem, vel ſi præ-
dictæ diſtinctioni aduerſantur, non ſunt audien-
di, quia loquuntur contra communem opinio-
à Rota approbatam, & illorum rationes conclu-
dunt ſolum, quando qualitas Sacerdotalis, & ce-
lebrandi, reſpicit proſequutionem, & aptitudi-
nem præſentandi, non autem, quando reſpicit
16 initium, & ipſum actum electionis, Nec † via
facienda eſt, An verbis affirmatiuis, vel negatiuis
exigatur iſta qualitas Sacerdotalis, & onus cele-
brandi, dummodo eandem aſſequamur fundato-
ris voluntatem, vel hiſce, vel illis verbis explica-
17 tam, *Pariſ. d. conſ. 50. num. 18. lib. 4.* Nec † lex
impoſita eſt verbis, & meritò *Rot. in d. Placent.
coram R. P. D. meo Pironano,* hoc contempſit,
vt etiam contempſit *Caſtr. Palao,* qui loquitur in
verbis affirmatiuis.

Hæcque opinio eò magis in caſu præſenti, viſa
eſt conſona iuri, & retinenda, quoniam vl-
timus ſtatus ſtat pro qualitate Sacerdotalis; Ga-
ſparinus quippè per cuius obitum nuper vacauit
Beneficium, erat Sacerdos tempore eius præ-
ſentationis, & illius etiam anteceſſor, qui in
concurſu cum alio Clerico præſentato, articu-
lauit, probauit qualitatem Præsbyteralem, &
18 ſententiam obtinuit, † quæ obſeruantia ſolet
eſſe æqua interpres dubiæ voluntatis teſtatoris,
vt in hac ſpecie tradunt, *Lother. de re benef. par.
2. quæſt. 47. num. 30. Modern. Piſan. de iurepatr.
lib. 6. cap. 6. num. 39. & ſeqq. & dixit* Rot. *in al-
leget. Salamantina Capellania del Vote 13. Nouem-
bris 1585. coram Orano, & coram* Card. *Seraphi
deciſ. 871. ſub num. 1. coram bon. mem. Buratto
deciſ. 680. in fine, & in Piſcien. Beneficij 31. Ia-
nuarij 1635. coram R. P. D. meo Pironano. & alias
ſæpius.*

Minus obſtat, quod verba illa (vnum Præ-
sbyterum) poſſint intelligi de quolibet Clerico;
19 Ex † proprietate enim ſermonis nomen Præ-
sbyteri ſignificat ſeniorem, *D. Auguſtinus in
quæſtione ſuper Geneſim, quæſtion. 70 ad med.
tom. 4. part. 1. capit. Cleros, §. Præsbyter,
diſtinction. 21. Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. in
20 prælud. numer. 390.* Et venit † etiam ſimplex
Clericus, præſertim in materia lata, & fauo-
rabili, *ex tex. in capit. veſtra, & in capit. ſi quiſ-
quam, vbi gloſs. de cohabit. Cleric.* Rot. *in dict.
Piſcien. coram Reu. Patr. Dom. meo Pironano;*
Ex communi autem vſu loquendi in lingua ver-
nacula, dum dicimus (Prete) comprehendi
quemcumque Clericum in Sacro Ordine,

etiam non conſtitutum, teſtatur *Rot. coram Card. Mantic. deciſ. 216. num. 3. quem allegat, & ſequitur Gonzal. ad reg. Cancell. gloſs. 5. num. 86. & dixit etiam aliàs Rot. in Salamantina Capellaniæ, & in Alexandrina Decanatus, vtraque ſub die 12. Iunij* 1598. *coram Orano, & in illa deciſ. 216. par. 2. rec. ibi,* maximè quia fundatio non fuit concepta vulgari ſermone, &c. *Pariſ. d. conſ. 50. num. 19. lib. 4. & innuit Modern. Piſan. de iurepatr. lib. 6. cap. 6. num. 37.*

Quoniam Domini dixerunt, non ſolum illud verbum (vnum Præsbyterum) ſeparatim eſſe ponderandum, ſed iunctum cum aliis, ibi (eligant mei hæredes vnum Præsbyterum in Capellanum, qui teneatur celebrare bis in hebdomada) quæ verborum ſtructura deſignat vnum presbyterum, electum in Capellanum, bis in hebdomada celebrantem, & ſic non intelligitur de omni Clerico,
2 cum ſolum † Sacerdos actu poſſit in Capellanum eligi ad celebrandum Miſſas, vt in ſpecie obſeruat *Garz. de benef. part. 7. cap. 1. num. 58. verſic. & Capellania, & Rota in dict. deciſion. 496. num. 3. part. prima, & deciſion. 216. numer. 5. par. 2. recent.*

Denique non obſtat, quod Inſtrumentum fundationis, exhibitum ab Antonio Maria, habeat verba diuerſimodè concepta, nempè (eligant vnum Præsbyterum, ſeu Capellanum) quoniam inſtrumentum exhibitum ab Angelo, multis ab hinc annis datum fuit à ſucceſſore in officio, & tempore, quo nulla erat ſuſpicio, quod Notarius potius vni, quàm alteri vellet fauere, & quatenus (ſine veri præiudicio) loco in Capellanum diceret, ſeu Capellanum) non eliderctur vis antecedentis verbi (Præsbyterum) & ſubſequentium verborum (qui teneatur celebrare bis in hebdomoda) & quod hæc qualitas requiratur in actu præſentationis, non autem in proſequutione, vt ſupra oſtenſum fuit.

Et ita vtraque parte, &c.

ARGVMENTVM.

Sepulchrum viri, & vxoris debet eſſe vnicum.

SVMMARIVM.

1 *Parochus habet intentionem fundatam in iure Parochiali, vt omnes intra Parochiam degentes, ſepelire debeat, & num. 2.*

3 *Eccleſia propria viri dicitur etiã Eccleſia vxoris, in qua ipſa venit ſepelienda, & num. 4.*

5 *Maritus ſepulturam eligere non poteſt pro vxore, cum ſit actus propriæ voluntatis.*

6 *Intellige id procedere, quando Maritus ſimpliciter eligit ſepulturam pro vxore.*

7 *Secus autem, quando ſibi eligit, quia in conſequentiam venit electio pro vxore.*

8 *Electio ſepulturæ mariti non dicitur facta incidenter, ſed principaliter pro ſe ipſo, & in conſequentiam pro vxore ſecundam rationis vſum, vt quos coniunxit vnum coniugium, coniungat vnum ſepulchrum.*

9 *Cautela datur marito, vt eligat ſibi ſepulturam in loco, vbi cupit vxorem ſepeliri.*

10 *Dictum vnius, eſt dictum nullius.*

11 *Ad electionem ſepulturæ probandam leniores probationes ſufficiunt.*

12 *Et admittantur teſtes ſingulares.*

13 *Vxor poteſt ſibi ſepulturam eligere.*

14 *Quod eſt liberum vniuique, & in qualibet Eccleſia.*

DECISIO CCLVII.

Deceſſit 29 Octobris 1637. Hieronyma vxor Andreæ Zucharini, quæ cum eſset de Parochia Sancti Venantij Fabriauen. prætendentibus Canonicis, & Capitulo eiuſdem Eccleſiæ cadauer tumulandum eſse in propria Parochia contradicente marito, cauſa fuit coram Vicario introducta, qui ſummariè examinatis teſtibus pronunciauit illud ſepeliendum in Eccleſia San. Dominici in Sepulchro Sanctiſſimi Roſarij, quod maritus ſibi, & familiæ ſuæ preparauerat. Cauſa deinde per appellationem ad Rotam deuoluta, & propoſito dubio. An ſententia Dom. Iudicis à quo eſset confirmanda, vnanimiter re-
1 ſolutum fuit affirmatiuè; Nam † licet Canonici habeant intentionem fundatam ex iure Parochiali, vt habetur *in Clementina dudum, §. huiuſmodi, de Sepulc. Abb. in Rub. de Paroch. num 2. & in cap. abolenda, n. 6. de Sepult. Vgol. de offic. Epiſc. cap. 17. num. 1. Ricc. in Prax. par. 4. reſol. 293.*
2 Quod ſcilicet mulier debeat in † propria Eccleſia ſepeliri, *cap. 1. & 2. de ſepult. cap. is qui, de ſepult. in 6. Barb. de off. & poteſt. Parochi, cap. 26. nu. 1. Mantic. deciſ. 366. num. 2. & ſeqq. Sperell. deciſ.*
3 *88. num. 4.* Attamen, † quia propria Eccleſia dictæ mulieris dicitur Eccleſia viri, *cap. 3. §. mulier, de ſepult. in 6. can. vnaqueque mulier 13. quæſt. 2. Abb. in cap. de vxore, de ſepult. in 6. Barb. d. cap.*
4 *26. num. 28.* in illa † vtique erat ſepelienda vxor, *cap. 1. §. mulier, de ſepult. in 6. Gemin. in d. cap. is qui, §. mulier, num. 5. de ſepult. in 6. Guald. de art. teſtan. tit. 9. de ſepult. caut. 3. num. 2. Abb. in dict. cap. de vxore, num. 6. verſ. quod ſi maritus præparauit ſibi ſepulchrum, de ſepult. Barb. d. cap. 26. num. 29. Bellet. Diſq. Cleric. tit. 7. §. 3. num. 10. Ricc. in prax. par. 4. d. reſolut. 293. num. 11. Sperell. d. deciſ. 88. num. 16.* qui ferè omnes mouentur, ex *can. Ebron, & can. vnaqueque 13. quæſt. 2.* vbi habetur, quod in Ebron fuerunt ſepulti in eodem ſepulchro Adam, & Eua, Abraham, & Sara, Iſaac, & Rebecca, Iacob, & Lia.

Quod

Quod autem Andreas maritus ſibi elegerit dictã Eccleſiam, & ſepulturam, probant duo teſtes, nẽpè Ioannes Maria Venantij in ordine primus, qui iuxta 6. interrogatum deponit, quod Andreas viuente vxore dixit, quod illa declarauerat ſe velle ſepeliri in Eccleſia Sancti Dominici in Sepulchro Sanctiſſimi Roſarij, & quod ideò ipſe quoque declarabat ſe tempore ſui obitus velle in eodem ſepulchro tumulari. Et Antonius Michelangeli Menchini tertius in ordine, qui pariter iuxta 6. depoſuit, quod Andreas adhuc viuente vxore dixit, quod volebat ſepeliri in Eccleſia Sancti Dominici in ſepulchro Sanctiſs. Roſarij vnà cum eius familia, & quod vxore mortua de mane ſequenti priuſquam tumularetur idem Andreas iterum elegit ſibi, & pro familia ſua dictum ſepulchrum.

Non obſtat, quod dicebatur maritum non poſſe eligere ſepulturam pro vxore cum ſit ſpecies vltimæ voluntatis, quæ non poteſt ab alieno arbitrio pendere, ſed ſit actus propriæ voluntatis, *cap. cum liberum, de ſepult. Ioannes Andreas in cap. animarum, de ſepult. in 6. Sebaſt. Medic. tract. de ſepult. par. 1. quæſt. 8. num. 2. Barb. d. cap. 26.*
6 *num. 19.* Quia † concluſio procederet, ſi maritus ſimpliciter eligiſſet ſepulturam pro vxore. Secus
7 autem, † quando ſibi ſepulturam eligit, quo caſu venit in conſequentiam electio pro vxore, *Gemin. & Abb. vbi ſupra Guald. de art. teſtan. tit. 9.*
8 *de ſepult.* Quæ ſanè electio mariti † non videtur facta pro ſe ipſo incidenter, ſed potius principaliter, nimirum ſecundum rationis vſum, vt quos coniunxit vnum coniugium, coniungat vnum ſepulchrum, & quos Deus coniunxit homo non ſeparet, vt inquit *tex. in d. cap. Ebron, in fin. 13.*
9 *quæſt. 2.* ad quem effectum † datur iſta cautela marito, vt eligat ſepulchrum in loco vbi cupit vxorem ſepeliri, *Guald. vbi ſupra num. 2. in fin.*

Neq; obſtat, quod dicebatur ſepulturę electionẽ factam per Andream maritum apparere probatũ
10 per vnicum teſtem, † qui dicitur eſſe nullius conſiderationis, *can. admonere 33. quæſt. 2.* Quia reſpondetur, quod talem electionem probant duo teſtes primus, & vltimus, vt dictum eſt, licet vnus plus, quam alter deponat, qui etiam videtur conteſtes de loco, & tempore, ſed dato etiam, quod eſſent ſingulares, nihilominus ſepulturæ electio-
11 nem probant, cum ad illam † probandam ſufficiant leuiores probationes, *Gratian. diſcept. 817.*
12 *num. 13. & 14.* admittaturque † teſtes ſingulares, vt profitentur, *Maſcard. concluſ. 998. num. 1. Bellet. d. §. 3. num. 25. Petrus de Vbal. de quarta Parochia, cap. 6. num. 8. & 19. Ricc. in prax. rerum Eccleſiæ par. 1. reſol. 664. num. 1. & part. 4. reſol. 293. nu. 33. in fin. Guidop. deciſ. 544. Boer. deciſ. 176. num. fin.*

Quibus accedit voluntas ipſius mulieris, quæ dum erat in humanis pluries declarauit ſe velle ſepeliri in dicto ſepulchro Sanctiſſimi Roſarij, vt deponit tertius teſtis iuxta 6. interrog. & concordant alij duo de auditu tamen ab Andrea marito,
& fratre Hyacintho Dominicano, clarum eſt au-
13 tem, † quod vxor poteſt ſibi ſepulturam eligere, *iuxta tex. in cap. de vxore, vbi Abb. num. 6. de ſepult. & in cap. is qui; §. mulier, eodem tit. in 6.*
14 cum † id liberum ſit vnicuique, & in qualibet Eccleſia, *cap. 1. & 2. de ſepult. cap. 1. eodem tit. in 6. Barb. d. cap. 26. num. 19 & 20. Bell. d. §. 3. num. 13. & 15. Rota diuerſ. par. 1. deciſ. 333. nu. 1. & in recent. par. 2. deciſ. 745. num. 3. & parte 3. deciſ. 508. num. 2. in fin. & part. 5. deciſ. 380. num. 37.*

ARGVMENTVM.

Liberatione legata debitoribus, intelligitur de debito, & debitoribus, qui erant tempore conditi teſtamenti, & non tempore mortis; Factaque verbis vniuerſalibus, & geminatis, nullum debitum excludit.

SVMMARIVM.

1 *Immiſſio ex Saluiano datur probatis tribus requiſitis hic enumeratis.*
2 *Debito per creditorem remiſſo ſoluitur hypotheca.*
3 *Hypotheca ceſſat, ceſſante obligatione.*
4 *Obligatio eſt mater actionis.*
5 *Ceſſante obligatione, & hypotheca ceſſat Saluianum.*
6 *Ius excipiendi competens auctori, tranſit in ſingularem ſucceſſorem.*
7 *Liberatione debitoribus relicta, intelligitur de ijs, qui erant tempore conditi teſtamenti, non autem tempore mortis.*
8 *Verbum (tutti gl'inſtrumenti) tanquam vniuerſale in omnibus verificatur.*
9 *Et nihil excludit.*
10 *Maximè quando eſt geminatum.*
11 *Teſtes deponentes de his, quæ ſenſu corporis percipiuntur rectè probant, abſque eo quod reddant rationem, niſi ſint interogati de ea.*
12 *Fides extraiudicialis ſi eſt veriſimilis, & adminiculata, fidem facit.*
13 *Legatum Pium ſub conditione, vel modo relictum, habet effectum etiam non ſequuto implemento.*
14 *Hæreditatis aditio inducitur ex poſſeſſione rerum hæreditariarum.*
15 *Proteſtatio, quod quis non intendit poſſidere bona vt hæres fieri debet, vel ante adeptam poſſeſſionem, vel poſt incontinenti, vbi de præiudicio tertij agitur.*
16 *Hæres, qui adeptus fuit poſſeſſionem bonorum auctoritate propria, & abſque inuentario, tenetur probare hæreditatem ipſam non eſſe ſoluendo.*

DECISIO CCLVIII.

ANno 1595. Michitrus, & Fabritius de
Montelpero, vnà cum Seraphina, &
Antonella eorum vxoribus reſpecti-
uè impoſuerunt annuum cenſum flo-
renorum decem ſuper duobus præ-
dijs dotalibus dictarum mulierum,
quem vendiderunt pretio florenorum 100. Do-
mino Equiti Propertio Squareiæ, qui deinde an-
no 1634. decedens reliquit hæredem Dominam
Fiordaliſam eius vxorem, cui ſubſtituit Dominã
Cleriam neptem, & Dominum Ioannem Franci-
ſcum eiuſdem Cleriæ filium de Pelleis. Et occa-
ſione dictæ hæreditatis anno 1615. fuit inter in-
ſtitutam, & ſubſtitutos factum compromiſſum,
& ſucceſſiuè per compromiſſarium laudatũ, quod
Fiordaliſa ex ipſa hæreditate in primis detrahe-
ret florenos 4000. ſuæ dotis, & Cleria; ac Ioan-
nes Franciſcus de Pelleis diuerſa eorum aſſerta, &
nominata credita pariter detraherent, firmo in
reliquis remanente dicto teſtamento; Quãmobrẽ
vigore dicti laudi, quod partes approbarunt fuit
inter ipſos, & de facto, non citatis intereſſe ha-
bentibus deuentum ad quandam diuiſionem di-
ctorum bonorum hæreditarium, & Dom. Cleriæ,
& Ioanni Franciſco aſſignata bona ſtabilia, & cẽ-
ſus. Vnde volentes DD. Petrus Angelus, & Io-
annes Franciſcus hæredes quondam dictæ Domi-
næ Cleriæ ſatisfieri de fructibus dicti cenſus, & li-
quidato, quod prænarrati debitores poſſidebant
fundum in contrada Podi, ſeu Roſignani, qui ho-
die detinetur à Io: Paulo Capello, vt pariter li-
quet in actis petierunt immitti, ex quo liquebat
de duobus extremis, & de legitimatione perſona-
1 rum, videbaturque conſtare de creditot † Et con-
ſequenter locum eſſe immiſſioni ex ſaluiano in-
terdicto, §. item ſeruiana, inſt. de act. Bart. in l. 1.
ff. & C. de ſalu. inter. cum alijs allegatis per Statil.
de Sal. inſpect. 1. & 6. & per nos deciſ. 13. num. 9.
& ſeqq. deciſ. 36. num. 1. in deciſ. 74. num. 2. deciſ.
95. num. 8. deciſ. 109. num. 4. Rot. coram Duran.
deciſ. 401. num. 1.

Quibus tamen nõ obſtantibus Ioannes Capel-
lus reus conuentus, & tertius poſſeſſor fuit abſo-
lutus ab impetitis, non ſolum in partibus, ſed
etiam hic in Rota, quas ſententias DD. Iudicum
à quibus duximus eſſe confirmandas, quoniam
ex actitatis in partibus ſatis apertè iuſtificatur,
quod tempore conditi teſtamenti per Dominum
Equitem Propertium dict. Fabritius debitor cen-
ſus erat eius colonus; Vnde cum ipſe Eques in
ſuo, cum quo deceſſit teſtamento omnimodam
liberationem legauerit omnibus eius colonis, per
hæc formalia verba: *laſcia alli ſuoi Lauoratori, che
gli ſono debitori, tutti i denari, & altre coſe, che
doueſſe hauere da loro, e che gli ſiano caſſi, & annul-
lati tutti gl' inſtrumenti, & altre ſcritture à fauor
ſuo, e contra loro, per elemoſina, e con conditione,
che habbiano à pregar' Iddio per l'anima ſua, & an-
dare vna volta ſcalzi alla Madonna di Loreto, per
ſalute di eſſo Teſtatore.* Sequitur exinde, quod
2 debito † per creditorem remiſſo euaneſcat pa-
riter hypotheca, *iuxta tex. expreſſum, in l. ſolui-
tur hypotheca, ff. quib. mod. pig. vel hypoth. ſolũ*
3 *tur.* quia † hypotheca ceſſat ceſſante obligatio-
ne, *leg. item liberatur, ff. de pign. Neguz. de pig.
in 2. mem. 6. part. num. 11. Statil. dict. tract. inſp.
2. cap. 5. num. 27. cap. 6. num. 71. & inſp. 3. cap.*
4 *3. num. 37. & ſeq.* Vbi † autem non adeſt obli-
gatio nulla competit actio, cum obligatio ſit ma-
ter actionis, *l. licet, §. ea obligatio, ff. de proc.
Surd. conſ. 150. num. 99. Gratian. diſcept. 698.*
5 *num. 25. et diximus deciſ. 108. num. 5.* Et † ceſ-
ſantibus obligatione, & hypotheca, actio in
Saluiano ipſo iure eliditur, *Rolan. conſ. 84. num.
13. lib. 1. Natt. conſ. 474. nu. 34. Surd. conſ. 132.
num. 11. Scaput. de Sal. lib. 1. quæſt. 7. num. 6. et
lib. 2. quæſt. 4. in princ. Statil. eo tract. inſpect. et
cap. 5. num. 75. Rot. apud eundem deciſ. 9. num.
4. deciſ. 30. num. 1. et deciſ. 31. num. 3. et coram
Duran. deciſ. 176. num. 1. et 2. et in recent. par. 5.*
6 *deciſ. 407. nu. 11.* Et ſucceſſiuè † illo excipien-
di iure, quo vti poterat Fabritius de omni libera-
tione legata, vti, ac frui poteſt Capellus ſucceſſor
illius *ad tex. in l. fin. ff. de except. rei Iudic. l. apud
Celſum, §. de auctoris, ff. de dol. mal. et met. ex-
cept. l. idemque, §. 1. ff. pro ſoc. l. credi, ff. de
diu. et temp. præſcrip. Bart. in l. ſi tertius, §. ſi quis,
ff. de acq. plu. arcend. Giurb. quem ſufficit allegare
pro multis deciſ. 57. num. 9.*

Non obſtat, quod Fabritius tempore mortis
Equitis teſtatoris nõ eſſet amplius eius colonus.
7 Quia † nihilominus legatum liberationis per eũ-
dem factũ omnibus eius colonis debet ipſi quoque
Fabritio opitulari, qui erat colonus, & debitor
tempore conditi teſtamenti, quod inſpicitur, *l. ſi
ita, ff. de aur. et arg. leg. l. ſi ita ſcripſiſſet, de leg. 2.
l. Iulianus, §. fin. de leg. 3. l. Aurelius, §. 1. de
liber. leg. Corn. conſ. 14. num. 5. lib. 1. Folg. conſ.
37. per tot. Cap. conſ. 45. nu. 5. Menoch. præſ. 134.
n. 6. et ſeqq. lib. 4. Mant. de coniect. lib. 3. tit. 14.
num. 5. et lib. 9. tit. 4. nu. 3. Mareſ. var. lib. 2. cap.
139. n. 8. Theſ. deciſ. 235. n. 2. Ioſeph Lud. Peruſ.
deciſ. 61. num. 18. Rot. coram Canal. deciſ. 64.
num. 1. et coram Cocc. deciſ. 24. in princ. et deciſ.
48. num. 1. repetita in recentior. part. 3. deciſ. 41.
num. 1.*

Neque obſtat ſecundo loco, quod dicebatur
legatum prædictum verificari ſolummodo in iis
debitoribus, qui obligati erant Domini Equiti ex
cauſa coloniæ, & laboritij, non autem ex alia cau-
8 ſa, † quia contrarium videtur verius ſtante illo
ſigno vniuerſali, videlicet (*tutti gl' inſtrumenti*)
*ad tex. in l. Iulianus, ff. de leg. 3. et in l. prædica-
lis, §. labeo, ff. de auro, et arg. leg. Bart. in l.
generali, §. vxori, ff. de vſufr. leg. Oſaſch. deciſ. 94.
num. 10. Gregor. deciſ. 257. n. 3. Canal. deciſ. 64.*
9 *num. 2. et 3.* Illud enim verbum (*tutti gl' inſtru-
menti*) tanquã vniuerſale nihil excludit, *l. 1. et ibi*

Doct.

Digitized by Google

Doct. de leg. 1. Bar. in l. omnia priuilegia, C. de Epiſc. & Cler. Pariſ. conſ. 35. num. 5. vol. 1. Beron. quæſt. 29. Surd. conſ. 73. num. 6. & ſeqq. Rot. in recent. par. 3. deciſ. 216. num. 1. & deciſ. 752. num. 4. & coram Buratt. deciſ. 610. num. 4. ma-
10 ximè vbi eſt geminatum † prout hic (ibi) *tutti li denari*, & (ibi) *tutti gl'inſtrumenti, & altre ſcritture*, quo caſu ſimilia verba vniuerſalia geminata nullum patiuntur reſtrictionem, aut limitationem, vt diximus *deciſ. 69. num. 8. Rot. coram Duran. deciſ. 200. num. 11. & 12.*

Neque etiam poteſt dici, quod Fabritius non eſſe colonus Equitis Propertii tempore conditi teſtamenti, quoniam oppoſitum probatur per
11 duos teſtes, qui † quamuis non reddant rationem eorum dicti; Attamen cum de ea non fuerint interrogati, deponantque de ijs, quæ ſenſu corporis percipiuntur obiectum non applicatur. *gloſſ. Bart. & cæteri Doct. in l. ſolam, C. de teſtam. Canoniſtæ, in cap. cum cauſam, de teſtam. Dec. in cap. ſi quando, num. 24. de reſcript. Rota coram Burat. deciſ. 932. num. 7. & in recent. par. 3. deciſ. 391. num. 4. & deciſ. 560. num. 4.*

Neque debet attendi, quod dicebatur non fuiſſe probatum modi, ſeu conditionis implementũ: quia vltra quod id aliqualiter videtur probatum ex depoſitione vnius teſtis, ac etiam ex alterius
12 fide, quæ licet regulariter † fidem non faciat; Attamen cum veriſimile ſit Fabritium ad effectũ lucrandi pingue legatum acceſſiſſe ad domum Sacram Lauretanam videtur atteſtationi veriſimili fidem eſſe adhibendam, ex notatis per *Ad&en. ad Gregor. deciſ. 214. in fin. & per Rot. in recent. par. 1. deciſ. 122. num 7.* Et conſequenter probatum eſſe modi, ſeu conditionis implementum.
13 Reſpondetur vlterius, quod legatum pium relictum ſub conditione, ſeu modo, vt aliquid fiat, et in caſu noſtro, habet effectum, vt reuocari non poſſit etiam non ſequuto implemento, ad latè tradita per *Grat. diſcept. 803. num. 18. & ſeq. cum alijs per nos citatis deciſ. 71. num. 22. & ſeqq.*

Tandem non obſtat, quod dicebatur DD. de Pelle non eſſe hæredes Equitis Propertij, & ſucceſſiuè eoſdem poſſe impugnare illius voluntatem: Nam cum Cleria, & Io: Franciſcus eius filius fuerint ab ipſo Equite relicti hæredes ſubſtituti, & hodie conſtet, quod res hæreditarias poſſideant neceſſario infertur ad aditionem, quæ
14 inducitur † ex ipſa poſſeſſione bonorum, *vt poſt Bal. Salic. & Menoch. firmat Rot. coram Greg. deciſ. 7. num. 5. & 8.* & propterea tenentur approbare factum defuncti. Nec releuat ſi replicetur, quod eorum poſſeſſio pendet à ceſſione habita à Miniſtris Reu. Fabricæ S. Petri: Quia ſi hoc eſſet verum Fabritius, & Conſortes habent intentum, ex quo ante talem ceſſionem Commiſſarius dictæ Fabricæ viſo teſtamento mandauit ipſos legatarios in futurum non moleſtari occaſione creditorum dicti Equitis, ſuper quod perpetuum ſilentiũ impoſuit. Prout nec etiã releuat ſi dicatur, quod poſſident vigore laudi, de quo in actis. Nam laudum tantummodo decreuit, quod Pellei pro eorum aſſertis creditis accipere poſſent tot bona teſtatoris pro menſura creditorum, firmo in reliquis ipſo teſtamento; Non autem tribuit illis poſſeſſionem ſtabilium, mobilium, & cenſuum, prout illam adepti ſunt non citatis intereſſe habentibus, & ideò concludendum eſt, quod teſtamentum approbauerint iuxta formam laudi, & conſequenter, quod poſſideant tanquam hæredes,
15 dum non † fuit de illo tempore facta declaratio, ſeu proteſtatio, quod repudiabant hæreditatem, vel ſaltim, quod poſſidere intendebant vigore laudi, vel ceſſionis, & pro eorum creditis, quo ſanè declaratio, vbi de præiudicio tertij agitur erat facienda, vel ante adeptionem poſſeſſionis, vel poſt, ante tamen conſumationẽ, vt per *Greg. in allegata deciſ. 7. nu. 10.* Atque ideò concludendum venit illos fuiſſe, & eſſe in caſu ſucumbentiæ.
16 Cum † hæreditatem dicti D. Equitis pro maiori parte poſſideant ſinè auctoritate Iudicis, & ſinè inuentario, & abſque eo quod probauerint illam non eſſe ſoluendo, prout ſanè oportebat ad excludendum legatarium à legato, *Crauet. conſ. 215. num. 12. Grat. diſcept. 570. num. 20. Surd. deciſ. 316. num. 13. & ſeqq. Belt. ad Gregor. deciſ. 266. num. 16. verſ. prædicta verò procedunt. Rota coram Buratt. deciſ. 115. num. 10. & 11.*

ARGVMENTVM.

Appellationem ſuſpenſiuam non admittunt decreta viſitationis Epiſcoporum, quæ concernunt correctionem morum, & paternam reprehenſionem; Secus verò vbi cauſa eſſet magni præiudicij, & procederetur iudicialiter compilato proceſſu.

SVMMARIVM.

1 *Decreta viſitationis regulariter non admittunt appellationem ſuſpenſiuam, & nu. 5. & 11. Etiamſi appellatio ad Sedem Apoſtolicam interpoſita eſſet, num. 6. Limita, vt num. 7. 9. 13. et 14.*

2 *Decreti verba ſunt attendenda, vt cognoſcatur, an veniat admittenda appellatio, nec ne.*

3 *Decretum ſi non apparet factum cauſa viſitationis, vel obligationis Cameralis, aut ſimilium eſt appellabile.*

4 *Attentata dicuntur geſta poſt appellationem legitimè interpoſitam, et num. 10. et 15.*

8 *Diſpoſitio Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 10. de reformat. procedit in ijs tantum, quæ concernunt morum correctionem, et paternam reprehenſionem, et num. 12.*

DECISIO CCLIX.

INſtantibus Rectoribus Venerabilis
Societat. Immaculatæ Conceptio-
nis Campi Rotundi fuit de anno
1633. die 3. Septembris relaxatum
per D. Vicarium Camerinen. mã-
datum realiter, & perſonaliter cõ-
tra Ioannem Florellum de eodem,
pro certa ſumma pecuniarum debita (vt diceba-
tur) vigore partitarum librorum, & pro expen-
ſis, vt cantat decretum à quo, pro parte Florelli
fuit ad Rotam appellatum, & per nos illa admiſ-
ſa, & inhibitio expedita; quibus non attentis fuit
exequutum mandatum de ordine Illuſtriſs. & Re-
uerendiſs. D. Epiſcopi eiuſdem Ciuitatis, qui e-
tiam conqueſtus fuit per literas directas D. Gui-
dicioni Auditori de huiuſmodi expeditione inhi-
bitionis ſub prætextu, quod ageretur de cauſa
1 viſitationis † à qua non datur appellatio ſuſpen-
ſiua, ex diſpoſitione *Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap.
10. de reformat. ac etiam ex diſpoſit. Bullæ Gregor.
XIV. ſuper confirmat. Tribunalis, & Priuilegio-
rum Rotæ Piceæ, vt conſtat in principio noſtrarum
deciſionum fol. 14. num. 9.*
2 Nos autem dicebamus, quod verba decreti
ſunt attendenda ad cognoſcendum; An appella-
tio veniat admittenda, nec ne, vt clarè firmant
*Contar. in l. vnic. C. ſi de moment. poſſ. facr. appell.
lim. 2. §. 5. num. 12. & ſeqq. Eug. conſ. 72. num.
20. & 21. lib. 1. Amat. deciſ. 15. num. 24. & 36.*
3 Et proinde † cum ex facie ipſius non appareat
factum cauſa viſitationis, vel cauſa obligationis
Cameralis, vel alia exequutiua, ſeu priuilegiata
conſequenter illud eſſe appellabile, & ſucceſſiuè
4 omnia † geſta per D. Epiſcopum poſt appella-
tionem à Florello legitimè interpoſitam fuiſſe
attentata, *cap. non ſolum, de appellat. in 6. cap. poſt
appellationem, 2. quæſt. 6. gloſ. in cap. dilectis, in
verbo exequendam, de appell.* Ricc. *in prax. rerum
fori Eccleſiaſtic. par. 4. reſol. 1. per totam.* Qui-
nimò ad effectum de quo agitur veniunt reuocan-
da prædicta attenta, etiamſi reuera ageretur de
5 cauſa viſitationis. Nam † licet à viſitatione fa-
cta ab Epiſcopo non detur appellatio iuribus ſu-
pra deductis, quibus addimus, *Lancellott. de at-
tent. & Innon. appellat. pend. par. 2. cap. 12. lim.
18. num. 6. Raginell. de appell. §. 2. cap. 3. nu. 46.
Scac. eo tract. quæſt. 17. lim. 26. num. 1.* Ricc. *in
prax. rerum fori Eccleſiaſt. par. 2. reſolut. 7. nu. 1.
& nos firmauimus deciſ. 14. num. 29. & ſeqq. &
deciſ. 27. num. 14. Amat. deciſ. 25. nu. 6.* Etiam-
6 ſi † ad Sedem Apoſt. eſſet interpoſita, *Barboſ. de
offic. Epiſc. alleg. 73. num. 32.* Attamen id non
7 procedit, † quando Viſitator citata parte, & ad-
hibita cauſæ cognitione iudicialiter procedit,
quia tũc appellationi locus eſt etiam quoad effe-
ctum ſuſpenſiuum, prout ita declaratum fuiſſe
per Sacr. Epiſcoporum Congr. referunt Ricc. *in
prax. par. 1. tit. de appellat. deciſ. 504. verſic. in
cauſis verò viſitationis, Genuen. in prax. Curiæ
Arch. Neap. cap. 88. num. 41. verſ. in cauſis verò.*
Quod autem in caſu noſtro fuerit proceſſum iudi-
cialiter apparet, non tantum ex lectura decreti
in quo fit condemnatio in expenſis, quæ quidem
expenſæ præſupponunt cognitionem cauſæ, &
compilationem proceſſus, ſed etiam apparet ex
literis eiuſdem D. Epiſcopi firmantibus Florel-
lum fuiſſe monitum, & illi datum terminum ad
8 ſoluendum. Inſuper † dicebamus diſpoſitionem
Sac. Conc. loco citato procedere *in ijs tantum*,
quæ concernunt morum correctionem, & ſapiũt
paternam obiurgationem, & proceditur ſine pro-
ceſſu, & ſine ſcriptis, *Barb. loco citato, & in ſuis
declarationibus, ſiuè adnotationibus ad d. cap. 10.*
9 *num. 2.* Secus † verò in alijs, quæ ſunt magni præ-
iudicij, quia in iſtis tenetur Epiſcopus, ſeruatis
ſeruandis, procedere, & datur ab eius ſententia
appellatio, adnotata *in cap. cum dilecta, de reſcript.
vt cenſuit Rot. coram* Rembo ldo *in* Reguſina *atten-
tatorum, Lunæ 15. Iunij* 1620. quam quidem re-
ſolutionem, tanquam ſpecialem in hac materia
hic inſerere decreuimus ad vtilitatem publicam,
& corroborationem prædictorum, cum quotidie
verſemur in iſtis difficultatibus; tenor autem dec.
eſt huiuſmodi. Domini dixerunt omnia per D.
10 Archiepiſcopum poſt appellationem † à Capitu-
lo, & Canonicis interpoſitam geſta fuiſſe attenta-
ta, *cap. non ſolum, de appellat. in 6. cap. poſt appel-
lationem, 2. quæſt. 6. gloſ. in cap. dilectis, in ver-
bo exequendam, de appellat.*

Nec obſtat, quod d. D. Archiepiſcopus dici-
tur proceſſiſſe vti delegatus Sedis Apoſtolicæ, &
11 in Viſitatione, quo caſu † non datur appellatio
ſaltem ad effectum ſuſpenſiuum, ex diſpoſitione
12 *Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap.* 10. Quia † diſpoſi-
tio d. Sac. Conc. procedit in ijs tantum, quæ con-
cernunt morum correctionem, & ſapiunt pater-
nam obiurgationem, in illis enim poteſt Ordina-
rius, iuxta Sacrorum Canonum ſanctiones decre-
ta condere, aliaque agere, quæ illi ex prudentia
ſua pro ſubditorum emendatione, & Diœceſis
13 ſuæ vtilitate neceſſaria videbuntur; Secus verò † in
alijs, quæ rigoroſam punitionem, & priuationem
concernunt, & ſunt magni præiudicij, quia in il-
lis tenetur Ordinarius ſeruatis ſeruandis proce-
dere, & datur ab eius ſententia, ſeu decreto ap-
pellatio, adnotata in *cap. cum dilecta, de appell.
& in cap. cum olim, de accuſat. Feder. de Sen. conſ.
55. num. 2.* vbi etiam in fine dicit, quod ſimiles
viſitationes ſæpius conſcientiam ſequũtur extra-
iudicialiter informatam cõtra ius ſcriptum, quod
faciendum non eſt iuxta exemplum, & veſtigium
Domini. Et in terminis dicti Conc. quod ſcilicet
id locum non habeat quoad priuationem, & rigo-
roſam punitionem ſentit, Rota *in vna Oſcen. iuriſ-
dictionis* 24. *Maij* 1591. *coram Blanchetto, & in
Hortana Hoſpitalis* 20. *Nouembris* 1619. *coram
14 Baratto.* Ac propterea, † cum dictus Domi-
nus Archiepiſcopus ſe intra limites paternæ

obiur-

obiurgationis minimè continuerit, ſed vlterius procedendo Capitulum iure electionis priuauerit, aliaque egerit in maximum eiuſdem Capituli, & Canonicorum præiudicium, etiam ſub pœna priuationis, & ſuſpenſionis à diuinis, meritò poterant Canonici ab huiuſmodi proceſſu, & ſententia reclamare, & ab ea appellatio-
15 nem ad Sedem Apoſtolicam interponere, † ita quod geſta per D. Archiepiſcopum poſt dictam appellationem non poſſint ab attentatis excuſari, *d. cap. non ſolum, de appellat. cum ſimilibus*. Et ita, &c.

ARGVMENTVM.

Reſeruatio dominij vſque ad integralem ſolutionem poſita in inſtrumento venditionis, habet vim pacti manus iniectionis afficiẽdo rem ipſam, ita vt non ſoluto pretio, & fructibus debitis, poſſit res auferri per mandatum de aſſociando à quolibet poſſeſſore, etiam tertio, cum prælatione omnium creditorum licet anteriorum.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de aſſociando conceditur ex clauſula reſeruationis dominij.*
2 *Pactum reſeruationis dominij in venditionis inſtrumento eſt validum.*
3 *Clauſula reſeruationis dominij, habet vim pacti manus iniectionis afficiendo rem ipſam, quæ à quocunque poſſeſſore poteſt auferri cum prælatione omnium creditorum.*
4 *Reſeruatio dominij facta per venditorem, facit, vt poſſit licitè percipi fructus pretij non ſoluti.*
5 *Intereſſe debetur venditori pro re vendita, quando pretium non habuit venditor ab emptore, & ſi intereſſe fuerit conuentum, & eius taxatio exceſſiua non debetur ad rationem conuentionis, ſed pro rata fructuum, qui percipiuntur ex re vendita.*
6 *Fructus rerum ſtabilium reddere ſolent quinque pro centenario.*
7 *Ceſſio dicitur ſimplex, & facta ad commodum cedentis, niſi interueniat formalis ſtipulatio inter debitorem ceſſum, & ceſſionarium.*
8 *Ceſſio ſimplex importat tantummodo mandatum: Et remanent actiones efficaces apud creditorem mandantem, num. 10.*
9 *Pecunia ſoluta de mandato alicuius, habetur vti ſoluta ab ipſomet mandante.*
11 *Liberatio ipſo iure fit per delegationem.*
12 *Dominij probatio reſultat ex inſtrumento emptionis, cum numeratione pretij, traditione rei, & diuturna poſſeſſione.*
13 *Identitas probatur per duos confines etiam ſi ſint generales, ſi aliqui ex ſpecialibus conueniant.*
14 *Vbi non agitur de canonizatione dominij, illud præſumitur ex poſſeſſione.*
15 *Conſtituti Clauſula probat poſſeſſionem, inter conſtituentem, & conſtitutarium, & habentem cauſam ab eo.*
16 *Referenti adeſſe ſequeſtrum non creditur, niſi conſtet de relato ſequeſtro.*
17 *Sequeſtrum aliquando per debitorem præſumitur mendicatum, Ne debitum ſoluat.*
18 *Sequeſtrum emanatum ſine cauſa cognitione dicitur nullum.*

DECISIO CCLX.

Partes Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Epiſcopi Maceraten. videtur eſſe in concedendo ad fauorem Nonij, & filiorum Petri Matthæi de Maſchinis mandatum de aſſociando ad poſſeſſionem bonorum de quibus agitur ad effectum, vt ſibi ipſis ſatisfiant de reſiduo ſortis principalis de quo in actis, ac etiam de intereſſe fructuum recompenſatiuorum pro rata dicti reſidui debiti per Sforzinum Venanzolum, qui eadem bona ab ipſis emit, conſtat enim in actis de illorum credito, & de alijs extremis ex confeſſionibus, & enunciatiuis inſtrumentorum publicorum cum
1 clauſula conſtituti, quibus probatis mandatum † huiuſmodi denegari non ſolet ex dominij expreſſa reſeruatione, *Bald. in l. ſi titius, ff. de ſeru. exportan. Gratian. diſcept. 946. num. 4. Mart. vot. 43. num. 7. & 8. Afflict. deciſ. 338. num. 4. Rot. in recent. par. 1. deciſ. 704. la ſeconda, numer. 3. & par. 2. deciſ. 305. num. 2. verſ. ſi enim*, quod
2 quidem † dominium reſeruari potuit per venditores, donec ſolueretur integrum pretium, *Bald. in Rub. C. de cont. empt. quæſt. 23. Fabian. de empt. & vend. quæſt. 5. principali num. 39. verſ. ſed vt tollatur, Altograd. conſ. 9. num. 15. & 16. lib. 1.* Gratian. *diſcept. 730. num. 23. Mag. deciſ. Flor. 91. num. 9. deciſ. 92. num. 12. & ſeqq. & deciſ. Lucen. 31. num. 30. Franch. deciſ. 506. numer. 5. & 6. Griuell. deciſ. 56. num. 7. Surd. dec. 157. num. 2. & ſeqq. deciſ. 220. num. 11. & 12. & deciſ. 344. num. 18. & ſeqq.* Scapucc. *de ſalu. lib. 2. quæſt. 14. num. 2.* Habetque talis clauſula
3 reſeruationis Dominij vim † pacti manus iniectionis afficiendo rem ipſam, ita vt poſſit auferri à quocunque poſſeſſore, & conſequenter exerceri contra Dominum Iulium Cæſarem Conuenratum tertium poſſeſſorem cum prælatione omnium creditorum, etiam anteriorum, vt in terminis latè probant, multis citatis, *Altog. dict.*

conſ.

conſ. 9. num. 17. & 44. Lud. Poſtc reſolut. 122. num. 6. & ſeqq Gratian. *diſcept. 523. num. 15. 730. num. 1 855. num. 1. & ſeqq. 900. num. 15. & 946. num. 4. Mart vol. 43. num. 1. Aſſl. deci 3?8. num. 3. & 4 Magon. deciſ. Lucen. 31. num. 10. Barz. deciſ. 48. num. 45. Rot. in vna Romana Aſſl Ctus coram Marco Montio 23. Iunij 1606. in impreſſ. per Mareh. de com. par. 1. fol. 1090. & factune notata in deciſ. noſtra 96. nu. 49.* Ac etiam operatur alium effectum ad rem facientem, nem-
4 pè † quod non ſoluta integra quantitate pretij ſuo tempore vſuræ, ſeù fructus conuenti debeantur iure dominii pro ipſo reſiduo ab anno 1612. *Gratian. ead. diſcept. 523. num. 13. & 14. & diſcept. 911. num. 9. Bereaz. clauſ. 15. gloſ. 4. num. 3. Mangill. de euict. quæſt. 148. num. 28. & 40.* Rot. *coram Duran. deciſ. 34. num. 4. & ſeqq. & in recent. par. 1. d. deciſ. 704. num. 3.* Non qui-
5 dem † ad rationem conuentionis inter partes, quæ eſt exceſſiua, ſed tantum pro rata fructuum, qui veriſimiliter, & à communiter accidentibus percipi potuerunt ex ipſa re empta per Sforzinū, cum hoc dicatur intereſſe legale, quod correſpōdere debet fructibus ad rationem quinque pro centenario, prout taxari ſolent ſtabilia ex æquitate, *l. Iul. §. ex vend. ff. de act. empt. & l. curabit, C. eod. tit. Mang. d. quæſt. 148. numer. 45. & ſeqq.* Rot. *in recent. par. 4. deciſ. 132. & coram Duran. d. deciſ. 34. num. 6. & ſeqq. & deciſ. 192. num. 1. & 10. & coram Buratt. deciſ. 130 num. 7. & deciſ 675. num. 9* vbi dantur concordantes deciſiones, *Sperell. deciſ. 84. num. 49. & ſeqq. & latius deduximus in vna Fanen. laudi, quæ eſt in ordine deciſ. 212. num. 6. & ſeqq.* Qui lanè fru-
6 ctus rerum ſtabilium † reddere ſolent quinque pro centenario, *gloſ. in Auth. præterea in verbi iuſta, C. de Sacr. Sanct. Eccleſ. Hond. conſ. 30. numer. 20. lib. 1. Mangill. d. quæſt. num. 48. Rot. diuerſ. par. 2. deciſ. 116. num. 1. & coram Duran. deciſ. 192. num. 1. & 2. & coram Buratt deciſ. 65. num. 2. & deciſ. 112. num. 1. cum aliis relatis in d. deciſ. noſtra 212. ac etiam congeſtis per Sperell. in allegata deciſ. 84. num. 55 & ſeqq.*

Neque aduerſatur, quod Nonius, & Petrus Matthæius venditores mandauerint Sforzino, vt pretium dictorum bonorum ſolueret Dominæ Dianæ eorum ſorori pro ſolutione ſuarum dotiū, & conſequenter quod ipſi agant ſine actione:
7 Quia reſpondetur, quod † ceſſio fuit ſimplex, & facta tantum ad commodum cedentium, dum non interuenit formalis ſtipulatio de illo tempore inter Sforzinum debitorem ceſſum, & Dianam ceſſionatiam, *iuxta tex. l. 1. C. de nouat. in princ. & in l. 3. § quod ſi, C. eod. tit. Cagnol. in l. ſingularia, num. 179. ff. ſi cert. pet. Gab. conſ. 155. num. 13. & ſeqq. lib. 1. Surd. conſ. 145. num. 4.* Rot. *in recent. par. 5. deciſ. 392. numer. 28.* Quo
8 caſu † illa ceſſio importat mandatum tantummodo in perſona Sforzini, *l. ſi mandauero, §. interdum, ff. mand. gloſ. in l. delegari, ff. de lib. leg.* Rot. *coram Duran. deciſ. 207. num. 1.* & conſe-
9 quenter perindè † haberi debet, ac Maſchini Dominæ Dianæ ſoluiſſent, *l. non abſtulit, C. de nouat. Duran. d. deciſ. 207. num. 2. & deciſ. 402. num. 25.* operaturque vt apud Maſchinos ſemper
10 remanſerint actiones efficaces † contra eundem Sforzinum, & D. Conuentatum, qui habet cauſam ab eo, *Surd. conſ. 145. num. 5. & 6. & 28. Altogr. conſ. 37. num. 27. lib. 1.* itaut non poſſint de tali ceſſione opponere, vt poſt *Bart. Oſaſ.* & alios, firmat Rot. *coram Duran. in allegat. deciſ. 34. num. 33. & deciſ. 99. num. 2. & rurſus deciſ. 266. num. 20. & ſeqq.* Nec dicatur, quod ipſa bona fuerunt alienata ad effectum dumtaxat reſtituendi dotem Dom. Dianæ, & conſequenter cum pretium non poſſit in aliam cauſam conuerti videatur dicendum fuiſſe ſequutam veram delegationem: Quia ſi venditores voluiſſent quod ceſſio importaret veram delegationem, erat neceſſaria præſentia, & conſenſus ceſſionariæ, vt dictum eſt, ac ſuperflua fuiſſet reſeruatio
11 dominii, vſque ad integralem ſolutionem, † cum per delegationem Maſchini fuiſſent ipſo iure liberati, *l. 3. §. quod ſi, C. de nouat. l. ſingularia, ff. ſi cert. pet.* Rot. *in recent. par. 5. deciſ. 392. num. 20.*

Neque pariter obſtat, quod dicebatur non conſtare de identitate, & dominio bonorum de quibus agitur: Quoniam ex inſtrumento emptionis factæ per Sforzinum ab ipſis de Maſchinis, qui aſſeruerunt bona vendita, & exiſtentia Maceratæ in contrata Sanctæ Crucis à capite viā Romanam, &c. Ad ipſos ſpectare iure dominii, ac etiam ex numeratione pretij, traditione rei cum clauſula conſtituti, & diuturna poſſeſſione; Nec non ex alio inſtrumento in quo idem Sforzinus declarauit vendidiſſe Domino Conuentato poſſeſſionem, aliàs emptam à præfatis Maſchinis ſitam, & lateratam vt ſupra, ſatis inducitur probatio identitatis bonorum, & dominij contra Dominum Conuentatum habentem cau-
12 ſam à Sforzino, vt † de probatione dominij, firmat Rot. *diuerſ. par. 1. deciſ. 693. num. 2 & 3. & deciſ. 776. num. 1. & in recent. par. 3. deciſ. 443. num. 5. & 6. & coram Caual. deciſ. 93. num. 7. et deciſ. 105. num. 2. et coram Cocc. dec.*
13 *41. num. 2. et ſeqq.* Et † de probatione identitatis per dictos duos confines pariter firmat *Rot. diuerſ. par. 1. deciſ. 281. num. 1. et coram Buratt. deciſ. 602. num. 12.* vbi dantur concordantes.
14 Vltra † quod vbi non agitur de canonizatione dominij illud præſumitur ex poſſeſſione, *Bart. in l. quidam in ſuo, num. 4. ff. de cond. inſt.* Rot. *diuerſ. par. 1. deciſ. 351. num. 3. & par. 2. deciſ. 34. num. 20.* Poſſeſſio autem Maſchinorum de illo tempore dicitur probata ex eodem inſtrumento, ſeù inſtrumentis venditionum cum clau-
15 ſula conſtituti, † quæ probat poſſeſſionem conſtituentiū contra Sforzinum, & Conuentatum ab eo cauſam habentem, *adnotata per Doct. in leg.*

quod

quod meo, ff. de acq. poſſ. cum alijs deductis per Rot. in recent. par. 4. deciſ. 445. num. 1. & coram Duran. deciſ. 49. num. 3. & latius notauimus dec. 13. num. 13. deciſ. 30. num. 10. deciſ. 88. num. 9. & deciſ. 112. num. 8.

Neque tandem viſum fuit obeſſe ſequeſtrum factum, vt dicebatur à Gabellario Maceratæ ſu-
16 per dicto pecuniarum reſiduo. † Quia reſpondetur, quod per ſolam aſſertionem Sforzini dici non poteſt ſequeſtrum fuiſſe appoſitum, *Cocc. deciſ. 39. num. 1. & 2.* Niſi etiam conſtet de relato ſequeſtro, *iuxta Auth. ſi quis in aliquo, vbi Doct. omnes, C. de eden.* Et quatenus de illo conſtare,
17 adhuc diceretur non obeſſe, ex quo † præſumeretur mendicatum per Sforzinum ne tale reſiduũ ſolueret, dum Gabellarius poterat agere contra Maſchinos manu regia ad ſuum creditum conſequendum, vt in ſimili notant *Mangil. dict. tract. quæſt. 86. num. 4. & ſeq. Caroc. de ſequ. par. 3.*
18 *quæſt. 10. num. 4.* Diceretur que † nullum, ac nullius roboris, tanquam emanatum ſine cauſæ cognitione, & Maſchinis debitoribus non citatis. *Caroc. dict. tract. par. 3. quæſt. 3. Gimb. deciſ. 25. num. 3. Buratt. deciſ. 105. num. 4. & 5.* Et ita ex his videtur pronunciandum excluſa tamen Domina Diana, quæ tanquam integraliter ſatisfacta de ſuis dotibus, vt eſt in confeſſo apud partes ad cauſam venire non poterat.

ARGVMENTVM.

An, & quando Peritis in arte ſtandum ſit.

SVMMARIVM.

1 *Peritis in arte credendum eſt.*

2 *Citatio partis requiritur ad intereſſendum in loco differentiæ.*

3 *Citatio facta pro certa die, & poſtea pro ſingulis diebus, & horis, valet ſaltim per aliquot dies.*

4 *Præſentia ſupplet, & ſanat omnem defectum citationis.*

5 *Eſtimatores, qui auctoritate publica ſunt deſtinati ſi in principio ſuſcepti officij iurarunt, vlterius iurare non tenentur.*

6 *Relatio in parte falſa in totum corruit, & numer. 10.*

7 *Iudex poteſt augere, corrigere, & minuere æſtimationem. Amplia, vt numer. 8.*

9 *Peritorum ſententiam Iudex examinare debet, & quod æquum eſt iudicare.*

DECISIO CCLXI.

PVtauimus recedendum eſſe à Deciſis per R. P. D. Ambroſium Lucum confirmando, prout confirmauimus etiam ex nouiter deductis ſententiam primæ inſtantiæ: Quia de inciſione arborum facta per Rinaldum Certonum, ſatis conſtare, viſum fuit, ex depoſitione quatuor teſtium formiter examinatorum, & de damno prouenieute ab illa, per rela-
1 tionem æſtimatorum Communitatis Anconæ, † quibus credendum eſt, *Maſcard. de probat. concl. 654. num. 1. & ſeqq. Rot. apud Greg. deciſ. 125. num. 9. deciſ. 261. num. 8. & 10. & deciſ. 536. num. 1. Et in recent. par. 2. deciſ. 353. num. 2.*

Non obſtat allegatus defectus citationis minus
2 legitimè factæ ad intereſſendum in loco, † prout requirebatur, *ex mente Bart. et aliorum in l. Theopompus, ff. de dot. præleg. et in l. qui bene, ſi vis, num. 3. ff. de damno infect. Couarr. var. cap. 13. num. 5. Gab. conſ. 168. num. 102. lib. 1. Barz. deciſ. Bonon. 22. num. 13. Rot. in recent.*
3 *par. 1. deciſ. 315. num. 14. et 15.* Quia † præterquam quod citatio facta fuit pro certa die, & poſtea pro ſingulis diebus, & horis ad intereſſendum, quo fit vt dicatur valere ſaltim per aliquot paucos dies, vt ſæpè firmauit *Rot. teſte. Beltr. ad Greg. deciſ. 72. num. 6. et diuerſ. par. 1. deciſ. 311. num. 3. et in recent. par. 1. deciſ. 307. num. 9.* Pro vlteriori reſponſione animaduertebatur, quod pars aduerſa interuenit ſuis loco, & tempore, deditque interrogatoria ſuper quibus æſtimatores examinarentur, vt ipſimet de-
4 ponunt iuxta 14. interrogatorium, quo caſu † præſentia illius ſupplet, & ſanat omnem defectum citationis, *Bart. et alij in l. 1. ff. de in ius vocan.* Bal. *in l. 1. in tertio not. ff. de ferijs. Gabr. tit. de citatione, concl. 1. num. 41. vbi dantur* concordantes, *Creſcen. deciſ. 2. num. 2. et 9. tit. de arb. Rot. coram Greg. deciſ. 27. num. 3. et 9. deciſ. 127. num. 6. et 9. et deciſ. 578. num. 2. et in recent. par. 2. deciſ. 81. num. 4. deciſ. 95. num. 1. deciſ. 99. num. 2. et deciſ. 796. num. 1.*

Neque obſtat, quod ſecundo loco dicebatur æſtimationem relationemque non fuiſſe iuratam, & non apparere æſtimatores fuiſſe tales quales ſeſe fecerunt. Nam cum ipſi fuerint electi à Ciui-
5 tate Anconæ † ſuper damnis datis, & iurauerint tempore ſuſcepti officij, vt conſtat per fidem Franciſci Pelagij Cancellarij Communitatis, vtique alio iuramento non fuit opus, *Bal. in l. hac edictali, §. his illud, ſub num. 3. C. de ſecund. nup. Mynſing. cent. 6. obſer. 34. num. 14.*

Nec pariter obſtat, quod dicebatur Iudicem non ſententiaſſe ſecundum æſtimationem factam,
6 ſed in minori quantitate, † ideò cum in parte non fuerit bona, in totum corruere, *vt per Alex. conſ. 114. num. 7. et ſeqq. lib. 4.* Quia reſponde-
7 batur † potuiſſe Iudicem augere, corrigere, vel

mi-

Digitized by Google

minuere æſtimationem, *ex doctrina Bart. in l. ab arbitrio, num. 4. ff. qui ſatis cog.* maximè in ſimilibus cauſis criminalibus ciuiliter intentatis, vbi
8 Iudex † poteſt plus, vel minus pro ſuo arbitrio vltra illud, quod petitum fuit condemnare, *Bar. & Bal. in l. quid ergo, §. pœna grauior, ff. de his, qui not. infam. Crau. conſ. 218. num. 4. lib. 1. Affl. in cap. 1. num. 22. tit. ex quibus cauſ. feud. amitt. Menoch. de arb. Iud. caſ. 143. num. 4.* Petitorum
9 enim ſententia Iudex † examinare debet, & quod æquum eſt ſtatuere, *Miſſing. d. obſeruat. 34. numer. 2.* Siquidem ſententia eius nihilominus dicetur conformis libello, quo ad rem, quo ad cau-
10 ſam, & quo ad rationem, Nec † obſtat *Alex. in allegato conſ. 114.* vbi loquitur de relatione pro parte falſa, quæ in totum corruere debet; Nos autem verſamur in caſu, vbi non conſtat de falſitate aliqua, ſed Iudex ſuo viſus arbitrio voluit minuere æſtimationem, quod facere potuit. Et ita deciſum.

ARGVMENTVM.

Propter poſſeſſionem anteceſſoris beneficiati datur mandatum de manutenendo ſucceſſori in beneficio.

SVMMARIVM.

1 *A decreto manutentionis non datur appellatio ſaltim ſuſpenſiua.*
2 *Iudex immittens in poſſeſſionem priuat alium.*
3 *Immiſſio facta auctoritate Iudicis probat poſſeſſionem, quæ ſufficit ad obtinendam manutentionem, & num. 4.*
5 *Poſſeſſio bonorum Eccleſiæ acquiſita per anteceſſorem iuuat ſucceſſorem, & in eum tranſit abſque noua apprehenſione.*
6 *Poſſeſſio defuncti non continuatur in hæredem, niſi per eum apprehendatur.*
7 *Limita in eo qui ſuccedit in beneficio Eccleſiaſtico.*
8 *Poſſeſſio bonorum Eccleſiæ dicitur eſſe penes ipſam Eccleſiam, non autem penes Rectorem ſimpliciter, quia Eccleſia non mutatur, licet mutetur Rector illius.*
9 *Rectori, qui agit nomine Eccleſiæ pro recuperatione poſſeſſionis rerum particularium, quam ipſe nunquam habuit, datur remedio, capit. redintegrandæ.*
10 *Rector agens cenſetur in dubio agere nomine Eccl.*
11 *Poſſidenti ciuiliter datur manutentio pro recuperatione naturalis poſſeſſionis.*
12 *Poſſeſſio ciuilis per decennium amittitur.*
13 *Quod procedit quando alius corporaliter poſſeſſionem apprehenderit intra decennium.*
14 *Alioquin etiam poſt decennium præſumitur animo continuata.*
15 *Retentio poſſeſſionis pendet ab animo poſſidentis.*
16 *Pro ſpoliato non habetur ille, qui adiuit iudicem pro remouendis moleſtijs, & pro conſeruatione ſuæ poſſeſſionis ciuilis.*
17 *Eccleſiæ datur manutentio etiamſi Rector habuiſſet ſe pro ſpoliato.*
18 *Poſſeſſione quis non priuatur ex immiſſione nulliter data.*
19 *Sententia tranſit in iudicatum, ob non interpoſitam appellationem.*
20 *Sententia acceptata à partibus, præſumitur ritè, & rectè lata.*
21 *Manutentio datur poſſidenti dum examinantur nullitates proceſſus.*
22 *Sententia non dicitur continere mixturam, quando pronunciatur principaliter ſuper poſſeſſione, & incidenter ſuper titulo.*

DECISIO CCLXII.

1 DOmini non dubitarunt quin eſſet moderanda inhibitio ad fauorem R.D. Nicolai Tranquilli Ciuitatis Firmi, quia à decreto † manutentionis non datur appellatio ſaltim ſuſpenſiua, *Menoch. poſt alios, quos citat de retinen. poſſ. remed. 3. quæſt. 104 num. 843. & ſeq. Contard. ad l. vnic. de moment. poſſ. lim. 3. num. 48. Scacc. de appellat. quæſt. 17. lim. 6. mem. 2. num. 4. & mem. 3. num. 35. & rurſus mem. 5. num. 1. & 3. Beraut. deciſ. 79. per tot. Affl. deciſ. 269. Rot. in recent. par. 2. deciſ. 287. num. 7.* Iuſtificatur enim manutentio ex poſſeſſione eiuſdem Tranquilli per inſtrumentum adeptionis illius vigore ſaluiani de mandato Iudi-
2 cis, † qui immittens in poſſeſſionem priuat aliũ, *Rot. apud Greg. deciſ. 582. num. 5. & 8. & in recent. par. 1. deciſ. 359. cum alijs per nos allegatis*
3 *deciſ. 39. num. 3.* Quæ quidem immiſſio † facta auctoritate Iudicis probat poſſeſſionem ad effectum de quo agitur, *Menoch. de ret. poſſ. d. remed.*
4 *3. num. 575. Cocc. deciſ. 14. num. 3.* Et ſufficit † ad obtinendam manutentionem, *§. retinendæ, inſtit. de interd. Bart. in l. 1. §. vltimo, num. 18. ff. vti poſſid. Alex. conſ. 92. num. 4. lib. 2. Rot. apud Greg. deciſ. 107. num. 1. & deciſ. 582. num. 1. & ſeq. & in recent. par. 6. deciſ. 305. num. 2.*
Non obſtat, quod poſſeſſio non fuerit capta
5 per Tranquillum, ſed per eius anteceſſorem, † quia poſſeſſio bonorum Eccleſiæ acquiſita per anteceſſorem iuuat ſucceſſorem, & in eum tranſit abſque noua apprehenſione, *Bar. & alij in l. cum hæredes, ff. de acq. poſſ. Tiraq. tract. le mort ſaiſit, in præfat. declar. 5. Menoch. d. rem. num. 823. & ſeqq. Pariſ. conſ. 24. num. 7. lib. 1. Guidop. deciſ. 629. Rot. in recent. par. 6. deciſ. 139. num. 26. & par. 7. deciſ. 49. num. 8. & coram Cocc. deciſ. 26. num. 3. deciſ. 86. num. 1. deciſ. 125. num. 3. deciſ. 161. num. 1. deciſ. 380. num. 1. & deciſ. 452. num. 2.*

Et

6 Et opinio, quod poſſeſſio defuncti non conti-
nuetur in hæredem, niſi per eum apprehendatur,
*l. cum hæredes, in princ. ff. de acq. poſſ. Becc. conſ.
77. num. 2. lib. 2.* Rot. *coram Cocc. deciſ. 464.
num* 4
7 Non procedit in eo, qui ſuccedit in beneficio
Eccleſiaſtico, *Surd. conſ. 183. n. 38. Becc. d. conſ.
77. nu. 3.* Rot. *in rec. par. 6. deciſ. 139. n. 26. &*
8 *coram Cocc. deciſ. 490. nu. 2.* quia † talis poſſeſ-
ſio dicitur eſſe penes ipſam Eccleſiam, non autem
penes Rectorem ſimpliciter, quæ quidem Eccle-
ſia non mutatur, licet mutetur Rector illius, *In-
noc. in cap. cum ſuper, de cauſ. poſſ. & propriet.
Surd. d. conſ. num. 37. Bal. in l. fin. col. 2. C. de
edict. Diui Adr. Tull. Pariſ. d. conſ. num. 8. lib.
1. Rot. in recent. par. 6. deciſ. 78. num. 8. & ſeqq.*
9 Vnde ſit, † vt Rectori, qui agit nomine Eccleſiæ
pro recuperatione poſſeſſionis rerum particula-
rium, quam ipſe nunquam habuit detur reme-
dium cap. reintegrandæ ſecundum communem,
de qua per *Becc. in d. conſ. num. 3. Surd. d. conſ.
num. 41. Seraph. deciſ. 1417. nu. 3. Caputaq. de-
ciſ. 182. num. 8. par. 3. Beltram ad Greg. in deciſ.
116. num. 5. in fin.* In caſu autem noſtro fuit a-
ctum nomine Eccleſiæ, & decretum manutentio-
nis relaxatum ad fauorem dicti Tranquilli, vti
10 Rectoris illius, prout † ſi verſaremur in dubio
cenſeretur actum nomine Eccleſiæ, *cap. ex parte,
de conc. preb.* Ricc. *deciſ. 23. num. 4. par. 1. & di-
ximus deciſ. 26. num. 37.*
Non obſtat, quod dicebatur de ſola poſſeſſio-
11 ne ciuili; Quia, † & poſſidenti ciuiliter datur ma-
nutentio pro recuperatione naturalis poſſeſſio-
nis, *Bart. in l. 1. §. interdictum, nu. 2. ff. vti poſ-
ſid. Menoch. d. rem. 3. nu. 22. & ſeqq. Caſt. conſ.
244. num. 1. Put. deciſ. 419. lib. 2.* Rot. *in recent.
par. 1. deciſ. 560. num. 3. & ſeqq. & par. 6. deciſ.
275. num. 22. & par. 7. deciſ. 130. num. 6.* cum
alijs per nos allegatis *deciſ. 17. num. 21. & de-
ciſ. 105. num. 4.*
12 Nec obſtat, quod poſſeſſio ciuilis capta per
R. Baptiſtam anteceſſorem expirauerit per lapſũ
decennij intercedentis ab anno 1615. vſq; ad an-
num 1626. *Cocc. deciſ. 52. num. 5. & deciſ. 494.
num. 4. & 8.* Rot. *in recent. par. 6. d. deciſ. 78.*
13 *num. 41.* quia regula procedit, † quando alius
corporaliter poſſeſſionem apprehẽdiſſet intra
decennium, quod non conſtat in caſu noſtro, &
14 propterea etiam † poſt decẽnium præſumitur a-
nimo continuata, iuxta diſtinctionem *Rot. de
qua per Belt. ad Greg. in deciſ. 307. numer. 26. &
per Rot. in recent. par. 2. deciſ. 287. numer. 5. &
deciſ. 404. num. 7. & per Mant. deciſ. 172. num.*
15 *4. & 5.* Quoniam retentio † pendet ab animo
poſſidentis, *l. licet, C. de acq. poſſ.* Rot. *in recen.
par. 5. deciſ. 5. num. 15.* & non amittitur ſine a-
nimo, *Rot. coram Greg. deciſ. 307. num. 9.*
Nec pariter obſtat, quod Tranquillus au-
diuerit Iudicem pro quodam præcepto, in quo
videtur aſſerere aduerſarios poſſeſſores, & per
16 conſequens ſe ſpoliatũ. Quia † vltra quod ex ipſa
comparitione videtur conſtare de contrario, nẽ-
pè quod audiuerit Iudicem pro remouendis mo-
leſtijs, & pro conſeruatione ſuæ poſſeſſionis ci-
uilis, iuxta notata per *Rot. coram Greg. deciſ.
307. n. 10. & ſeqq.* reſpondetur vlterius, quod
17 datur manutentio † Eccleſiæ, etiamſi Rector ha-
buiſſet ſe pro ſpoliato, *Adden. ad Greg. dec. 216.
num. 5. & deciſ. 246. num. 2. Seraph. deciſ. 1417.
num. 3.*
Similiter non obſtant oppoſitiones contra di-
ctam ſententiam latam in ſaluiano, ſcilicet quod
18 Iudex † non ritè, & rectè proceſſerit, & ideò
non priuauerit DD. de Orlandis aduerſarios, iu-
19 xta *deciſ. Greg. 546. nu. 2.* Quia † cum talis ſen-
tentia tranſiuerit in Iudicatum, non ſolum ob nõ
interpoſitam appellationem, *cap. concertationi,
de appel. in 6. l. poſt rem iudicatam, ff. de re iud.*
20 Sed etiam † ob expreſſã acceptationem, præſum-
ptio eſt pro illa, quod ritè, & rectè lata fuerit,
*gloſ. in l. ſi poſt, C. de iur. & fact. ignorant. Me-
noch. præſ. 67. num. 1. & ſeqq. lib. 2. Rot. in recent.
par. 6. deciſ. 60. num. 4. deciſ. 85. numer. 13. &*
21 *deciſ. 170. nu. 8.* Vltra quod † ſi eſſent examinan-
dæ nullitates interim non denegatur manutentio
poſſidenti, *Rot. ex impreſſ. apud Cenc. de Cenſ.
deciſ. 101. num. 2. deciſ. 244. num. 5. & 245. nu-
mer. 4. & ſeq.*
Tandem non obſtat, quod dicebatur de mi-
xtura dum Iudex decreuit Tranquillum, vti Re-
ctorem eſſe manutenendum, quia vt benè ani-
maduertit D. Scribens pro Tranquillo diſtinguẽ-
22 dum eſt; An fuerit principaliter † cognitum, &
pronunciatum ſuper titulo, & incidenter ſuper
poſſeſſorio, & tunc ratione mixturæ datur ap-
pellatio; ſecus verò quando principaliter ſuper
poſſeſſorio, & incidenter ſuper titulo, vt in caſu
noſtro, & propterea non datur appellatio, vt de-
clarant *Pariſ. conſ. 57. num. 41. & ſeqq. lib. 4.
Cont.* ex aduerſo allegato, *de moment. poſſ. limit.
2. §. 1. num. 1. & ſeqq. Rot. diuerſ. par. 2. deciſ.
34. num. 15. & ſeqq. & in impreſſ. apud Stazille
deciſ. 229. num. 4.* Et ita reſolutum, &c.

A R G V M E N T V M.

In ſaluiano quæ ſint probanda. Et An
ſufficiat citare poſſeſſorem abſque
eo, quod citetur poſſeſſoris auctor
in iudicio comparens.

S V M M A R I V M.

1 *Requiſita ad validitatem ſententiæ.*
2 *Inſtrumentum facit probationem probatam.*
3 *Saluiano requiſita ſunt creditum cum hypotheca,
poſ-*

poſſeſſio anterior debitoris, & poſterior rei conuenti.

4 *Saluianum vti perſonale in rem ſcriptum datur contra tertium poſſeſſorem.*

5 *Calumnia ſuſpicio ceſſat, quando conſtat de iuſtitia agentis, & tunc iuramentum calumnia non eſt neceſſarium.*

6 *Proteſtatio nullitatis non præſtiti iuramenti calumnia repeti debet in quolibet actu iudiciali, & num. 7.*

8 *Citari debet is contra quem principaliter dirigitur actio.*

9 *Non autem neceſſe eſt, quod citetur illius auctor, & num. 12.*

10 *Iudicium ſaluiani eſt poſſeſſorium, & dirigitur ſolummodo contra poſſidentem.*

11 *Auctor laudatus, qui non conſideratur, vti principalis poteſt liti aſſiſtere, & reum coadiuuare.*

12 *Nuntamen vt nouet actionem propoſitam per actorem, itaut de neceſſitate veniat citandus.*

13 *Saluianum ceſſat ceſſante hypotheca.*

14 *Mandatum ad exigendum, probari debet per inſtrumentum, non per præſumptiones.*

15 *Syndicus, ſeu œconomus Eccleſia, mandatum ſpeciale ad extinguendum cenſum, & recipiendum ſortem habere debet.*

16 *Relationi inſtrumentorum non ſtatur quod aliquis ſit procurator, niſi mandatum in eo relatum producatur.*

17 *Amplia etiamſi Notarius dicat ſe vidiſſe, & legiſſe inſtrumentum relatum.*

18 *Confeſſio ad vnum finem, non operatur diuerſum effectum.*

19 *Ratificatio, non extenditur vltra quam ex ipſo actu per neceſſe infertur.*

20 *Qui non vtitur actu geſto ab aliquo tanquam procuratore, non cenſetur illum approbare pro tali.*

21 *Ratificatio geſtorum per procuratorem, non inducitur, niſi data ſcientia illius cum omnibus ſuis qualitatibus.*

22 *Solemnitas eadem requiritur in ratificatione actus nulli, quæ erat neceſſaria in celebratione ipſius actus.*

23 *Mandatum procuræ faciendum à Collegio, vel Capitulo, quæ requirat, & num. 24.*

25 *Saluianum ceſſare facit exceptio anterioritatis.*

26 *Materna hæreditas non adita tranſmittitur ad filios.*

27 *Intellige quod tranſmittatur tanquam adeunda non tanquam adita.*

28 *Pater ſolus hæreditatem filio delatam adire non poteſt, quando filius eſt maior ſeptennio, ſed requiritur ipſius filij voluntas, & aditio cum patris conſenſu, & num. 29.*

30 *Pater licet in aduentitijs ſit vſufructuarius, & legitimus adminiſtrator filiorum, non tamen illis in proprietate præiudicare poteſt.*

DECISIO CCLXIII.

Circumſcripta deſertione, Domini fuerunt in voto confirmandam eſſe ſententiam D. Vicarij Auximani Iudicis à quo. Conſtat † enim de
1 illius iuriſdictione, non tantum ex parte reorum, ſed etiam actorum, qui omnes ſunt Eccleſiaſtici, conſtat etiam de mandatis procuratorum hinc inde, ac pariter de citatione ad audiendam ſententiam præuia ſeruatione terminorum ſubſtantialium, quæ omnia requiruntur pro validitate ſententię, *iuxta deciſ. Caput. 260. par. 2.* paſſim allegati, & admitti ſolita, vt teſtatur *Rot. coram Mar. Andrea dec. 35. num. 1. & deciſ. 102. num. 1.*

De iuſtitia verò non videtur dubitari poſſe, cum RR. Canonici Cingulani actores legitime probauerint creditum eorum cum hypotheca
2 † per inſtrumentum cenſus celebratum de anno 1576. facientem probationem probatam, *l. cum precibus*, C. *de prob. Innoc. & alij Canon. in cap. cum P. tabellio, de fid. inſt.* cum alijs per nos deductis *deciſ. 26. num. 9.* Nec non vtramque poſſeſſionem, nempè illam de Scolaſticis de tempore venditionis cenſus, ac illam monialium de
3 tempore litis motæ, quibus † ſic liquidatis competit abſque dubio immiſſio ex ſaluiano ad fauorem Canonicorum contra Moniales, *Bart. in l. 1. num. 3. ff. de ſalu. interd. Alex. conſ. 185. num. 4. lib. 6. Rol. conſ. 14. num. 13. lib. 1. Gratian deciſ. 103. num. 1. Rot. penes Greg. deciſ. 491. num. 6. & in recent. par. 1. deciſ. 294. num. 3. deciſ. 307. num. 4. & deciſ. 394. num. 3. & par. 3. deciſ. 331. num. 1. & par. 4. deciſ. 513. num. 1. & 2. & diximus deciſ. 13. num. 14. deciſ. 26. numer. 11. deciſ. 74. num. 2. deciſ. 95. num. 8. & deciſ.*
4 *109. num. 4.* Quia † tale remedium, vti perſonale in rem ſcriptum datur contra quemlibet tertium rei poſſeſſorem, *l. 1. §. interdicta, ff. de interd. Menoch. de Adip. rem. 3. num. 55. & ſeqq. Rol. d. conſ. 14. in princ. Surd. deciſ. 174. num. 9. Greg. deciſ. 491. num. 6. Rot. in recent. par. 2. deciſ. 324. num. 2. & par. 5. deciſ. 308. num. 4.*

Non obſtat modo præcipuum fundamentum nullitatis iuramenti Calumniæ petiti ex parte Monialium, & non præſtiti ex parte Canonico-
5 rum. Quia † illud non eſt neceſſarium vbi prout in iſto caſu conſtat de bono iure Canonicorum, pro quibus lata fuit ſententia, nam tunc ceſſat calumniæ ſuſpicio, *Mareſcott. qui alios citat. var. reſolut. lib. 1. cap. 47. num. 10. Iaſ. in l. admonendi, num. 84. in ſecunda lectura, ff. de iur. iur. Adden. ad Veſt. in prax. lib. 1. cap. 2. num. 14. Scac. de iudic. lib. 2. cap. 1. num. 214. & ſeqq. Rot. in recent. par. 4. deciſ. 456. num. 3. & par. 5.*
6 *deciſ. 395. num. 9.* Vltra † quod ſi illud petitur, & poſtea in quocumque actu non eſt repetita petitio illius, cenſetur ab ea receſſum, proceſſuſque ſubſtinetur, *vt fuit dictum in Romana pe-*

cuniaria

cuniaria de Columna 20. *Aprilis* 1617. *coram Du-*
nozet. & in recent. part. 4. *d. deciſ.* 456. *num.* 32
& coram Mart. And. deciſ. 9. *num.* 5. Quoniam
7 in † iudicialibus debet repeti proteſtatio in quo-
libet actu, *Rota diuerſ. par* 1. *deciſ.* 688. *num.* 5.
Belt. ad Greg. deciſ. 157. *num.* 23. cum aliis quos
retulimus, & ſequuti ſumus *deciſ.* 119. *num.* 23.
Moed. deciſ. 2. *de Iud. Caput. deciſ.* 403. *part.* 2.
Seraph. deciſ. 1057. *num.* 2. *Rot. in recent. par.* 4.
d. deciſ. 456. *num.* 3.

Nec pariter obſtat, quod Horatius Bellaſpica
aſſertus auctor laudatus nõ fuerit citatus per Ca-
nonicos in quolibet actu, iuxta formam ſuæ pro-
teſtationis de qua in proceſ. fol. 20. Nam cum
8 ad ſubſtantiandum iudicium, † & validandum
actum ille ſit omnimodo citandus contra quem
dirigitur petitio, & quidem in quolibet actu, *ad*
tex. in l. de vnoquoque, ff. de re Iudic. & in l. nam
ita diuus, ff. de adopt. Bal. *in l. ab eo. col. fin. in fine*
C. quom. & quand. Non autem ille de cuius præ-
9 iudicio † principaliter, non agitur, niſi in quan-
dam conſequentiam, *gloſ. in d. l. de vnoquoque.*
Statil. de ſal. inſp. 4. *cap.* 1. *num.* 135. *Hond. conſ.*
28. *num.* 37. *lib.* 1. qualis eſt auctor laudatus;
iuxta notata per *Bart. in l. ſi pro iniuriis, §.* 1. *nu.*
1. *ff. de appell.* vtique ſufficit Moniales, quæ poſ-
10 ſident, fuiſſe citatas ex quo † iudicium ſaluiani
eſt poſſeſſorium, & datur ſolummodo contra poſ-
ſidentem, per *tex. in l.* 3. *C. vbi in rem actio.* &
11 conſequenter firmandum venit auctorem † lau-
datum, qui non conſideratur vti principalis poſ-
ſe quidem liti aſſiſtere coadiuuando reum, vt di-
cunt *Hond. conſ.* 25. *num.* 8 *lib.* 1. *Giurb. deciſ.* 8.
12 *num.* 31. *in fin.* Non † tamen, vt nouet actionem
propoſitam ipſius actoris, itaut de neceſſitate
veniat ipſe citandus, vt notant in ſpecie *Scapuc.*
de ſalu. lib. 1. *quæſt.* 23. *per totam*, *Rot. in recent.*
par. 3. *deciſ.* 493. *num.* 2. vbi dantur concordan-
tes, eo magis quia per actores fuit proteſtatum
nolle mutare iudicium, nec perſonam.

Neque aduerſarius allegata extinctio cenſus, &
hypothecæ, ex liberatione facta de ſorte princi-
pali, & fructibus per Dominum Æneam Leunci-
num vti procuratorem, ſiuè Syndicum dicti Ca-
13 pituli. Et † proinde, quod extincta hypotheca
non detur ſaluianum, *Mantic. deciſ.* 39. *in princ.*
Rota in recent. par. 5. *deciſ.* 407. *num.* 11. Quia
14 reſpondetur, quod † nullo probationis genere
conſtat de huiuſmodi mandato, niſi per allegatas
exaduerſo præſumptiones, quæ non ſufficiunt,
vbi prout in caſu noſtro agitur de mãdato ad exi-
gendum, & de ſolutione recipienda, quo caſu
mandatum eſt probandum per inſtrumentum, nõ
autem per præſumptiones, imò nec etiam per te-
ſtes, vt notant in ſpecie, *Maſcard. alios referens,*
concl. 1013. *num.* 7. *Boer. deciſ.* 281. *num.* 2. *Gra-*
15 *tian. diſcept.* 505. *num.* 45. Præſertim † quia ver-
ſamur in Syndico, ſeu Œconomo Eccleſiaſtico,
qui mandatum ſpeciale huiuſmodi ad exigendum
fructus, & extinguendum cenſum, & recipiendum
ſortem probare debet per publicum inſtrumen-
tum, *l. hoc iure, ff. de ſolut. Gratian. d. diſcep.* 505.
num. 42. *&* 44. *Maſcar. ead. concl. num.* 9. *Rota*
coram Seraph. deciſ. 987. *num.* 5. *& coram Mart.*
And. deciſ. 96. *num.* 7. vbi vlterius dicit non eſſe
16 ſtandum relationi inſtrumentorum, † in quibus
dicitur talis tanquam procurator talis, vt conſtat
in inſtrumento, niſi mandatum in eo relatum pro-
ducatur, *Auth. ſi quis in aliquo*, *C. de eden.* *vbi*
Doct. dicunt eſſe communem opinionem, de qua in
ſpecie teſtantur etiam *Gratian. d. deciſ.* 103. *num.*
9. *Boer. deciſ.* 281. *num.* 3. *Surd. deciſ.* 231. *nu.* 2.
17 Quod procedit † non ſolum ſi Notarius dicat ſe
vidiſſe, & legiſſe inſtrumentum relatum, ſed etiã
ſi dicat, vt conſtat in inſtrumento per me eundem
Notarium, recepto, & fieri rogato, *Soccin. Sen.*
conſ. 266. *num.* 1. *lib.* 2. *Grat. d. deciſ.* 103. *num.*
10. *&* 11. *Boer. d. deciſ.* 281. *num.* 3. *Surd. deciſ.*
231. *num.* 2. *&* 3. *Rota coram Mar. And. d. deciſ.*
96. *num.* 8. *& ſeqq.*

Nec debet attendi illa confeſſio Canonicorum
ad poſitiones, quod ſcilicet receperint fructus cẽ-
ſus à Lucio emptore, & poſſeſſore fundi cenſuati,
qui in ſe accollauit dict. cenſum. Quia ille actus
18 confeſſionis † non operatur vltra eorum intētio-
nem, *l. non omnis, ff. ſi cert. pet. l. cancellauerat,*
ff. de his, quæ in teſtam. delent. prout dicimus de
productione facta ad certum effectum, quod vltra
illum non debet operari, *Grat. conſ.* 14. *num.* 14.
lib. 1. *Cran. conſ.* 175. *nu.* 7. *Caph. conſ.* 236. *nu.*
21. *Surd. conſ.* 252. *num.* 17. *& deciſ.* 267. *num.* 4.
Hond. conſ. 66. *num.* 54. *lib.* 3. *Rot. diuer. par.* 1.
deciſ. 445. *num.* 4. *Seraph. deciſ.* 377. *nu.* 5. *Mar.*
19 *And. deciſ.* 87. *num.* 7. Quapropter † dici non
poteſt inductam fuiſſe aliquam ratificationem a-
lterius mandati procuræ ex dicta confeſſione, ſeu
aſſertione accollationis, & receptionis fructuum,
vt late defendit, *Cenc. de cenſ. quæſt.* 66. *num.* 62.
20 *& ſeqq.* Quoniam † Canonici non vſi fuerunt a-
ctu geſto a dicto Ænea Leoncello, ſine quo actu
non datur talis ratificatio, *Grat. diſcep.* 505. *n.* 19.
21 in qua † ſanè geſtorum ratificatione, non ſolum
requiritur ſcientia plena, perfecta, & ſpecifica
cum omnibus ſuis qualitatibus, & conditionibus
rei geſtæ, *Menoch. conſ.* 189. *num.* 38. *Surd. conſ.*
150. *nu.* 136. *Rot. in recen. par.* 1. *deciſ.* 99. *nu.* 4.
deciſ. 281. *num.* 7. *&* 10. *deciſ.* 492. *num.* 1. cum
aliis per nos citatis *deciſ.* 116. *num.* 27. Verum
22 etiam † requireretur eadem ſolemnitas, quæ in
ipſo actu conſtitutionis procuratoris deſideratur,
l. ſicut proponis, ff. de rit. nupt. l. doli, verſ. idem-
que eſt in minore, ff. de nouat. Roman. *conſ.* 82. *nu.*
6. *& ibi latè Adden. Surd. deciſ.* 70. *nu.* 15. *Grat.*
23 *diſcep.* 981. *num.* 44. Nimirum † facta conuoca-
tione de toto Capitulo cum Superioris auctorita-
te, in loco ſolito, & Capitulari facientes maiorem
partem, *vt ex Bald. in l. nulli, ff. quod cuiuſq; vni-*
uerſit. nomine, voluerunt Loſeus, tract. de iure vni-
uerſit. par. 2. *cap.* 1. *n.* 43. *&* 61. *Caput. deciſ.* 190.
42 *n.* 2. *&* 3. *lib.* 2. Alioquin † mandatum non valet,

niſi ſint ſpecificata nomina omnium Canonicorũ
conſtituentium, vel adſit in eo Capituli ſignum,
cum alijs, vt ſupra *cap fin. de procurat. Cam. Bor-
rell. in ſumma deciſ. part. 1. tit. 66. num. 408.*

Demum, nec releuat exceptio anterioritatis
hypothecæ propter dotem Brigittæ vxoris Anto-
lini, ac Matris Ioannæ vxoris Horatij Bellaſpicæ
auctoris laudati dictarum Monialium, quæ ſanè
25 exceptio † anterioritatis ceſſare facit ſaluianum,
*Statil. de ſalu. inſp. 3. cap. 2. num. 382. Rot. apud
eund. deciſ. 206. num. 1. & coram Mantic. deciſ.
69. num. 1.* Quia pro reſponſione conſiderabant
Domini non apparere, quod Ioanna filia Brigit-
tæ maternam hæreditatem adiuerit. Et licet hæ-
26 reditas materna non † adita tranſmittatur ad fi-
lios, iuxta tradita per *Doct. in l. dos à patre, &
in l. quæſitum, ad l. Fal. Gabr. conſ. 165. num. 13.
lib. 2. Turrett. conſ. 69. num. 16. lib. 1. Surd. de-
ciſ. 140. num. 2. Capic. deciſ. 176. num. 14. & 15.
Theſ. Iun. forenſ. lib. 4. quæſt. 78. num. 3. verſ. ſed
iſta ampliatio, Rot. in recent. part. 4. deciſ. 198.
num. 5.* Vbi teſtatur de veriori, quidquid in con-
trarium dicat *Pereg. deciſ. 87. num. 8.* Attamen
27 non † tranſmittitur tanquam adita, ſed tanquam
adeunda, *leg. ſi quis filium, §. 1. & ibi gloſ. Bart.
Bal. Angel. Caſt. Imol. Alex. Aret. & Iaſ. ff. de
acq. hæred. Couar. var. tom. 2. capit. 9. num. 55.
Graſſ. in §. tranſmiſſio, quæſt. 17. num. 1. Surd. de-
ciſ. 140. num. 14.* Sicut nec apparet, quod filij
Ioannæ adiuerint hæreditatem Brigittæ; Nec
28 Horatius Bellaſpica eorum pater † potuit ſolus
adire, cum filij ſint maiores ſeptennio, *l. ſi in in-
fante, vbi Doct. C. de iure delib. l. cum non ſolum,
§. ſin autem, in ſecunda ætate, C. de bon. quæ lib. l.
ſi quis mihi bona, §. iuſſum, ff. de acq. hæred. l. pla-
cet, ff. eod. l. cum quæritur, de legat. 1. Mantic.
de coniect. vlt. vol. lib. 12. tit. 13. num. 14. verſ.
ſecundus caſus, Surd. d. deciſ. 140. num 11.* Quam-
29 uis eius † conſenſus requiratur antequam filius
adeat, *l. fin. §. neceſſitate, C. de bon. quæ lib. vbi
Bart. Bald. & comm. Doct. Rota in recent. part. 5.
deciſ. 73. num. 10.* Et in omnem euentum licet
conſtaret de aditione non potuiſſet Horatius Bel-
laſpica pater opponere de anterioritate crediti
filiorum vigore dotis Auiæ maternæ, quia ex hu-
iuſmodi oppoſitione perimerent iura filiorum,
circa dictam dotem, quam conſequi non poſſent;
30 Licet † enim pater in aduentitiis ſit vſufructua-
rius, & legitimus adminiſtrator filiorum,
non tamen poteſt illis in proprietate
prædicare, *Bald. in l. 1. C. de bon.
mat. Surd. conſ. 76. numer. 7.
& deciſ. 179. nu. 5. Rot.
diuerſ. par. 1. deciſ.
622. num. 3. &
dec. 717.
n. 13.*

ARGVMENTVM.

Error communis non ſemper excuſat.

SVMMARIVM.

1 *Error communis nihil operatur, quando nullum
reperitur fundamentum, & is, qui actum fecit
ſciuit eius inhabilitatem.*

2 *Error in facto proprio non eſt tolerandus, ſiue con-
ſiſtat in facto, ſiue in iure.*

3 *Exactionis ius delegari non poteſt.*

4 *Electa induſtria alicuius ipſe vices ſuas alteri de-
mandare non poteſt.*

5 *Vnus in ſolidum non poteſt pro toto credito con-
ueniri.*

6 *Gabella non debetur ex alienatione facta cauſa ne-
ceſſitatis.*

DECISIO CCLXIV.

Achilles Achilerius gerens ſe pro Ga-
bellarios Ciuitatis Sancti Seuerini in
Carcerem conijci fecit Horatium
Stephani de Villa Scribulæ, ſub præ-
textu, quod eſſet debitor notabilis
ſummæ pro Gabella cuiuſdam con-
tractus alienationis factæ pro conſtitutione do-
tium Pompiliæ, & Zenobiæ ſororis, & conſobri-
næ ipſius reſpectiuè, qui quidem Horatius in-
ſtetit pro liberatione à carceribus oblata cau-
tione de ſoluendo ſummam prædictam, quate-
nus illa debeatur, & replicante Achilerio non
eſſe excarcerandum, niſi facta actuali ſolutio-
ne, Dominus Iudex mandauit pecuniam ex-
burſari data fideiuſſione in forma depoſiti per
Achilerium, de reſtituendo ſi, & quatenus, &c.
ad omne mandatum, cauſa autem per appella-
tionem introducta in Rota fuit declarata captura
nulla cum omnibus inde ſequutis, quia cum Achil-
les non eſſet Gabellarius carebat omnimoda iu-
riſdictione, & actione ad id tale petendũ, & faciẽ-
dũ, & conſequẽter corruerũ geſta per eũ etiamſi
extimaretur talis communi opinione, ex defectu
auctoritatis Superioris à quo nõ fuit creatus Ga-
1 bellarius, communiſque error † nihil operatur,
quando nullum reperitur fundamentum, & A-
chilerius ſciuit eius inhabilitatem, *l. actuarios, C.
de numer. lib. 12. Innoc. in cap. nihil de elect. Ma-
ſcar. de prob. concl. 313. n. 18. & 19. Gab. de prob.
concl. 8 nu. 32. Rot. coram Bucat. deciſ. 642. n. 7.*
2 Dicitur enim error in facto proprio, qui † non
eſt tollerandus, ſiue conſiſtat in facto, ſiuè in iure,
*l. non eſt ferendus, vbi Doct. ff. de tranſact. Rot. in
rec. p. 7. dec. 3. n. 25.* Quinimò ſi conſtare feciſſet de
deputatione ab Alexandro Noe vero Gabellario,
3 adhuc dicebamus carcerationẽ nullã eſſe cũ † exa-
ctionis ius delegari nõ poſſit, *ex tex. in l. miſſi opina-
toribus, §. iudices itaq; C. de exact. tribut. lib. 10.*

Gab.

Digitized by Google

Galganet. de iure pub. lib. 4. tit. 4. num. 8. Vbi
4 namque † electa eſt induſtria alicuius ipſe vices
ſuas, alteri demandare non poteſt. l. vlt. §. is au-
tem. ff. de offic. deleg. Menoch. de arbitr. quaſt. 54.
num. 7.

Præterea cum Horatius rem vendiderit, tàm
ſuo nomine, quàm cæterorum hæredum, dato
etiam, quod Achilles fuiſſet G. bellarius, vtique
5 non poterat † totam ſummam exigere ab vno
cæteris omiſſis, vt in Auth. de duobus reis, ma-
ximè quia Horatius contraxit etiam nomine fra-
trum, & ex cauſa, & debito hæreditario, quod
ad omnes hæredes pertinebat, Rota apud Gregor.
deciſ. 442. num. 3. & ibi Bels. num 5. Quibus ac-
6 cedit, quod † alienatio facta fuit ex cauſa neceſ-
ſaria, ex qua Gabella non debetur à venditore,
Riminald. Iun. d. conſ. 433. num. 17. Surd. deciſ.
305. num. 29. Gratian. diſcep. 148. num. 14. Spe-
rell. deciſ. 99. num. 18. eo magis, quia facta fuit
alienatio vigore teſtamenti Antonii Patria, quo
caſu illa eſt prohibita per ſextum capitulum dictæ
Gabellæ in actis productum.

A R G V M E N T V M.

Sententia, an ſit exequenda contra hæ-
redem, vbi aditio ex bonorum hę-
redis poſſeſſione probatur.

S V M M A R I V M.

1 *Probatio ſemiplena ſufficit in cauſis ſummariis.*
2 *Nuncio referenti feciſſe executionem in bonis N. creditur.*
3 *Executio facta in bonis alterius, quam debitoris extromittenda eſt.*
4 *Qui poſſidet bona alicuius præſumitur Hæres, & ex titulo hæreditario poſſidere.*
5 *Hæreditatis aditio probatur ex poſſeſſione rei hæreditariæ.*
6 *Hæreditati iacenti dandus eſt Curator, contra quē eſt facienda executio iudicati.*
7 *Confeſſio geminata magis enixam oſtendit voluntatem, & probat aditionem, ac inducit actum magis deliberatum. & num. 8.*
9 *Et omnimodam veritatis præſumptionem.*
10 *Et magnam ſcientiam, ac deliberationem.*
11 *Etiam contra hæredes habentes cauſam à confitente.*
12 *Ex verbis enunciatiuis probatur aditio hæreditatis.*
13 *Aditio hæreditatis inducitur ex contractu, qui non poteſt fieri citra ius, & nomen hæredis.*
14 *In aditione hæreditatis, cum beneficio legis, & inuentarii ſolemnitates ſtatutariæ non requiruntur.*
15 *Exceptio oppoſita, & diſcuſſa; Eaque non obſtāte ſi lata ſit ſententia cenſetur reiecta.*
16 *In cauſis ſummariis exceptio, quæ requirit altiorem indaginem reiicitur, niſi in continenti probetur.*
17 *Hæres dicitur, qui poſſidet bona hæreditaria, præſumiturque poſſidere vti hæres, non vt fideicommiſſarius.*
18 *Hæreditas præſumitur opulenta.*
19 *Omnis executio contra hæredem fieri poteſt, quæ fieri potuiſſet contra defunctum.*
20 *In hæredis facultate ſtare non debet excludendi legatarium à ſuo legato.*

DECISIO CCLXV.

COmmuni voto dixerunt Domini exe-
cutionem pro parte RR. PP. S. Fran-
ciſci de Macerata, alias obtentam in
Rota contra bona hæreditaria Ioſe-
phi Frontoni, qui legatum reliquit
eodem Conuentui fuiſſe legitimè fa-
ctam, & conſumatam ſuper domo de qua agitur
hæreditaria ipſius, & poſſeſſa ſemper ab eodem
dum viuebat, vt deponunt teſtes in proceſſu Ro-
tali, qui plenè probant, licet probatio ſemiple-
1 na † ſufficeret in hac ſummaria cognitione rei
captæ in executionem, Bart. in l. à Diuo Pio, §.
ſi ſuper rebus, ff. de re iudic. Oſuſeb. deciſ. 37. num.
7. & 8. maximè accedente relatione executoris,
2 cui creditur dum ipſe † retulit feciſſe executio-
nem in bonis Ioſephi legantis, vt probat tex. in l.
1. §. cura carnis, ff. de offic. præf. vrb. Menoch. de
adipiſcend. poſſ. remed. 4. num. 922. & de arbitr.
caſ. 112. num. 20. Gregor. deciſ. 402. numer. 2.
Rot. Maceraten. in noſtra deciſ. 17. numer. 1.
& 13.

Non obſtat, quod pro parte illorum de Balbis
dicitur executionem factam fuiſſe contra eos tan-
3 quam tertios poſſeſſores, & ſic in † bonis alte-
rius, quam debitoris, & propterea extromitten-
dam eſſe iuxta diſpoſitionem, tex. in d. l. à Diuo
Pio, §. ſi ſuper rebus, & ibi præcipuè Alexandr.
num. 8. Quia reſpondebatur, quod facta fuit con-
tra eos tanquam hæredes Victoriæ eorum matris
hæredis dicti Ioſephi, quod negari non poteſt;
Nam dum ipſi fatentur poſſidere domum, de
qua agitur eamque ſpectare ad eorum matrem,
4 conſequenter † fatentur non ſolum ſe hæredes il-
lius à qua inſtituti fuerunt, vt conſtat ex teſta-
mento, ſed etiam poſſidere titulo hæreditario,
prout ſanè de iure præſumuntur poſſidere. Al-
ciat. de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 23. Menoch.
eod. tract. lib. 6. præſumpt. 67. num. 4. Becc. conſ.
6. lib. 1. Roman. conſ. 247. num. 5. & 6. Rot. di-
uer. par. 4. deciſ. 2. num. 1. cum aliis per nos alle-
5 gatis deciſ. 51. num. 32. Hæreditatemque † adi-
uiſſe, l. ſi quis bonis paternis, ff. de acquir. hæredit.
§. pro hæred. inſtit. de hæred. qual. & diff. Bart. in
l. gerit num. 21. ff. eod. tit. Maſcar. de prob. concl. 45.
n. 1. & ſeq. Rot. diu. par. 4. d. dec. 2. n. 1. & coram
Greg. dec. 7. in prin. & nos diximus d. dec. 51. n. 30.

Prout re vera tanquam hæredes Victoriæ ma-
tris, ac poſseſsores bonorum hæreditariorum,
illius conuenti fuerunt pro ſolutione legati, alio-
6 quin † neceſse fuiſset dare hæreditati iacenti cu-
ratorem contra quem eſset faciēda executio indi-
cati, vt docet *Oſaſch. deciſ. 34. num. 21.* Propte-
rea ipſi non fuerunt reputari tertij, ſed hæredes
Victoriæ matris, & ipſa hæres Ioſephi, vt proba-
7 tur ex eius confeſſione, † quæ cum ſit geminata
in publicis instrumentis, de quibus in actis dici-
tur ſuperlatiua probatio, & aditionis magis eni-
xam oſtendit voluntatem, *Crau. conſ. 65. col. 2.*
Rolan. conſ. 46. num. 9. lib. 4. Altograd. conſ. 55.
num. 11. lib. 1. Menoch. conſ. 450. num. 13. Greg.
8 *deciſ. 408. num. 3.* Et † inducit actum magis de-
liberatum, *gloſ. in cap. ſi quis iratus 2. quaſt. 3.*
9 Et † omnimodam veritatis præſumptionem,
Caph. conſ. 297. num. 2. Afflict. deciſ. 337. nu. 5.
10 Nec † non magnam ſcientiam, & deliberatio-
nem, *Barbaſ. conſ. 18. num. 15. lib. 2. Rot. in re-*
11 *cent. par. 7. deciſ. 39. num. 6.* Etiam † contra hæ-
redes habentes cauſam ab ipſa confitente, *Ruin.*
conſ. 50. num. 11 vol. 1. Altograd. conſ. 18. num.
33. lib. 1. Rot. in recent. par. 1. deciſ. 246. num. 4.
& deciſ. 290. num. 2. & par. 7. deciſ. 234. nu. 6.

Nec obſtat, quod dicebatur non fuiſse factam
confeſsionem principaliter ad effectum adeundi
hæreditatem Ioſephi, ſed potius enunciatiuè, &
12 ad alium effectum: Quia vltra quod etiam † ex
verbis enunciatiuis adita ſemper præſumitur hæ-
reditas, *Menoch. præſumpt. 100. num. 23. lib. 4.*
Rota diuerſ. par. 1. deciſ. 362. num. 2 & in recent.
par. 7. deciſ. 306. num. 16. cum alijs per nos rela-
tis deciſ. 118. num. 19. Reſpondetur, quod con-
13 trarium deſumitur † ex lectura ipſorum inſtru-
mentorum, vbi agitur de retrouenditione cenſus
cantantis ſub nomine dicti Ioſephi, cum debitor
illius volens ſe liberare redimendo cenſum, non
potuerit contrahere cum ipſa Victoria citra ius,
& nomen hæredis, *Rota diuerſ. par. 1. d. deciſ. 362.*
num. 9. & coram Greg. deciſ. 98. num. 4.

Præterea nec obſtat allegata nullitas eiuſdem
confeſsionis, & aditionis hæreditatis præfatæ, ſi-
ne ſolemnitate Statuti Maceratæ, & Conſtitutio-
nis Marchiæ. Nam reſpondetur, quod ſolemni-
14 tates † non ſunt neceſsariæ in aditione cum be-
neficio legis, & inuentarij, prout nouiſsimè fa-
ctum apparet in caſu propoſito, quoniam per hu-
iuſmodi aditionem mulier lædi non potuit, cum
inuentarij remedio tueatur, itaut damnum ſenti-
re non poſsit, *iuxta terminos, l. ſcimus, in princ.*
iuncto §. & ſi præfatam, C. de iure delib. §. ex-
traneis, verſ. ſed noſtra, inſtit. de hæred. qual. & di-
fer. Pic. ad Stat. Vrbis, gloſ. 7. num. 109. Rota
in recent. part. 6. deciſ. 39. num. 10. & par. 7. de-
ciſ. 127. num. 2. Ideò hæc exceptio nullitatis ad-
15 ditionis † non valet impedire factam executio-
nem præſertim cum alias fuerit talis exceptio op-
poſita, & diſcuſsa eaque non obſtante lata ſenten-
tia, quo caſu cenſetur reiecta, *cap. ex parte, de*
appellat. l. à procedente, vbi Bar. num. 4. C. de
dilat. Rot. coram Buratt. deciſ. 151 num. 7. nec vi-
detur potuiſse iterum proponi ſaltem ad retar-
dandum effectum ſententiæ Rotalis contra dicta
16 bona in hoc remedio ſummario, in quo † omnes
exceptiones turbidæ, & requirentes altiorem in-
daginem reijciuntur, niſi in continenti probētur,
leg. 3. in prin. ff. vt in poſſeſſ. legat. & ibi gloſ. in
verb. hodie, & Bart. num. 1. Scapuc. de Salu. lib.
2. quaſt. 1. num. 3. Rota ex impreſſ. apud Zacch.
de obligat. Cameral. deciſ. 26. num. 2. & deciſ. 42.
num. 9. & notauimus deciſ. 34. num. 29.

Deniq; non obſtat, quod dicebatur Victoriam
poſsediſse domum præfatam, non vigore teſta-
menti Ioſephi fratris, ſed virtute fideicommiſsi
Dominici patris; Quia ſtante dicto teſtamento,
in quo ipſa fuit hæres inſtituta, ſicut teſtator non
cenſetur diſpoſuiſſe de bonis fideicommiſſo ſub-
iectis, ſed de proprijs ſaltim pro legitima ſua, ſic
17 illa † non cenſetur poſſediſse domum, vti relictā
ex fideicommiſso, ſed vti propriam ipſius Ioſe-
phi, *Roman. conſ. 247. num. 6. & à nobis dictum*
eſt deciſ. 51. num. 33. & propterea cenſetur ipſa
ſe ſe ſubieciſse oneri legati facti ab ipſo teſtatore
18 ſuper bonis, & hæreditate ſua, † quæ præſumi-
tur ſoluendo, & opulenta, vt tradunt Doctores
in l. fin. ff. ſi certum pet. Rota coram Seraph. deciſ.
1394. num. 5. & coram Duran. deciſ. 1. num. 33.
& ſeq. & in recent. par. 1. deciſ. 696. num. 2. At-
que ex his omnibus reſolutum fuit procedendum
eſse ad vlteriora in executione, & adiudicatione
19 bonorum prædictorum, quia † contra dictos de
Balbis hæredes repræſentātes perſonam defunctæ
fieri poteſt omnis executio, quæ fieri potuiſset
contra ipſam, *Arg. l. 1. C. vt act. ab hæred. & con-*
tra hæred. cum alijs per nos notatis deciſ. 63. num.
2. & ſeqq. In quorum quidem hæredum facultate
20 ſtare † non debet excludendi Eccleſiam legatariā
à ſuo legato, *ad tex. in leg. cum à matre, C. de rei*
vend. l. 1. C. commu. de legat. Bec. conſ. 24. num.
11. Surd. deciſ. 99. num. 10. Rot. in recent. part. 4.
deciſ. 615. num. 2. in fin. & par. 7. deciſ. 17. n. 5.
Et ita exequutum.

ARGVMENTVM.

Ægidianæ Conſtitutioni locus non eſt quoties lata ſententia in ſaluiano tractatur de perſonis, ſeu rebus Eccleſiaſticis.

SVMMARIVM.

1 *Ægidiana, quæ locum non habet in rebus Eccle-*
ſiaſticis, multò minus locum habere debet in per-
ſonis. Siue ſententia ſit lata contra actorem, ſiuè
contra reum, num. 3.

2 Ægi-

3 *Ægidius Cardinalis in Prouincia Marchiæ tempo-ralem tantum iuriſdictionem habebat.*
4 *Appellatio vnius ex litis conſortibus prodeſt al-teri.*
5 *Clericus hæres non poteſt conueniri coram Iudice ſæculari, quamuis cœptum fuiſſet iudicium con-tra defunctum.*
6 *Manutentio competit poſſeſſori, qui non habuit ſe pro ſpoliato.*
7 *Poſſeſſio probatur ex ſententia de amouendo, & eijciendo.*
8 *Ex negatione poſſeſſionis non infertur ad negatio-nem iuris.*
9 *Negatio poſſeſſionis tunc demum præiudicat, ſi eſt facta præcedente interrogatione Iudicis.*

DECISIO CCLXVI.

IN iudicio poſſeſſorio ſaluiani de quo
contenditur inter D. Albertiam, &
litis conſortes de Portellis ex vna,
& Dominam Ioannam Gabriellam
ex altera, cum interueniat Clericus
contra quem lata eſt ſententia,
& immediatè ſequuta eſt immiſſio
in poſſeſſionem intra decem dies datos ad appel-
landum, ſequitur quod illa poſſeſſio ſit attenta-
2 ta. cum † Ægidiana, quæ prohibet appellatio-
nem in poſſeſſorio non intret in hoc caſu. *aduota-
ta per Laurent. Vrſell. concl. 63. in verbo Ægidia-
na, num. 33. & per Scacc. tract. de appellat. quæſt.
17. lim. 6. mem. 3. num. 15.* Vbi quod ſi Ægidia-
na non habet locum in rebus Eccleſiaſticis, mul-
tò minus locum habere debet in perſonis, quia
perſonæ ſunt digniores rebus, *& ſequitur Rota
apud Statil. deciſ. 234. & in recent. part. 1. deciſ.
32. num. 2. & deciſ. 618. num. 2 & apud Gregor.
deciſ. 581. num. 8. cum alijs cumulatis per D. Lud.
Poſt. reſolut. 128. num. 43. & ſeqq.* Idque ex de-
3 fectu poteſtatis † Cardinalis Ægidij, qui in tem-
poralibus tantum iuriſdictionem habebat in Pro-
uincia Marchiæ, *vt poſt Honded. in conſ. 20. num.
6. cum ſeqq. lib. 2.* Notat in ſpecie pluribus cita-
tis, *idem Poſt. in d. reſolut. num. 42. Et ſæpiſſimè
firmauit Rota, vt coram Put. deciſ. 316. num. 1.
lib. 2. & poſt Pacificum de Salu. deciſ. 237. num.
6. & 8. deciſ. 238. num. 1. deciſ. 239. num. 5. &
in Romana ſaluiani prima Iunij 1609. ex impreſſ.
per Marcb. de com. part. 2. fol. 468. num. 2. & 5.*
3 Quod procedit ſiuè † lata fuerit ſententia contra
actorem; ſiuè contra reum Clericum, vt in caſu
noſtro, *Put. deciſ. 307. lib. 2.* Rota *coram Buratto
deciſ. 315. num. 6 & diximus deciſ. 128. num. 4.*
4 Militatque ratio, † etiam quoad Clerici fratres,
& litis conſortes, cum appellatio vnius proſit om-
nibus, *cap. vna ſententia, de appellat. l. ſi quis ſe-
paratim, §. final. ff. de appellat. l. 1. & l. final. C.
ſi vnus ex pluribus*, & vtrobique Doctores, *Lan-
cel lot. de attentat. par. 2. cap. 12. Ampl. 11. num.
1. & ſeq.* Rota *coram Put. deciſ. 459. lib. 2. & in
recent. part. 2. deciſ. 183. num. 5. & deciſ. 191.
num. 1. & coram Buratt. deciſ. 315. num. 7. vbi*
5 *etiam Adden.* Quinimò dictum fuit † iudicium
procedere, etiam ſi Clericus conueniretur vti hę-
res inſtitutus à Laico, ratione cuius hæreditatis
non poteſt conueniri coram Iudice ſæculari pro
debito defuncti, etiam quod cœptum fuiſſet Iu-
dicium contra Laicum prædeceſſorem, vt ſuppo-
nitur in hoc caſu, *Canoniſta in cap. quia, de Iudic.
Bal. in l. 1. C. ſi pend. appellat. & in cap. in præſen-
tia, col. 4. de probat. cum alijs cumulatis per Azin.
in prax. §. 2. cap. 12. ſub num. 54. & ſeqq.* vbi de
magis communi, *Carol. de Graſſ. effect. Cler. 1.
num. 281. Io: Mar. Bell. diſqu. Cler. part. 1. titul.
de fauor. cler. reali, §. 1. num. 6. Mart. de iuriſd.
part. 4. caſ. 33. in fin. Ambroſ. de Immunit. Eccle
ſiaſtic. cap. 20. num. 45. Marant. de ordin. Iudic.
par. 5. verſic. & omnia fiant, num. 13. Surd. conſ.
223. num. 4. & deciſ. 110. num. 1.* Gail. *lib. 1.
obſeruat. 37. num. 8. Peregr. de fideicomm. artic.
final. num. 2. Mar. Ant. var. lib. 1. reſol. 49. num.
2. Boer. deciſ. 69. num. 35.* Gratian. *diſcept. 16.
num. 34. Zacch. ad Galleſ. de obligat. Camer. quæſt.
8. nu. 8. & 10.* vbi teſtatur de obſeruantia Rotæ,
*Laur. Vrſell. concl. 12. in verbo Abſolutus, nu. 17.
verſic. ſed ſi quis, Sperell. deciſ. 7. num. 3. lib. 1.
Rot. in antiq. deciſ. 552. de foro compet. & coram
Seraph. deciſ. 957. num. 9. & ex impreſſ. per Fari-
nac. in ſecund. vol. conſ. deciſ. 305.* Quamobrem
cum exequutio fuerit attentata, & appellantes
6 non † habuerint ſe pro ſpoliatis, debent vtique
in ſua poſſeſſione manuteneri, *iuxta deciſ. Rotæ
ex impreſſ. per Statil. deciſ. 196. num. 1. & 2. pe-
nes Put. deciſ. 419. lib. 2. & penes Buratt. deciſ.
185. num. 5. deciſ. 342. num. 2. & 3. vbi Adden.
& deciſ. 491. num. 3.* cum ſatis conſtet de eorum
7 poſſeſſione † ad effectum manutentionis, ex ſen-
tentia de amouendo, & eijciendo eos; *vt benè per
Rot. ex impreſ. per eundem Statil. deciſ. 101. nu. 4.
& 8. & deciſ. 299. nu. 3. & apud Cocc. deciſ. 14.
num. 3. & per Gregor. deciſ. 458. num. 2. & ſeqq.
cum alijs per nos allegatis deciſ. 261. num. 2.*

Non obſtat, quod DD. de Portellis appellan-
tes dixerint in partibus ſe non poſſediſſe, & non
habere intereſſe in cauſa, quia hoc non conclu-
dit, quo minus ſint audiendi: nam ex negatione
8 poſſeſſionis † non infertur ad negationem iuris,
l. permiſceri, de acq. poſſeſſ. Seraphin. deciſ. 620.
9 *num. 4.* Præterea negatio poſſeſſionis, † tunc de-
mùm præiudicat, ſi eſt facta præcedente inter-
rogatione Iudicis, quod non eſt in caſu
noſtro, *gloſ. in cap. penult. de iura-
men. calumn. Bart. in l. fin. de
rei vend. Gab. de acq. poſſ.
concl. 1. num. 3. Se-
raph. d. deciſ.
620. nu.
6.*

ARGVMENTVM.

Vbicunque quis nobis obligatur ad aliquid faciendum, compelli poteſt, vt per inſtrumentum nos cautos reddat.

SVMMARIVM.

1 *Ille qui contrahit cogitur ad inſtrumentum faciendum, quando de conuentis non adeſt probatio in ſcriptis.*

2 *Etiam cum obligatione Camerali, vbi adeſt talis conſuetudo.*

3 *Ex poſſeſſione rei titulus præambulus præſumitur.*

4 *Confeſſio extraiudicialis probatur per duos teſtes conteſtes.*

5 *Confeſſio extraiudicialis plenè probat de æquitate Canonica.*

6 *Etiam quod facta ſit parte abſente.*

7 *Præſertim in dominio, & foro Eccleſiaſtico.*

8 *Teſtes quando ſunt nulliter examinati, & eorum dictum eſt releuans poſſunt denuò examinari.*

9 *In cauſis minimis, & ſummarijs nunquam concluditur, & teſtes poſſunt quandocumque examinari.*

10 *Teſtes ſingulares probant cōfeſſionem reiteratam, cum ſit actus multiplicabilis, qui poteſt fieri diuerſis locis, & temporibus.*

11 *Conſtito de ſubſtantia debiti, quantitas per iuramentum probari poteſt.*

12 *Probationes leuiores ſufficiunt, vbi non agitur de ſubſtantia debiti, ſed de quantitate.*

13 *Cauſa ſummariſſima admittit leuiores probationes.*

14 *Sententia lata partibus inſtantibus, non poteſt dici nulla ex defectu citationis, aut monitionis.*

15 *Extrauagans Ambitioſæ non procedit in bonis Eccleſiæ parui momenti, vt ſunt terrulæ, & vineolæ.*

DECISIO CCLXVII.

1 REctè videtur condemnatus Ioannes Iacobus Calamore per Dominum Vicarium Firmanum ad † conficiendum inſtrumentum emptionis vineæ de qua quæritur, reddendo cautum Reu. Dominicum Fortem venditorem, ex tex. *in l. ſicut dotem, C. de lib. cauſ. Bart. & alij Doct. communiter in l. ſi pupillus, ff. de nouat. & delegat. Canoniſtæ, in cap. ſignificauerunt, de teſtib. Maſcar. de probat. concl. 480. num. 2. Tiraq. de retract. conſangu. §. 29. gloſ. vltima, num. 1. Alb. conſ. 33 nu. 1. Natt. conſ. 382. num. 1. & ſeqq. Surd. conſ. 144. num. 4. & conſ. 208. num. 7. Magon. deciſ. Lucen. 95. num. 15. & ſeqq.*

2 Etiam † cum obligatione Camerali, ſtante conſuetudine notoria, quæ viget in ſtatu Eccleſiaſtico, vt firmant *Zacch. ad Galleſ. de obligat. Cam. quæſt. 08. num. 1 & 2. Barz. de quarant. par. 1. quæſt. 5. Granut. Theorem. 9. num. 13.* Iuſtificatur enim contractus, non tantum ex propria confeſſione emptoris ad poſitiones datas in iudicio,
3 dum fatetur vineam poſſidere, ex qua † poſſeſſione titulus præambulus, præſumitur *Curt. Iun. conſ. 168. num. 32. & ſeqq. Rimin. Iun. conſ. 44. num. 69. Rota coram Cocc. decis. 239. num. 5.* Sed etiam ex depoſitione quatuor teſtium examina-
4 torum, cum tamen duo † conteſtes ſufficiant, *Canoniſtæ in cap. final. de ſucceſſ. ab inteſtato, Gabr. de confeſ. concl. 2. n. 3. alter Gab. conſ. 71. n. 17. vol. 1. Cocc. deciſ. 297. num. 1.* Qui teſtes licet depo-
5 nant † de ipſiuſmet Calamoræ emptoria extraiudiciali confeſſione, nihilominus plenè illam probant de æquitate canonica, *Felin. in capit. ſi cautio, num. 22. de fid. inſt. Gab. d. tit. de confeſſis, concl. 1. num. 46. Ludou. Poſt. reſolut. 52. num. 3. & 4. Gratian. diſcept. 116. num. 51. diſcept. 143. num. 6. & diſcept. 869. num. 30. Caualc. deciſ. 19. nu. 23. lib. 1. Theſ. deciſ. 109. num. 6. Amat. deciſ. 13. num. 4. & notauimus deciſ. 45. num. 3. Put. deciſ. 11. num. 3. lib. 2. Cocc. deciſ. 170. num. 10.* vbi teſtatur de obſeruantia Rotæ, *ead. Rot. diuer. par. 0. deciſ. 4. num. 4. & in recent. part. 1. deciſ. 158. num. 1. par. 3. deciſ. 460. num. 2. & par. 7.*
6 *deciſ. 208. num. 8.* Etiam quod † confeſſio facta ſit parte abſente, *Affl. deciſ. 263. num. 5. Vrſil. ad eandem deciſ. 363. num. 9. Amat. d. deciſ. 13. num. 4. & ſeqq. Rot. coram Greg. deciſ. 408. num. 2. & ibi Beltram. & diximus deciſ. 121. num. 6.*
7 Quam quidem † Canonicam æquitatem ſeruandam eſſe in hoc caſu non videtur dubitandum, cū agatur in dominio, & foro Eccleſiaſtico, & de perſona Eccleſiaſtica, vt in ſpecie notat *Cocc. d. deciſ. 170. num. fin. cum alijs cumulatis in d. noſtra deciſ. 121. num. 6.*

Non obſtat, quod dicebatur de nullitate examinis, dum quatuor teſtes fuerunt examinati cū tamen duo tantum eſſent repetendi. Quia ſtante nullitate examinis facti in prima inſtantia, non
8 ſolum † fuit licita hæc repetitio ſtante eorum releuantia, ſed etiam de nouo alij poterant examinari, *Gab. de teſtib. concl. 01. nu. 18. Caput. deciſ. 266. n. 3. par. 3. Rot. in rec. par. 2. deciſ. 720. nu. 1.* Nec releuat, quod Melchior Marci, & Baldaſar Thomæ non fuerint in prima inſtantia examinati formiter: Quia, & ipſi teſtimonium dederunt per fides priuatas, ideò per neceſſe in hac tertia inſtantia fuerunt ex noſtro decreto formiter repetiti.

Nec ſimiliter obſtare viſum fuit, quod dicebatur teſtes fuiſſe examinatos extra terminū: Quia id non conſtat, nec conſtare poteſt, ex quo in
9 cauſis minimis † prout eſt iſta, vbi proceditur ſola facti veritate inſpecta, ac ſummariſſimè, ex forma noſtræ Conſtitutionis Rotalis, num. 30.

non-

nunquam concluditur, ita ut poſſint ſemper, & quandocumque teſtes examinari, *Soccin. Sen. conſil. 190. numer. 7. lib. 2. Alex. conſil. 83. num. 12. & ſeq. lib. 4. Farinac. de Teſt. quaeſt. 80. num. 74. Gratian. deciſ. 198. num. 25. Amat. deciſ. 8. num. 27. Oſaſch. deciſ. 1. num. 10.*

Neque pariter obſtat, quod teſtes dicantur ſingulares: Nam cum verſemur in actu reiterabili,
10 iſta † dicitur ſingularitas cumulatiua, ex qua nulla reſultat repugnantia obſtatiua, ſeù diuerſificatiua, ſiquidem omnes teſtes ſuper ipſo facto emptionis vineæ concordant, & ad eundem finem tendunt, nempè ad comprobandum, & coadiuuandum actoris intentionem, licet in tempore non concordent; quo caſu quia totum depoſitio conſiſtit ſuper vno, & eodem facto, comprobando ſcilicet confeſſionem emptionis vineæ prædictæ; ideò omnes dicuntur probare factum ipſum principale, ſuper quo depoſuerunt, & ſic dictam confeſſionem extraiudicialem: & licet non concordent de loco, aut tempore, non tamen inducitur diuerſitas, ſed tantummodo dicuntur plures confeſſiones, ſuper vna, & eadem re, nec inducunt diuerſitatem factorum, ideò coniūguntur ad plenam probationem faciēdam, *vt poſt Alex. Dec. Caſtren. & alios, firmat in ſpecie Ioſeph Lud. Peruſ. deciſ. 9. numer. 14. & 15. Gratian. deciſ. 139. num. 2. & 3. & diſcept. 909. num. 4. Sperell. deciſ. 69. num. 54. & nos diximus deciſ. 45. num. 5.*

Prætereà nec obſtat, quod ipſi deponant de
11 precio vineæ. Quoniam vbi † conſtat de ſubſtantia debiti dolosè negata, poterit probari quantitas per iuramentum, quamuis ſubſtantia ipſa per iuſiurandum probari non valeat, *Menoch. qui alios citat conſ. 81. num. 19. Grat. diſcept. 109.*
12 *n. 59. Amat. d. dec. 13. n. 11.* Quia † hoc caſu ſufficiunt leuiores probationes, vt ſunt præſumptiones, & coniecturæ, *Iaſ. in repetitione l. admonendi, num. 202. ff. de iure iurand. cum alijs per Ceph. conſ. 297. num. 12. & per Sard. conſ. 94. num. 28. Rot. coram Greg. deciſ. 324. num. 4. & in recent. par. 6. deciſ. 87. num. 13.* Præſertim cum agatur
13 de cauſa † ſummariſſima, vt dictum eſt, quæ ex ſui natura admittit leuiores probationes, *Greg. d. deciſ. 324. num. 4. & 5. cum alijs citatis in d. noſtra deciſ. 45. num. 7.*

Præſumptiones autem, & coniecturæ, quod precium vineæ ſit florenorum 26. deſumuntur ex inſtrumento emptionis factæ de eadem vinea ab eodem Reu. Dominico, qui illam prius emerat à Societate Corporis Chriſti Collinæ, de anno 1616. pro eodem pretio, vt conſtat ex inſtrumēto in actis Rotalibus exhibito.

Similiter nec releuat, quod dicebatur latam fuiſſe ſententiam per Dominum Vicarium die 22. Iunij 1628. pendente monitione facta die 21.
14 eiuſdem pro ſecundo die iuridica. Nam cum † lata fuerit partibus præſentibus, & inſtantibus pro expeditione, imò etiam appellantibus quatenus contra, proptereà dici non poteſt nulla, ſed benè valida, *Seraph. deciſ. 536. numer. 1. & ſeqq.*

Demum non obſtat, quod dicebatur de nullitate venditionis ex defectu indulti: Quia pro reſponſione eſt ſciendum, quod vinea fuit olim relicta per quemdam Laicum Societati Corporis Chriſti iure legati, quæ ſocietas eandem vendi-
15 dit dicto Reu. Dominico Forti, † cum licentia Illuſtriſſimi Archiepiſcopi Ciuitatis Firmi, quod fieri potuit, *ex tex. in cap. terrulas 12. quaeſt. 2. Quar. in ſum. Bull. tit. de alienat. rerum Eccl. num. 41.* Etiam poſt emanatam extrauagantem Ambitioſæ de rebus Eccl. non alien. quandoquidem in generali prohibitione alienationis ipſius extrauagantis non veniunt modica, *Genuen. in ſua Prax. Archiep. cap. 75. num. 3. Thiſaur. fori Eccl. par. 1. cap. 15. num. 6. Ricc. in Prax. par. 2. dec. 223. num. 1. & ſeqq.* Ac ideò res amplius non dicitur Eccleſiaſtica, ſed profana, & propria ipſius Dominici, qui propterea illam potuit alienare inconſulto Archiepiſcopo, & ſine nouo beneplacito illius. Et ita, &c.

A R G V M E N T V M.

Obligatio defuncti non extenditur ad bona hæredis.

S V M M A R I V M.

1 *Bona propria hæredis non veniunt in obligatione bonorum facta per defunctum.*

2 *Executio facta in bonis alterius, quam debitoris extromittenda eſt.*

3 *Tertius non poteſt regulariter executionem impedire.*

4 *Limita quando conſtat de titulo, & poſſeſſione eius, qui ſe oppoſuit.*

5 *Probatio poſſeſſionis, quæ habet titulum annexum, prævalet alijs probationibus ſine titulo.*

6 *Suſcipiens onus probandi, ſi deficit, ſuccumbere debet.*

7 *Coniunctus poſſidens rem coniuncti, de cuius dominio conſtat, præſumitur iure familiaritatis poſſidere.*

8 *Habitatio iure familiaritatis, nullum ius tribuit.*

9 *Familiaritatis iure, qui detinet, non ſibi, ſed alteri poſſidet.*

DECISIO CCLXVIII.

1 QVoniam bona propria Antonij Ma-
netti hæredis beneficiati Pompilij
Salimbeni, non veniunt in obliga-
tione bonorum facta per eundem
Pompilium ſuis creditoribus, *ex
tex. in l. Paulus, & ibi Bart. ff. de
pig. Surd. deciſ. 315. num. 4. & ſeqq.* Ideò in hac
Æſtea ſubhaſtationis fuit communi omnium vo-
to concluſum, ſententiam primi Iudicis eſſe con-
firmandam, & ſecundi reuocandam, quia ex actis
cõſtat domum ſuper qua facta fuit executio fuiſ-
ſe datam in dotem à Pompilio Siluiæ eius filiæ,
matris Antonij Manetti, vt in apoca matrimo-
niali, proceſſu fol. 44. & deponit primus teſtis
examinatus pro parte illorum de Taglionibus
creditorum Pompilij ad octauum interrogatorij
fol. 17. & teſtes omnes examinati pro parte fi-
liorum Antonij Manetti ſuper quinto capitulo
fol. 33. ex quibus omnibus ſatis concludenter viſ-
ſum fuit conſtare de poſſeſſione, ac titulo, & con-
ſequenter de dominio dictæ Siluiæ, & hæredum
ſuorum ad effectum non ſolum impediendi exe-
2 cutionem, ſed etiam † reuocandi illam, vti fa-
ctam in bonis alterius, quam debitoris, *ad tex.
in l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, & ibi ſcribentes,
ff. de re iudic. & præcipuè Bart. num. 3. & ſeq.*

Non obſtat, quod dicebatur hæredes Antonij
3 Manetti tanquam tertij, non † poſſe impedire
executionem dictæ ſententię, *iuxta notata per Oſa-
ſch. deciſ. Pedemon. 37. num. 4.* maximè quia
videtur cõſtare de poſſeſſione Pompilij debitoris
dictorum de Taglionibus, & conſortium agen-
tium cum teſtes examinati deponant Pompilium
inhabitaſſe domum de qua agitur vſque ad eius
obitum.

4 Nam reſpondetur obiectum procedere non
poſſe, ſtantibus probationibus de titulo, & poſ-
ſeſſione inconcludenti factis; Si quidem probatio-
5 nes ſuper poſſeſſione, † quæ habent titulum an-
nexum, vt hic, præualent alijs probationibus ſine
titulo, *cap. licet cauſam, & ibi Doct. de probat.
Menoch. de retinend. remed. 3. num. 733. Grattian.
diſcept. 402. nu. 1. & 2. Belt. ad Greg. deciſ. 323.
num. 5. & idem Greg. deciſ. 380. num. 1.* Idque
multo magis procedit, quia poſt executionem
Iudex ſtatuit terminum parti aduerſæ ad docen-
dum huiuſmodi executionem fuiſſe factam in bo-
nis debitoris, à quo decreto non fuit appellatum,
6 ſed benè ſuſceptum onus † probandi in quo de-
fecit, vt in proceſſu conſtat, igitur ſuccumbere
debet, *l. 1. §. item quæritur, ff. de aqua. quot. &
æſtiu. l. res alienas, C. de rei vend. Gaitop. deciſ.
365 num. 1.*

Nec releuat, quod Pompilius habitauerit do-
mum vſque ad eius obitum: Quia cum ipſe fue-
rit Auus, & Tutor Antonij, præſumitur iure fa-
7 miliaritatis habitaſſe, dum † conſtat de dominio
ipſius Antonij, & ſuorum hæredum, *adnotata in
l. qui iure familiaritatis, vbi etiam Bart. ff. de acq.
poſſeſſ. Cran. conſ. 61. num. 2. Curt. Iunior. conſ.
108. num. 26. Lud. Poſt. Reſol. 43. num. 1. &
8 ſeq. Greg. deciſ. 572. num. 4.* Nullumque ius †
tribuit Pompilio huiuſmodi habitatio, *Lud. Poſt.
d. reſolut. 43. num. 3. Gratian. diſcept. 450. num.
1. & ſeqq. Aldou. conſ. 53. nu. 23. Belt. ad Greg.
in allegata deciſ. 572. num. 6. Rot. in recent. par.
2. deciſ. 761. num. 4.* Præſertim in caſu noſtro,
vbi probatum eſt, quod Antonius pupillus re-
9 manſit ſub tutela Pompilij eius Aui, † qui pro-
pterea videtur habitaſſe domum ad commodum
Antonij nepotis Pupilli, cuius familiaritatis iure
vtebatur, *l. generaliter, ff. de acq. poſſeſſ. Bart. in
l. & habet, §. hoſpites, de precar. Grattian. dicta
diſcept. 450. num. 15. in fin. & num. ſeq. Ludou.
Poſt. d. reſolut. num. 4.* Et ita, &c.

ARGVMENTVM.

Socius poteſt compelli ad diuiſionem, quia nemo inuitus cogitur manere in communione, etiamſi res ſit emphyteutica.

SVMMARIVM.

1 *Contractus qualis ſit inſpicitur ex verbis.*
2 *Clauſula (tanto al bene, quanto al male) poſita in contractu, importat ſocietatem.*
3 *Societas contrahi poteſt ſuper fructibus, ſine proprietatis communicatione.*
4 *Socius dicitur qui pro tali eſt admiſſus.*
5 *Societas quando cenſeatur per hæredes renouata.*
6 *Communio obligat ad diuidendum cum nemo teneatur ſtare in communione.*
7 *Æqualitas inter ſocios eſt ſeruanda.*
8 *Proportionabiliter ſi commodè fieri poteſt diuiſio, & num. 9.*
10 *Decretum Iudicis quod continet verba dubia, & incerta eſt grauatorium.*
11 *Verborum ambiguitas parit nullitatem iudicij, & ſententiæ.*
12 *Incertitudo vitiat actum.*
13 *(Partitum) eſt verbum genericum.*
14 *Quod ad ſpecificata refertur.*
15 *Generalis diſpoſitio intelligitur ſecundum naturam rei de qua eſt ſermo.*
16 *Et reſtringitur ad ſuam cauſam.*
17 *Verbum generale reſtringitur ad cogitatum, & expreſſum.*
18 *Verba dubia interpretantur contra ſe fundantem in illis.*
19 *Emphyteuſis diuidi non poteſt. Sed contra, numer. 21.*

20 In

Digitized by Google

20 *In locatione ad longum tempus ceſſante pacto caducitatis, ceſſat caducitas.*
21 *Approbatio nunquam refertur ad id per quod induceretur renunciatio alicuius iuris approbantis.*

DECISIO CCLXIX.

1 CVm celebratus contractus inter Cōfraternitatē Corporis Chriſti Ciuitatis Anconæ, & Franciſcum Zonalem ſit locationis, & conductionis reſpectiuè, vt verba ipſius expreſſe ſonant, quæ loquuntur de affictu, & locatione pro 29. annis tantum, *ad tradita per Gab. conſ. 80. num. 6. & ſeqq. lib. 2. Crau. conſ. 201. num. 4. Becc. conſ. 37. num. 9. & ſeq.* Rot. *in recent. par. 2. deciſ. 544. n. 2.* Et ſuc-
2 ceſſiuè contractus † initus inter eundem Franciſcum Zanolam, & Ioſephum Manzonum ſit Societatis vltro citroque obligatorius lucrorum, & damnorum, ſuper fructibus, & vtilitatibus prouenientibus ex eodem affictu terrarum, vt conſtat ex illis verbis promiſerunt durante tempore conductionis (*ſtare al male, e bene, all'vtile, e danno,*) *Mart. de clauſ. par. 2. clauſ. 183. Surd. conſ. 9. num. 33. & ſeq.* Rot. *diuerſ. par. 1. deciſ. 763. num. 2. & ſeq.* Cumque pariter Socie-
3 tas † contrahi poſſit ſuper vtilitatibus, & fructibus, etiam ſine proprietatis communicatione, *vt per Alex. in l. ſi paſcenda, num. 2. & 3. Dec. num. 13. Soccin. num. 12. C. de pact. Natt. conſ. 403. num. 11. Falic. de Societate cap. 9. num. 17.*
4 *48. & ſeqq.* Ita quod Ioſephus Manzonus † dicatur vere ſocius admiſſus, *ad tex. in l. qui admittitur, ff. pro ſoc.* Etiam poſt mortem Franciſci Za-
5 nolæ, cum per eius filios cenſeatur † ſocietas tacitè renouata ex illorum continuatione præſuppoſita dum hodie dicunt ſe nolle ſtare amplius in communione, *Pariſ. conſ. 82. num. 35. & ſeqq. lib. 1. Falic. d. tract. cap. 41. num. 3.* Idcò verſantibus in caſu illius diſſolutionis etiam de conſenſu partium, vt patet ex actis, quia commu-
6 nio ipſa † obligat ad diuidendum, tanquam actus neceſſarius, cum nemo teneatur ſtare in communione, *l. final. C. com. diuid. l. verum, §. final. & l. actione, §. diximus, ff. pro ſoc. §. manet, Inſtit. de ſociet. Bald. in l. ſi maior. C. eo, Felician. d. cap. 39. num. 6. & 7.* Et æquum ſit, vt inter ipſos
7 conſocios † deueniatur ad diuiſionem fructuum, qui durante tempore conductionis percepti fuerunt, *Pariſ. d. conſ. 82. num. 38. & 39.* Idque
8 † proportionabiliter, aſſignando cuilibet portionem ſuam, ſi commodè fieri poteſt, *l. 1. verſ. quod ſi diuiſio, & l. ad officium, §. eam autem, C. com. diuid.*

Proinde fuit reſolutum vnanimi voto Auditorū malè iudicatum per D. Iudicem à quo, in vltimo ſuo decreto, & benè appellatum per Ioſephum Manzonum; quia dum Iudex in tali decreto mandauit fieri partitum per Manzonum de bonis communiter, & pro indiuiſo poſſeſſis, factoque partito eligi partem per fratres de Zanolis conſocios, vel ipſe Iudex intellexit de partito diuiſionis ſecundum ſubiectam materiam; Et ex actis apparet Manzonum paruiſſe decreto, ex quo fecit diuiſionem, & dedit optionem illis de Zanolis conſocijs, & conſequenter dum poſtea idemmet Iudex mandauit per aliud decretum vltimo loco factum Manzonum grauari, quaſi non paruerit, iniuſtè proceſſit, & ſic iuſta eſt Manzoni appellatio. Vel intellexit Iudex de alio partito præter diuiſionem, & non benè in-
9 tellexit, † quia ſi bona commodè diuidi poſſunt, eſt de iure facienda diuiſio, aſſignando cuilibet portionem ſuam, iuribus ſupra deductis, de quo non videtur in caſu noſtro eſſe dubitandum, cum de tali diuiſione conſtet, ex notula duarum diuiſionum factarum per Manzonum, & conſequenter decretum vltimum, vti contra iuris diſpoſitionem, eſt grauatorium, vel talia verba fieri (partitum) prolata per Iudicem ſunt dubia, &
10 incerta; & pariter ipſe grauauit Manzonum, † quia ex illis nō poterat fieri aliquod aliud decretum grauatorium, *l. 5. §. ſi plures, ff. de rei vend.*
11 Nam † talis ambiguitas verborum parit nullitatem Iudicij, & ſententiæ, *ad tex. in l. cum duo ſerui, & ibi gloſ. final. ff. de in diem additionibus.*
12 Et incertitudo † vitiat actum, *l. ſi frumentum, & l. idem pomponius, ff. de rei vend. §. incertum, Inſtit. de legat. Afflict. deciſ. 371. num. 1.* Rot. *coram Canale deciſ. 235. num. 5.*

Non obſtat; quod dicebatur non fuiſſe ſeruatā formam ipſius decreti mandantis fieri partitum, vt per Zanolam vltimo loco petebatur:
13 Quia † cum iſtud verbum ſit genericum, vt notat Rebuff. *in l. conditionales creditores, ff. de verb.*
14 *ſig.* quod † ad ſpecificata per actores refertur, *l. ſi deſerta, C. de tranſact. l. qui cum tutoribus, § final. ff. eo, l. emptor, §. lucius, ff. de pact. Angel. in l. obligatione generali, ff. de pig. cum alijs de quibus per Alex. conſ. 117. lib. 1.* vtique diuiſio-
15 nem importare debet, † vt generalis diſpoſitio intelligatur ſecundum naturam rei de qua eſt ſermo, *l. 1. §. 1. ff. de off. Præt. Cæſar l. filius familias, ff. de donat. Oſaſcb. deciſ. 160. num. 12.* Rot.
16 *in recent. par. 5. deciſ. 403. num. 10.* Et † reſtringatur ad ſuam cauſam, *Cran. conſ. 122. num. 12. Surd. deciſ. 176. num. 6.* Quoniam ſemper actores dixerunt à principio, vſque in finem nolle am-
17 plius perſeuerare in communione, † & ſic verbum generale fieri partitum, reſtringitur ad cogitatum, & expreſſum, *Oſaſcb. deciſ. 90. num. 16.* Rot. *coram Greg. deciſ. 158. num. 4. & ibi add. num. 6. & coram Duran. deciſ. 48. num. 13. & 14. & deciſ. 175. num. 9. & 10.* Et quatenus huiuſmodi verba aliud poſſint importare, cum
18 ſint dubia † contra ſe fundantem in illis interpretari conuenit, *l. veteribus, ff. de pact. Lud. Poſt. reſolut. 67. num. 11. Oſaſcb. deciſ. 141. numer. 12.*

mer. 12. Giurb. deciſ. 28. num. 4. Canalc. deciſ. 27. num. 10. par. 2. Rot. Gennen. deciſ. 7. num. 4. & ſeqq. Gratian. deciſ. 214. num. 10. Surd. deciſ. 246. num. 14. & deciſ. 288. num. 45. Rot. in recent. par. 3. deciſ. 345. num. 6.

19 Neque obſtat, quod ſecundo loco dicebatur emphyteuſim non poſſe diuidi, *ex tex. in l. communi diuidundo, ff. com. diuid.* Quia non verſamur in emphyteuſi, ſed in locatione ad longum
20 tempus in qua † ceſſante pacto caducitatis prout hic, ceſſat etiam caducitas, vt de veriori, & magis communi opinione teſtatur, *Rot. diuerſ. par. 1. deciſ. 139. num. 3. & ſeqq. & deciſ. 174. num.*
21 *1. per tot.* Et † conſequenter non prohibetur diuiſio prædicta ad effectum colendi prædium, & percipiendi fructus, etiamſi verſaremur in emphyteuſi, *Alex. conſ. 7. numer. 3. lib. 5. Rolan. conſ. 80. num. 46. lib. 1. Soc. conſ. 68. num. 45. & 46. lib. 1. Rot. in recent. par. 2. d. deciſ. 544. num. 11 & ſeqq.*

Tandem nec obſtare viſum fuit, quod Manzonus acceptauerit decretum Iudicis à quo vbi mandatur fieri partitum per eum: Quia reſpondebatur, quod huiuſmodi acceptatio eſt facta ſub eo ſenſu, quod decretum importet fieri partitum diuiſionis, prout eius verba ſonant, ibi, &
22 facto partito eligi partem. Cum † huiuſmodi approbatio decreti intelligatur de iure ad effectum diuidendi, prout fecit, & non referatur ad id per quod induceretur renunciatio alicuius iuris approbantis, *Rot coram Greg. deciſ. 317. num. 5. & ſeq.* Et ideò quatenus Iudex habuit alium ſenſum, prout habuiſſe videtur, ex dicto vltimo decreto, non debet cenſeri approbatum per Manzonum, qui propterea appellare potuit.

Et ita, &c.

ARGVMENTVM.

Colonus partiarius tanquam ſocius ſingularis, non obligat dominum conſocium, niſi contrahat nomine ſocietatis, & in cauſam ſocietatis.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio tanquam ſtricti iuris non extenditur de perſona ad perſonam.*
2 *Obligationis ſubſtantia eſt conſenſus.*
3 *Obligatio eſt mater actionis.*
4 *Succeſſor ſingularis tenetur ſtare colono pro anno iam incoacto, pro quo eſt facta impenſa neceſſaria.*
5 *Obligatio non trahitur niſi ad perſonas expreſſas.*
6 *Inter colonum, & dominum, dicitur impropriè contracta ſocietas.*
7 *Socius ſocium ſingularem non obligat, niſi contrahat nomine ſocietatis, & in cauſam ſocietatis.*
8 *Colonus regulariter tenetur ſerere, & expendere de proprio, & num. 13.*
9 *Extra ſocietatem geſta non obligant conſocium, ſed contrahentem dumtaxat. Amplia, vt numer. 10.*
11 *Vbi non eſt ſocietas omnium bonorum, ae alienum præſumitur contractum nomine proprio.*
12 *Actio datur contra eum in cuius vtilitatem negotium geſtum eſt.*
14 *Mutuans pro ſemine eſt potior in grano recollecto.*

DECISIO CCLXX.

Reſolutum fuit Sebaſtianum Pauli Medicum Æſinum eſſe abſoluendum ab impetitis per Vincentium Carraram Cauſidicum eiuſdem Ciuitatis. Fundamentum reſolutionis fuit, quia in apoca de qua agitur nulla prorſus legitur conuenti promiſſio,
1 ſine obligatio, † quæ cum ſit ſtricti iuris non extenditur de perſona ad perſonam, *l. quidquid adſtringenda, ff. de verb. oblig. Rot. coram Buratt. deciſ. 20. num. 19. & in recent. par. 1. deciſ. 50. num. 5. & deciſ. 403. num. 1. & part. 3. deciſ. 436. numer. 3.* Eſſet enim valde inconueniens, quod ex contractu geſto per Carraram cum Petro Thomæ obligetur Sebaſtianus ſine eius con-
2 ſenſu, † qui neceſſario requiritur tanquam obligationis ſubſtantia, *l. obligationum ſubſtantia, §. 1. ff. de act. & obligat. l. 1. ff. de pact. Pariſ. conſ. 93. num. 18. lib. 1. Altograd. conſ. 95. num. 68. lib. 1. Mantic. de tacit. lib. 27. tit. 6. num. 3.*
3 Quæ dicitur † mater actionis, *§. 1. vbi etiam gloſ. Inſtit. de act. l. licet, §. ea obligatio, ff. de proc. l. conſenſu, ff. de act. & obligat. Surd. conſ. 150. num. 99. Gratian. diſcept. 691. numer. 25. Rot. in recent. par. 5. deciſ. 323. num. 2. & nouiſſimus deciſ. noſtra 101. num. 5.*

Non obſtat, quod dicebatur Sebaſtianum vti
4 ſingularem ſucceſſorem † teneri ſtare colono, & ſucceſſiuè frumentum mutuo traditum per Carraram Petro Thomæ colono Sebaſtiani eſſe ſoluendum ab eodem Sebaſtiano. Quia præterquam quod aſſumptum huiuſmodi non procedit ſimpliciter, ſed ſecundum diſtinctionem, *Oſaſc. & Surd. ille in deciſ. 82. num. fin. & iſte deciſ. 52. numeri 12.* in caſu nimirum vbi ageretur de fructibus pendentibus, vel breui colligendis propter ſumptus factos, non autem quando agitur de fructibus futurorum annorum, vt in præſenti caſu: At dato citra veri præiudicium, quod ipſe teneatur ſtare colono non inde ſequitur, quod ſit obliga-
5 tus ſoluere debita ipſius, cum obligatio † non trahatur niſi ad perſonas expreſſas, *Butr. in cap. translato, num. 8. Imol. num. 4. Dec. num. 3. de conſtit. Rot. in recent. par. 1. deciſ. 50. numer. 5.*

deciſ.

deciſ. 55. num. 6. cum alijs allegatis ſupra num. 2.
Nec refert, quod Sebaſtianus confirmauerit co-
6 lonum poſtquam adeptus fuit poſſeſſionem, †
quia non propterea videtur contraxiſſe ſocietatẽ
cum illo, *ad l. cum duobus, §. ſi in coeunda, ff.*
pro ſoc. Ioſeph Lud. Peruſ. Dec. 14. num. 6. Oſaſc.
d. deciſ. 82. num. 5. Niſi impropriè, *Mantic. de*
7 *tacit. lib. 6. tit. 1. num. 12.* Ac ideò † non po-
tuit colonus obligare Sebaſtianum ſocium ſingu-
latem ad ſolutionem pretij frumenti de quo agi-
tur, cum ad obligandum conſocium oporteat o-
bligationem factam fuiſſe nomine ſocietatis, &
in cauſam ſocietatis, *l. iure ſocietatis, ff. pro ſoc.*
Ancb. conſ. 332. num. 29. Caſt. conſ. 358. num.
3. Alex. conſ. 139. num. 2. lib. 5. Dec. conſ. 98.
num. 2. Pariſ. conſ. 94. num. 22. lib 1. Mantic. de
tac. lib. 6. tit. 22. num. 4. Oſaſcb. deciſ. 149. num.
9. Ioſeph Lud. deciſ. Lucen. 3 c. num. 5. & 6. Fe-
rentill. ad Buratt. deciſ. 810. num. 6. & Rot. ex
impreſſ. penes Zacch. de oblig. Cam. deciſ. 193. nu.
5. & deciſ. 264. num. 25. & 26. Quod factum
non apparet in hoc caſu, vbi Petrus Thomæ co-
8 lonus † mutuo accepit frumentum nomine pro-
prio pro ſemine, ad quod tenebatur non ſolum
inſpecto iure communi, vt per *Natt. conſ. 243.*
nu. 1. & ſeqq. Sed etiam vigore pacti inter ipſum
dominum, & colonum, vt in proc. de partibus
fol. 22. Quamobrem conſequens eſt, quod ge-
9 ſta † extra ſocietatem non obligent conſocium,
ſed duntaxat contrahentem, *d. l. iure ſocietatis,*
& l. ſi ſocius, & l. nemo ex ſocijs, ff. pro ſoc. Pa-
riſ. d. conſ. 93. num. 27. & conſ. 94. num. 22. &
ſeq. lib. 1. Mantic. d. tit. 22. num. 4. Rot. Ianuen.
deciſ. 2. numer. final. Surd. conſil. 183. numer.
42. & deciſion. 153. numer. 16. Rot. ex impreſſ.
penes Zacch. de oblig. Camer. deciſ. 35. num. 4.
vbi quod geſtum nomine proprio non debet re-
ferri ad ſocietatem. Tanto magis, quia Carra-
10 ra † contrahendo cum colono egit tanquam
cum priuato habito, tantummodo reſpectu ad
illius perſonam, & non ad perſonam conſocij,
cuius fidem non fuit ſecutus, ſed illius tantum
cum quo contraxit, *Theſ. deciſ. 136. num. 6. &*
11 *7.* Prout etiam † ſi eſſemus in dubio præſumitur
eſſe alienum contractum nomine proprio, vbi non
eſt ſocietas omnium bonorum, *Capb. conſ. 569.*
num. 18. Mantic. d. tit. 22. num. 5.

12 Vltimo non obſtat, *l. ſi fundus, §. quod in ſe-*
mentem, ff. ſolut. matrim. cum ſimilibus adductis
in contrarium ſub prætextu, quod ipſe Carrara
mutuando dictum frumentum colono geſſerit
negotium vtile Sebaſtiano Pauli, & propterea
quod ab ipſo recuperare illud valeat, ad notata
per *Gratian. diſcep. 107. num. 5. & 6.* Nam pro
reſponſione animaduertebatur, quod Carrara
nullum negotium geſſit pro Sebaſtiano, nec vl-
lam fecit impenſam pro ſemine, in quibus ter-
minis procedunt doctrinæ allegatæ, ſed tantum
mutuauit pro ſemine colono, qui tenebatur ſe-
minare de proprio, vt dictum eſt, Ac ideò Se-
13 baſtianus vti locator partiarius † conſequi debet
dimidiam portionem fructuum ſine aliqua impẽ-
ſa, quæ fieri debet in totum per colonum, *iuxta*
notata per Natt. in allegato conſ. 243. & per Me-
14 *noch. de arb. caſu 215.* Carrara verò † dirigere
debet actionem contra Petrum Thomæ colonum
in cuius portione colonica probata identitate
frumenti ad ſeminandum mutuati, dicitur eſſe an-
terior, *ex tex. in l. interdum vbi doct. ff. qui pot.*
in pig. habeant. Surd. deciſ. 311. num. 1. & ſeqq.
Gratian. diſcept. 730. numer. 46. in fin. Ferentill.
ad Buratt. deciſ. 62. numer. 10. Mantic. in punct.
tract. de tacit. lib. 11. tit. 23. num. 11. & ſeqq.
vbi in ſpecie reprobat Decianum, qui contrarium
firmauit in conſ. 50. num. 4. lib. 3. Et cum Mantic.
concordat etiam Laurent. Vrſell. concl. 108. in
verb. Animalia, num. 31. & 36. vbi notat ita
deciſum in Rota in vna Romana Diſceſſionis de Ma-
gum. Lunæ 26. Ianuarij 1615. coram Vbaldo.

A R G V M E N T V M.

De re Iudicata conſtat, quando à ſen-
tentia, ſeù decreto diffinitiuo non
fuit appellatum infra legi-
tima tempora.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia lapſo termino ad appellandum, habet executionem paratam.*
2 *Obligatio Cameralis, non admittit appellationem ſuſpenſiuam.*
3 *Obligationis Cameralis, virtus tranſit ad heredes.*
4 *Stylus cenſetur probatus ex atteſtatione Curialium.*
5 *Notario actuario creditur ſi atteſtetur de actibus iudicialibus.*
6 *Monitus à Iudice præſumitur præſens, vt actus operetur.*
7 *Monitio Iudicis facta in iudicio vim citationis perſonalis habet.*
8 *Piot. conſ. 8. & 9. quomodo procedant declaratur.*
9 *Actio hypothecaria non diuiditur inter heredes.*
10 *Diuiſio inter heredes creditori præiudicare non poteſt.*
11 *Tertius niſi de ſuo intereſſe doceat, appellare, & executionem impedire non poteſt.*
12 *Emptor domus ſi non ſoluit pretium, tenetur ad penſionem, etiamſi domum non habitauerit, dummodo illam habitare, vel locare potuerit.*
13 *Fructuum taxatio fieri poteſt per Iudicem.*
14 *Fructus bonorum ſtabilium taxari ſolent ad quinque pro centenario.*
15 *Et ad eandem rationem ſoluitur penſio domus.*

DE-

DECISIO CCLXXI.

V Iſum fuit Rotæ Decretum diffinitiuum Reuerendiſs. Domini Gubernatoris Æſij latum ſub die 10. Febru. 1631. & repetitum die 27. Maij eiuſdem anni ad fauorem Lutianæ Colinæ, contra bona hæreditaria quondam Ioannis Nicolai Picini, procuratore non appellante infra legitima tem-
1 pora feciſſe tranſitum in iudicatum, † itaut hæredes eiuſdem Nicolai amplius audiri non poſſint tam de iure communi, *cap. concertationi, de appellat. in 6. l. poſt rem iudicatam, ff. de re iud. Scacc. de appellat. quæſt. 17. num. 118. Rot. poſt Zacch. de oblig. Cam. deciſ. 89. num. 6.* Quam ex diſpoſitione Conſtit. Marchiæ *lib. 6. cap. 9.*
2 Maximè quia fuit actum vigore inſtrumenti Cameralis obligatione valati, & poſiti ad librum iuſtitiæ, quorum fauore non datur appellatio ſuſpenſiua, *Zacch. ad Galleſ. de oblig. Cam. quæſt. 37. Rot. apud eundem, deciſ. 12. num. 1. deciſ. 30. num. 1. deciſ. 98. num. 1. deciſ. 155. num. 1. dec. 253. num. 1. deciſ. 255. num 1. & deciſ. 262. nu.*
3 *mee* 3 Idque † etiam aduerſus hæredes, contra quos tranſiuit omnis virtus dictæ obligationis, *Veſt. in Prax. lib. 7. cap 3. num. 17. Zacch. dict. quæſt. num. 9. Scac. de Iudic. lib. 2. quæſt 4. num. 109. Rot. diuerſ par. 3. deciſ. 64. num. 15. & ex impreſſ penes Zacch. deciſ. 93. num. 23. & deciſ. 253. num. 2.*

Nec ad excludendam rem iudicatam officit allegata abſentia procuratoris tempore monitionis, & prolationis decreti. Quia præterquam
4 quod † ex ſtylo Curiæ ſecularis Æſinæ de quo teſtantur ferè omnes illius Curiales, qui ad hunc effectum probant *Ojaſch. deciſ. 22. num. 16. Rot. in recent. par. 1. deciſ. 393. num. 2. & deciſ. 644. num. 4.* & notauimus *deciſ 96. num. 5.* Reſpon-
5 detur, quod præſentia probatur † ex proceſſu, cum Notario actuario de comparitione illius, & de monitione Iudicis, & de alijs actibus iudicialibus atteſtanti credendum ſit, etiam ſine teſtibus *cap quoniam, vbi gloſ. in verb duas. & ibi Butr. num. 35. Anchar. & Imol. num. 16. Dec. num. 31. & 48. de probat. Macant. de ordin. Iudic. par. 6. tit. ne aliq. addit. Rot. in recent. par. 5. deciſ. 295. num. 3. & coram Buratt. deciſ. 606. num. 12. &*
6 13. Monitus autem † præſens præſumitur, vt actos operetur, *cap. Abbate, de verb. ſignificat. l. ſi quando, de leg. 1. Amat. deciſ. 8. num. 32. Gratian. deciſ. 36. num. 21. & ſeqq. & diſcept. 738.*
7 *num. 22.* Quæ quidem monitio † facta procuratori, qui in iudicio comparuit, vim citationis perſonalis habet, *Falin. in cap. 1. num. 18. de Iudic. Amat. d. deciſ. num. 37. Gratian. ead. deciſ. num. 25. Seraph. deciſ. 1118. num. 3. & 4. Rot. in recent. d. deciſ. 295. num. 2.*
8 Nec viſum fuit applicari doctrina Ploti in *conſ. 8. & 9.* Quia in illo caſu non legitur procuratorem fuiſſe præfectialiter monitum, & immediatè decretum latum; ſed tantum apparet illum feciſſe inſtantiam, ex inſtantia ſequuta fuit reſponſio, & monitio Iudicis de tempore, quo poterat procurator abire, vt idemmet Plotus conſiderat, & ideò non obſtat.

Neque pariter obſtat ſi non fuerunt citati omnes hæredes Ioannis Nicolai: Quia Lutiana non egit contra ipſos actione perſonali, ſed reali videlicet contra bona hæreditaria ſui debitoris, vn-
9 dè potuit † ſolidum petere ab alijs hæredibus poſſidentibus bona hæreditaria hypothecata, *l. 1. & 2. C. ſi vnus ex plurib. hæredib. l. ſolutum, §. ſi creditor, & l. ſi neceſſarius, §. ſi vnus, ff. de pignor. act. gloſ. & dict. in l. 1. C. de ſalu. interd. Altogr ad. conſ. 4. num. 10. lib. 1. Statil. de ſalu.*
10 *inſpect. 3. cap. 1. num. 4. & 5.* Cum diuiſio † inter hæredes creditori præiudicare non poſſit, *Bar. & alij in l. 1. ff. communi diuid. Rot. in recent. par. 7. deciſ. 205. num. 3. & ſeqq.*

Nec etiam debet attendi appellatio interpoſita per Lucam Antonium, & Octauium quoniam
11 † illi appellare, & executionem impedire non valent, niſi doceant de eorum intereſſe, *l. à Diuo Pio, vbi doct. ff. de re iud. Lud. Poſt. obſeruat. 8. num. 7. & 8. Rot. coram Seraph. deciſ. 1152. num. 2. & diuerſ. par. 4. deciſ. 780. in fin. & in recent. par. 1. deciſ. 604. num. 3.* de quo intereſſe non apparet, propterea non ſunt audiendi, *l. 1. ff. de appellat. recipien. vel non, Scac. d. tract. de appellat. quæſt. 5. num. 31. & ſeqq. & quæſt. 12. num. 71. Natt. conſ. 614. num. 4.*

Poſtremo nec obſtare videbatur ad impediendam executionem allegata occulta iniuſtitia Domini Iudicis à quo, dum condemnauit ad fructus recompenſationem domus poſſeſſæ ad rationem quinque pro centenario, non liquidato prius, an ipſe condemnatus domum emptam inhabitauerit.
12 Quia fructus † iſti debentur etiamſi emptor non habitauerit, vel non locauerit alijs domum, dum potuit eam inhabitare, vel alijs locare, ex *deductis per Sard. conſ. 101. num. 21.* Idemque licet illo caſu Lutiana non liquidauerit quantita-
13 tem fructuum perceptorum, potuit † Iudex ex officio illam declarare, *Natt. conſ. 510. num. 7. Sued. deciſ. 283. num. 27. & ſeq. Hondd. conſil. 30. num. 22. lib. 2.* Nec declaratio dici poteſt ex-
14 ceſſiua, † quoniam regulariter recompenſationis fructus bonorum ſtabilium taxantur ad dictam rationem quinque pro centenario, *iuxta gloſ. finali in Auth. præterea, C. de Sacr. Sanct. Eccleſ. Tiraq. de retract. lign. §. 1. gloſ. 6. n. 19. Lud. Poſt. reſ. 113. n. 116. Hond. conſ. 30. nu. 20. lib. 1. Affl. dec. 284. in fin. Rot. coram Greg. dec. 553. n. 8. coram Dun. dec. 182. n. 1. & dec. 192. nu. 1. & 2. & coram Bur. dec. 65. n. 1. & 2. & dec. 122. n. 1.* Et ad hanc
15 rationem ſoluitur † penſio domus in commentarij, vt ſignanter notat *Aug. in Auth. de non alien. aut perm. reb. Eccl. §. quia verò, in fin. Coro. conſ. 465. n. 5. vol. 1. Lud. Poſt. reſ. 13. nu. 23. & reſ. 68. nu. 30.*

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Ceſſante cauſa obligationis extinguitur ipſa obligatio.

SVMMARIVM.

1 *Qui non poteſt cedere, nec poteſt agere.*
2 *Attenditur quod principaliter agitur.*
3 *Deficiente cauſa propter quam quis ſe obligauit, obligatio remanet ineficax.*
4 *Contractus nominatus, qui effectum habere non poteſt in ſubſtantialibus reſoluitur ex æquitate.*
5 *Poſſeſſio rei venditæ debet tradi vacua.*
6 *Poſſeſſio extinguendi cenſum intelligitur quatenus contractus duret.*
7 Retentio facilius datur quam petitio.
8 *Durum eſt quod quis compelli poſſit ad ſoluendum non ſubſiſtente obligatione.*
9 *Immiſſio ex ſaluiano non cauſat euictionem.*
10 *Per ſaluianũ ſola detentatio poſſeſſionis auocatur.*
11 *Qui auocationem poſſeſſionis patitur, agere poteſt ad intereſſe quaſi re non liberè tradita.*
12 Cui competit actio multo magis datur exceptio.
13 *Exceſſus etiam minimus operatur, vt executio, & ſubbaſtatio ſint nulla in totum.*
14 *Executio eſt nulla non præcedente neceſſaria liquidatione, etiam in executionis.*
15 *Mandatum relaxatum ſine citatione, inducit nullitatem inſanabilem.*
16 *Ablatiuum abſolutum importat conditionem,*
17 *Conditione deficiente deficit conditionatum.*
18 *Sententia nulla parte non opponente, poteſt per ſecundum Iudicem confirmari.*
19 *Limita ſtante oppoſitione ſpecifica, quia tunc confirmari non poteſt.*
20 *Maximè quando nullitas prouenit ex defectu citationis.*

DECISIO CCLXXII.

Domini Auditores nullo contradicente dixerunt cauſam ſubhaſtationis propoſitam in Rota deuoluete ad vtrumque effectum propter grauamen, quod ex proceſſu, & ſententia de ſubhaſtando pluribus modis deducitur. Conſtat enim Sygilmondũ Paulerum in inſtrumento emptionis bonorum, nihil aliud promiſiſſe, quam extinctionem cenſus ſcutorum 200. in quo Hieronymus Georgions erat fideiuſſor ad effectum tamen reportandi iurium ceſſionem, quæ iura cum cedere non poſſit Hieronymus, quia teſotquerentur contra ſe ipsũ,
1 ſequitur dicendum, quod ſi non poteſt cedere, † nec poſſit agere, *Gimb. deciſ. 57. num. 3. in fin. Rot. diuerſ. part. 2. deciſ. 123. numer. 6.* Eſt au-
2 tem iurium † ceſſio, quæ per Sygiſmudum principaliter prætenditur attendenda, *l. damnis, ff.*
3 *de cond. ind.* & deficiente cauſa, † propter quam ille ſe obligauit, ipſa obligatio remanet ineficax, *cap. cum ceſſante, de appellat. l. ſi pupillum, la ſeconda, vbi Bal. & Imol. ff. de acq. bæred. Rot. in recent. par. 1. deciſ. 418. n. 2. & 3. coram Cocc. deciſ. 65. num. 2. & deciſ. 146. num. 1. & ex imp. per Zacch. de oblig. Cam. deciſ 80. numer. 1. & 2.* Etiamſi verſemur in contractu nominato; Nam
4 ſi ille † effectum habere non poteſt in ſubſtantialibus reſoluitur ex æquitate, de qua *in l. cum te, C. de pact. inter empt. & vend. l. cum quis decedens, §. 1. & ibi Bart. de leg. 3. l. bona fides, ff. de act. empt. Mant. de tacit. lib. 3. tit. 12. num. 54. Grat. diſc. 355. num. 16. Rot. in recent. par. 2. deciſ. 743. numer. primo, & coram Buratt. deciſ. 106. num. 8. & ſeqq.*

Præterea grauamen deducitur, quia Sygiſ-
5 mundo res vendita † nõ fuit tradita liberè prout promiſſum fuerat, & eſt de iure, *l. ſi in emptione, §. vacua, & § final. cum l. ſeq ff de act. empt. l. ſi pater, C. eod. tit. l. ex prædijs, C. de euict. cap. cum*
6 *Ioannes, de fide inſtr. Surd. deciſ. 253. n. 8.* Vnde † ſequuta euictione reſoluitur effectus ipſius obligationis ad extinguendum cenſum, *iuxta tex. in l. ex conducto, ff. locat. Grat. diſcept. 740. nu. 45.*
7 Vel ſaltim † licet pretium retinere cum retentio facilius detur quam petitio, *l. paulus, ff. de dolo except. l. iuuitus, §. cui damus, ff. de reg. iur. l. creditor, la 2. in princ ff qui pot. in pig. hab. l. per retentionem, C. de vſur. cap. qui ad agendum, de reg. iur. in 6. Coſt. de retr. ca. 8. caſ. 9. n. 15. Lud. Poſt. reſ. 55. nu. 4. & 71. & reſ. 64 num. 18. Guidop. deciſ. 60. num. 4 Surd. deciſ. 253. nu. 11. & ſeqq. Rot. diuerſ. par. 2. deciſ. 295. n. 1. & 2. & coram Caual. deciſ. 645. nu. 5. & in rec. par. 3. dec. 315.*
8 *n. 6. & par. 5. deciſ. 351. n. 20.* Durum † nanque videtur, quod propter obligationem factam ex cauſa, quæ non ſubſiſtit, quis ad ſoluendum compelli poſſit, *Gaſp. Thel. forenſ. lib. 3. quæſt. 111.*

9 Nec dicatur, quod per ſolam immiſſionem ex ſaluiano non cenſeatur factus locus euictioni, ſecundum opinionem *Rot. coram Buratt. deciſ. 240. numer. 11. vbi addon.* alias deciſiones refert.
10 Quia † dato etiam quod per ſaluianum ſola detentatio poſſeſſionis ſuccedat, vt innuit *Belt. ad Greg. deciſ. 88. nu. 11.* Attamen negari non po-
11 teſt, quin ex ipſa poſſeſſionis † auocatione poſſit agi ad damna, & intereſſe quaſi re non liberè tradita, *vt poſt gloſ. in l. ex ijs prædijs, C. de euict.* declarant *Socc. ſen. conſ. 199. nu. 8. lib. 2. Caph. qui alios allegat conſ. 168. num. 22. Rot. coram Greg. d. deciſ. 88. num. 7.* Ideò debet eſſe Sygiſmundo permiſſa retentio donec ſit factus ſecutus, *d. l. ſi poſt perfectam, C. de euict. Rot. diuerſ. par. 1. deciſ. 281. nu. 32. & notauimus deciſ. 81.*
12 *num. 8.* Nam † cui actio competit multo magis datur exceptio, *l. nemo, §. inuitus, & §. cui damus, vbi Dec. & Cagnol. ff. de reg. iur. Alexgrad. conſ. 74. num. 44. & ſeqq. Surd. conſ. 36. numer. 11. & deciſ. 277. num. 14. & 15.*

13 Inſuper grauamen deducitur, quia ſubhaſta
tio facta fuit pro maiori ſumma, quam eſſet de-
bitum, per quod Sygiſmundus voluit poſſe cogi
etiam ab ipſo Hierocymo Georgino, quo caſu
in totum corruit, & nulla eſt etiamſi exceſſus ſit
in minimo, *Bart. & Bal. in l. certi conditio, §. o-
portet igitur, ff ſi cert. pet. Iaſ. in l. ſi non ſortem, §.
ſi centum, ff. de cond. indeb. Lud. Poſt. reſ. 1. n. 36.
& 37. Grat. diſc. 122. num. 5. & ſeqq. & diſcept.
739. n. 27. Affl. deciſ. 218. n. 3. & 4 Rot. coram
Canal. dec. 84. n. 1. & in rec. par. 1. dec. 359. n. 8.
& par. 2. dec 630. n. 3. & par. 3. dec. 296. n. 5. &
coram Greg. dec. 198. num. 1. & ibidem Beltram.
num. 3.* qui declarat exceſſum dici quando eſt in
ſententia, quæ continet maiorem ſummam vltra
debitum, vt in caſu iſto, vbi Sygiſmundus voluit
poſſe cogi pro ſumma ſcutorum 200. tantum,
prout cantat inſtrumentum, & tamen ſententia,
& mandatum ſuperinde relaxatum fuit pro ſum-
ma ſcutorum 225. & ideo in totum nullum, *Greg.
deciſ. 319. n. 3. & dec. 480. num. 5.* Nec dicatur,
quod ſcuta 25. erant debita pro fructibus dicti
cenſus; Quia in omnem caſum neceſſaria fuiſſet
14 liquidatio. † cum in qualibet obligatione,
quæ paratam habet executionem ſi quid eſt li-
quidandum, neceſſaria ſit liquidatio, *Rot. ex
impreſſ. poſt Zacch. de oblig. Cam. deciſ. 142 n. 5.*
alioquin illa non præcedente executio eſt nulla, vt
in fortioribus terminis decidit, *Zacch. ad Gall.
quæſt. 5. num. 44. & Rot. apud eundem dec. 145.
num. 5. & deciſ. 228 num. 5. Gregor. deciſ. 224.
num. 1. & deciſ. 545. num. 7.*

Poſtremo deducitur grauamen, quia cum
Sygiſmundus ſe obligauerit in dicto inſtrumento
emptionis ad librum iuſtitiæ Ciuitatis Æſij, &
conſenſerit in mandatum executiuum vnic. præ-
15 cedente citatione; Equidem † non potuit rela-
xari tale mandatum ſine citatione, quæ omiſſa
inducit defectum nullitatis inſanabilem, non tan-
tum inſpecto iure communi, *ut tex. in cap. Pa-
ſtoralis, §. cæterum, de re iudicata, cap. cum inter,
de except. l. de vno quoque, ff. de re iud. l. defenſio-
nis, vbi Bart. n. 2. C. de iure Fiſc. lib. 10. Rot. coram
Canal. deciſ. 35. n. 1. & coram Greg. deciſ 4. nu.
1.* Quam etiam inſpecta conuentione expreſſa
16 de illo citando, quæ facta fuit per ablatiuum †
abſolutum, quod importat conditionem, *l. ſi ſe-
runt, § qui margaritam, ff. de leg 3. l. ſi debitor, §.
1. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. ſoluat. Bar. in l. 1.
quæſt. 3. ff. de cond. & demonſt. Rot. apud Greg.
17 dec 492. n. 7.* Qua conditione deficiente † deficit
conditionatum, *Rot. coram Canal. deciſ. 541.
num. 1. & coram Cocc. deciſ. 108. num. 7. & in re-
cent. par. 2. deciſ. 229. n. 11. & par. 7. dec. 5. n. 9.*

18 Nec ſubſiſtit, quod ſententia nulla potuit per
ſecundum Iudicem confirmari; Quoniam id
procedit parte non opponente de nullitate, *Vant.
de nullit. tit. qualiter ſententia, num. 129. Lud.
Poſt. reſolut. 73. num. 68. Rot. in recent. par. 2.
deciſ. 572. num. 1. & coram Canal. deciſ. 563. n. 3.*

19 Verum ſtante † oppoſitione ſpecifica non po-
teſt Rota in gradu appellationis ſententiam,
ſiue decretum nullum confirmare, *Vant. de nul-
lit. tit. quibus mod. nullit. num. 10 Hond. conſ. 19.
num. 32. l. b. 2. Caſ. de Graſſ deciſ. 9. n. 13. de ſent.
& re iud. Belt. ad Greg. deciſ. 176. n. 16 Rot. in
rec. par. 2. dec. 474. n. 11. & dec. 572. n. 2. & co-
20 ram Canal. deciſ. 203. num. 7.* Maxime † quan-
do nullitas prouenit ex dicto defectu citationis,
vt in caſu iſto, *Vant. tit. ex defectu proceſſus, nu.
7 Amat. deciſ. 94. num. 2. Rot. coram Canal. de-
ciſ. 5 5. num. 4.*

ARGVMENTVM.

Fructuum liquidatio quomodo facienda, & eorum valor quomodo probandus.

SVMMARIVM.

1 *Spoliator audiri non debet, niſi integraliter purget ſpolium etiam quoad reſtitutionem fructuum, & expenſarum.*

2 *Fructus præſumuntur percepti ex poſſeſſione rei fructiferæ.*

3 *Liquidatio circa quantitatem fructuum perceptorum, cum ſit difficilis fit iuxta ſolitum, & conſuetum, & ſufficiunt leuiores probationes.*

4 *Fructuum taxatio fieri poteſt per Iudicem.*

5 *Qui etiam teſtes de auditu, & credulitate in hoc caſu admittere poteſt.*

6 *Fructuum perceptio debet probari per teſtes, qui perceptioni fuerunt præſentes.*

7 *Fructuum verò quantitas probari poteſt per teſtes deponentes à conſuetis percipi.*

8 *Fructus poſt triennium conſumpti intelliguntur, nec amplius extare præſumuntur, & num. 14.*

9 *Et hoc caſu æſtimatio debetur, & num. 15.*

10 *Fructuum valor probatur per taxam publicam.*

11 *Pretium iuſtum dicitur, quod à Principe taxatur.*

12 *Fructus quando debentur in genere alij eiuſdem generis, & qualitatis præſtari poſſunt.*

13 *Aliud ſi debeantur in ſpecie, & ſint conſumpti.*

DECISIO CCLXXIII.

COnclusum fuit Capitulum Ciuita-
1 tis Camerinen. † non eſſe in cau-
ſa cum D. Pucciarello, & ſuis
conſortibus audiendum niſi pur-
gato prius ſpolio attentato inte-
graliter, etiam quo ad expenſas,
*iuxta tex. in capit. accedens, il ſecondo, vbi
Abb. numer. quinto, vt lite non conteſt.* & ſequun-
tur *Bal. in cap conquerente, numer. 5. de reſtitut.
ſpoliat.*

ſpoliat. Rot. *conſ.* 53. *num.* 2. *lib.* 1. *Surd. conſ.* 28.
num 31. *& conſ.* 293. *num.* 16. *Caput. deciſ.* 270.
nu. 5. *par.* 2. *& deciſ.* 17. *par.* 3. *Caſ. de Graſſ. dec.*
5. *n.* 18. *de reſt. ſpol. Put. dec.* 298. *lib.* 2. *Rot. corã*
Greg. XV. deciſ. 525. *n.* 11. *& coram Canal. dec.*
308. *n.* 1. *& coram Buratt. deciſ.* 449. *num.* 6. *&*
9. *& deciſ.* 731. *num.* 7. Et cum inter partes non
dubitetur fuiſſe per trienniũ occupata bona ſta-
2 bilia de quibus agitur. Sicque † clara perceptio
fructuum in genere eo, quia ſunt de ſui natura
fructifera, vt declarat *Neniz. de pig.* 2. *mem.* 3.
par. nu. 19. quem ſequitur *Rot. coram Canal. dec.*
586. *n.* 1. *& coram Buratt. deciſ.* 173. *nu.* 3. *& ibi*
latè adden. num. 9. *& coram Greg. XV. dec.* 50. *n.*
2. Itaut de quantitate ſolummodo dubitetur, quę
ſanè quantitas in caſu, & ad effectum de quo
agitur cenſetur probata per teſtes examinatos
quorum vnus deponit ex propria ſcientia, quia
in bonis fuit colonus, & alij quia vicini, &
pratici, Propterea fuit ex his pariter reſolu-
3 tum fructus, grani, vini, fœni, paleæ, ac pu-
lorum per triennium perceptos eſſe liquidandos,
prout liquidati fuerunt in notula ſubſcripta à Iu-
dice, & poſita in actis: Et ratio reſolutionis
fuit, quia in hac materia liquidationis fructuum,
quæ reputatur difficilis probationis, *ex deciſ.*
Greg. 245. *cum alijs ibidem allegatis*, viſæ ſunt ſuf-
ficere leuiores probationes, nempe præſumpti-
uæ, & iuxta ſolitum, & conſuetum, ac per conie-
cturas proximas, *Bal. in l.* 1. *n.* 22. *C. de fruct. &*
lit. expenſ. & conſ. 323. *in fin. lib.* 2. *Natt. conſ.*
510. *n.* 4. *Surd. d. conſ.* 293. *n.* 31. *& dec.* 282. *n.*
28. *Lud. Poſt. reſ.* 113. *n.* 80. *&* 81. *Achil. de Graſſ.*
dec. 22. *de reſt. ſpol. Verall. dec.* 30. *par.* 2. Rot. *in*
rec. par. 2. *dec.* 479. *n.* 1. *&* 2. *& par.* 3. *dec.* 727.
n. 1. *& deciſ.* 767. *n.* 3. *& par.* 4. *deciſ.* 139. *n.* 3. *&*
dec. 370. *n.* 2. *& coram Cocc. dec.* 439. *nu.* 2. *&* 3.
coram Canal. d. dec. 586. *n.* 2. *coram Seraph. dec.*
955. *n.* 3. *coram Buratt. deciſ.* 173. *n.* 5. *& ſeqq.*
4 *dec.* 874. *nu.* 3. *& dec.* 934. *nu.* 5. In tantum † vt
etiam Iudex poſſit illos ex arbitrio taxare, vt per
eundem *Natt. d. conſ.* 510. *num.* 7. *& per Surd. d.*
deciſ. 282. *n.* 26. *&* 27. *& per Seraph. d. dec.* 955.
5 *nu. fin. & deciſ.* 1134. *n.* 1. Vel etiam † teſtes de
auditu, & credulitate admittere, *idem Seraph. d.*
deciſ. 955. *num.* 3. *& deciſ.* 1295. *num.* 7. *Rot.*
recent. par. 1. *deciſ.* 343. *num.* 5.
6 Neque releuat, quod dicebatur fructuum
perceptionem eſſe probãdam per teſtes, qui fue-
rint preſentes perceptioni, ex doctrina *Bal. in d.*
l. 1. *n.* 22. *C. de fruct. & lit. expenſ. & in l. ſi fun-*
dum, num. 5. *C. de rei vend.* Quia reſpondetur
hoc procedere, quando ageretur de probanda
perceptione, de quo hic non dubitatur, imo
factum fuit depoſitum quodam a capitulo pro
7 reſtitutione fructuum liquidandorum: Ideo †
allegata concluſio, & doctrina non procedit in
hoc caſu, vbi ſolummodo de quantitate dubita-
tur, & conſequenter ſufficit, quod Pucciſanctes,
& eius conſortes probauerint à conſuetis, vt
dictum eſt cum illud præſumatur perceptum,
quod communiter percipi conſueuit. *Bal. conſ.*
323. *in fin. lib.* 2. *Rot. coram Cocc. in alleg. dec.*
439. *n.* 3. *& coram Buratt. d. deciſ.* 173. *num.* 10.
8 Quoniam verò poſt triennium fructus conſum-
pti intelliguntur, nec amplius extare præſumun-
tur, *gloſ. in l.* 1. *C. ſi aduerſus vſucap. Corn. conſ.*
104. *nu.* 26. *lib.* 2. *Mantic. deciſ.* 281. *n.* 1. *&* 2.
9 *Seraph. deciſ.* 1168. *num.* 9. Et non † datur am-
plius actio ad ſpeciem, ſed ad pretium, ad ra-
tionem valoris illorum annorum, nempè anni
1619. 1620. & 1621. de quo tempore fuerunt bo-
na occupata, vt per *Mant. in eadem dec.* 281. *n.* 6.
& per Seraph. dec. 1168. *n.* 6. fuit pariter dictum
10 eſſe † attendendum calmerium, ſiuè taxam pu-
blicam illius Ciuitatis Camerinen. vbi ſita ſunt
bona, *iuxta deciſ. Rota apud Cocc.* 439. *nu.* 3. *&*
apud Buratt. deciſ. 921. *nu.* 7. *& in rec. par.* 2. *d.*
11 *deciſ.* 479. *num.* 3. Cum illud iuſtum † dicatur
pretium, quod à Principe taxatum reperitur,
Rot. in recent. par. 1. *deciſ.* 343. *num.* 6.
12 Nec dicatur, quod cum fructus conſiſtant in
pondere, numero, & menſura recipiantque fun-
ctionem in genere ſuo, poſſint ſolui alij fructus
eiuſdem generis, & qualitatis, *l. mutuum*, §. *mu-*
tui datio, & l. cum quid, *ff. ſi certum pet. Mantic.*
d. deciſ. 281. *num.* 5. Quia hoc locum ſibi vendi-
caret, quando fructus deberentur in genere, vt
iura allegata loquuntur, ſecus verò vbi prout in
13 caſu noſtro debentur in ſpecie † ex prædio par-
ticulari aliquo modo poſſeſſo, quo caſu illis
conſumptis facto debitorum, æſtimatio præſtan-
da eſt, *Bart. in l. ex diuerſo*, §. 1. *num.* 9. *ff. de rei*
14 *vend. Mantic. vbi ſupra num.* 6. Maximè † quia
vt diximus non præſumuntur vltra triennium du-
rare, *Surd. deciſ.* 81. *num.* 1. Ideò iure merito fa-
15 cta fuit † condemnatio ad æſtimationem, *Bart.*
in l. cum qui, num. 1. *ff. de his, quib. vt indig.*
& in l. ex diuerſo, §. 1. *ff. de rei vend. Abb. in ca-*
pit. graui, num. 22. *de teſtit. ſpoliat. Rot. coram*
Cocc. deciſ. 216. *n.* 11. *&* 12. *& deciſ.* 398. *n.* 3.

A R G V M E N T V M.

Vxoris obligatio facta inſimul cum vi-
ro pro illo ſubleuando, & pro indi-
gentijs domus ſuſtinetur, quamuis
non conſtet pecunias verſas in vtili-
tatem mulieris. Et de alijs ad mate-
riam Auth. ſi qua mulier, C. ad Sen.
Conſul. Velleian.

S V M M A R I V M.

1 *Inſtrumentum præſumitur validum, & ſolemne.*
2 *Et contrarium aſſerens probare tenetur.*

3 *Decretum Iudicis, & conſenſus propinquorum in contractu mulierum adhibiti, excludunt dolum, & metum.*

4 *Vxor quando inſimul cum viro ſe obligat cenſetur pro viro intercedere, nec obligatio ſubſtinetur, niſi probetur pecuniam in vtilitatem mulieris expenſam.*

5 Limita ſi obliget ſe pro indigẽtijs mariti, et domus.

6 *Vxor tenetur ſubuenire mariti inopiæ, ex iuris diſpoſitione.*

7 *Mulieris obligatio iuramento vallata ſuſtinetur ſaltem de iure canonico,*

8 *Mulier certiorata prius valide renunciat cum iuramento diſpoſitioni Auth. ſi qua mulier, C. ad Velleian.*

9 *Quod nullum eſt ratificari poteſt.*

10 *Recipiens pretium cenſus venditi, cenſetur venditionem ratificaſſe.*

11 *Cenſus inualidus ratificatur per ſolutionem fructuum.*

12 Ratificatio inſurgit ex actu, qui fieri non poteſt citra ius, & nomen ratificantis.

13 *Reſtitutioni in integrum eſt locus conſtito de læſione.*

DECISIO CCLXXIV.

Sperindea, & Alexander de Ferris iugales, anno Domini 1592. die 12. Auguſti conſtituerunt ſe debitores Laurentij Pelicani pro penſione domus in florenis 108. pro quibus ſoluendis ſe le obligauerunt in forma Cameræ Apoſtolicæ: Et cum in ſolutione defeciſsent Pelicanus ab A. C. pro dicta ſumma, & expenſis mandatum exequtiuum ſeruatis ſeruandis obtinuit, quod lui exequutum in bonis eorundem iugalium, qui ad efugiendas alias expenſas imminentes, pro conſummatione executionis impoſuerunt ſuper vnam eorum poſſeſſionem annuum cenſum florenorum 12. quem vendiderunt Galuano Angelino pro pretio florenorum 120. prout in inſtrumento de quo in actis celebrato cum præſentia, & conſenſu proximorum mulieris, & decreto Iudicis, mandantis pecuniam ſolui Laurentio Pelicano pro extinctione dicti debiti, & expenſis prout in continenti ſoluta fuit pecunia, vt conſtat ex inſtrumento publico de quo pariter in actis. Cumque tractu temporis in iudicio concorſus pendente in curia generali Maceraten. ſuper bonis Sperindeæ pro parte ipſius Galuani inſtaretur ſibi aſſignari locum vigore dicti inſtrumenti cenſus fuerunt abſoluti hæredes Sperindeæ per Domini Locumtenentis ſententiam a qua ſtatim appellatum fuit ad Rotam Maceraten. coram R. P. D. Vireducio, coram quo parte eorundem hæredum Sperindeæ petebatur ſententiam confirmari ex capite nullitatis cenſus, & pro parte Galuani dicebatur inſtrumentum cenſus eſſe validum, & propterea ſententiam D. Locumtenentis Iudicis à quo eſſe reuocandam. Et Domini Auditores prout apparet ex decreto Rotali facto de illo tempore fuerũ: in voto pro validitate inſtrumẽti cenſus, quod habet præſumptionem iuris pro

1 ſe † nempè quod ſit validum, & ſolemne, *ad tex. in l. ſi prætor, in prin. ff. de Iudic l. 3. ff. de milit. teſt. l. cum precibus, vbi Doct. C. de probat. Bal. conſ. 437. num. 5. lib. 5. Neuiz. conſ. 79. nu. 10. Becc. conſ. 52. n. 92. lib. 1. Pariſ. conſ. 28. n. 19. lib. 2. Surd. conſ. 92. n. 1. & conſ. 173. n. 31. Cenc. de Cenſ. quæſt. 35. num. 23. Rot. apud eundem deciſ. 110. num. 2. Grat. diſc. 952. num. 13. Sperell. deciſ. 27. num. 56. & in noſtris impreſſis deciſ. 50.*

2 *n. 30. & 418.* Itaut contrarium† aſſerenti grauetur duriori probatione tanquam venienti contra caſum legis, *gloſ. in d. l. cum precibus, C. de prob. Surd. conſ. 6. n. 11. & conſ. 134. nu. 34. Grat. diſc. 796. num. 1. diſcept. 874. num. 2. & diſcept. 939. n. 4. & d. deciſ. noſtra 50. num. 36. & ſeqq.* Acce-

3 dente maximè† conſenſu propinquorum, & decreto Iudicis, vt dictum eſt ex quibus præſumitur omnia ſolemniter geſta fuiſſe, & omnis metus, & dolus excluſus, *l. 1. C. de præd. Curialium, lib. 10. Bal. in c. ſicut, de re Iud. Surd. conſ. 367. num. 12. Dec. conſ. 124. num. 7. & conſ. 341. num. 12. Menoch. conſ. 287. n. 56. lib. 2. & Praſ. 75. n. 5. lib. 2. Gab. de ſent. concl. 5. num. 1. Grat. in proxi. diſcept. 952. num. 23. & diſcept. 975. num. 12. Put. deciſ. 205. num. 2. lib. 3. Rot. ex impreſſ. per Pic. ad ſtat. vrb. deciſ. 70. num. 10. & in recent. par. 3. deciſ. 643. num. 1. & 2.*

Non obſtat igitur, quod Sperindea cenſum impoſuerit, vt dicebatur vna cum eius viro, quo

4 caſu † licet ſe principaliter obligauerit, cenſetur tamen pro marito intercesſiſſe, & conſequenter obligationem non ſubſtineri, niſi manifeſtè appareat, quod pecuniæ in propriam ipſius mulieris vtilitatem expenſæ fuerint, *iuxta Auth. ſi qua mulier, C. ad Velleian. Hondéd. qui plures refert conſ. 45. num. 16. & 17. lib. 1. Pic. ad ſtat. vrb. gloſ. 7. nu. 242. Surd. deciſ. 164. n. 21. Rot. ex imp. per Cenc. de Cenſ. dec. 32. nu. 4.* Quia fuit

5 reſponſum dictam† Auth. habere locum tantummodo in obligatione voluntaria, quam facit vxor pro marito: Non autem in obligatione facta, vt in caſu noſtro pro indigentia, & penſione domus communiter inhabitatæ, ac etiam principaliter pro ſubleuando Alexandro marito ære alieno grauato, *Bal. conſ. 20. in fin. lib. 2. Rimin. ſen. conſ. 77. num. 16. lib. 1. Surd. conſ. 367. num. 14. Gratian. diſcept. 952. numer. 2. cum ſeqq. Franch. deciſ. 237. n. 3. Theſ. deciſ. 223. num. 15. Rot. penes Pic. d. deciſ. 70. n. 5. et penes Cenc. de Cenſ. d. deciſ. 32. num. 5.* Videtur enim

6 hoc caſu† vxorem obligationem feciſſe lege permittentem, cum de iure teneatur nedum ſibi, ſed etiam inopiæ mariti ſubuenire, *Auth. præterea, C. vnde vir, et vxor, l. ſi cũ dotẽ, §. ſin autẽ in ſeniſſimo*

ff. ſol.

ff. ſolut. mat. Natt. conſ. 547. num. 19. Surd. dec.
86. n.6. & ſeqq. Rot. penes Cenc. d. deciſ. 32. n.6.
& ſeqq. & penes Pie. in allegata deciſ. 70. num.6.
7 Inſuper pro vlteriori reſponſione dicebatur † o-
bligationem Sperindeæ, tanquam iuramento va-
latam ſuſtineri ſaltem de iure canonico, non ob-
ſtante diſpoſitione. *d. Auth. ſi qua mulier, vt per*
Surd. d. conſ. 367. num. 13. Seraph. de iuramento,
Priuil. 118. Guttierez. de iuram. conf par. 1. cap.
55. num.6. Boer. deciſ. 23. num. 9. Affl. dec. 311.
n.4. Rot. *penes Pie. deciſ. 1. n. 14. dec. 15. n. 1. &*
8 *d. dec. 70. n.9.* Cui etiam Auth. Sperindea † cer-
tiorata prius per dictum Iudicem expreſsè renũ-
ciauit, cum particulari iuramento, quo caſu vn-
dequaque valida dicitur obligatio, itaut impu-
gnari non poſſit, vt tradunt *Surd. d. conſ. 367. n.*
12. Seraph. de iura. Priuil. 63. num. 3. & 4. Theſ.
deciſ. 223. num. 18. Rot. per Pie. dict. deciſ. 70.
num. 11. & per Cenc. deciſ. 32. num. 11.

Præterea dato citra veri præiudicium, quod
dicta impoſitio cenſus per mulierem habere poſ-
ſet aliquod dubium nullitatis, adhuc reſpondc-
tur hoc non releuare ad fauorem Bartholo-
mæi, & Ceciliæ, ac aliorum de Bartolis.
9 Quia Sperindea † potuit illud tollere approban-
do, & ratificando obligationem ſuam, *Seraph. de-*
ciſ. 256. n. 4. Rot. *in recen. par. 7. deciſ. 306. num.*
49. & notauimus deciſ. 68. n. 52. & ſeqq. Quod
autem illa pluries approbauerit dictam obliga-
10 tionem, † & debitum agnouerit, cõſtat manifeſtè
non ſolum ex receptione pretij cenſus conuerſi
in vtilitatem propriam, vel ſaltem communem
cum marito, nempè pro extinctione dicti debiti
florenorum 108. & expenſis, ex qua quidem re-
ceptione pretij cenſetur approbaſſe, & ratificaſ-
ſe contractum, *l. Iulianus, §. vlt. ff. ad Macedon.*
Bal. in rub. de contrab. emp. quæſt. 20. num. 21. &
conſ. 184. num. 5. lib. 2. Alex. conſ. 117. num. 5.
lib. 5. Natt. conſ. 45. num. 9. & 10. lib. 1. Pariſ.
conſ. 76. nu. 51. lib. 4. Surd. conſ. 104. num. 2. &
conſ. 536 num. 24. & 25 Grat. diſc. 301. n. 45.
Cenc. d. tract. quæſt. 66. nu. 52. Rot. *apud eundem*
deciſ. 363. nu. 3. & deciſ. 556. n.8. & diu. par. 1.
deciſ. 727. n.6. & par. 4. deciſ. 328. n.6. et coram
Canal. deciſ. 100. n.4. deciſ. noſtra 159. n. 3 Sed
11 etiam ex ſolutione † fructuũ cenſus facta ab ipſa
muliere per multum temporis ſpatium, per quas
ſolutiones dicitur agnouiſſe debitum, & contra-
ctum pariter approbaſſe, ac ratificaſſe, itaut am-
plius de illius nullitate per dictos de Bartolis, di-
ci non poſſit, ad tradita per Doctores in *l. cum*
fidem, C. de non, numerat. pecun. Specul. in tit. de
emphit. §. nunc aliqua, num. 53. deciſ. noſtra 159.
n. 4. eo quia ratificatio retrotrahitur ad tempus
celebrati contractus perinde, ac ſi ab initio vali-
dus fuiſſet, *Grat. poſt alios, quos ipſe citat. diſcep.*
488. num. 8. & ſeqq. Rot. *in recent. par. 1. deciſ.*
12 *392. n. 3.* Vnde tanquam † ex actu, qui citra ius,
& nomen ratificantis fieri non poterat abſque
dubio inſurgit dicta ratificatio, *Surd. qui alios*
allegat conſil. 28. num. 20. & 21. conſ. 164. num.
46. & deciſ. 208. num. 8. Put. deciſ. 397. num. 9.
& 10. lib. 2. Rot. *penes Cenc. d. deciſ. 557. num.*
3. & 4. deciſ. noſtra 159. num. 5.

Atque ideo cum ex prædictis conſtet de bo-
no iure Galuani meritò ſententiam fauorabilem
reportauit illiuſque filij, & hæredes ſententiæ in
iudicatum tranſactæ executionem obtinuerunt
contra bona hæreditaria Sperindeæ à R. P. D.
Felice de voto totina Rotæ.

Nec releuat, quod pro parte dictorum de
Bartolis ad impediendam executionem fuerit
iterum coram R. P. D. Tiburtio appellatio à di-
cta ſententia interpoſita. Nam cum illa proſe-
quuta non fuerit intra legitima tempora eſt, vti-
que effecta deſerta, prout ex calculo dierum
Rotalium exhibito in actis apparet. Propterea
ex prædictis omnibus dixerunt Domini inhibi-
tionem vltimo loco conceſſam moderandam eſ-
ſe, non attenta reſtitutione in integrum petita
pro parte Ceciliæ ex capite minoris ætatis 25. an-
norum, quia non probauit minorem ætatem, &
13 multò minus iniuſtitiam † ex quibus reſultare
poſſit læſio neceſſaria pro reſtitutione, *l. nam, &*
poſtea, §. ſi minor, ff. de iure iurand. l. quod ſi mi-
nor, §. non omnia, ff. de minor, l. minoribus, C. de
reſt. in integ. Odus de reſt. in integ. par. 1. quæſt. 4.
art. 1. n. 2. & 3. Pariſ. conſ. 33. nu. 36. lib. 1. Al-
tograd. conſ. 5. num. 88. & conſ. 24. num. 30. lib.
1. Grat. d. diſcept. 952. num. 33. Beniut. deciſ. 85.
nu. 10. cum alys cumulatis per Belt. ad Greg. XV.
deciſ. 459. num. 11. Et ita, &c.

A R G V M E N T V M.

Poſſeſſor eſt manutenendus, etiamſi
contra ipſum lata ſit ſententia de
reintegrando ſuſpenſa per
appellationem.

S V M M A R I V M.

1 *Poſſeſſor lite pendente eſt manutenendus.*
2 *Etiam poſt ſententiam de reintegrando ſuſpenſam per appellationem.*
3 *Dummodo illa ſit appellabilis;*
4 *Siuè ſit appellabilis vti nulla.*
5 *Siuè vti notoriè iniuſta.*
6 *Appellabilis eſt ſententia lata per Iudicem Eccleſiaſticum in cuius foro Ægidiana prohibitiua appellationis locum non habet.*
7 *Poſſeſſio capta pendente termino ad appellandum eſt attentata.*
8 *Poſſeſſio capta alio exiſtente in poſſeſſione non eſt manutenibilis.*
9 *Fides ſimplex, & ſine iuramento, non facit fidem.*

10 *Sententia nulla ex defectu citationis, ſeù monitionis certæ, & ſpecificæ eſt appellabilis.*
11 *Sententia ferri non poteſt ſub monitione, quæ non ſit ſpecifica ad audiendam ſententiam.*
12 *Et verba equipollentia non ſufficiunt.*

DECISIO CCLXXV.

DOmino Gaſparo Mazapano de cu-
1 ius poſſeſſione, non dubitatur †
dandom eſſe mandatum de manu-
tenendo, concluſum fuit, *ex §. re-
tinenda, Inſtit. de Interd. l. 1. §.
interdictum autem, ff. vti poſſid.*
2 Itaque † non obſtante ſententia de reintegrando
lata per Dominum Vicarium Firmanum ad fa-
uorem Corneliæ Guerreriæ, quia cum illa ſu-
ſpenſa fuerit per appellationem, *cap. 1. de eo In-
dic. cap. veniens, de iure iurand. l. ſciendum, ff.
de appellat. l. appellatio, C. eod. tit. Lancell. de
attent. par. 2. cap. 12. num. 108.* Rot. *coram Ca-
ualer. deciſ. 643. num. 7. & coram Mantic. deciſ.
69. num. 4.* Interea poſſeſſor eſt manutenendus
3 † dum ſententia eſt appellabilis, *Barbat. in cap.
cum dilectus, in fin. de cauſ. poſſeſſ. & prop. Men.
de retinend. remed. 3. num 849. & ſeq. Pariſ. conſ.
39. num. 3. & 6. lib. 1. Rolan. conſ. 8. num. 24.
& ſeqq. lib. 4. Menoch. de retined. remed. 3. num.
849. & ſeq. Cæſ. de Graff. deciſ. 4. de cauſ. poſſ.
& prop. Greg. deciſ. 275. num. 15. deciſ. 313.
num 4. & deciſ. 365. num. 3. Cocc. deciſ. 225.
4 num. 4. & deciſ. 286. num. 6.* Siuè † ſit appella-
bilis, vti nulla, *Angel. in l. clam poſſidere, §. qui
ad nund. num. 2. ff. de acq. poſſ.* Gratian. *diſcept.
739. num. 25. Put. deciſ. 400. in fin. lib. 2. Seraph.
deciſ. 1041. num. 3. Cocc. deciſ. 417. num. 1. cum
ſeqq & in recent. par. 2. deciſ. 630. num. 1.* Siuè
5 ſit † appellabilis, vti notoriè iniuſta, Rot. *penes
Cenc. de Cenſ. deciſ. 213. num. 8. & coram Cocc.
d. deciſ. 417. num. 2. & ſeqq.* Quod autem ſen-
6 tentia ſit appellabilis deducitur ex eo, † quia la-
ta eſt per Iudicem Eccleſiaſticum, in cuius foro
Ægidiana, quæ prohibet appellationem locū nō
habet, *Caniar. ad l. vnic. quæſt. Ægidia. 6. num.
7. Mareſcott. var. lib. 2. cap. 75. num. 37. Grat.
deciſ. 55. num. 10. Seraph. deciſ. 424. nu. 1. Rot.
apud Statil. deciſ. 228. num. 24. & apud Marchy
de commiſ. par. 1. fol. 1023. & apud Seraph. dec.
424. num. 1. & latiùs fuit per nos deductum deciſ.
26. num. 2. & ſeqq.*

Nec obſtat poſſeſſio Corneliæ, cum ſit atten-
7 tata, † vti capta intra decem dies datos ad ap-
pellandum, *Lancell. de attent. par. 2. cap. 11. nu.
1. & 2. Mar. Ant. var. lib. 1. reſ. 50. num. 2. &
3. & notantur deciſ. 43. num. 21.* Ac etiam vel
8 capta † poſſidente Mazapano, & ſic non ma-
nutenibilis, *Rot. diuerſ. par. 1. deciſ. 324. num.
2. deciſ. 363. num. 1. deciſ. 390. num. 2. & deciſ.
802. num. 1. & in recent par. 2. deciſ. 247. nu. 2.*
Neque obſtat, quod dicebatur in Curia Ar-
chiepiſcopali Firmi ex antiqua conſuetudine ſer-
uari Ægidianam appellationis prohibitiuam.
9 Quia talis conſuetudo † non probatur niſi per
quandam curialium fidem ſimplicem, & ſine iu-
ramento, quæ non facit fidem, *Auth. ſi quis in
aliquo, C. de eden. facit tex. in cap. cum à nobis, de
teſtib. gloſ. in cap. ſicut, de ſent. excom. Abb. in
cap. quod ſuper, num. 5. de fide inſtrum.* Rot. *Ian.
deciſ. 76. num. 11, &* Rota Romana *in recent. par.
1. deciſ. 441. num. 6. & coram Cocc. dec. 4. nu. 3.*
10 Præterea eſt appellabilis ſententia, ex defectu
nullitatis tanquam lata ſine citatione, ſeù moni-
tione certa, & ſpecifica ad audiendam ſenten-
tiam, vt requirebatur, *Veſter. in Prax. lib. 5. cap.
2. num. 8.* Rot. *in recent. par. 1. deciſ. 18. num. 2.
& par. 2. deciſ. 141. num. 3. & deciſ. 486. num.
7. & coram Greg. deciſ. 209. num. 4. & 7. & co-
ram Canal. deciſ. 376. num. 1.* Nec releuat, quod
procurator Mazapani fuerit præſens monitioni
11 factæ ad audiendam voluntatem. Quoniam †
ſententia ferri non poterat ſub monitione non
ſpecifica ad audiendam ſententiam, *gloſ. in Clem.
ſæpè, in verb. ad id. de verb. ſignif. Matheſ. ſing.
8. num. 3. Roman. ſingul. 372. & conſ. 369. nu-
mer. 8.* Rot. *in nouis, deciſ. 17. tit. de verb. ſign.
& coram Caualer. deciſ. 376. num. 1. & in recen.
par. 2. deciſ. 548. num. 3.* Et verba equipollentia
non ſufficiunt, *vt per Beltram. ad Greg. in allega-
ta deciſ. 209. num 7. Rot. in recent. par. 1. deciſ.
18. num. 2. & par. 2. deciſ. 141. num. 3. & dec.
486. num. 7. & coram Caual. d. deciſ. 376. num.
2. & coram Buratt. deciſ. 619. num. 1. & ibi latè
Adden. num. 5.*

ARGVMENTVM.

Qui dicit de notoria iniuſtitia ad effectum impediendi immiſſionem, & executionem ſententiæ latæ in ſaluiano, debet euidenter illam probare ex eiſdem actis cum vnaqueque offuſcatio colorata ſatis, atque ſufficiens ſit ad tollendam notorietatem iniuſtitiæ.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum interdictum non admittit appellationem ſuſpenſiuam, tàm de iure ciuili, quàm vigore Ægidianæ conſtitutionis.*
2 *Iniuſtitia notoria in poſſeſſorio operatur, vt non ſit locus Ægidianæ, neque executioni.*
3 *Deduci tamen debet ex eiſdem actis.*
4 *Ac clara, & patens eſſe debet, alioquin qualis*

qua-

Digitized by Google

qualis offuſcatio tollit notorietatem iniuſtitiæ ad effectum, vt ſententia non ſuſpendatur, & numer. 34.

5 *Ceſſionarius agere non poteſt vigore ceſſionis, niſi doceat legitimè de credito ceſſo.*

6 *Quod procedit dum ceſſionarius agit contra debitorem ceſſum, non autem, quando contra ipſum cedentem, qui promittit creditum ceſſum verum, & exigibile, & num. 8.*

7 *Cedere non eſt ſoluere.*

9 *Nullitatis exceptio non impedit executionem contractus ſi non eſt probata.*

10 *Saluianum non admittit exceptiones reſpicientes nullitatem contractus.*

11 *Nullitas non allegatur à tertio, ſed tantum ab eo ad cuius fauorem eſt introducta.*

12 *Inſinuatio poteſt adhiberi poſt celebratum contractum ex interuallo, & manu alterius Notarij.*

13 *Nullitas patens, & manifeſta ex inſtrumento nunquam cenſetur excluſa, & poteſt etiam allegari à tertio ad tuendam ſuam poſſeſſionem.*

14 *Succeſſor in officio Notariatus poteſt ſui anteceſſoris inſtrumenta rogata extrahere, & publicare.*

15 *Appellans ab interlocutoria vlterius citandus non eſt, quia videtur ſe facere contumacem, & declarare animum ſuum, quod amplius comparere non intendit, & num. 19. & 20.*

16 *Limita regulam non habere locum ſecundum aliquos, quando appellans ſuccubuit.*

17 *Sed veritas eſt in contrarium, quod etiam data ſuccumbentia, non ſit vlterius citandus appellans.*

18 *Appellatione deſerta ob non proſecutionem non eſt vlterius citandus appellans.*

21 *Iura, quæ inſeruiunt ad ſolam Iudicis inſtructionē ſatis eſt, quod ſint in actis ſine partis citatione.*

22 *Appellatio ſi manifeſtè ſit friuola poteſt Iudex procedere ad vlteriora, vſque ad ſententiam nullam amplius præcedente citatione.*

23 *Primum extremum ſaluiani eſt plenè, & exactè probandum.*

24 *Poſſeſſio rei obligatæ in ſaluiano deducitur ſecundo loco tanquam ſecundum extremum.*

25 *Secundum extremum ſaluiani leuiores probationes requirit, & num. 30.*

26 *Et probatur ex confeſſione reorum in querela porrecta Iudici.*

27 *Acta criminalia faciunt maximam præſumptionem in ciuili cauſa.*

28 *Confeſſio Iudicialis probat in quocunque iudicio.*

29 *Confeſſio facta in vna inſtantia probat in alia inter eaſdem partes.*

30 *Mater non tenetur dotare filiam de bonis proprijs, niſi ex magna cauſa.*

32 *Tutrix non tenetur de euictione nomine proprio.*

33 *Actus quilibet cenſetur in dubio geſtus nomine proprio non alieno.*

DECISIO CCLXXVI.

1 Dicebamus mandatum de immittendo conceſſum per Dominum Iudicem à quo, ad fauorem Virgilij Medialanciæ, contra Lelium, & Prudentiam de Alexandris, vigore ſententiæ latæ in ſaluiano non admittere appellationem ſuſpenſiuam, non tantum
inſpecto iure ciuili, quam etiam in terminis Ægidianæ, *Caput. decis. 106. & 141. par. 3.* Gregor.
XV. decis. 491. nu. 1. ſeqq. decis. noſtra 99. nu. 3.
Nec obſeſſe allegatam per ipſos de Alexandris
2 notoriam † iniuſtitiam, & nullitatem, quæ operantur, vt non ſit locus Ægidianæ, neque executioni, *Contard. de moment. poſſeſſ. limit. 2. num. 45. Mareſcot. var. lib. 2. reſol. 75. num. 27. Grat. decis. 9. num. 4. & decis. 136. nu. 1. cum alijs per nos cumulatis decis. 38. num. 1. & decis. 49. nu. 8. in fin.* Quoniam iſta notoria iniuſtitia nullo modo
3 probatur, vt inferius latius demonſtrabitur, † & tamen neceſſe erat, vt reſultaret, & deduceretur ex eiſdem actis, *Gabr. tit. de ſenten. concl. 7. num. 27. Contard. de momen. limit. 9. nu. 56. Curt. Iun. conſ. 63. num. 3. & conſ. 160. num. 12. Corneus conſ. 10. col. 2. lib. 4. Mareſcott. var. lib. 2. reſolut. 75. num. 28. Greg. XV. decis. 508. num. 10.*
4 Et † quod eſſet clara, & patens itaut aliqua tergiuerſatione celari non poſſet; Cum alioquin vnaqueque offuſcatio, & qualis qualis reſponſio ſatis, atque ſufficienter tollat notorietatem iniuſtitiæ, ad effectum, vt ſententia non ſuſpendatur, ſed executioni demandetur, donec de meritis cognitum ſit, *Alex. in l. 4. §. condemnatam, num. 4. ff. de re iudic. Angel. in l. ſi pars, in fin. ff. de petit. hæredit. Dec. in cap. quoniam contra, num. 30. de probat. Contard. vbi ſupra, limit. 9. num. 8. Scap. de ſolu. lib. 3. quæſt. 2. num. 2. Grat. diſcept. 974. num. 17. & 18. Barz. decis. Bonon. 71. num. 39. Rot. in recent. par. 3. decis. 668. num. 1. & notauimus decis. 55. num. 11. & 12. alios congerit Giurb. decis. 69. num. 24.*
5 Neque obſtat, quod dicebatur Virgilium agere non poſſe vigore ceſſionis habitæ à Maria Botta, niſi doceat de inſtrumento crediti ceſſi, *Marta vota 72. num. 5. & ſeq. Rota apud Statil. de ſalu. decis. 162. num. 2. & apud Cenc. de cenſ. decis. 255. num. 5. & apud Gregor. XV. decis. 579.*
6 *num. 4.* Quia reſpondebatur † hoc procedere dum ceſſionarius agit ceſſionario nomine contra debitorem ceſſum, vel contra eius bona obligata, vt loquuntur iura allegata, & nos diximus *decis. 100. nu. 3.* Secus vero, quando agitur prout hic, contra ipſum cedentem, qui promiſſit creditum ceſſum, verū, legitimū, & exigibile, quo caſu, quia
7 cedere † non eſt ſoluere, *gloſ. in l. legauit, in fin. ff. de libert. legat. Oſaſch. decis. 62. nu. 9. Becc. conſ. 105. num. 35. Adden. ad Baratt. decis. 476. num. 16. & notauimus decis. 29. nu. 5.* Non videtur pro-
8 pterea † neceſſaria exhibitio crediti ceſſi, ſed tan-

tum.

Digitized by Google

tummodo productio illius inſtrumenti, cum quo
poſſit obtinere in iudicio, ad notata per *Natt.
conſ. 724. num. 2. & per Rolan. conſ. 10. num. 22.
& conſ. 32. num. 13. lib. 3. ac per Ludou. deciſ. Lu-
cen. 2. num. 11.* Nam cum docuerit debitorem
ceſſum non eſſe ſoluendo; Tunc de tali inſtru-
mento nihil agi oportet; Siquidem non alia de
cauſa exhibetur inſtrumentum crediti, niſi vt quis
poſſit contra illud opponere, quæ oppoſitio in
caſu noſtro non poteſt, niſi obeſſe dictis de Ale-
xandris, vt deducunt ſcribentes pro Medialan-
cia.

Sic etiam non obſtat allegata nullitas ceſſionis
9 facta à dicta Maria ſine inſinuatione: Quia † hu-
iuſmodi nullitatis exceptio non probata regula-
riter non impedit executionem contractus, nec
minus illius effectum retardat, donec per rem iu-
dicatam cauſa fuerit terminata, *l. 4. §. condem-
natum, vbi Doct. notant, ff. de re iudic. Vantias,
de nullit. tit. qual. & quib. modis, num. 32. Scap.
d. tract. lib. 2. quæſt. 16. num. 2. Lud. deciſ. Lucen.
24. num. 1. & ſeq. Carthar. deciſ. Ianuen. 132. nu.
11. 20. & 21. Oſaſch. deciſ. 26. Giurb. deciſ. 4. nu.
22. Rot. in recent. par. 5. deciſ. 217. num. 23.* Sal-
10 uianum enim † non admittit exceptiones reſpi-
cientes, nullitatem contractus *Menoch. de adipiſc.
poſſ. remed. 4. num. 882. Statil. Pacif. de ſaln. in-
ſpect. 2. cap. 2. nu. 134. & ſeqq. Rot. coram Greg.
XV. deciſ. 491. num. 9.* maxime quia fuit inten-
11 tatum contra tertium, † à quo nullitas allegari
non poteſt, ſed ab eo tantum ad cuius fauorem
fuit introducta, *gloſ. in l. eleganter, vbi Bart. ff.
de dolo, Innoc. in cap. 1. vbi omnes Canoniſtæ, de
his, quæ fiunt à Prælat. ſine conſ. Capituli, Scapac.
d. quæſt. 26. num. 3. Surd. deciſ. 70. num. 26. &
deciſ. 108. num. 2. & ſeqq. Put. deciſ. 310. lib. 2.
Creſc. deciſ. 1. de locat. Rot. in recent. par. 7. de-
ciſ. 306. nu. 50.* Quod quidem ſine dubio locum
habet, quando nullitas non eſt detecta, & patens,
ita ut de ea incontinenti conſtare poſſit, vt in hoc
12 præſenti caſu, vbi inſinuatio † poterat adhiberi
poteſt celebratum contractum ex interuallo, &
manu alterius Notarii, *Rota in recent. par. 1. de-
ciſ. 671. num. 3. et part. 2. deciſ. 385. num. 5. &
diximus deciſ. 13. num. 18. & deciſ. 68. num. 41.
& 42.* vbi quod allegans contrarium tenetur pro-
13 bare. Ideò dici non poteſt, quod † nullitas ſit
patens, manifeſta, & clara ex eodem inſtrumen-
to adhuc, vt nunquam cenſeatur excluſa, & poſ-
ſit allegari etiam à tertio, maximè ad tuendam
ſuam poſſeſſionem, *Scapac. d. quæſt. 16. num. 4.
Grat. diſcept. 691. num. 17. & ſeqq. cum alijs per
nos adductis in deciſ. 101. num. 20. & ſeqq.*

Nec releuat, quod dicebatur de inſtrumento
ceſſionis tranſumptato à Notario de eo non ro-
14 gato. Quia cum fuerit † tranſumptatum à ſuc-
ceſſore in officio, vt legitur in proceſſu fol. 17.
potuit iſte ſui anteceſſoris inſtrumenta rogata ex-
trahere, & publicare, habeturque loco origina-
lis, ac illi Notario atteſtandi, quod ſit ſucceſſor
creditur, vt firmauit *Rot. coram Gregor. deciſ. 3.
num. 1. & 4. & in recent. par. 2. deciſ. 301. nu. 3.
& par. 3. deciſ. 332. num. 4. & deciſ. 404. num.
6. & 7. & part. 4. deciſ. 549. num. 5. & part. 5.
deciſ. 253. num. 4. & 5. & part. 7. deciſ. 284.
num. 11.*

Præterea non officit, quod allegabatur de ſen-
15 tentia lata non citata parte. Quia † cum pars
aduerſa appellauerit ab interlocutoria, vlterius
citanda non erat ad alia, quæ in iudicio facienda
erant, ex quo appellando videbatur ſe facere con-
tumacem, & declarare animum ſuum, quod non
vult amplius comparere, *vt probat tex. expreſſus,
in cap. cum qui, de dolo, & contumac. in 6. Clem.
vnica, eod. titul. Marant. in ſpec. par. 6. tit. de ap-
pellat. num. 172. circa mediam, Gab. tit. de citat.
16 concl. 1. num. 425.* Et licet † aliqui, *vt Bart. in l.
qui Romæ, §. ſeia, num. 3. ff. de verb. oblig. Gab.
vbi ſupra num. 428.* Regulam limitent non habe-
re locum, quando appellans in appellatione ſuc-
cubuit, quo caſu dicunt, quod iterum eſt ipſe ci-
17 tandus. Attamen † verior *viſa fuit* contraria
opinio, quod etiam data ſuccumbentia in appel-
latione non ſit vlterius citandus appellans, quia
adhuc perſiſtere videtur in ſua contumacia, vt cõ-
ſiderat *Barthol. Soc. in d. §. ſeia, num. 23. & ibi-
18 dem Iaſ. nu. 22.* Alia ex ratio, † quod ſicut quan-
do deſeritur appellatio, ob non proſecutionem
non eſt vlterius citandus appellans, vt dicunt *Io.
And. Imol.* & alij, quos citat, & ſequitur *Alex.
in d. §. ſeia, nu. 6.* quia oſtenditur appellatio fri-
uola, vt inquit *Barthołom. Soc. ſub dict. num. 13.*
19 Ita, & quãdo quis ſuccumbit † etiam indicat ap-
pellaſſe friuole ideò vlterius non citandus, *Soc.
vbi ſupra poſt gloſ. in d. Clemen. vnica, de dol. &
contumac. in verb. manifeſtè.* Et vltra prædicta
eſt etiam conſiderandum, quod dicti de Alexan-
dris ſemper perſtiterunt in eorum contumacia,
20 quia † non acquieuerunt ſuccumbentiæ in appel-
latione ab interlocutoria, ſed iterum appellarunt
à decreto remiſſionis cauſæ, & conſequenter non
fuit opus alia citatione, & factus fuit locus pro-
ceſſui ad vlteriora ſine eorum citatione, quia iura
deſuper producta ſtante contumacia inſeruire tã-
tum debent ad inſtructionem Iudicis, non autem
partis aduerſæ, quæ per appellationem cenſetur
proteſtaſſe ſe nolle amplius coram eodem Iudice
21 comparere, vt ſupra dictum fuit. Et ſic † dum
iura inſeruiunt ad ſolam Iudicis inſtructionem
ſufficit, quod ea ſint in actis, etiam ſine partis ci-
tatione, vt animaduertit, *Axin. in prax. §. 7. cap.
5. limit. 88. num. 10. & limit. 94. num. 2.* Nec
hic dicendum eſt, quod d. iura locum ſibi tantum
aſſumant in appellatione friuola, & quod d. ap-
pellationes non ſint huiuſmodi, & conſequenter,
quod allegata ſuperius non obſtent. Quoniam
adhuc reſpondetur, quod in caſu noſtro eſt friuo-
22 la appellatio, tum † quia vigore *Conſtit. Marchiæ
lib. 6. cap. 12.* non licet, niſi ſemel ab interlocuto-
ria appellare. Tum etiam, quia agebatur de ex-
ceptio-

Digitized by Google

ceptione expenſarum , quæ erat reſeruanda in fi-
ne litis tanquam turbida etiam vigore præfatæ
Conſtit. lib. 5. *cap.* 12. Quam friuolam appella-
tionem oſtendit etiam moderatio inhibitionis ſu-
perinde ſequuta , quare dicendum venit quod D.
Iudex ritè proceſſit ad ſententiam nulla amplius
præcedente citatione , ex notatis per *Marant. vbi
ſupra num* 182.

Neque vllius eſt momenti , quod obijciebatur
de probatione extremi poſſesſionis Mariæ Bottæ.
Quia pro reſponſione animaduertebatur , quod
dubium non eſt de primo extremo ſaluiani, quod
23 fuit † plenè , & exactè probatum , vt opor-
tebat ad ſtabiliendum hoc iudicium , vt benè
per *Menoch. de adipiſcend. poſſeſs. remed.* 3. *num.*
163. *& latius per Statil. de ſaluian. inſpect.* 1. *cap.*
24 5. *num.* 70. *& ſeqq.* Sed de ſecundo , † nempè
poſſesſionis obligatæ , quod non eſt fundamen-
tum , nec ſtabilimentum præſentis Iudicij , vt
inquit *Statil. loco citato , numer.* 73. *&* 77. vbi
allegantur plures deciſiones Rotæ , & optimè
25 declarat *Rol. conſ.* 14. *num.* 13. *lib.* 1. Ideò † le-
uiores probationes in hoc ſufficiunt *deciſ. noſtra*
44. *num.* 7. *& idem Statil. vbi ſupra num.* 79. *&
eadem inſpect.* 1. *cap.* 6. *num.* 5. *cum ſeqq. vbi nu.*
10. ſignanter ad propoſitum noſtrum dicit, quod
26 iſta poſſeſſio † probatur ex confesſione rei, quam
quidem confesſionem hic habemus in querela
partis porrecta Iudici contra Virgilium , dum
fatetur bona , de quibus agitur fuiſſe ſibi conſi-
gnata à dicta Maria Botta eius ſocera de anno
1619. & ſic poſt ceſſionem prædictam , quod
idem inferunt teſtes examinati pro parte eiuſdem
27 querelantis. Et non eſt dubium , quod † acta
criminalia faciant maximam præſumptionem in
ciuili cauſa , vt per *Maſcard. de probat. concl.* 34.
num. 20. *Rot. in recent. par.* 5. *deciſ.* 140. *num.* 8.
28 *& deciſ.* 352. *num.* 12. *& ſeqq.* Maximè † quia
confesſio eſt iudicialis , quæ in quocumque iu-
dicio probat, idem *Maſcard. vbi ſupra num.* 16.
29 Et in vna inſtantia facta † fidem facit inter eaſ-
dem perſonas in alia inſtantia , non habita di-
ſtinctione , an tendat ad eundem , vel alium fi-
nem , *Falin. in cap. veniens , il ſecundo , num.* 20.
de teſtib. Maſcard. concl 33. *num.* 40. *Oſaſch. deciſ.*
30 107. *in prin.* Huc accedit † intimatio facta Ma-
riæ eius auctrici de iudicio moto per Virgilium ,
& mandatum procuræ ſuſceptum ad comparen-
dum in iudicio pro Maria , & alia ſimilia admi-
nicula deſumpta ex proceſſu , ex quibus omni-
bus ſimul iunctis , vna cum ſuſtentatione litis vi-
detur abſque dubio probata vtraque poſſesſio ,
ſcilicet anterior Mariæ debitricis , & poſterior
reorum conuentorum , & ſic extremum vltimum
ex rationibus , & iuribus ſupra deductis.

Nec eſt, quod iterum dicatur probationē prædi-
ctā non cōcludere per neceſſe, ex quo potuit eſſe,
quod Maria non conſignauerit d. bona , tanquam
propria, ſed hoc fecerit tanquam tutrix , vel cura-
31 trix ſuæ filiæ , † cum ipſa non teneatur dotare fi-
liā de bonis propriis, niſi ex magna cauſa , *l. neq;
mater, C. de iure dotium, Doct. in l.* 1. *ff. ſolut. matr.
Altograd. conſ.* 7. *num.* 43. *Surd. conſ.* 143. *num.*
53. *Rot. in recentior. part.* 5. *deciſ.* 329. *num.* 15.
& 18. Quia difficultas remouetur ex eo , quod
talis conſignatio ſupponitur facta nomine ipſius
proprio dum præcipuè eidem fuit iudicium inti-
matum per eius generum , qui conſignationem
recepit. Quod ſi tutorio , vel curatorio nomine
eſſet facta conſignatio, vtique opus non fuiſſet
eidem nomine proprio iudicium intimare , cum
32 tutrix † non teneatur de euictione nomine pro-
prio præcipuè finita tutela , vel cura , *l. poſt mor-
tem , ff. quand. ex fact. tutor. lag.* 2 *C. eod. Bertr.
deciſ.* 80. Ideò talis intimatio ſupponit obliga-
tionem propriam , vnde multo magis intrat præ-
ſumptio , quod de proprio fuerit conſignatio fa-
33 cta , cum † quilibet actus cenſeatur in dubio ge-
ſtus nomine proprio , & non alieno , *l. etiam ,
& l. magis , ff. de ſolut. Menoch. de præſumpt. lib.*
3. *præſump.* 46. *num.* 1. *& ſeq. Maſcar. de probat.
concl.* 38. *num.* 1. *Afflict. deciſ.* 360. *num.* 7. *Rot.
coram Gregor. XV. deciſ.* 472. *num.* 4. *& ibi Addent.
num.* 9. *& in recent. part.* 1. *deciſ.* 364. *num.* 6. *&
part.* 5. *deciſ.* 284. *num.* 8. Et conſequenter dici
non poteſt , quod ex hoc capite probationis ex-
tremi deficiat iuſtificatio , adhoc vt intrare poſ-
ſit appellatio , & ſucceſſiuè manutentio ad fa-
uorem dictorum de Alexandris , ſub prætextu ,
quod fuerint ſpoliati facto Iudicis non ritè , ac
rectè procedentis , quia per iam dicta ſuperius
non ſumus in caſu iniquitatis adeo notoriæ , quæ
nullitati æquiparari poſſit , nec in caſu , quo
ſententia aliquo modo iuſtificetur ex actis , vn-
34 de iure merito concludendum venit † allegatas,
& non probatas exceptiones iniuſtitiæ notoriæ
non impedire executionem dictæ ſententiæ. *Con-
tard. de moment. poſſ. lim.* 9. *n.* 8. *et ſeqq. Scapuc.
d. tract. lib.* 3. *quæſt.* 2. *nu.* 2. *Caſ. de Graſſ. dec.* 16.
nu. 15. *tit. de prob. Seraph. deciſ.* 616. *nu.* 8. *et* 9.
et deciſ. 734. *nu.* 5. *et* 6. *Rot. in Romana de Bona-
bellis coram Sacrato , et in Peruſina de Alfanis
coram Dunozet. quæ deciſiones ſunt impreſ-
ſæ apud Giliau. ad Stat. Peruſ verb.
ſucceſſio ab inteſtato , pag.* 258.
num. 32. *et ſeqq. eadem
Rot. in recen. par.* 4.
deciſ. 414. *nu.*
3. *&* 7.
vbi
optimè ad propoſitum noſtrum ,
et coram Buratt. deciſ. 327.
numer. 4. *et deciſ.* 780.
numero primo.

AR.

ARGVMENTVM.

Captus nulliter debet de æquitate confirmari, quando conſtat de veritate crediti, & debitor non eſt ſoluendo.

SVMMARIVM.

1 *Nemo capi poteſt in propria domo, quæ tutiſſimum refugium vnicuique eſſe debet.*
2 *Amplia etiamſi fuiſſet oſtium apertum.*
3 *Ac etiamſi domus non eſſet propria inhabitantis.*
4 *Limita, quando debitor captus non eſt ſoluendo, quia tunc de æquitate nulliter captus confirmatur, ne creditor amittat ſuum creditum.*

DECISIO CCLXXVII.

FRanciſcus Marſcenus Aurifer Maceratenſis in carcerem detrudi fecit Leonardum Sutorem captum in domo ipſius debitoris propria, pro ſumma contenta in mandato executiuo iam olim obtento, vigore rei iudicatæ; Cum verò pro parte carcerati proponeretur nullitas
1 capturæ, ex quo † domus ſua vnicuique tutiſſimum refugium eſſe debet, itaut in ea capturari non poſſit, *ex tex. in l. plerique, ff. de in ius vocan. & in l. nemo, de domo ſua, ff. de reg. Iuris, Gabr. lib. 7. tit. de maleficijs, concl. 10. nu. 1.* cum qua diſpoſitione iuris communis videtur concordare ſtylus Tribunalium eiuſdem Ciuitatis Maceratæ vt conſtat ex fide curialium in actis exhibita, &
2 ſoemiter recognita, quod procedere videtur † etiamſi eſſet apertum oſtium, ad notata *per Alex. Caſt. & Marian. citatos à Gabr. d. concl. num. 15.*
3 Ac † etiamſi domus non eſſet propria debitoris inhabitantis, ſed conducta, *Gabr. qui alios citat. ea concl. num. 2. Farinact. de Carcer. & carcerat. quæſt. 27. num. 91.* Attamen his non obſtantibus fuimus in contraria ſententia, & diximus allega-
4 tam nullitatem non obeſſe, † vbi conſtat de veritate crediti, & debitor non eſt ſoluendo prout in caſu noſtro, in quo bona aliqua reperta dicuntur obligata vxori, quæ iam ſuum produxerat monitorium coram nobis, & illius vigore obtinuerat reſtitutionem illorum. Tunc enim non curantur nullitates, & iuris apices, ſed captus nulliter debet de æquitate confirmari, ne creditor admittat ſuum creditum, *ex tex. in l. fin. §. final. vbi Bart. & communiter Doct. ff. de eo, quod met. cauſ. Mart. vot. Piſ. 79. num. 2. & ſeqq. Ioſeph Ludou. Peruſ. deciſ. 40. nu. 2. & ſeqq.* Et ita practicari per omnes ſcribit *Farinacc. quæſt. 27. num. 91. in fine.* Et ex his decreuimus non eſſe relaxandum Carceratum, qui poſt decretum noſtrum partem concordauit.

ARGVMENTVM.

Lapſus termini ad docendum de proſecutione appellationis, licet non inducat deſertionem, operatur tamen quod Iudex non conſtito de impedimentis poſſit procedere ad executionem ſententiæ tranſactæ in iudicatum.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio lapſu fatalium dicitur deſerta.*
2 *Et quidem ipſo iure.*
3 *Deſertio notoria non requirit pronunciationem.*
4 *Appellans ſi in termino citationis non docet de proſecutione, vel de impedimentis dicitur appellationem deſeruiſſe, & num. 11. Et ſententia eſt exequenda, num. 12. Etiam abſque alia pronunciatione ſuper deſertione, num. 13.*
5 *Tempora omnia proſequenda appellationis ſunt vtilia.*
6 *Tempora vtilia requirunt calculationem.*
7 *Tempora appellationum ſi ſunt vtilia ſententia non demandatur executioni, niſi facto calculo, & declarata cauſa deſerta.*
8 *Tempus appellationis proſequendæ ſecundum Conſtitutionem Marchiæ eſt trium menſium vtilium.*
9 *Appellatio ad Sanctiſs. ſecundum ius Canonicum non deſeritur, niſi ob lapſum biennij, vbi docetur de impedimentis.*
10 *Lapſus fatalium exigit extrinſecam cauſæ cognitionem.*
14 *Lapſus termini ad docendum de proſecutione, licet non inducat deſertionem operatur tamen, vt Iudex poſſit procedere ad executionem.*
15 *Sententiæ acquieſcere dicitur, qui non vult appellationem proſequi.*
16 *Omnis inſtantia inſpecto iure Canonico eſt perpetua. Præſertim in Romana Curia, num. 19. Intellige de prima iudicij inſtantia, num. 17. Non autem de inſtantia appellationis, quæ re vera eſt annalis, & ſtante impedimento biennalis, numer. 18.*

DECISIO CCLXXVIII.

LAta ſententia de reſtituendo quandam pecuniæ ſummam per D. Vicarium Foraneum Montiſſani Iudicem commiſſarium ad fauorem Saluſtij Marochi actorem, contra Dom. Andream Quattroculum reum conuentum; Et confirmata in Rota a R. P. D. Mario Maſtrillo eſt hodie tanquam tranſacta in iudicatum exequen-
1 da, prout decreuimus. Siquidem † appellatio ſecundo loco interpoſita pro parte, & ad inſtantiam.

Digitized by Google

etiam Quatroculi, qui per annum continuum,
& vltra ſiluit dicitur lapſu fatalium deſerta, *cap.*
licet de ſentent. excom. in 6. Clement. ſicut de ap-
pellat. l. quoniam, C. eo, titul. Rota in recen. part.
2 *3. deciſ. 665. numer. 1.* Et † quidem ipſo iure,
Bald. conſ. 301. num. 2. lib. 1. & diximus deciſ.
3 *66. num. 2.* Itaut † ſucceſſor dicti Domini Iudi-
cis à quo fuit appellatum poſſit illam ſine aliqua
pronunciatione executioni demandare, *Angel.*
in l. ſi contra, C. de appellat. Gratian. deciſ. 223.
num. 1. cum alijs per nos allegatis *deciſ. 66. nu. 3.*
4 Ex quo † Marochus victor citauit Quatroculum
victum ad docendum de proſecutione appellatio-
nis ab ipſo interpoſitæ, vel allegandum cauſas
ob quas ſententia non ſit executioni demandan-
da, quo non docto potuit Iudex ſucceſſor ad exe-
cutionem deuenire, *ad tex. in dicta leg. ſi con-*
tra maiores, vbi etiam Angel. C. de appellat. Fœ-
lin. in cap. ex parte, il ſecondo, num. 9. verſ. ſecūdo
declara, de reſcript. Gratian. dicta deciſ. 223. num.
2. Rota in recent. part. 2. deciſ. 156. num. 1.
5 Nec prædictis obſtat, quod dicebatur tempo-
ra omnia proſequendæ appellationis eſſe vtilia,
Rota diuerſ. part. 2. deciſ. 300. num. 5. & coram
6 *Seraphin. deciſ. 565. num. 7.* Quæ requirunt † in-
quiſitionem facti, id eſt calculationem, *Amat.*
deciſ. Marcb. 38. num. 7. Gratian. diſceptat. 40.
numer. 3. & deciſ. 54. num. 13. & deciſ. 223. nu.
6. cum alijs per nos allegatis *deciſ. 43. numer. 7.*
7 Et propterea † videatur ad executionem ſenten-
tiæ deueniri non poſſe, niſi facto calculo, & de-
clarata deſertione, *Gratian. dicta diſcept. 40.*
num. 2. cum aliis per nos deductis *in citata deciſ.*
8 *43. num. 6. & 7.* Quia † id procedere dictum
fuit ſi verſaremur in appellatione introducta co-
ram aliquo ex Auditoribus huius Rotæ Macera-
ten. qui ſecundum Conſtitutionem Marchiæ cau-
ſas expedire debet intra ſpatium trium menſium
vtilium, quod tempus ſanè requirit calculatio-
nem dierum non computandorum in quibus ter-
9 minis loquuntur deciſiones allegatæ. Secus † ve-
rò, quando prout hic appellatio eſt interpoſita
ad Sanctiſſimum dumtaxat, quo caſu loco calcu-
lationis debet citari pars, quæ appellauit ad
docendum de proſecutione, vel de diligentiis,
quæ ſi probentur, tunc pariter habebit locum
calculatio reſpectu impedimentorum. Et dein-
de pronunciatio ſuper deſertione quatenus ela-
pſum ſit biennium à iure Canonico ex cauſa in-
dultum, *capit. cum ſit Romana, & capitul. ex*
ratione, de appellat. Auth. ei qui appellat. C. de
tempor. appellat. Graunt. ad Veſt. in Prax. lib.
3. capitul. 5. numer. 7. Gratian. dicta deciſ. 223.
10 *numer. 4.* Ratio eſt, quia † lapſus fatalium
exigit extrinſecam cauſæ cognitionem circa im-
pedimentum, ſeu impedimenta, *l. 1. de diuerſ.*
& temp. præſcript. leg. 3. §. ad diem, de re milit.
Franc. in capit. ex ratione, numer. 103. de appel-
lat. Angel. in dict. l. ſi expreſſim, de appellation.
Gratian. dicta diſcept. 40. numer. 2. & 3. Quod
11 ſi non probentur impedimenta † in termino ci-
tationis, prout euenit in caſu propoſito, vbi nec
etiam illa allegata fuerunt, tali caſu dicitur ap-
pellatio deſerta, *Seraphin. qui alios citat deciſ.*
565. num. 4. Rota *in recentior. par. 2. dicta deciſ.*
12 *156. numer. 1.* Et † ſententia eſt exequenda,
capit. quoad conſultationem, de re Iudic. l. final.
§. illud, verſic. ſancimus, & Authen. ei qui, C.
de tempor. appellat. Giurb. deciſ. 19. num. 13. vbi
13 dantur concordantes. Idque † abſque alia pro-
nunciatione ſuper deſertione, vt clarè innuit
idem *Gratian. dicta deciſ. 223. numer. 1. & 2.*
14 Quoniam lapſus † termini ad docendum de
proſecutione licet non inducat deſertionem,
operatur tamen, vt Iudex poſſit procedere ad
executionem, *Dec. in capit. perſonas, num. 10.*
& ibidem Fœlin. numer. 2. de appellat. Seraphin.
dicta deciſ. 565. numer. 6. Rota *in recent. par. 2.*
dicta deciſ. 156. num. 1. Cum pars ſi nolit talem
15 appellationis † cauſam proſequi facto proprio
ſententiam approbare dicatur, & conſequenter
ei parere habeat neceſſe, *l. final. C. de ſent. quæ*
ſine certa quantitat. l. ab eo, C. quo, & quando Iu-
dex, Cag. in l. diffamari, numer. 22. C. de ing. &
manum. Mar. Ant. vat. lib. 2. reſolut. 47. numer.
16. Rota in recent. par. 2. deciſion. 156. numer. 1.
& 4.
16 Neque tandem merebatur allegari, quod in-
ſpecto iure Canonico omnis inſtantia ſit perpe-
tua, *ad tex. in capit. penultimo, de iudic. capit.*
ſuper eo, il ſecondo, vbi etiam Franc. numer. 16
de appellat. Specul. tit. de aclegat. §. 6. verſic. item
inſtantia, de inſtrumen. edit. Rota *in recent. part.*
17 *prima, deciſ. 452. numer. 5.* Quia † id intelligitur
de prima Iudicii inſtantia, *Giurba quem ſuffi-*
cit allegare pro multis, quos ipſe citat deciſ. 116.
18 *numer. 3.* Non † autem de inſtantia appellatio-
nis, quæ re vera eſt annalis, & ſtante impedimen-
to biennalis, vt *dictum eſt Creſcen.* qui breuiter,
& pulchrè declarat *deciſ. 17. num. 8. tit. de cauſa*
poſſ. & prop.
19 Vltra, quod illa perpetuitas primæ inſtantiæ
videtur ſolummodo habere locum in Curia
Romana ob congeriem magnam cauſa-
rum, vt inquit *Veſter. in dicta Prax.*
lib. 3. cap. 5. nu. 2. quem ſequi-
tur Gratian. diſcept. 403.
nu. 9. Roman. conſ.
120. num fin.
Conar. in
rel.
capitul. quamuis pactum,
§. primo, num. 4.
de pactis.
✠

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Sententia declarans aliquem ponendum de regiminis officio, vel declarans aliquem comprehenſum à ſtatuto, vel vti proximiorem, aut hæredem immittendum in poſſeſſionem appellationem admittit ad vtrumque effectum.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio ad effectum manutentionis probatur ex clauſula amoto poſita in ſententia, quia amotio præſupponit poſſeſſionem.*
2 *Sententia per appellationem ſuſpenditur.*
3 *Et omnia remanent integra, ac ſi lata non eſſet.*
4 *Poſſeſſor manuteneri debet donec adſint tres ſententiæ conformes, & num. 15.*
5 *Nec duæ conformes ſufficiunt.*
6 *Imò etiam nec res iudicata, dummodo pendeat cauſa reſtitutionis in integrum.*
7 *Dictio (de) comprehendit tàm petitorium, quàm poſſeſſorium.*
8 *Agens tanquam ius habens petitorium intentat.*
9 *Sententia declarans aliquem deſcribendum de regiminis officio, vel comprehenſum à ſtatuto eſt appellabilis.*
10 *Quod procedit quando talis diſpoſitio eſt principaliter in iudicio deducta.*
11 *Appellatio admittitur quando complicatio eſt explicita in ſententia.*
12 *Appellatio admittitur à ſententia priuationis.*
13 *Nullitas deducta principaliter facit cauſam appellabilem.*
14 *Iuramentum calumniæ petitum per partem, & omiſſum cauſat ſententiæ nullitatem.*

DECISIO CCLXXIX.

VIſum fuit Rotæ mandatum de manutenendo dandum eſſe Paulo Conſaluo de Monteſano, qui de
1 eius poſſeſſione, ſeu † quaſi docet ex clauſula in ipſamet ſententia à qua appellauit inſerta (ibi) amoto Paulo Conſaluo illegitimo detentore, & occupatore, quæ amotio, & priuatio præſupponit præexiſtentiam poſſeſſionis, *l. manumiſſiones, ff. de iuſt. & iure, l. decem, ff. de verb. oblig.* Rot. *apud Stetill. deciſ. 201. num. 4. apud Canaler. deciſ. 278. num. 6. apud Greg. deciſ. 402. numer. 2. & deciſ. 458. num. 2. & ſeqq. & in recent. par. 4. deciſ. 353. num. 2.*

Neque obſtare pariter viſum fuit, quod dicta ſententia lata ad fauorem Chriſtophori Conſalui videatur ex ſui facie iuſtificata, dum mandat eundem tanquam vocatum, & comprehenſum à ſtatuto, cum omnibus qualitatibus requiſitis eſſe deſcribendum ponendum, & annumerandum de regiminis officio Prioratus, & conſilij Communitatis Montisſani amoto Paulo Conſaluo. Quia
2 illa † nullum intulit præiudicium poſſeſſioni dicti Pauli, cum fuerit per appellationem ſuſpenſa, *l. ſciendum, ff. de appellat. l. appellatio, C. eod. cap. 1. de re iudic. cap. veniens, de iure iuran. Lancell. de Attent. par. 2. cap. 12. nu. 108.* Rot. *coram Canaler. deciſ. 643. num. 7. & coram Mantic. deciſ. 69. num. 4.* Qua ſuſpenſione pendente
3 omnia † remanēt integra, ac ſi ſententia lata non eſſet, *Caſ. de Graſs. deciſ. 4. num. 4. de cauſ. poſs. & propriet.* Rot. *coram Canaler. deciſ. 242. num. 2. & in recent. par. 2. deciſ. 147. numer. 5. in fine.*
4 Propterea † donec adſint tres conformes impediri non debet dicta manutentio debita Paulo, *Pariſ. conſ. 39. num. 3. & 6. lib. 1. Alex. conſ. 93. num. 2. lib. 4. Rot. diuerſ. par. 2. deciſ. 269. num. 7. & coram Canal. deciſ. 228. num. 4. in fine Buratt. deciſ. 194. num. 7.* cum alijs per nos cumulatis *deciſ. 12. num. 5. & deciſ. 39. numer. 74.*
5 Quod procedit † etiamſi pro Chriſtophoro adeſſent duæ ſententiæ conformes, *Mareſcott. var. lib. 2. cap. 64. num. 9.* Greg. *deciſ. 365. numer. 3.*
6 Imò etiam non obſtante re Iudicata, † dummodo pendeat cauſa reſtitutionis in integrum, *Mareſcott. d. cap. 64. num. 10. Greg. deciſ. 458. num. 8. & Adden. num. 10. Rot. in recent. par. 2. dec. 311. num. 8. & ex impreſſ. per Cenc. de Cenſ. deciſ. 246. num. 11.* Quod autem ſententia ſit appellabilis patet ex eo quia mandat Chriſtophorum adſcribi poni, & annumerari de regiminis officio, tanquam comprehenſum cum omnibus
7 qualitatibus, & requiſitis à ſtatuto, † quæ dictio (de) comprehendit, tàm petitorium, quàm poſſeſſorium, *Marta de clauſ. par. 1. clauſ. 32. num. 1. & 3. Caſſad. deciſ. 6. num. 1. & 5. de reſcript.* Etiam quod verſemur in cauſa adipiſcen-
8 dæ poſſeſſionis, quia agitur † ratione iuris in re ex forma ſtatuti, quo caſu dicitur intentatum petitorium, *Bald. in l. ordinarij, num. 7. C. de rei vendic. & in cap. cum Eccleſ. in princ. de cauſ. poſſeſſ. & prop. Contard. ad l. vnic. C. ſi de moment. poſſ. quæſt. 13. num. 75. Menoch. de adipiſcend. remed. 3. quæſt. 17.* Illa enim verba poni, & deſcribi non iuſtificantur ex ſe, ſed dependent ab alio articulo, nempè ſi conſtet, quod Chriſtophorus habeat qualitates requiſitas à ſtatuto vn-
9 de cum diffiniatur † iſta principalis quæſtio, debet concedi appellatio, ſicut dicimus quando pronunciatur quem eſſe comprehenſum à ſtatuto. Vel quando diſputatur, an quis ſit hæres ad effectum immiſſionis, vel quando inſtrumentum declaratur liquidum, vel quem eſſe locatorem, ſeù conductorem, ſeù creditorem, cum ſimilibus. Tunc enim ſumus in caſu diuerſo à Iudicio poſſeſſorio, & per conſequens datur appellatio ad vtrumque effectum, *Bal. conſ. 145.*

330. &

330. & 331. lib. 1. Gratian. qui alios citat diſcep. 694. num. 32. & ſeq. & diximus deciſ. 38. nu. 16.

10 Apparet namque diſpoſitionem ſtatutariam in hoc caſu fuiſſe inductam principaliter, cum non competat talis admiſſio ad Magiſtratum, niſi habenti qualitates requiſitas à ſtatuto, & ſic principaliter debet conſtare Chriſtophorum eſſe talẽ per ſententiam, quæ ſine dubio eſt appellabilis, vt declarant Bero. conſ. 113. num. 15. lib. 3. Gratian. d. diſcept. 694. num. 34. & ſeqq. Rot. diuer. par. 2. deciſ. 34. num. 17. & deciſ. noſtra 38. num. 18. & ſeqq. Quaſi iſta ſententia per quam ipſe Chriſtophorus declaratur habere qualitates à ſtatuto requiſitas non tantum ſit declaratiua, ſed e-
11 tiam diſpoſitiua, itaut complicatio † explicite contineat ur in illa, ſicut continere debet, vt detur appellatio, Contard. d. quæſt. 13. num. 64. & 77. Mar. Ant. var. lib. 1. reſolut. 50. num. 4. Ro-
12 man. conſ. 482. n. 9. Grat. vbi ſupra n. 37. & 38. & diſc. 772. n. 6. Afl. deciſ. 183. Seraph. dec. 603. n. 1.

Præterea eſt etiam appellabilis ſententia dum mandat Paulum amouendum, qui iam olim ſeruatis ſeruandis fuerat immiſſus, à qua † priuationis ſententia datur pariter appellatio, Lancell. de attentat. par. 2. cap. 11. num. 43. Mar. Ant. d. reſolut. 50. num. 5. Rot. diuerſ. par. 3. lib. 3. deciſ. 834. num. 2. & coram Buratt. deciſ. 306. num. 3.

13 Tandem eſt appellabilis ex defectu nullitatis deductæ etiam principaliter per appellantem, Franch. in cap. dilecto ſ. 10, num. 15. de appellat. Scacc. qui teſtatur, de communi, in tract. de appell. quæſt. 17. limit. 19. num. 2. & ſeqq. Contard. ad dictam l. vnic. limit. 7. num. 1. & ſeqq.

14 Nullitas autem prouenit ex omiſſione iuramenti de calumnia petiti per Paulum, capit. 1. de iurament. calum. in 6. vbi Franch. & alij ſcribentes, Put. deciſ. 398. lib. 2. Rot. ex impreſſ. per Zacch. de obligat. Camer. deciſ. 101. nu. 1. & deciſ. 105. num. 1. & 2. & coram Caualer. deciſ. 414. num. 2. & coram Mantic. deciſ. 33. num. 4. & coram Cocc. deciſ. 417. num. 5. Propterea Chriſtophorus expectare debet tres conformes, vt dictum eſt. Et
15 interea Paulus in poſſeſſione † ſua manutenendus, vt ferè in caſu ſimili diximus deciſ. 7. nu. 17.

ARGVMENTVM.

Lineæ appellatione, an veniat ſolummodo linea effectiua, ſcilicet deſcendentes, vel contentiua hoc eſt etiam tranſuerſales.

SVMMARIVM.

1 *Linea eſt collectio perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium, gradus continens, & numeros diſtinguens.*

2 *Linea eſt duplex recta ſub qua continentur aſcendentes, & deſcendentes, & infłexa ſub qua veniunt tranſuerſales.*

3 *Ius patronatus vindicanti ſufficit probare ſe eſſe de linea contentiua.*

4 *In fundatione iuris patronatus interpretanda optima interpres eſt obſeruantia loci.*

5 *Lineæ appellatione intelligitur ſolum de effectiua ſecundum veriorem opinionem.*

6 *Pronomen eorum facit perſonalem demonſtrationem, & habet naturam præciſam.*

7 *Genitiuum eorum, denotat proprietatem, ac etiam perſonalitatem, & num. 8.*

9 *Geminatio declarat magis enixam voluntatem.*

10 *Et arguit maiorem veritatem.*

11 *Vox linea intelligitur de effectiua, vbi verba vocationis ſunt reſtricta ad effectiuam.*

12 *Obſeruantia interpretatiua declarat omnem diſpoſitionem ambiguam, etiam in materia legatorum ambiguorum, & num. 13.*

14 *Ac etiam in ſucceſſione iuris patronatus.*

15 *Obſeruantia ceſſat in claris.*

16 *Obſeruantia, vt ſuffragetur debet eſſe præciſa, & indiuidua caſus de quo agitur.*

17 *Cum ſcientia, & patientia illius de cuius intereſſe agitur.*

18 *Et difformis non ſuffragatur.*

19 *Ius patronatus acquiritur familiæ contentiuæ, quando deficit effectiua.*

20 *Lex fundatoris eſt attendenda.*

21 *Ordinarius ex facultate propria etiam accedente conſenſu patronorum non poteſt mutare pias defunctorum voluntates, & qualitates adiectas in fundatione.*

22 *Ius patronatus in poſtremo deſcendente deſinit eſſe gentilitium, & efficitur hæreditarium.*

DECISIO CCLXXX.

NIcolaus de Ianpibulo anno Domini 1488. in ſuo vltimo teſtamento, cum quo deceſſit hærede inſtituta Margarita vxori Matthæi Nicolai de Dentice, erexit, & dotauit vnum Altare, cum onere Miſſarum quatuor pro qualibet hebdomada, ad quas celebrandas elegit in Capellanum Nicolaum, & deinde ceps Angelum, Ioannem, & Dominicum filios dictæ Margaritæ, & quatenus ipſi ſucceſſiuè acceptare legatum, & Clerici eſſe noluerint, voluit quod per eoſdem fratres, eorumque hæredes, & ſucceſſores eligatur vnus Clericus idoneus, vel Sacerdos de eorum linea, & quod ſi de eorum linea nõ reperiretur eligatur per eos alius idoneus, qui eſſe debeat Sacerdos. Modo autem vacante Beneficio per obitum Domini Angeli Dentice, fuit præſentatus D. Io: Vacca, à Prudentia Vacca, ab Angela Dentice hæredibus d. D. Angeli Dentice, & à Ioſepho Donati Sãcti filio Roſæ Dẽtice,

exiſtentibus in poſſesſione, ſeù quaſi præſentandi pro tribus ex quatuor vocibus, vt prætenditur. Ex aduerſo verò ſe oppoſuit D. Ioannes Battaglia petens inſtituti tanquam deſcendens à quadam Sofia ſorore dictorum compatronorum, & ſic à linea tranſuerſali, vnde ortum eſt dubium. Verum appellatione lineæ veniat ſolummodo effectiua ſcilicet deſcendentes ab ipſis Nicolao Angelo, Ioanne, & Dominico, vel etiam contentiua hoc eſt tranſuerſales; Et videtur Dominum Ioannem Battagliam bonum ius fouere, quia
1 cum linea † ſit collectio perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium gradus continens, & numeros diſtinguens, vt per Ancb. conſ. 95. num. 9. Capic. deciſ. 159. num. 5. Vinian. de iure patron. lib. 4. cap. 2. num. 34. Lotter. de re beneſic. lib. 2.
2 quæſt. 11. num. 58. Et ea quidem † duplex videlicet, recta ſub qua continentur aſcendentes, deſcendenteſque, & inflexa ſub qua veniunt tranſuerſales, vt declarat Bald. conſ. 321. nu. 1. lib. 1. & latè explicant Pereg. de fideicom. art. 22. num.
3 24. in princ. Lotter. vbi ſupra. Ideò latis † videtur eſſe ipſi Dom. Battagliæ docere ſe deſcendere à dicta linea tranſuerſali, ad notata per Lotter. in d. quæſt. 11. num. 61. & ſeqq. Tanto magis, quia
4 in † fundatione interpretanda multum operatur communis vſus, & obſeruantia loci vbi ſitum eſt beneficium, vt notant Mantic. de coniect. lib. 3. tit. 9. Menoch. præſumpt. 28. lib. 1. Vin. d. tract. lib. 6. cap. 6. num. 41. Rot. in recent. par. 5. deciſ. 362. num. 12. de qua obſeruantia dantur per D. Battagliam plura exempla, & ſententiæ.

Verùm re maiorè conſiderata, & articulo perpenſo contrariam ſententiam in caſu de quo agitur exiſtimauimus veriorem, & amplectendam,
5 nempè, † quod ſub nomine lineæ intelligatur ſolum de effectiua, itaut comprehendantur tantummodo deſcendentes à dictis quatuor compatronis, non ſolum, quia inter Doctores iſta videtur magis recepta ſententia, vt docent Bart. in l. peto, §. fratre, num. 1. de leg. 2. Pariſ. conſ. 51. n. 5. & ſeqq lib. 2. Corn. conſ. 198. col. vl. lib. 3. Ruin. conſ. 23. nu. 6. lib. 3. Caſt. conſ. 199. lib. 2. Soc. conſ. 347. num. 12. Menoch. conſ. 106. n. 226. & ſeqq. conſ. 233. n. 15. & conſ. 633. nu. 10. Pereg. conſ. 57. num. 6. lib. 6. & de fideicom. d. art. 22. num. 24. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 345. num. 1. & quæſt. 351. num 3. & ſeqq. Lotter. d. quæſt. 11. nu. 59. Ricc. in Prax. par. 1. deciſ. 152. Vin. d. tract. lib. 4. cap. 2. num. 34. & ſeqq. Rot. apud eundem dec. 71. num. 4. & deciſ. 73. num. 5. & in recent. par. 5. deciſ. 362. num. 7. Sed etiam, quia clarè, &
6 manifeſtè hanc veritatem ſuadet † pronomen illud eorum pluries repetitum, per quod deprehendimus Nicolaum Teſtatorē præcisè deſignaſſe ad oculum lineam compatronorum, atque ad eos, & eorum deſcendentes reſtrinxiſſe ius præſentandi, ad l. huiuſmodi, ff. de leg. 1. cap. nemo, vbi gloſ. in verb. huiuſmodi, de elect. in 6. Fuſar. d. quæſt. 345. num. 6. & 7. Lotter. d. quæſt. 11. nu. 61. & in puncto poſt multos citatos, latè concludit Rota in recent. par. 5. d. deciſ. 362. num. 7. & 8.
7 Illud enim † genitiuum eorum rem claram demonſtrat, cum de propria eius ſignificatione denotet nedum proprietatem, l. 2. §. in locum, ff. de
8 relig. & ſumpt. funer. Sed † etiam perſonalitatem, cap. ſi gratioſè, vbi etiam gloſ. in verb. ſua, de reſcript. in 6. & ibi Io. And. num. 5. Gemin. num. 12. & Franch. num. 7. Surd. conſ. 429. num. 12. Pereg. deciſ. Patau. 134. num. 5. Rota in recent. par.
9 3. deciſ. 29. nu. 1. Et tanquam repetitum, & † geminatum declarat magis enixam voluntatem fundatoris, ad l. baliſta, ff. ad Trebell. Surd. conſ. 10. n. 54. Mar. Ant. var. lib. 1. reſolut. 3. num. 7.
10 & arguit † maiorem veritatem, tolliſque omnem errorem, Surd. conſ. 73. num. 64. Mar. Ant. var. lib. 3. reſolut. 1. num. 32. Gratian. deciſ. 6. num. 30. Rota in recent. par. 1. deciſ. 41. nu. 6. & ſeqq. deciſ. 266. nu. 11. deciſ. 453. nu. 3. & deciſ. 669. num. 1.

Quibus ſic firmatis non obſtant in contrarium
11 allegata, quæ non procedunt in hoc caſu † vocationis reſtrictæ ad lineam effectiuam, vt idemmet Lotter. declarat ſub d. num. 62. & 64. Neque ob-
12 ſeruantia interpretatiua attendi debet, † quæ licet declaret omnem diſpoſitionem ambiguam, cap. cum dilectus, de conſuet. l. minimè, & l. ſi de interpretatione, ff. de legib. Mar. Ant. var. lib. 1.
13 reſolut. 6. & 7. Etiam † in materia legatorum ambiguorum, vt tradunt Doct. in l. 1. C. de fideicom. Aym. conſ. 101. num. 3. Menoch. conſ. 349. num. 15. Rota in recent. par. 4. deciſ. 446. num. 3.
14 Ac etiam † in ſucceſſione iuris patronatus, Rot. in recentior. par. 3. deciſ. 687. num. 3. deciſ. 697. num 4. Attamen illa hic non debet attendi, vt di-
15 ximus. Tum quia verba † diſpoſitiua dicti Teſtatoris non ſunt ambigua, ſed apparent clara per dictum pronomen eorum, quod omninò excludit lineam tranſuerſalem, vt probauimus, vnde ceſſat obſeruantia in claris, Lotter. d. tract. lib. 1. quæſt. 39. num. 229. & lib. 2. quæſt. 47. nu. 3. Rot. in recent. par. 4. deciſ. 162. nu. 4. Tum etiam
16 quia † vt illa ſuffragetur non eſt prout eſſe deberet præciſa, & indiuidua caſus de quo agitur, Grat. diſcept. 925. num. 11. Rota coram Buratt. dec. 129. num. 6. & in recent. par. 4. deciſ. 563. num. 6. & par. 5. deciſ. 362. num. 13. verſic. hanc autem voluntatem, & par. 6. deciſ. 157. nu. 31. deciſ. 205.
17 num. 14. & deciſ. 264. nu. 29. Idque cum † ſcientia, & patientia illius de cuius intereſſe agitur, Rota coram Coc. deciſ. 436. num. 9. & in recent. par. 4. deciſ. 188. ſub num. 5. deciſ. 328. num. 6. & deciſ. 455. num. 1. & 7. Caſus enim de ſubſequuta obſeruantia collecti per Dominum Aduocatum Ioannis Battagliæ non percutiunt caſum noſtrum, ſed alienos, & varios, itaut concluden-
18 dum ſit obſeruantiam deformem † eſſe, & non ſuffragari, Grat. diſcept. 973. n. 39. & ſeqq. Surd. deciſ. 131. nu. 9. Rot. in rec. par. 1. deciſ. 45. n. 4. & par. 4. d. dec. 455. n. 8. & 9. & dec. 563. n. 6.

Neque

Neque pariter obſtat ſi dicatur, quod deficien-
19 te linea, † ſeu familia effectiua non habente Clericos, vel Sacerdotes, quos præſentet, videatur apertum ius patronatus cæteris de familia contentiua, ad tradita per *Anchar. conſ. 27. Ruin. conſ. 210. num. 14. lib. 2. Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 15. num. 11.* Et ita factum eſſe in caſu noſtro de anno 1588. vbi ex ſententia Illuſtriſſimi Domini Epiſcopi illius temporis fuit inſtitutus Ioannes Dominicus Dentice, qui deſcendebat ex tranſuerſalibus. Nam pro reſponſione eſt animaduertendum in facto, quod ex clara, & expreſſa mente dicti teſtatoris ſi non reperitur Clericus de linea effectiua dictorum compatronorum, voluit, vt eligatur per eoſdem compatronos alius idoneus, qui eſſe deberet Sacerdos, proinde dicendum eſt prout in actis apparet, quod Dominus Ioannes Dominicus Dentice fuit inſtitutus ab Epiſcopo, non tanquam comprehenſus, ſed ad præſentationem Matthæi Angeli, & Ioannis, qui ſunt filij Roberti Denticis, & hæredes Nicolai Dentici, & ſi aliter feciſſet Epiſcopus, vtique
20 iniuſtè pronunciaſſet, quia † lex fundatoris erat attendenda, *cap. recipimus, de priuileg. l. ad probationem, C. de probat. Rot. in recent. part. 4. de-*
21 *ciſ. 571. num. 2. in fin.* Nec Ordinarius † ex facultate propria etiam accedente conſenſu patronorum poteſt mutare pias defunctorum voluntates, & qualitates, quæ in ſuo Capellano intelliguntur adiectæ per modum cauſæ finalis, vt in puncto, & latè explicant *Ricc. in ſua Prax. part. 4. deciſ. 462. Lotter. in d. quæſt. 11. num. 2. Rota in recent. par. 1. deciſ. 155. num. 2. in fin.* Quare
22 ſtante dicta † expreſſa declaratione Fundatoris, dum patronatum reſtrinxit ad deſcendentes dictorum compatronorum deficientibus deſcendentibus, non inde faciendus eſt tranſitus ad tranſuerſales, quia vt fundator expreſſit, & eſt de iure in poſtremo deſcendente ius patronatus definit eſſe gentilitium, & inde fit hæreditarium iuxta celebre *conſ. Anchar. 81. num. 2.* quem refert, & ſequitur *Lotter. in ſępè allegatu quæſt. 18. nu. 10. & ſeq. Pariſ. conſ. 47. num. 6. lib. 4. Ferret. conſ. 231. num. 10. lib. 1. Calder. conſ. 4. de iure patr. Couar. vari lib. 2. cap. 18. num. 6. Caſſad. deciſ. 1. num. 3. de iure patron.* Rot. coram *Seraph. deciſ. 364. num. 3. deciſ. 378. num. 3. & 4. & diuerſor. part. 1. deciſ. 385. num. 1. & ſeqq. & in recent. part. 5. deciſ. 362. num. 13. & 14. & part. 7. deciſ. 307. num. 4.* Et idem fuit comprobatum *in Piſtorien. Iuris patronatus 3. Martij 1618. coram Illuſtriſſimo Domino meo Merlino, & Rot. in rec. par. 5. d. deciſ. 362. n. 13. & 14.*

ARGVMENTVM.

Actio ſpolij datur aduerſus tertium poſſeſſorem rei, ſuper qua fuit commiſſum ſpolium, etiamſi ille titulo, & bona fide poſſideat, habeatque cauſam ab auctore non vitioſo.

SVMMARIVM.

1 *Veniens contra tranſactionem, ante omnia tenetur reſtituere, quod ex tranſactione recepit.*

2 *Reintegratio in ſpolio non impeditur per exceptiones reſpicientes petitorium.*

3 *Spolium purgandum eſt, etiam quod conſtet de bono iure in petitorio.*

4 *Ac etiam ſi poſſeſſor titulo, & bona fide poſſideat, & cauſam habeat ab auctore non vitioſo.*

5 *Reſtitutio in ſpolio non impeditur per exceptionem non iuris de qua non fuit diſputatum.*

DECISIO CCLXXXI.

Lata ſententia de reintegrando ad fauorem Saluatoris Spoliati. Cum fuerit dubitatum nunquid obſtet
1 excitatum motiuum, † quod non poſſit procedi ad eiuſdem ſententiæ executionem, niſi facta prius reſtitutione receptorum vigore tranſactionis de qua in actis, *iuxta tex. in l. ſi diuerſa, vbi Doctores, C. de tranſact.* Rota negatiuè reſpondidit. Nam cum ſpolium de quo agitur ſit mere poſſeſſorium intentatum contra Sacripantem non nominatum in tranſactione de qua incidenter actum
2 fuit reintegratio † petita impediri non poteſt per ſimiles exceptiones reſpicientes petitorium, vel plenarium poſſeſſorium, vt probat *tex. in cap. ex literis, de reſtit. ſpoliat. quem ſequitur Rot. coram Greg. deciſ. 500. num. 9.* In quo quidem plenario poſſeſſorio ſuis loco, & tempore tractandum erit, de validitate, ſeù inualiditate tranſactionis, & ſic de iuſtitia dactorum, & receptorum inter Saluatorem, & Ioannem Gregorium, inter quos iudicium validitatis dictę tranſactionis mo-
3 do quieſcit. Et proinde † purgandum eſt ſpoliũ in primis, & ante omnia, etiam quod conſtaret de bono iure in petitorio, *cap. cum Eccleſia Sutrina, vbi Abb. num. 37. de cauſ. poſſ. & propriet. Put. deciſ. 143. num. 1. lib. 1. Cocc. deciſ. 389.*
4 *nu. 1.* Ac etiam ſi Sacripantes † poſſideret cum titulo, & bona fide, & cauſam haberet à Ioanne Gregorio auctore non vitioſo, *Gabr. tit. de reſtit. ſpoliat. concl. 5. num. 38. alter Gabr. conſ. 36. nu. 3. lib. 1. Surd. conſ. 28. n. 58. Mareſcott. var. lib. 1. cap. 59. n. 10. & 11. Belt. ad Greg. dec. 542. n. 41. Mant. dec. 31. n. 6.* Nec reſtitutio impeditur
5 per † exceptionẽ non iuris reſpectu tranſactionis

de qua non fuit diſputatum, nec diſputari debebat in hoc iudicio, in quo ipſe actor non tenetur iuſtificare titulum dictorum bonorum, *Greg. deciſ. 105. num. 21. & 26.*

ARGVMENTVM.

Fructus reſtitui non debent ab eo, qui non eſt malæ fidei poſſeſſor.

SVMMARIVM.

1 *Spoliator violentus tenetur ad fructus à die commiſſi ſpolij.*
2 *Poſſeſſor bonæ fidei facit fructus ſuos.*
3 *Fructus, vt non ſint reſtituendi ſufficit titulus coloratus.*
4 *Dummodo abſit mala fides.*
5 *Ad fructuum aquiſitionem bona fides cauſari poteſt ex iniuſtis, & temerarijs titulis.*
6 *Fructus perceptos poſt motam litem quis reſtituere tenetur.*
7 *Poſt litem motam poſſeſſor incipit eſſe in mala fide.*
8 *Contractus nullitas ex defectu cauſæ procedit ſi is velit, qui nullum dicere poteſt.*

DECISIO CCLXXXII.

Equuta reintegratione, vt in præcedenti deciſione. Cum dubitatum fuerit, An Sacripantes, & Ioannes Gregorius teneantur ad fructus perceptos. Auditores diſtinguẽdo dicebant, quod vbi titulus,
1 quo † quis ſe tuetur habet ortũ à cauſa irrita ex
defectu conſenſus, *vt diximus dec. 88. n. 41. & ſeq.*
tunc fructus percepti ſunt reſtituendi à die commiſſi ſpolii, *Gratian. diſcept. 206. num. 15. Rot.*
in recent. part. 1. deciſ. 693. num. 1. & notani-
2 *mus d. deciſ. 88. num. 37.* Si verò titulus † tranſactionis à principio ſit validus, ſed tamen reſcindendus, vt in tranſactione læſiua ex parte mulieris, & tunc qui habet pro ſe tranſactionem iuratam dicitur bonæ fidei poſſeſſor, & conſequenter facit fructus ſuos, *l. 4. §. final. ff. fin. regund.* Cum
3 ad hunc effectum † acquirendi fructus ſufficiat
qualis qualis occaſio poſſidendi, *Surd. deciſ. 25.*
num. 5. & deciſ. 211. num. 7. & conſ. 115. num. 7.
Gratian. d. diſcept. 206. num. 14. & ſeqq. Beltra.
4 *ad Gregor. deciſ. 74.* Et † non requiratur titulus,
dummodo abſit mala fides, *l. quæſitum, ff. de acq.*
rer. dominio, Bald. conſ. 11. in fin. lib. 1. & conſ.
118. in fin. lib. 2. Menoch. de recuper. poſs. remed.
14. num. 593. Rot. in recent. part. 2. deciſ. 320.
num. 1. & 2. & part. 7. deciſ. 199. num. 10. Vel
5 quod † etſi adſit titulus inualidus, & putatiuus
modo à iure non reprobatus, vt puta rei furtiuæ, vel inuaſæ, ſed cauſatus ab errore iuris, vel facti non nocebit poſſeſſori ad cauſandam bonam fidem, quæ poteſt cauſari ex iniuſtis, & temerariis titulis, *l. ſed, & ſi lege, §. ſive, ff. de petit. hæred. Rot. in recent. par. 7. d. deciſ. 199. num. 11.*
6 Propterea fructus per hũc noſtrum bonæ fidei
poſſeſſorem non debentur, niſi à die motæ litis,
ad tex. in l. interdum, ff. de interd. l. domum, C. de
rei vend. Doct. in l. ſi fundum, C. eod. Rot. dec. 42.
num. 1. de reſtit. ſpoliat. in nouis, & diuerſ. par. 1.
deciſ. 316. num. 4. & deciſ. 552. num. 1. & 2. &
coram Seraph. deciſ. 835. nu. 1. & ex impreſ. per
Cenc. de cenſ. deciſ. 206. num. 5. & ſeqq. Poſt litem
7 verò motam † non eſt dubium, quod debentur,
quia tunc poſſeſſor incipit eſſe in mala fide, *l. cer-*
tum, vbi gloſ. fin. & communiter Doctor. C. de rei
vend. Rot. in recent. par. 3. deciſ. 583. num. 1. &
ſeq. & in d. deciſ. penes Cenc. num. 8.
Neque obſtare videbatur, quod tranſactio fue-
8 rit etiam nulla ex defectu cauſæ, † quia illud intel-
ligitur volente, & declarante muliere, vel etiam
petente, aliàs ſecus, *Rol. conſ. 100. num. 71. lib.*
4. Hond. conſ. 72. num. 20. lib. 1. Oſaſch. deciſ. 94.
num. 23. Rot. diuerſ. par. 2. deciſ. 223. nu. 22. &
ex impreſſis per Cenc. in allegat. deciſion. 206.
num. 7.

ARGVMENTVM.

Appellari poteſt non ſolum à grauaminibus iudicialibus, ſed etiam extraiudicialibus illatis, tàm à Iudice, quàm à parte.

SVMMARIVM.

1 *Per electionem ius quæritur electo.*
2 *In electi præiudicium ad aliam nominationem deueniri non poteſt.*
3 *Conuocatio Capituli abſente Epiſcopo, non ad Vicarium, ſed ad Archidiaconum ſpectat.*
4 *Vicarius non poteſt tollere, vel alterare iura Archidiaconi.*
5 *Appellatio datur à grauamine extraiudiciali.*
6 *Appellatio ab interlocutoria admittitur etiam in foro Eccleſiaſtico, quando grauamen eſt irreparabile per appellationem à diffinitiua.*
7 *Attentata lite pendente ſunt reuocanda.*
8 *Etiamſi geſta per Iudicem fuiſſent licita ante inhibitionem.*
9 *Index cauſa poteſt cognoſcere de delictis coram ſe commiſſis.*
10 *Ac etiam ratione offenſa iuriſdictionis criminaliter procedere.*
11 *Index quilibet puniri poteſt omnes ſibi iniuriam inferentes.*

12 *Ac*

Digitized by Google

12 *Ac etiam offendentes curſores exercentes coram officium.*

13 *Iudici omnia illa conceſſa videntur ſine quibus iuriſdictio exerceri non poteſt.*

14 *Nec hoc caſu dicitur Iudex in cauſa propria.*

15 *Inhibitio nulla ſperni poteſt, & non cauſat attentata.*

16 *Inhibendi poteſtas ita demum Iudici conceditur, ſi conſtet negotium ad eum deuolutum.*

17 *Praxis citationis cum ſuperſeſſoria vnde ſumatur.*

18 *Ex facto ius oritur.*

19 *Vbi Iudex à quo negat appellationem, Iudex ad quem cognoſcere poteſt vtrum illa ſit admittenda, vel non.*

20 *Et tali cognitione pendente poteſt præcipere, vt ſuperſedeatur.*

21 *Etiamſi cauſa eſſet inappellabilis.*

22 *Taliſque ſuperſeſſoria ligat manus Iudicis à quo.*

23 *Superſeſſoria pendente æquitas, & iuſtitia non patiuntur, vt parti præiudicium inferatur.*

24 *Iudex inferior non iudicat ſuper inhibitionibus ſuperiorum.*

25 *Cautio rati præſtari debet ſi ante litis conteſtationem petatur.*

26 *Coniunctus pro coniuncto admittitur etiam in ſpiritualibus.*

27 *Appellans friuole cenſetur proteſtari ſe nolle amplius comparere, & conſequenter ſit verus contumax.*

28 *Verus contumax non appellat.*

29 *Appellatio non admittitur in facto publico, & notorio.*

30 *Attentatorum reuocatio fit in illo Tribunali, & ab illo Iudice cuius eſt læſa iuriſdictio, & num. 31.*

DECISIO CCLXXXIII.

DOminus Vincentius Berardus Maceratenſis in ſuo vltimo teſtamento, in quo hæredes vniuerſales inſtituit RR. PP. & Religionem Sancti Pauli Decollati, vulgariter nuncupati Bernabiti, reliquit pro amore Dei multa legata Pia maximi valoris, & ordinauit, quod ſtatim ſequuta eius morte inſtitueretur vna plurium perſonarum Congregatio, nuncupata Pia Berarda pro reſolutionibus, & prouiſionibus faciendis pro tempore de rebus, & negotijs relictorum, & legatorum Piorum, inter quas perſonas, cum certa aſſignata mercede pro qualibet congregatione facienda nominauit, & intereſſe voluit vnum ex Canonicis Cathedralis Eccleſiæ Maceraten. eligendum annuatim per Capitulum. Cum autem appropinquaretur tempus congregationis faciendæ, & Capitulum legitime congregatum delegiſſet D. Archidiaconum, D. . . nus Vicarius abſente Eminentiſs. Cardinali Epiſcopo Romæ degenti noluit ratam habere huiuſmodi electionem, ſed eundem Capitulum ad effectum eligendi alium Canonicum, vna die pro altera, vt congregaretur Oretenus, & extra iudicialiter ordinauit. Cui ordinationi ſe ſe oppoſuit Archidiaconus, non ſolum, quia ipſe fuerat electus, ſed etiam, quia aſſerebat abſente Epiſcopo ad ſe de iure, & conſuetudine ſpectare ius cõuocandi Capitulum. Verum quia Vicarius tenuit ſe reponere, & ab incepto deſiſtere, Archidiaconus viua voce appellauit ab hoc grauamine ad Rotam, quam appellationem cum Vicarius non receperit, ſed dederit refutatorios, Archidiaconus acceſſit ad Prætorem Rotæ, vna cum Domino Angelo Iardino Aduocato eius coniuncto, & per extractionem iuxta ſolitum obtinuit in Iudicem R. P. D. Tiburtium Thomaſium, coram quo appellationem interpuſuit, qui Iudex viſis aliquibus atteſtationibus, & fidibus Canonicorum productis loco grauaminis extraiudicialiter illati conceſſit citationem ad allegandum cauſas quare appellatio admitti, & inhibitio concedi non deberet cum ſuperſeſſoria in forma, quæ fuit ſtatim perſonaliter exequuta contra eundem Vicarium, qui ſpreta, ac lacerata publicè copia ſibi præſentata dictæ citationis cum ſuperſeſſoria, ſtatuta die, vt ſupra interfuit Capitulo de ipſius ordine congregato, & obtinuit eligi Dominum Claudium Angelucium Canonicum ad effectum intereſſendi Congregationi, quæ ſucceſſiuè fuit intimata, & facta interueniente eodem Angelucio. Super quibus omnibus, & ſingulis compilato proceſſu coram eodem Auditore, & Iudice extracto, conuocataque per ipſum Rota, ac propoſita cauſa nonnulli Auditores erant in voto, quod procederetur ad capturam Vicarij, ſed contradicentibus alijs, & maturè diſcuſſo negotio, quia agebatur de miniſtro principali Eminentiſſimi Cardinalis Centini Epiſcopi, fuit reſolutum omnium votis dandum, ac diſcutiendum eſſe dubium, An dicta appellatio interpoſita pro parte Archidiaconi, & ſuperſeſſoria deſuper conceſſa de iure ſubſiſtat, & conſequenter, An innouata, & attentata quæcunque poſt ſuperſeſſoriam ſint reuocanda, & annullanda cum condemnatione in pœnis in ipſa ſuperſeſſoria comminatis.

Quod quidem dubium tertia die propoſitum, fuit reſolutum affirmatiuè, quia grauamen, quod paſſus eſt Archidiaconus oſtenditur ex ſua electione facta capitulariter, vt probant fides, & atteſtationes in actis exhibitæ, per quam
1 electionem † cum ad huiuſmodi rem peragendam ius ipſi quæſitum fuerit, *Flamin. Pariſ. de Reſig. lib. 7. quæſtion. prima, numer. 78. Barb. de offic. Epiſcop. allegat. 57. numer. 197. Seraphin. deciſion. 1011. numer. 6.*

a Non potuit Vicarius deuenire ad aliam nominatione in præiudiciũ electi, *cap. ſi cõ*... *& c. confirmationem, de elect. in 6.* G... *cep. 58. num.*

tummodo productio illius inſtrumenti, cum quo
poſſit obtinere in iudicio, ad notata per *Natt.
conſ. 724. num. 2. & per Rolan. conſ. 30. num. 22.
& conſ. 32. num. 13. lib. 3. ac per Ludon. deciſ. Lu-
cen. 2. num. 11.* Nam cum docuerit debitorem
ceſſum non eſſe ſoluendo; Tunc de tali inſtru-
mento nihil agi oportet; Siquidem non alia de
cauſa exhibetur inſtrumentum crediti, niſi vt quis
poſſit contra illud opponere, quæ oppoſitio in
caſu noſtro non poteſt, niſi obeſſe dictis de Ale-
xandris, vt deducunt ſcribentes pro Medialan-
cia.

Sic etiam non obſtat allegata nullitas ceſſionis
9 facta à dicta Maria ſine inſinuatione: Quia † hu-
iuſmodi nullitatis exceptio non probata regula-
riter non impedit executionem contractus, nec
minus illius effectum retardat, donec per rem iu-
dicatam cauſa fuerit terminata, *l. 4. §. condem-
natum, vbi Doct. notant, ff. de re iudic. Vantius,
de nullit. tit. qual. & quib. modis, num. 32. Scap.
d. tract. lib. 2. quæſt. 16. num. 2. Lud. deciſ. Lucen.
24. num. 1. & ſeq. Cartbar. deciſ. Iannen. 132. nu.
11. 20. & 22. Oſaſcb. deciſ. 26. Giurb. deciſ. 4. nu.
22. Rot. in recent. par. 5. deciſ. 217. num. 23.* Sal-
10 uianum enim † non admittit exceptiones reſpi-
cientes nullitatem contractus *Menoch. de adipiſc.
poſſ. remedi 4. num. 882. Statil. Pacif. de ſalu. in-
ſpect. 2. cap. 2. nu. 134. & ſeqq. Rot. coram Greg.
XV. deciſ. 491. num. 9.* maxime quia fuit inten-
11 tatum contra tertium, † à quo nullitas allegari
non poteſt, ſed ab eo tantum ad cuius fauorem
fuit introducta, *gloſ. in l. eleganter, vbi Bart. ff.
de dolo, Innoc. in cap. 1. vbi omnes Canoniſtæ, de
his, quæ fiunt à Prælat. ſine conſ. Capituli, Scapuc.
d. quæſt. 16. num. 3. Surd. deciſ. 70. num. 26. &
deciſ. 108. num. 2. & ſeqq. Put. deciſ. 310. lib. 1.
Creſc. deciſ. 1. de locat.* Rot. *in recent. par. 7. de-
ciſ. 306. nu. 50.* Quod quidem ſine dubio locum
habet, quando nullitas non eſt detecta, & patens,
ita ut de ea incontinenti conſtare poſſit, vt in hoc
12 præſenti caſu, vbi inſinuatio † poterat adhiberi
poſt celebratum contractum ex interuallo, &
manu alterius Notarij, *Rota in recent. par. 1. de-
ciſ. 671. num. 3. et part. 2. deciſ. 385. num. 5. &
diximus deciſ. 13. num. 18. & deciſ. 68. num. 41.
& 42.* vbi quod allegans contrarium tenetur pro-
13 bare. Ideò dici non poteſt, quod † nullitas ſit
patens, manifeſta, & clara ex eodem inſtrumen-
to adhuc, vt nunquam cenſeatur excluſa, & poſ-
ſit allegari etiam à tertio, maximè ad tuendam
ſuam poſſeſſionem, *Scapuc. d. quæſt. 16. num. 4.
Grat. diſcept. 691. num. 17. & ſeqq. cum alijs per
nos adductis in deciſ. 801. num. 20. & ſeqq.*

Nec releuat, quod dicebatur de inſtrumento
ceſſionis tranſumptato à Notario de eo non ro-
14 gato. Quia cum fuerit † tranſumptatum à ſuc-
ceſſore in officio, vt ſequitur in proceſſu fol. 17.
potuit iſte ſui anteceſſoris inſtrumenta rogata ex-
trahere, & publicare, habeturque loco origina-
lis, ac illi Notario atteſtanti, quod ſit ſucceſſor
creditur, vt firmauit *Rot. coram Gregor. deciſ. 3.
num. 1. & 4. & in recent. par. 2. deciſ. 301. nu. 3.
& par. 3. deciſ. 332. num. 4. & deciſ. 404. num.
6. & 7. & part. 4. deciſ. 549. num. 5. & part. 5.
deciſ. 253. num. 4. & 5. & part. 7. deciſ. 284.
num. 11.*

Præterea non officit, quod allegabatur de ſen-
15 tentia lata non citata parte. Quia † cum pars
aduerſa appellauerit ab interlocutoria, vlterius
citanda non erat ad alia, quæ in iudicio facienda
erant, ex quo appellando videbatur ſe facere con-
tumacem, & declarare animum ſuum, quod non
vult amplius comparere, *vt probat tex. expreſſus,
in cap. cum qui, de dolo, & contumac. in 6. Clem.
vnica, eod. titul. Marant. in ſpec. par. 6. tit. de ap-
pellat. num. 172. circa medium, Gab. tit. de citat.
16 concl. 1. num. 425.* Et licet † aliqui, vt *Bart. in l.
qui Romæ, §. ſcia, num. 3. ff. de verb. oblig. Gab.
vbi ſupra num. 428.* Regulam limitent non habe-
re locum, quando appellans in appellatione ſuc-
cubuit, quo caſu dicunt, quod iterum eſt ipſe ci-
17 tandus. Attamen † verior viſa fuit contraria
opinio, quod etiam data ſuccumbentia in appel-
latione non ſit vlterius citandus appellans, quia
adhuc perſiſtere videtur in ſua contumacia, vt cõ-
ſiderat *Barthol. Soc. in d. §. ſcia, num. 13. & ibi-
18 dem Iaſ. nu. 22.* Alia ex ratio, † quod ſicut quan-
do deſeritur appellatio, ob non proſecutionem
non eſt vlterius citandus appellans, vt dicunt *Io.
And. Imol.* & alij, quos citat, & ſequitur *Alex.
in d. §. ſcia, nu. 6.* quia oſtenditur appellatio fri-
uola, vt inquit *Bartholom. Soc. ſub dict. num. 13.*
19 Ita, & quàdo quis ſuccumbit † etiam indicat ap-
pellaſſe friuole ideò vlterius non citandus, *Soc.
vbi ſupra poſt gloſ. in d. Clemen. vnica, de dol. &
contumac. in verb. manifeſtè.* Et vltra prædicta
eſt etiam conſiderandum, quod dicti de Alexan-
dris ſemper perſtiterunt in eorum contumacia,
20 quia † non acquieuerunt ſuccumbentiæ in appel-
latione ab interlocutoria, ſed iterum appellarunt
à decreto remiſſionis cauſæ, & conſequenter non
fuit opus alia citatione, & factus fuit locus pro-
ceſſui ad vlteriora ſine eorum citatione, quia iura
deſuper producta ſtante contumacia inſeruire tã-
tum debent ad inſtructionem Iudicis, non autem
partis aduerſæ, quæ per appellationem cenſetur
proteſtaſſe ſe nolle amplius coram eodem Iudice
21 comparere, vt ſupra dictum fuit. Et ſic † dum
iura inſeruiunt ad ſolam Iudicis inſtructionem
ſufficit, quod ea ſint in actis, etiam ſine partis ci-
tatione, vt animaduertit, *Axin. in prax. §. 7. cap.
5. limit. 88. num. 10. & limit. 94. num. 2.* Nec
hic dicendum eſt, quod d. iura locum ſibi tantum
aſſumant in appellatione friuola, & quod d. ap-
pellationes non ſint huiuſmodi, & conſequenter,
quod allegata ſuperius non obſtent. Quoniam
adhuc reſpondetur, quod in caſu noſtro eſt friuo-
22 la appellatio, tum † quia vigore *Conſtit. Marchiæ
lib. 6. cap. 12.* non licet, niſi ſemel ab interlocuto-
ria appellare. Tum etiam, quia agebatur de ex-

ceptione expenſarum, quæ erat reſeruanda in fi-
ne litis tanquam turbida etiam vigore præfatæ
Conſtit. lib. 5. *cap.* 12. Quam friuolam appella-
tionem oſtendit etiam moderatio inhibitionis ſu-
perinde ſequuta, quare dicendum venit quod D.
Iudex ritè proceſſit ad ſententiam nulla amplius
præcedente citatione, ex notatis per *Marant. vbi
ſupra num.* 182.

Neque vllius eſt momenti, quod obijciebatur
de probatione extremi poſſeſſionis Mariæ Bottæ;
Quia pro reſponſione animaduertebatur, quod
dubium non eſt de primo extremo ſaluiani, quod
23 fuit † plenè, & exactè probatum, vt opor-
tebat ad ſtabiliendum hoc iudicium, vt benè
per *Menoch. de adipiſcend. poſſeſs. remed.* 3. *num.*
163. *& latius per Statil. de ſaluian. inſpect.* 1. *cap.*
24 5. *num.* 70. *& ſeqq.* Sed de ſecundo, † nempè
poſſeſſionis obligatæ, quod non eſt fundamen-
tum, nec ſtabilimentum præſentis Iudicij, vt
inquit *Statil. loco citato, numer.* 73. *&* 77. vbi
allegantur plures deciſiones Rotæ, & optimè
25 declarat *Rol. conſ.* 14. *num.* 13. *lib.* 1. Ideò † le-
uiores probationes in hoc ſufficiunt *deciſ. noſtra*
44. *num.* 7. *& idem Statil. vbi ſupra num.* 79. *&
eadem inſpect.* 1. *cap.* 6. *num.* 5. *cum ſeqq. vbi nu.*
10. ſignanter ad propoſitum noſtrum dicit, quod
26 iſta poſſeſſio † probatur ex confeſſione rei, quam
quidem confeſſionem hìc habemus in querela
partis porrecta Iudici contra Virgilium, dum
fatetur bona, de quibus agitur fuiſſe ſibi conſi-
gnata à dicta Maria Botta eius ſocera de anno
1619. & ſic poſt ceſſionem prædictam, quod
idem inferunt teſtes examinati pro parte eiuſdem
27 querelantis. Et non eſt dubium, quod † acta
criminalis faciant maximam præſumptionem in
ciuili cauſa, vt per *Maſcard. de probat. concl.* 34.
num. 20. *Rot. in recent. par.* 5. *deciſ.* 540. *num.* 8.
28 *& deciſ.* 352. *num.* 12. *& ſeqq.* Maximè † quia
confeſſio eſt iudicialis, quæ in quocumque iu-
dicio probat, idem *Maſcard. vbi ſupra num.* 16.
29 Et in vna inſtantia facta † fidem facit inter ea-
ſdem perſonas in alia inſtantia, non habita di-
ſtinctione, an tendat ad eundem, vel alium fi-
nem, *Falin. in cap. venient,* 1l *ſecundo, num.* 20.
de teſtib. Maſcard. concl. 33. *num.* 40. *Oſaſch. deciſ.*
30 107. *in prin.* His accedit † intimatio facta Ma-
riæ eius auctrici de iudicio moto per Virgilium,
& mandatum procuræ ſuſceptum ad comparen-
dum in iudicio pro Maria, & alia ſimilia admi-
nicula deſumpta ex proceſſu, ex quibus omni-
bus ſimul iunctis, vna cum ſuſtentatione litis vi-
detur abſque dubio probata vtraque poſſeſſio,
ſcilicet anterior Mariæ debitricis, & poſterior
reorum conuentorum, & ſic extremum vltimum,
ex rationibus, & iuribus ſupra deductis.

Nec eſt, quod iterum dicatur probationē prędi-
ctā non cōcludere per neceſſe, ex quo potuit eſſe,
quod Maria non conſignauerit d. bona, tanquam
propria, ſed hoc fecerit tanquam tutrix, vel cura-
31 trix ſuæ filiæ, † cum ipſa non teneatur dotare fi-
liā de bonis proprijs, niſi ex magna cauſa, *l. neq;
mater, C. de iure dotium, Doct. in l.* 1. *ff. ſolut. matr.
Altograd. conſ.* 7. *num.* 43. *Surd. conſ.* 143. *num.*
53. *Rot. in recentior. part.* 5. *deciſ.* 329. *num.* 15.
& 18. Quia difficultas remouetur ex eo, quod
talis conſignatio ſupponitur facta nomine ipſius
proprio dum præcipuè eidem fuit iudicium inti-
matum per eius generum, qui conſignationem
recepit. Quod ſi tutorio, vel curatorio nomine
eſſet facta conſignatio, vtique opus non fuiſſet
eidem nomine proprio iudicium intimare, cum
32 tutrix † non teneatur de euictione nomine pro-
prio præcipuè finita tutela, vel cura, *l. poſt mor-
tem, ff. quand. ex fact. tutor. lag.* 1 *C. eod. Beer.
deciſ.* 80. Ideò talis intimatio ſupponit obliga-
tionem propriam, vnde multo magis intrat præ-
ſumptio, quod de proprio fuerit conſignatio fa-
33 cta, cum † quilibet actus cenſeatur in dubio ge-
ſtus nomine proprio, & non alieno, *l. titiam,
& l. magis, ff. de ſolut. Menoch. de præſumpt. lib.*
3. *præſump.* 46. *num.* 1. *& ſeq. Maſcar. de probat.
concl.* 38. *num.* 1. *Afflict. deciſ.* 360. *num.* 7. *Rot.
coram Gregor. XV. deciſ.* 472. *num.* 4. *& ibi Adden.
num.* 9. *& in recent. part.* 1. *deciſ.* 364. *num.* 6. *&
part.* 5. *deciſ.* 284. *num.* 8. Et conſequenter dici
non poteſt, quod ex hoc capite probationis ex-
tremi deficiat iuſtificatio, adhoc vt intrare poſ-
ſit appellatio, & ſucceſſiuè manutentio ad fa-
uorem dictorum de Alexandris, ſub prætextu,
quod fuerint ſpoliati facto Iudicis non ritè, ac
rectè procedentis, quia per iam dicta ſuperius
non ſumus in caſu iniquitatis adeo notoriæ, quę
nullitati æquiparari poſſit, nec in caſu, quo
ſententia aliquo modo iuſtificetur ex actis, vn-
34 de iure merito concludendum venit † allegatas,
& non probatas exceptiones iniuſtitiæ notoriæ
non impedire executionem dictæ ſententiæ, *Con-
tard. de moment. poſſ. lim.* 9. *n.* 8. *et ſeqq. Scapuc.
d. tract. lib.* 3. *quæſt.* 2. *nu.* 2. *Caſ. de Graſſ. dec.* 16.
nu. 15. *tit. de prob. Seraph. deciſ.* 616. *nu.* 8. *et* 9.
et deciſ. 734. *nu.* 5. *et* 6. *Rot. in Romana de Bom-
bellis coram Sacrato, et in Peruſina de Alfanis
coram Dunozet. quæ deciſiones ſunt impreſ-
ſæ apud Gilian. ad Stat. Peruſ verb.
ſucceſſio ab inteſtato, pag.* 258.
num. 32. *et ſeqq. eadem
Rot. in recen. par.* 4.
deciſ. 414. *nu.*
3. *&* 7.
vbi
optimè ad propoſitum noſtrum,
et coram Buratt. deciſ. 327.
numer. 4. *et deciſ.* 780.
numero primo.

AR:

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Captus nulliter debet de æquitate confirmari, quando conſtat de veritate crediti, & debitor non eſt ſoluendo.

SVMMARIVM.

1 *Nemo capi poteſt in propria domo, quæ tutiſſimum refugium vnicuique eſſe debet.*
2 *Amplia etiamſi fuiſſet oſtium apertum.*
3 *Ac etiamſi domus non eſſet propria inhabitantis.*
4 *Limita, quando debitor captus non eſt ſoluendo, quia tunc de æquitate nulliter captus confirmatur, ne creditor amittat ſuum creditum.*

DECISIO CCLXXVII.

FRanciſcus Mariſcenus Aurifex Maceratenſis in carcerem detrudi fecit Leonardum Sutorem captum in domo ipſius debitoris propria, pro ſumma contenta in mandato executiuo iam olim obtento, vigore rei iudicatæ; Cum verò pro parte carcerati proponeretur nullitas
1 capturæ, ex quo † domus ſua vnicuique tutiſſimum refugium eſſe debet, itaut in ea capturari non poſſit, *ex tex. in l. plerique, ff. de in ius vocan. & in l. nemo, de domo ſua, ff. de reg. iuris, Gabr. lib. 7. tit. de maleficijs, concl. 10. nu. 1.* cum qua diſpoſitione iuris communis videtur concordare ſtylus Tribunalium eiuſdem Ciuitatis Maceratæ vt conſtat ex fide curialium in actis exhibita, &
2 formiter recognita, quod procedere videtur † etiamſi eſſet apertum oſtium, ad notata *per Alex. Caſt. & Marian. citatos à Gabr. d. concl. num. 15.*
3 Ac † etiamſi domus non eſſet propria debitoris inhabitantis, ſed conducta, *Gabr. qui alios citat. ea concl. num. 2. Farinacc. de Carcer. & carcerat. quæſt. 27. num. 91.* Attamen his non obſtantibus fuimus in contraria ſententia, & diximus allega-
4 tam nullitatem non obeſſe, † vbi conſtat de veritate crediti, & debitor non eſt ſoluendo prout in caſu noſtro, in quo bona aliqua reperta dicuntur obligata vxori, quæ iam ſuum produxerat monitorium coram nobis, & illius vigore obtinuerat reſtitutionem illorum. Tunc enim non curantur nullitates, & iuris apices, ſed captus nulliter debet de æquitate confirmari, ne creditor amittat ſuum creditum, *ex tex. in l. fin. §. final. vbi Bart. & communiter Doct. ff. de eo, quod met. cauſ. Mart. voc. Piſ. 79. num. 2. & ſeqq. Ioſeph Ludou. Peruſ. deciſ. 40. nu. 2. & ſeqq.* Et ita practicari per omnes ſcribit *Farinacc. quæſt. 27. num. 91. in fine.* Et ex his decreuimus non eſſe relaxandum Carceratum, qui poſt decretum noſtrum partem concordauit.

ARGVMENTVM.

Lapſus termini ad docendum de proſecutione appellationis, licet non inducat deſertionem, operatur tamen quod Iudex non conſtito de impedimentis poſſit procedere ad executionem ſententiæ tranſactæ in iudicatum.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio lapſu fatalium dicitur deſerta.*
2 *Et quidem ipſo iure.*
3 *Deſertio notoria non requirit pronunciationem.*
4 *Appellans ſi in termino citationis non docet de proſecutione, vel de impedimentis dicitur appellationem deſeruiſſe, & num. 11. Et ſententia eſt exequenda, num. 12. Etiam abſque alia pronunciatione ſuper deſertione, num. 13.*
5 *Tempora omnia proſequendæ appellationis ſunt vtilia.*
6 *Tempora vtilia requirunt calculationem.*
7 *Tempora appellationum ſi ſunt vtilia ſententia non demandatur executioni, niſi facto calculo, & declarata cauſa deſerta.*
8 *Tempus appellationis proſequendæ ſecundum Conſtitutionem Marchiæ eſt trium menſium vtilium.*
9 *Appellatio ad Sanctiſs. ſecundum ius Canonicum non deſeritur, niſi ob lapſum biennij, vbi docetur de impedimentis.*
10 *Lapſus fatalium exigit extrinſecam cauſæ cognitionem.*
14 *Lapſus termini ad docendum de proſecutione, licet non inducat deſertionem operatur tamen, vt Iudex poſſit procedere ad executionem.*
15 *Sententiæ acquieſcere dicitur, qui non vult appellationem proſequi.*
16 *Omnis inſtãtia inſpecto iure Canonico eſt perpetua. Præſertim in Romana Curia, num. 19. Intellige de prima iudicij inſtantia, num. 17. Non autem de inſtantia appellationis, quæ re vera eſt annalis, & ſtante impedimento biennalis, numer. 18.*

DECISIO CCLXXVIII.

LAta ſententia de reſtituendo quandam pecuniæ ſummam per D. Vicarium Foraneum Montiſani Iudicem commiſſorium ad fauorem Saluſtij Marochi actorem, contra Dom. Andream Quatroculam reum conuentum; Et confirmata in Rota a R. P. D. Mario Maſtrillo eſt hodie tanquam tranſacta in iudicatum exequen-
1 da, prout decreuimus. Siquidem † appellatio ſecundo loco interpoſita pro parte, & ad inſtantiam

tiam Quatroculi, qui per annum continuum,
& vltra ſiluit dicitur lapſu fatalium deſerta, *cap.
licet de ſenten. excom. in 6. Clement. ſicut de ap-
pellat. l. quoniam, C. eo, titul. Rota in recen. part.*
2 *3. deciſ. 665. numer. 1.* Et † quidem ipſo iure,
Bald. conſ. 301. num. 2. lib. 1. & diximus deciſ.
3 *66. num. 2.* Itaut † ſucceſſor dictis Domini Iudi-
cis à quo fuit appellatum poſſit illam ſine aliqua
pronunciatione executioni demandare, *Angel.
in l. ſi contra, C. de appellat. Gratian. deciſ. 223.
num. 1.* cum alijs per nos allegatis *deciſ. 66. nu. 3.*
4 Ex quo † Marochus victor citauit Quatroculum
victum ad docendum de proſecutione appellatio-
nis ab ipſo interpoſitæ, vel allegandum cauſas
ob quas ſententia non ſit executioni demandan-
da, quo non docto potuit Iudex ſucceſſor ad exe-
cutionem deuenire, *ad tex. in dicta leg. ſi con-
tra maiores, vbi etiam Angel. C. de appellat. Fœ-
lin. in cap. ex parte, il ſecondo, num. 9. verſ. ſecūdo
declara, de reſcript. Gratian. dicta deciſ. 223. num.
2. Rota in recent. part. 2. deciſ. 156. num. 1.*
5 Nec prædictis obſtat, quod dicebatur tempo-
ra omnia proſequendæ appellationis eſſe vtilia,
Rota diuerſ. part. 2. deciſ. 300. num. 5. & coram
6 *Seraphin. deciſ. 565. num. 7.* Quæ requirunt † in-
quiſitionem facti, ideſt calculationem, *Amat.
deciſ. March. 38. num. 7. Gratian. diſceptat. c. 40.
numer. 3. & deciſ. 54. num. 13. & deciſ. 223. nu.
6.* cum alijs per nos allegatis *deciſ. 43. numer. 7.*
7 Et propterea † videatur ad executionem ſenten-
tiæ deueniri non poſſe, niſi facto calculo, & de-
clarata deſertione, *Gratian. dicta diſcept. 40.
num. 2.* cum aliis per nos deductis *in citata deciſ.*
8 *43. num. 6. & 7.* Quia † id procedere dictum
fuit ſi verſaremur in appellatione introducta co-
ram aliquo ex Auditoribus huius Rotæ Macera-
ten. qui ſecundum Conſtitutionem Marchiæ cau-
ſas expedire debet intra ſpatium trium menſium
vtilium, quod tempus ſanè requirit calculatio-
nem dierum non computandorum in quibus ter-
9 minis loquuntur deciſiones allegatæ. Secus † ve-
rò, quando prout hic appellatio eſt interpoſita
ad Sanctiſſimum duntaxat, quo caſu loco calcu-
lationis debet citari pars, quæ appellauit ad
docendum de proſecutione, vel de diligentiis,
quæ ſi probentur, tunc pariter habebit locum
calculatio reſpectu impedimentorum. Et dein-
de pronunciatio ſuper deſertione quatenus ela-
pſum ſit biennium à iure Canonico ex cauſa in-
dultum, *capit. cum ſit Romana, & capitul. ex
ratione, de appellat. Auth. et qui appellat. C. de
tempor. appellat. Granat. ad Veſt. in Prax. lib.
3. capitul. 5. numer. 7. Gratian. dicta deciſ. 223.*
10 *numer. 4.* Ratio eſt, quia † lapſus fatalium
exigit extrinſecam cauſæ cognitionem circa im-
pedimentum, ſeu impedimenta, *l. 1. de diuerſ.
& temp. præſcript. leg. 3. §. ad diem, de re milit.
Franc. in capit. ex ratione, numer. 102. de appel-
lat. Angel. in dict. l. ſi expreſſim, de appellation.
Gratian. dicta diſcept. 40. numer. 2. & 3.* Quod
11 ſi non probentur impedimenta † in termino ci-
tationis, prout euenit in caſu propoſito, vbi nec
etiam illa allegata fuerunt, tali caſu dicitur ap-
pellatio deſerta, *Seraphin. qui alios citat deciſ.
565. num. 4.* Rota *in recentior. par. 2. dicta deciſ.*
12 *156. numer. 1.* Et † ſententia eſt exequenda,
*capit. quoad conſultationem, de re Iudic. l. final.
§. illud, verſic. ſancimus, & Authen. ei qui, C.
de tempor. appellat. Giurb deciſ. 19. num. 13.* vbi
13 dantur concordantes. Idque † abſque alia pro-
nunciatione ſuper deſertione, vt clarè innuit
idem *Gratian. dicta deciſ. 223. numer. 1. & 2.*
14 Quoniam lapſus † termini ad docendum de
proſecutione licet non inducat deſertionem,
operatur tamen, vt Iudex poſſit procedere ad
executionem, *Dec. in capit. perſonas, num. 10.
& ibidem Fœlin. numer. 2. de appellat. Seraphin.
dicta deciſ. 565. numer. 6.* Rota *in recent. par. 2.
dicta deciſ. 156. num. 1.* Cum pars ſi nolit talem
15 appellationis † cauſam proſequi facto proprio
ſententiam approbare dicatur, & conſequenter
ei parere habeat neceſſe, *l. final. C. de ſent. quæ
ſine certa quantitat. l. ab eo, C. quo, & quando Iu-
dex, Cag. in l. diffamari, numer. 22. C. de ing. &
manum. Mar. Ant. var. lib. 2. reſolut. 47. numer.
16. Rota in recent. par. 2. deciſion. 156. numer. 1.
& 4.*
16 Neque tandem merebatur allegari, quod in-
ſpecto iure Canonico omnia inſtantia ſit perpe-
tua, *ad tex. in capit. penultimo, de iudic. capit.
ſuper eo, il ſecondo, vbi etiam Franc. numer. 16
de appellat. Specul. tit. de delegat. §. 6. verſic. item
inſtantia, de inſtrumen. edit.* Rota *in recent. part.*
17 *prima, deciſ. 452, numer. 5.* Quia † id intelligitur
de prima Iudicii inſtantia, *Giurba quem ſuffi-
cit allegare pro multis, quos ipſe citat deciſ. 146.*
18 *numer. 3.* Non † autem de inſtantia appellatio-
nis, quæ re vera eſt annalis, & ſtante impedimen-
to biennalis, vt *dictum eſt Creſcen.* qui breuiter
& pulchrè declarat *deciſ. 17. num. 8. tit. de cauſa
poſſ. & prop.*
19 Vltra, quod illa perpetuitas primæ inſtantiæ
videtur ſolummodo habere locum in Curia
Romana ob congeriem magnam cauſa-
rum, vt inquit *Veſter. in dicta Prax.
lib. 3. cap. 5. nu. 2. quem ſequi-
tur Gratian. diſcept. 403.
nu. 9. Roman. conſ.
120. num fin.
Couar. in
rel.
capitul. quamuis pactum
§. primo, num. 4.
de pactis.*

✠

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Sententia declarans aliquem ponendum de regiminis officio, vel declarans aliquem comprehenſum à ſtatuto, vel vti proximiorem, aut hæredem immittendum in poſſeſſionem appellationem admittit ad vtrumque effectum.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio ad effectum manutentionis probatur ex clauſula amoto poſita in ſententia, quia amotio præſupponit poſſeſſionem.*
2 *Sententia per appellationem ſuſpenditur.*
3 *Et omnia remanent integra, ac ſi lata non eſſet.*
4 *Poſſeſſor manutenere debet donec adſint tres ſententiæ conformes, & num. 15.*
5 *Nec duæ conformes ſufficiunt.*
6 *Imò etiam nec res iudicata, dummodo pendeat cauſa reſtitutionis in integrum.*
7 *Dictio (de) comprehendit tàm petitorium, quàm poſſeſſorium.*
8 *Agens tanquam ius habens petitorium intentat.*
9 *Sententia declarans aliquem deſcribendum de regiminis officio, vel comprehenſum à ſtatuto eſt appellabilis.*
10 *Quod procedit quando talis diſpoſitio eſt principaliter in iudicio deducta.*
11 *Appellatio admittitur quando complicatio eſt explicita in ſententia.*
12 *Appellatio admittitur à ſententia priuationis.*
13 *Nullitas deducta principaliter facit cauſam appellabilem.*
14 *Iuramentum calumniæ petitum per partem, & omiſſum cauſat ſententiæ nullitatem.*

DECISIO CCLXXIX.

Viſum fuit Rotæ mandatum de manutenendo dandum eſſe Paulo Conſaluo de Monteſano, qui de
1 eius poſſeſſione, ſeu † quaſi docet ex clauſula in ipſamet ſententia, à qua appellauit inſerta (ibi) amoto Paulo Conſaluo illegitimo detentore, & occupatore, quæ amotio, & priuatio præſupponit præexiſtentiam poſſeſſionis, *l. manumiſſionis, ff. de iuſt. & iure, l. decem, ff. de verb. oblig.* Rot. *apud Statill. deciſ. 101. num. 4. apud Caualer. deciſ. 278. num. 6. apud Greg. deciſ. 402. numer. 1. & deciſ. 458. num. 2. & ſeqq. & in recent. par. 4. deciſ. 353. num. 2.*

Neque obſtare pariter viſum fuit, quod dicta ſententia lata ad fauorem Chriſtophori Conſalui videatur ex ſui facie iuſtificata, dum mandat eundem tanquam vocatum, & comprehenſum à ſtatuto, cum omnibus qualitatibus requiſitis eſſe deſcribendum ponendum, & annumerandum de regiminis officio Prioratus. & conſilij Communitatis Montisſani amoto Paulo Conſaluo. Quia
2 illa † nullum intulit præiudicium poſſeſſioni dicti Pauli, cum fuerit per appellationem ſuſpenſa, *l. iciendam, ff. de appellat. l. appellatio, C. eod. cap. 1. de re iudic. cap. veniens, de iure iuran. Lancell. de Attent. par. 2. cap. 12. n. 108.* Rot. *coram Caualer. deciſ. 643. num. 7. & coram Mantic. deciſ. 69. num. 4.* Qua ſuſpenſione pendente
3 omnia † remanēt integra, ac ſi ſententia lata non eſſet, *Caſ. de Graſ. deciſ. 4. num. 4. de cauſ. poſſ. & propriet.* Rot. *coram Cauler. deciſ. 242. num. 2. & in recent. par. 2. deciſ. 147. numer. 5. in fin.*
4 Propterea † donec adſint tres conformes impediri non debet dicta manutentio debita Paulo, *Pariſ. conſ. 39. num. 3. & 6. lib. 1. Alex. conſ. 93. num. 1. lib. 4. Rot. diuerſ. par. 2. deciſ. 269. num. 7. & coram Caual. deciſ. 228. num. 4. in fine Buratt. deciſ. 194. num. 7.* cum aliis per nos cumulatis *deciſ. 12. num. 5. & deciſ. 39. numer. 7.*
5 Quod procedit † etiamſi pro Chriſtophoro adeſſent duæ ſententiæ conformes, *Mareſcott. var. lib. 2. cap. 64. num. 9.* Greg. *deciſ. 365. numer. 3.*
6 Imò etiam non obſtante re Iudicata, † dummodo pendeat cauſa reſtitutionis in integrum, *Mareſcott. d. cap. 64. num. 10. Greg. deciſ. 458. num. 8. & Adden. num. 10. Rot. in recent. par. 1. dec. 111. num. 8. & ex impreſſ. per Cenc. de Cenſ. deciſ. 146. num. 11.* Quod autem ſententia ſit appellabilis patet ex eo quia mandat Chriſtophorum adſcribi poni, & annumerari de regiminis officio, tanquam comprehenſum cum omnibus
7 qualitatibus, & requiſitis à ſtatuto, † quæ dictio (de) comprehendit, tàm petitorium, quàm poſſeſſorium, *Marta de clauſ. par. 1. clauſ. 32. num. 1. & 3. Caſſad. deciſ. 6. num. 1. & 5. de reſcript.* Etiam quod verſemur in cauſa adipiſcen-
8 dæ poſſeſſionis, quia agitur † ratione iuris in re ex forma ſtatuti, quo caſu dicitur intentatum petitorium, *Bald. in l. ordinarij, num. 7. C. de rei vendic. & in cap. cum Eccleſ. in princ. de cauſ. poſſeſ. & prop. Contard. ad l. vnic. C. ſi de momen. poſſ. quæſt. 13. num. 75. Menoch. de adipiſcend. remed. 3. quæſt. 17.* Illa enim verba poni, & deſcribi non iuſtificantur ex ſe, ſed dependent ab alio articulo, nempè ſi conſtet, quod Chriſtophorus habeat qualitates requiſitas à ſtatuto vn-
9 de cum diffiniatur † iſta principalis quæſtio, debet concedi appellatio, ſicut dicimus quando pronunciatur quem eſſe comprehenſum à ſtatuto; Vel quando diſputatur, an quis ſit hæres ad effectum immiſſionis, vel quando inſtrumentum declaratur liquidum, vel quem eſſe locatorem, ſeù conductorem, ſeù creditorem, cum ſimilibus. Tunc enim ſumus in caſu diuerſo à Iudicio poſſeſſorio. & per conſequens datur appellatio ad vtrumque effectum, *Bal. conſ. 145.*

330. &

330. & 331. lib. 1. Gratian. qui alios citat diſcep. 694. num. 32. & ſeq. & diximus deciſ. 38. nu. 16.

10 Apparet namque diſpoſitionem ſtatutariam in hoc caſu fuiſſe inductam principaliter, cum non competat talis admiſſio ad Magiſtratum, niſi habenti qualitates requiſitas à ſtatuto, & ſic principaliter debet conſtare Chriſtophorum eſſe talē per ſententiam, quæ ſine dubio eſt appellabilis, vt declarant Bron. conſ. 111. num. 15. lib. 3. Gratian. d. diſcep. 694. num. 34. & ſeqq. Rot. diuer. par. 2. deciſ. 34. num. 17. & deciſ. noſtra 38. num. 18. & ſeqq. Quaſi iſta ſententia per quam ipſe Chriſtophorus declaratur habere qualitates à ſtatuto requiſitas non tantum ſit declaratiua, ſed e-
11 tiam diſpoſitiua, itaut complicatio † explicitè contineatur in illa, ſicut conſueuit debet, vt detur appellatio, Contard. d. quæſt. 13. num. 64. & 77. Mar. Ant. var. lib. 1. reſolut. 50. num. 4. Ro-
12 man. conſ. 482. n. 9. Grat. vbi ſupra n. 37. & 38. & diſc. 772. n. 6. Afl. deciſ. 183. Seraph. dec. 603. n. 1.

Præterea eſt etiam appellabilis ſententia dum mandat Paulum amouendum, qui iam olim ſeruatis ſeruandis fuerat immiſſus, à qua † priuationis ſententia datur pariter appellatio, Lancell. de attentat. par. 2. cap. 12. num. 43. Mar. Ant. d. reſolut. 50. num. 5. Rot. diuerſ. par. 3. lib. 3. deciſ. 834. num. 2. & coram Buratt. deciſ. 306. num. 3.

13 Tandem eſt appellabilis ex defectu nullitatis deductæ etiam principaliter per appellantem, Franch. in cap. dilecto filio, num. 15. de appellat. Scacc. qui teſtatur, de communi, in tract. de appell. quæſt. 17. limit. 19. num. 2. & ſeqq. Contard. ad dictam l. vnic. limit. 7. num. 1. & ſeqq.

14 Nullitas autem prouenit ex omiſſione iuramēti de calumnia petiti per Paulum, capit. 1. de iuramento calum. in 6. vbi Franch. & alij ſcribentes, Put. deciſ. 398. lib. 2. Rot. ex impreſſ. per Zacch. de obligat. Camer. deciſ. 101. nu. 1. & deciſ. 105. num. 1. & 2. & coram Canaler. deciſ. 414. num. 2. & coram Mantic. deciſ. 33. num. 4. & coram Cocc. deciſ. 417. num. 5. Propterea Chriſtophorus expectare debet tres conformes, vt dictum eſt, Et
15 interea Paulus in poſſeſſione † ſua manutenendus, vt ferè in caſu ſimili diximus deciſ. 7. nu. 17.

A R G V M E N T V M.

Lineæ appellatione, an veniat ſolummodo linea effectiua, ſcilicet deſcendentes, vel contentiua hoc eſt etiam tranſuerſales.

S V M M A R I V M.

1 *Linea eſt collectio perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium, gradus continens, & numeros diſtinguens.*

2 *Linea eſt duplex recta ſub qua continentur aſcendentes, & deſcendentes, & inflexa ſub qua veniunt tranſuerſales.*

3 *Ius patronatus vindicanti ſufficit probare ſe eſſe de linea contentiua.*

4 *In fundatione iuris patronatus interpretanda optima interpres eſt obſeruantia loci.*

5 *Lineæ appellatione intelligitur ſolum de effectiua ſecundum veriorem opinionem.*

6 *Pronomen eorum facit perſonalem demonſtrationem, & habet naturam præciſam.*

7 *Genitiuum eorum, denotat proprietatem, ac etiam perſonalitatem, & num. 8.*

9 *Geminatio declarat magis enixam voluntatem.*

10 *Et arguit maiorem veritatem.*

11 *Vox linea intelligitur de effectiua, vbi verba vocationis ſunt reſtricta ad effectiuam.*

12 *Obſeruantia interpretatiua declarat omnem diſpoſitionem ambiguam, etiam in materia legatorum ambiguorum, & num. 13.*

14 *Ac etiam in ſucceſſione iuris patronatus.*

15 *Obſeruantia ceſſat in claris.*

16 *Obſeruantia, vt ſuffragetur debet eſſe præciſa, & indiuidua caſus de quo agitur.*

17 *Cum ſcientia, & patientia illius de cuius intereſſe agitur.*

18 *Et difformis non ſuffragatur.*

19 *Ius patronatus acquiritur familiæ contentiuæ, quando deficit effectiua.*

20 *Lex fundatoris eſt attendenda.*

21 *Ordinarius ex facultate propria etiam accedente conſenſu patronorum non poteſt mutare pias defunctorum voluntates, & qualitates adiectas in fundatione.*

22 *Ius patronatus in poſtremo deſcendente deſinit eſſe gentilitium, & efficitur hæreditarium.*

D E C I S I O CCLXXX.

NIcolaus de Iannibulo anno Domini 1488 in ſuo vltimo teſtamento, cum quo deceſſit hærede inſtituta Margarita vxore Matthæi Nicolai de Dentice, erexit, & dotauit vnum Altare, cum onere Miſſarum quatuor pro qualibet hebdomada, ad quas celebrandas elegit in Capellanum Nicolaum, & deinceps Angelum, Ioannem, & Dominicum filios dictæ Margaritæ, & quatenus ipſi ſucceſſiuè acceptare legatum, & Clerici eſſe noluerint, voluit quod per eoſdem fratres, eorumque hæredes, & ſucceſſores eligatur vnus Clericus idoneus, vel Sacerdos de eorum linea, & quod ſi de eorum linea nō reperiretur eligatur per eos alius idoneus, qui eſſe debeat Sacerdos. Modo autem vacante Beneficio per obitum Domini Angeli Dentice fuit præſentatus D. Io: Vacca, à Prudentia Vacca, ab Angela Dentice hæredibus d. D. Angeli Dentice, & à Ioſepho Donato Sācio filio Roiæ Dētice,

exiſtentibus in poſſeſſione, ſeù quaſi præſentan-
di pro tribus ex quatuor vocibus, vt prætenditur;
Ex aduerſo verò ſe oppoſuit D. Ioannes Batta-
glia petens inſtituti tanquam deſcendens à qua-
dam Sofia ſorore dictorum compatronorum, &
ſic à linea tranſuerſali, vnde ortum eſt dubium.
Viſum appellatione lineæ veniat ſolummodo ef-
fectiua ſcilicet deſcendentes ab ipſis Nicolao An-
gelo, Ioanne, & Dominico, vel etiam contenti-
ua hoc eſt tranſuerſales; Et videtur Dominum
Ioannem Battagliam bonum ius fouere, quia
1 cum linea † ſit collectio perſonarum ab eodem
ſtipite deſcendentium gradus continens, & nu-
meros diſtinguens, vt per *Anch. conſ. 95. num. 9.*
Capic. deciſ. 159. num. 5. Viuian. de iure patron.
lib. 4. cap. 2. num. 34. Lotter. de re benefic. lib. 2.
2 *quæſt. 11. num. 58.* Et ea quidem † duplex vide-
licet, recta ſub qua continentur aſcendentes, de-
ſcendenteſque, & inflexa ſub qua veniunt tranſ-
uerſales, vt declarat *Bald. conſ. 321. nu. 1. lib. 1.*
& latè explicant Pereg. de fideicom. art. 22. num.
3 *24. in princ. Lotter. vbi ſupra.* Ideò ſatis † videtur
eſſe ipſi Dom. Battagliæ docere ſe deſcendere à
dicta linea tranſuerſali, ad notata per *Lotter. in*
d. quæſt. 11. num. 62. & ſeqq. Tanto magis, quia
4 in † fundatione interpretanda multum operatur
communis vſus, & obſeruantia loci vbi ſitum eſt
beneficium, vt notant *Mantic. de coniect. lib. 3.*
tit. 9. Menoch. præſumpt. 28. lib. 1. Viu. d. tract.
lib. 6. cap. 6. num. 41. Rot. in recent. par. 5. deciſ.
362. num. 12. de qua obſeruantia dantur per D.
Battagliam plura exempla, & ſententiæ.

Verùm re maturè conſiderata, & articulo per-
penſo contrariam ſententiam in caſu de quo agi-
tur exiſtimauimus veriorem, & amplectendam,
5 nempè, † quod ſub nomine lineæ intelligatur ſo-
lum de effectiua, ita ut comprehendantur tantum-
modo deſcendentes à dictis quatuor compatro-
nis, non ſolum, quia inter Doctores iſta videtur
magis recepta ſententia, vt docent *Bart. in l. pe-*
tto, §. fratre, num. 1. de leg. 2. Pariſ. conſ. 51.
n. 5. & ſeqq. lib. 2. Corn. conſ. 198. col. vl. lib. 3. Ruin.
conſ. 23. nu. 6. lib. 3. Caſt. conſ. 199. lib. 2. Surd. conſ.
247. num. 12. Menoch. conſ. 106. n. 226. & ſeqq.
conſ. 233. n. 15. & conſ. 633. nu. 10. Pereg. conſ.
57. num. 6. lib. 6. & de fideicom. d. art. 22. num.
24. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 345. num. 1. & quæſt.
351. num 3. & ſeqq. Lotter. d. quæſt. 11. nu. 59.
Ricc. in Prax. par. 1. deciſ. 152. Viu. d. tract. lib.
4. cap. 2. num. 34. & ſeqq. Rot. apud eundem dec.
71. num. 4. & deciſ. 73. num. 5. & in recent. par.
5. deciſ. 362. num. 7. Sed etiam, quia clarè, &
6 manifeſtè hanc veritatem ſuadet † pronomen il-
lud eorum pluries repetitum, per quod depre-
hendimus N eorum Teſtatorē præcisè deſignaſ-
ſe ad oculum lineam compatronorum, atque ad
eos, & eorum deſcendentes reſtrinxiſſe ius præ-
ſentandi, *ad l. huiuſmodi, ff. de leg. 1. cap. nemo,*
vbi gloſ. in verb. huiuſmodi, de elect. in 6. Fuſar. d.
quæſt. 345. num. 6. & 7. Lotter. d. quæſt. 11. nu.
61. & in puncto poſt multos citatos, latè concludit
Rota in recent. par. 5. d. deciſ. 362. num. 7. & 8.
7 Illud enim † genitiuum eorum rem claram de-
monſtrat, cum de propria eius ſignificatione de-
notet nedum proprietatem, *l. 2. §. in locum, ff. de*
8 *relig. & ſumpt. funer.* Sed † etiam perſonalitatem,
cap. ſi gratioſè, vbi etiam gloſ. in verb. ſuæ, de re-
ſcript. in 6. & ibi Io. And. num. 5. Gemin. num. 12.
& Franch. num. 7. Surd. conſ. 429. num. 12. Pe-
reg. deciſ. Patau. 134. num. 5. Rota in recent. par.
9 *3. deciſ. 29. nu. 1.* Et tanquam repetitum, & † ge-
minatum declarat magis enixam voluntatem
fundatoris, *ad l. haliſta, ff. ad Trebell. Surd. conſ.*
10. n. 54. Mar. Ant. var. lib. 1. reſolut. 3. num. 7.
10 & arguit † maiorem veritatem, tollitque omnem
errorem, *Surd. conſ. 73. num. 64. Mar. Ant. var.*
lib. 3. reſolut. 1. num. 31. Gratian. deciſ. 6. num.
30. Rota in recent. par. 1. deciſ. 41. nu. 6. & ſeqq.
deciſ. 266. nu. 11. deciſ. 453. nu. 3. & deciſ. 669.
num. 1.

Quibus ſic firmatis non obſtant in contrarium
11 allegata, quæ non procedunt in hoc caſu † voca-
tionis reſtrictæ ad lineam effectiuam, vt idemmet
Lotter. declarat ſub d. num. 62. & 64. Neque ob-
12 ſeruantia interpretatiua attendi debet, † quæ li-
cet declaret omnem diſpoſitionem ambiguam,
cap. cum dilectus, de conſuet. l. minimè, & l. ſi de
interpretatione, ff. de legib. Mar. Ant. var. lib. 1.
13 *reſolut. 6. & 7.* Etiam † in materia legatorum
ambiguorum, vt tradunt *Doct. in l. 1. C. de fidei-*
com. Aym. conſ. 101. num. 3. Menoch. conſ. 349.
num. 15. Rota in recent. par. 4. deciſ. 446. num. 3.
14 Ac etiam † in ſucceſſione iuris patronatus, *Rot.*
in recentior. par. 3. deciſ. 687. num. 3. deciſ. 697.
num 4. Attamen illa hic non debet attendi, vt di-
15 ximus. Tum quia verba † diſpoſitionis dicti Te-
ſtatoris non ſunt ambigua, ſed apparent clara
per dictum pronomen eorum, quod omninò ex-
cludit lineam tranſuerſalem, vt probauimus, vn-
de ceſſat obſeruantia in claris, *Lotter. d. tract. lib.*
1. quæſt. 39. num. 229. & lib. 2. quæſt. 47. nu. 3.
Rot. in recent. par. 4. deciſ. 162. nu. 4 Tum etiam
16 quia † vt illa ſuffragetur non eſt prout eſſe debe-
ret præciſa, & indiuidua caſus de quo agitur, *Grat.*
diſcept. 925. num. 11. Rota coram Burat. dec. 129.
num. 6. & in recent. par. 4 deciſ. 563. num. 6. &
par. 5. deciſ. 362. num. 11. verſic. hanc autem vo-
luntatem, & par. 6. deciſ. 157. nu. 31. deciſ. 205.
17 *num. 14. & deciſ. 264. nu. 29.* Idque cum † ſcien-
tia, & patientia illius de cuius intereſſe agitur,
Rota coram Cocc. deciſ. 436. num. 9. & in recent.
par. 4. deciſ. 188. ſub num. 5. deciſ. 328. num. 6.
& deciſ. 455. num. 1. & 7. Caſus enim de ſubſe-
quuta obſeruantia collecti per Dominum Aduoca-
tum Ioannis Battagliæ non percutiunt caſum no-
ſtrum, ſed alienos, & varios, itaut concluden-
18 dum ſit obſeruantiam deformem † eſſe, & non
ſuffragari, *Grat. diſcept. 973. n. 39. & ſeqq. Surd.*
deciſ. 131. nu. 9. Rot. in rec. par. 2. deciſ. 45. n. 4.
& par. 4. d. dec. 455. n. 8. & 9. & dec. 563. n. 6.

Neque

Neque pariter obſtat ſi dicatur, quod deficien-
19 te linea, † ſeu familia effectiua non habente Cle-
ricos, vel Sacerdotes, quos præſentet, videatur
apertum ius patronatus cæteris de familia con-
tentiua, ad tradita per *Anchar. conſ. 27. Ruin.
conſ. 110. num. 14. lib. 2. Mantic. de coniect. lib.
6. tit. 15. num. 11.* Et ita factum eſſe in caſu no-
ſtro de anno 1588. vbi ex ſententia Illuſtriſſimi
Domini Epiſcopi illius temporis fuit inſtitutus
Ioannes Dominicus Dentice, qui deſcendebat
ex tranſuerſalibus. Nam pro reſponſione eſt ani-
maduertendum in facto, quod ex clara, & expreſ-
ſa mente dicti teſtatoris ſi non reperitur Clericus
de linea effectiua dictorum compatronorum, vo-
luit, vt eligatur per eoſdem compatronos alius
idoneus, qui eſſe deberet Sacerdos, proinde di-
cendum eſt prout in actis apparet, quod Domi-
nus Ioannes Dominicus Dentice fuit inſtitutus
ab Epiſcopo, non tanquam comprehenſus, ſed
ad præſentationem Matthæi Angeli, & Ioannis,
qui ſunt filij Roberti Denticis, & hæredes Nico-
lai Dentici, & ſi aliter feciſſet Epiſcopus, vtique
20 iniuſtè pronunciaſſet, quia † lex fundatoris erat
attendenda, *cap. recipimus, de priuileg. l. ad pro-
bationem, C. de probat. Rot. in recent. part. 4. de-*
21 *ciſ. 571. num. 2 in fin.* Nec Ordinarius † ex fa-
cultate propria etiam accedente conſenſu patro-
norum poteſt mutare pias defunctorum volunta-
tes, & qualitates, quæ in ſuo Capellano intelli-
guntur adiectæ per modum cauſæ finalis, vt in
puncto, & latè explicant *Ricc. in ſua Prax. part.
4. deciſ. 462. Lotter. in d. quæſt. 11. num. 2.* Rota
in recent. par. 1. deciſ. 155. num. 2. in fin. Quare
22 ſtante dicta † expreſſa declaratione Fundatoris,
dum patronatum reſtrinxit ad deſcendentes di-
ctorum compatronorum deficientibus deſcendē-
tibus, non inde faciendus eſt tranſitus ad tranſ-
uerſales, quia vt fundator expreſſit, & eſt de iure
in poſtremo deſcendente ius patronatus deſinit
eſſe gentilitium, & inde fit hæreditarium iuxta
celebre *conſ. Anchar. 82. num. 2.* quem refert, &
ſequitur *Lotter. in ſæpè allegata quæſt. 12. nu. 10.
& ſeq. Pariſ. conſ. 47. num. 1. lib. 4. Ferret. conſ.
331. num. 10. lib. 1. Calder. conſ. 4. de iure patr.
Couar. var. lib. 2. cap. 18. num. 6. Caſſad. deciſ.
1. num. 3. de iure patron.* Rot. *coram Seraph. deciſ.
364. num. 3. deciſ. 378. num. 3. & 4. & diuerſor.
part. 1. deciſ. 385. num. 1. & ſeqq. & in recent.
part. 5. deciſ. 362. num. 13. & 14. & part. 7.
deciſ. 307. num. 4.* Et idem fuit compro-
batum *in Piſtorien. Iuris patronatus
3. Martij 1618. coram Illuſtriſ-
ſimo Domino meo Merlino,
& Rot. in rec. par.
5. d. deciſ. 362.
n. 13. &
14.*

A R G V M E N T V M.

Actio ſpolij datur aduerſus tertium
poſſeſſorem rei, ſuper qua fuit com-
miſſum ſpolium, etiamſi ille titulo,
& bona fide poſſideat, habeatque
cauſam ab auctore non vitioſo.

S V M M A R I V M.

1 *Veniens contra tranſactionem, ante omnia tene-
tur reſtituere, quod ex tranſactione recepit.*
2 *Reintegratio in ſpolio non impeditur per exceptio-
nes reſpicientes petitorium.*
3 *Spolium purgandum eſt, etiam quod conſtet de bo-
no iure in petitorio.*
4 *Ac etiam ſi poſſeſſor titulo, & bona fide poſſideat,
& cauſam habeat ab auctore non vitioſo.*
5 *Reſtitutio in ſpolio non impeditur per exceptionem
non iuris de qua non fuit diſputatum.*

D E C I S I O CCLXXXI.

LAta ſententia de reintegrando ad fa-
uorem Saluatoris Spoliati. Cum
fuerit dubitatum nunquid obſtet
1 excitatum motiuum, † quod non
poſſit procedi ad eiuſdem ſenten-
tiæ executionem, niſi facta prius
reſtitutione receptorum vigore tranſactionis de
qua in actis, *iuxta tex. in l. ſi diuerſa, vbi Docto-
res, C. de tranſact.* Rota negatiuè reſpondidit;
Nam cum ſpolium de quo agitur ſit merè poſſeſ-
ſorium intentatum contra Sacripanteín non no-
minatum in tranſactione de qua incidenter actū
2 fuit reintegratio † petita impediri non poteſt
per ſimiles exceptiones reſpicientes petitorium,
vel plenarium poſſeſſorium, vt probat *tex. in cap.
ex literis, de reſtit. ſpoliat. quem ſequitur Rot. co-
ram Greg. deciſ. 500. num. 9.* In quo quidem ple-
nario poſſeſſorio ſuis loco, & tempore tractan-
dum erit, de validitate, ſeù inualiditate tranſa-
ctionis, & ſic de iuſtitia dactorum, & receptorum
inter Saluatorem, & Ioannem Gregorium, inter
quos iudicium validitatis dictæ tranſactionis mo-
3 do quieſcit. Et proinde † purgandum eſt ſpoliū
in primis, & ante omnia, etiam quod conſtaret
de bono iure in petitorio, *cap. cum Eccleſia Su-
trina, vbi Abb. num. 37. de cauſ. poſſ. & propriet.
Put. deciſ. 143. num. 1. lib. 1. Cocc. deciſ. 389.*
4 *nu. 1.* Ac etiam ſi Sacripantes † poſſideret cum
titulo, & bona fide, & cauſam haberet à Ioan-
ne Gregorio auctore non vitioſo, *Gabr. tit. de
reſtit. ſpoliat. concl. 5. num. 38. alter Gabr. conſ.
36 nu. 3. lib. 1. Surd. conſ. 28. n. 58. Marcſcott.
var. lib. 1. cap. 59. n. 10. & 11. Belt. ad Greg. dec. 541.
n. 41. Mant. dec. 31. n. 6.* Nec reſtitutio impeditur
5 per † exceptionē non iuris reſpectu tranſactionis

de qua non fuit diſputatum, nec diſputari debebat in hoc iudicio, in quo ipſe actor non tenetur iuſtificare titulum dictorum bonorum, *Greg. deciſ. 105. num. 21. & 26.*

ARGVMENTVM.

Fructus reſtitui non debent ab eo, qui non eſt malæ fidei poſſeſſor.

SVMMARIVM.

1 *Spoliator violentus tenetur ad fructus à die commiſſi ſpolij.*
2 *Poſſeſſor bonæ fidei facit fructus ſuos.*
3 *Fructus, vt non ſint reſtituendi ſufficit titulus coloratus.*
4 *Dummodo abſit mala fides.*
5 *Ad fructuum aquiſitionem bona fides cauſari poteſt ex iniuſtis, & temerarijs titulis.*
6 *Fructus perceptos poſt motam litem quis reſtituere tenetur.*
7 *Poſt litem motam poſſeſſor incipit eſſe in mala fide.*
8 *Contractus nullitas ex defectu cauſæ procedit ſi is velit, qui nullum dicere poteſt.*

DECISIO CCLXXXII.

SEquuta reintegratione, vt in præcedenti deciſione. Cum dubitatum fuerit, An Sacripantes, & Ioannes Gregorius teneantur ad fructus perceptos. Auditores diſtinguẽdo dicebant, quod vbi titulus,
1 quo † quis ſe tuetur habet ortũ à cauſa irrita ex defectu conſenſus, *vt diximus dec. 88. n. 41. & ſeq.* tunc fructus percepti ſunt reſtituendi à die commiſſi ſpolii, *Gratian. diſcept. 206. num. 15.* Rot. *in recent. part. 1. deciſ. 693. num. 1. & notaui-*
2 *mus d. deciſ. 88. num. 37.* Si verò titulus † tranſactionis à principio ſit validus, ſed tamen reſcindendus, *vt in tranſactione læſiua ex parte mulieris*, & tunc qui habet pro ſe tranſactionem iuratam dicitur bonæ fidei poſſeſſor, & conſequenter facit fructus ſuos, *l. 4. §. final. ff. fin. regund.* Cum
3 ad hunc effectum † acquirendi fructus ſufficiat qualis qualis occaſio poſſidendi, *Surd. deciſ. 25. num. 5. & deciſ. 211. num. 7. & conſ. 115. num. 7. Gratian. d. diſcept. 206. num. 14. & ſeqq. Beltra.*
4 *ad Gregor. deciſ. 74.* Et † non requiratur titulus, dummodo abſit mala fides, *l. quæſitum, ff. de acq. rer. dominio, Bald. conſ. 11. in fin. lib. 1. & conſ. 118. in fin. lib. 2. Menoch. de recuper. poſſ. remed. 14. num. 593.* Rot. *in recent. part. 2. deciſ. 320. num. 1. & 2. & part. 7. deciſ. 199. num. 10.* Vbi
5 quod † etſi adſit titulus inualidus, & putatiuus modo à iure non reprobatus, vt puta rei furtiuæ, vel inuaſæ, ſed cauſatus ab errore iuris, vel facti non nocebit poſſeſſori ad cauſandam bonam fidem, quæ poteſt cauſari ex iniuſtis, & temerariis titulis, *l. ſed, & ſi lege. §. ſiue, ff. de petit. hæred.* Rot. *in recent. par. 7. d. deciſ. 199. num. 11.*
6 Propterea fructus per hũc noſtrum bonæ fidei poſſeſſorem non debentur, niſi à die motæ litis, *ad tex. in l. interdum, ff. de interd. l. domum, C. de rei vend.* Doct. *in l. ſi fundum, C. eod.* Rot. *dec. 42. num. 1. de reſtit. ſpoliat. in nouis, & diuerſ. par. 1. deciſ. 316. num. 4. & deciſ. 552. num. 1. & 2. & coram Seraph. deciſ. 835. nu. 1. & ex impreſ. per Cenc. de cenſ. deciſ. 206. num. 5. & ſeqq.* Poſt litem
7 verò motam † non eſt dubium, quod debentur, quia tunc poſſeſſor incipit eſſe in mala fide, *l. certum, vbi gloſ. fin. & communiter Doctor. C. de rei vend.* Rot. *in recent. par. 3. deciſ. 583. num. 1. & ſeq. & in d. deciſ. penes Cenc. num. 8.*

Neque obſtare videbatur, quod tranſactio fue-
8 rit etiam nulla ex defectu cauſæ, † quia illud intelligitur volente, & declarante muliere, vel etiam petente, aliàs ſecus, Rol. *conſ. 100. num. 71. lib. 4. Hond. conſ. 72. num. 20. lib. 1. Oſaſch. deciſ. 94. num. 23. Rot. diuerſ. par. 2. deciſ. 123. nu. 22. & ex impreſſis per Cenc. in allegat. deciſion. 206. num. 7.*

ARGVMENTVM.

Appellari poteſt non ſolum à grauaminibus iudicialibus, ſed etiam extraiudicialibus illatis, tàm à Iudice, quàm à parte.

SVMMARIVM.

1 *Per electionem ius quæritur electo.*
2 *In electi præiudicium ad aliam nominationem deueniri non poteſt.*
3 *Conuocatio Capituli abſente Epiſcopo, non ad Vicarium, ſed ad Archidiaconum ſpectat.*
4 *Vicarius non poteſt tollere, vel alterare iura Archidiaconi.*
5 *Appellatio datur à grauamine extraiudiciali.*
6 *Appellatio ab interlocutoria admittitur etiam in foro Eccleſiaſtico, quando grauamen eſt irreperabile per appellationem à diffinitiua.*
7 *Attentata lite pendente ſunt reuocanda.*
8 *Etiamſi geſta per Iudicem fuiſſent licita ante inhibitionem.*
9 *Iudex cauſæ poteſt cognoſcere de delictis coram ſe commiſſis.*
10 *Ac etiam ratione offenſæ iuriſdictionis criminaliter procedere.*
11 *Iudex quilibet puniri poteſt omnes ſibi iniuriam inferentes.*

12 *Ac*

12 *Ac etiam offendentes curſores exercentes eorum officium.*
13 *Iudici omnia illa conceſsa videntur ſine quibus iuriſdictio exerceri non poteſt.*
14 *Nec hoc caſu dicitur Iudex in cauſa propria.*
15 *Inhibitio nulla ſperni poteſt, & non cauſat attentata.*
16 *Inhibendi poteſtas ita demum Iudici conceditur, ſi conſtet negotium ad eum deuolutum.*
17 *Praxis citationis cum ſuperſeſſoria vnde ſumatur.*
18 *Ex facto ius oritur.*
19 *Vbi Iudex à quo negat appellationem, Iudex ad quem cognoſcere poteſt vtrum illa ſit admittenda, vel non.*
20 *Et tali cognitione pendente poteſt præcipere, vt ſuperſedeatur.*
21 *Etiamſi cauſa eſſet inappellabilis.*
22 *Taliſque ſuperſeſſoria ligat manus Iudicis à quo.*
23 *Superſeſſoria pendente æquitas, & iuſtitia non patiuntur, vt parti præiudicium inferatur.*
24 *Iudex inferior non iudicat ſuper inhibitionibus ſuperiorum.*
25 *Cautio rati præſtari debet ſi ante litis conteſtationem petatur.*
26 *Coniunctus pro coniuncto admittitur etiam in ſpiritualibus.*
27 *Appellans friuole cenſetur proteſtari ſe nolle amplius comparere, & conſequenter fit verus contumax.*
28 *Verus contumax non appellat.*
29 *Appellatio non admittitur in facto publico, & notorio.*
30 *Attentatorum reuocatio fit in illo Tribunali, & ab illo Iudice cuius eſt læſa iuriſdictio, & num. 31.*

DECISIO CCLXXXIII.

DOminus Vincentius Berardus Maceratenſis in ſuo vltimo teſtamento, in quo hæredes vniuerſales inſtituit RR. PP. & Religionem Sancti Pauli Decollati, vulgariter nuncupati Bernabiti, reliquit pro amore Dei multa legata Pia maximi valoris, & ordinauit, quod ſtatim ſequuta eius morte inſtitueretur vna plurium perſonarum Congregatio, nuncupata Pia Berarda pro reſolutionibus, & prouiſionibus faciendis pro tempore de rebus, & negotijs relictorum, & legatorum Piorum, inter quas perſonas, cum certa aſſignata mercede pro qualibet congregatione facienda nominauit, & intereſſe voluit vnum ex Canonicis Cathedralis Eccleſiæ Maceraten. eligendum annuatim per Capitulum. Cum autem appropinquaretur tempus congregationis faciendæ, & Capitulum legitime congregatum delegiſſet D. Archidiaconum, D[...] nus Vicarius abſente Eminentiſs. Cardinali Epiſcopo Romæ degenti noluit ratam habere huiuſmodi electionem, ſed eundem Capitulum ad effectum eligendi alium Canonicum, vna die pro altera, vt congregaretur Oretenus, & extra iudicialiter ordinauit. Cui ordinationi ſe ſe oppoſuit Archidiaconus, non ſolum, quia ipſe fuerat electus, ſed etiam, quia aſſerebat abſente Epiſcopo ad ſe de iure, & conſuetudine ſpectare ius cõuocandi Capitulum. Verum quia Vicarius tenuit ſe reponere, & ab incepto deſiſtere, Archidiaconus viua voce appellauit ab hoc grauamine ad Rotam, quam appellationem cum Vicarius non receperit, ſed dederit refutatorios, Archidiaconus acceſſit ad Prætorem Rotæ, vna cum Domino Angelo Iardino Aduocato eius coniuncto, & per extractionem iuxta ſolitum obtinuit in Iudicem R. P. D. Tiburtium Thomaſium, coram quo appellationem interpoſuit, qui Iudex viſis aliquibus atteſtationibus, & fidibus Canonicorum productis loco grauaminis extraiudicialiter illati conceſſit citationem ad allegandum cauſas quare appellatio admitti, & inhibitio concedi non deberet cum ſuperſeſſoria in forma, quæ fuit ſtatim perſonaliter exequuta contra eundem Vicarium, qui ſpreta, ac lacerata publicè copia ſibi præſentata dictæ citationis cum ſuperſeſſoria, ſtatuta die, vt ſupra interfuit Capitulo de ipſius ordine congregato, & obtinuit eligi Dominum Claudium Angelucium Canonicum ad effectum intereſſendi Congregationi, quæ ſucceſſiuè fuit intimata, & facta interueniente eodem Angelucio. Super quibus omnibus, & ſingulis compilato proceſſu coram eodem Auditore, & Iudice extracto, conuocataque per ipſum Rota, ac propoſita cauſa nonnulli Auditores erant in voto, quod procederetur ad capturam Vicarij, ſed contradicentibus alijs, & maturè diſcuſſo negotio, quia agebatur de miniſtro principali Eminentiſſimi Cardinalis Centini Epiſcopi, fuit reſolutum omnium votis dandum, ac diſcutiendum eſſe dubium, An dicta appellatio interpoſita pro parte Archidiaconi, & ſuperſeſsoria deſuper conceſsa de iure ſubſiſtat, & conſequenter, An innouata, & attentata quæcunque poſt ſuperſeſsoriam ſint reuocanda, & annullanda cum condemnatione in pœnis in ipſa ſuperſeſsoria comminatis.

Quod quidem dubium tertia die propoſitum, fuit reſolutum affirmatiuè, quia grauamen, quod paſſus eſt Archidiaconus oſtenditur ex ſua electione facta capitulariter, vt probant fides, & atteſtationes in actis exhibitæ, per quam
1 electionem † eum ad huiuſmodi rem peragendam ius ipſi quæſitum fuerit, *Flamin. Pariſ. de Reſig. lib. 7. quæſtion. prima, numer. 78. Barb. de offic. Epiſcop. allegat. 57. numer. 197. Seraphin. deciſion. 1011. numer. 6.*
2 Non potuit Vicarius deuenire ad [...]iam nominatione in præiudiciũ electi, *cap. ſi cõ[...]miſſarius, & c. confirmationem, de elect. in 6. Gr[...]cep. 58. [...]num.*

3 *num. 3. Seraph. deciſ. 1174. numer. 2.* Imò † nec
Capitulum abſente Epiſcopo conuocare, vt ex-
preſsè cauetur per *Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 6.*
de reform. ibi (Epiſcopi ipſi Capitulum conuocent,
vota exquirant, & iuxta ea concludant; Abſente
verò Epiſcopo omnino hoc ab eis de Capitulo, ad
quos hoc de iure, vel conſuetudine ſpectat perficia-
tur. Nec ad id Vicarius Epiſcopi admittatur.)
Quoniam huiuſmodi conuocatio dicitur pertine-
re ad ipſum Archidiaconum, non tantum ex con-
ſuetudine dictæ Eccleſiæ de qua fidem faciunt at-
teſtationes Canonicorum exhibitæ, ſed etiam
inſpecto iure communi, ex notatis per *Innoc. in*
cap. 1. de maiorit. & obedien. & per Gratian. diſ
cept. 482. num. 26. ac etiam per Garz. de benef.
par. 3. cap. 4. num. 26. vbi quod ex mente Sacr.
Cong. Conc. ad Archidiaconum ſpectat conuo-
care Capitulum, & in eo proponere, ac reſolu-
tiones accipere, etiamſi non ſit in Sacris Conſti-
tutus, cum iſte ſit actus iuriſdictionis. Vnde
4 cum Vicarius † non potuerit tollere, vel altera-
re iura Archidiaconi, *ex gloſ. in cap. ad hæc, de*
off. Vicarij Cardinal. in cap. 1. extra, de off. Ar-
5 *chidiaconi,* ſequitur quod rectè appellauerit †
Archidiaconus grauatus à dicto Vicario etiam
extraiudicialiter, *Franc. in cap. bonæ memoriæ,*
ſub num. 26. extra, de appellat. Lancell. de attent.
par. 2. cap. 12. limit. 3. num. 2. Scacc. de appell.
quæſt. 2. num. 38. & ſeqq. & quæſt. 17. num. 36.
& ſeqq. & præcipuè num. 43. vbi quod appellatio
extraiudicialis poteſt interponi non ſolum à gra-
uamine illato à Iudice procedente extraiudiciali-
ter, ſed etiam à grauamine illato à parte, *Maran.*
in ſuo ſpecul. par. 6. in verb. & quandoque appell.
num. 278. & diximus deciſ. 256. numer. 1. Maxi-
6 mè † quia grauamen fuit irreparabile per apel-
lationem à diffinitiua, quo caſu datur appellatio
ab omni interlocutoria, etiam in foro Eccleſia-
ſtico, ex forma *Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 20.*
de reformat. Ricc. in prax. fori Eccleſiaſt. part. 1.
deciſ. 503. & notauimus deciſ. 8. num. 20. Et ſic
firma remanente appellatione, & citatione cum
ſuperſeſſoria conceſſa per dictum Iudicem, fit
7 conſequens, † vt attentata, & innouata de qui-
bus in proceſſu veniant reuocanda, ſcilicet Capi-
tulum per Vicarium congregatum, electio facta
de dicto Canonico cum omnibus inde ſequutis
poſt dictam ſuperſeſſoriam, *cap. cum ſit, de ap-*
pellat. Lancell. d. tract. par. 2. cap. 20. Ampliat.
10. num. 1. & ſeq. & par. 3. cap. 31. per totum
Rot. *in recent. par. 1. deciſ. 478. num. 3. & deciſ.*
8 *514. num. 1.* Quod procedit † etiamſi geſta per
Vicarium fuiſſent licita, & permiſſa antequam
inhiberetur, quia talis ſuperſeſſoria operatur, vt
dicta omnia geſta per eum ſint illicita, & teme-
re attentata, *gloſ. in cap. præſenti, in verbo ad cau-*
telam, de ſent. excommunicat. in 6. Lancell. dict.
par. 2. cap. 20. Ampliat. 1. num. 1. & ſeqq. Vant.
de nullit. [illegible] *defect. Iuriſ. Ordin. num. 128. Marcb.*
de cong. [illegible] *par. 1. cap. 1. num. 5.* Bellam. *deciſ.*
23. Rot. in recent. par. 1. deciſ. 637. numer. 5.
9 Quamobrem † poteſt Iudex cauſæ attenta dicta
contrauentione declarare Vicarium incidiſſe in
pœnas in dicta ſuperſeſſoria contentas, *Lancell.*
d. tract. par. 3. cap. vltima, de pœnis attentantium,
10 *num. 271. & ſeqq.* Ac etiam † ſtante laceratione
dictæ citationis, & comminatione de carcerando
Curſorem Tribunalis dum exercebat ſuum offi-
cium poſſe ratione offenſæ iuriſdictionis procedi
criminaliter contra eundem, *iuxta tex. in l. ad-*
11 *ditos, C. de Epiſc. audient.* Nam † quilibet Iudex
compeſcere, & punire poteſt omnes inferentes
iniuriam ſibi, ſeù impedientes, aut turbantes
ſuam iuriſdictionem, *cap. 1. de pœn. in 6. gloſ. in*
cap. cum voluntate, §. final. in verb. ratione of-
ficij, de ſent. excommunicat. Abb. in cap. cum ve-
niſſent, num. 11. vbi etiam Felin. num. 7. de Iu-
12 *dic. Sperell. deciſ. 49. num. 32.* quod † extendi-
tur etiam ad offendentes Curſores Iudicis exer-
centes eorum officium, vt in hoc caſu, *d. cap. 1.*
de pœn. in 6. Boer. deciſ. 9. num. 14. Franch. dec.
147. per totam, cum alijs notatis per Genuen. in
13 *Prax. Archiepiſc. Neap. cap. 11.* Omnia † enim
videntur conceſſa, & permiſſa Iudici ſine quibus
iuriſdictio liberè exerceri non poteſt, *cap. præ-*
terea, cap. Paſtoralis, & cap. ſuſpicionis, de off.
14 *deleg. l. 2. ff. de iuriſ. omn. iudic.* Nec † hoc caſu
dici poteſt Iudex in cauſa propria, ſed potius
executor Iuris, *Innocen. in capit. dilectus, de pœn.*
Franc. in cap. 1. de pœnit. in 6.

Non obſtant modo exaduerſo deducta per eũ-
dem Vicarium ad inſinuandum ſe non attentaſſe
15 ea nimirum ratione, quod inhibitio † nulla po-
tuit ſpecti, & non cauſat attentata, ad tradita
per Lancell. de attentatis poſt inhibitionem, capit.
20. limitat. 1. num. 3. & ſeqq. & per Surd. conſ.
424. num. 32. & per Rotam in recent. par. 7. deciſ.
179. num. 6. Nullitatem autem eſſe patentem
16 dum poteſtas † inhibendi ita demum conceda-
tur Iudici appellationis ſi ipſi conſtiterit nego-
tium ad eum eſſe deuolutum, & non aliter, *gloſ.*
in cap. Paſtoralis, verſ. exceptis, de off. Ordinar.
Paul. de Caſt. in l. nemo, circa fin. C. de iur. om.
iudic. Natt. conſ. 82. num. 4. Surd. conſ. 57. num.
18. cum ſimilibus latè exaratis, & typis tra-
ditis.

Quibus omnibus ſuccintè reſpondendo dici-
mus, quod non agitur de inhibitione, quæ nun-
quam fuit conceſſa per R. P. D. Thomaſium Iu-
dicem ad quem, vt malè ex aduerſo aſſeritur,
17 ſed agitur de citatione, quæ † fuit ab ipſo rela-
xata ad dicendum, & allegandum cauſam, ſeu
cauſas quare appellatio admitti, & inhibitio
concedi non debeat, iuxta praxim deſumptã, ex
dicto *cap. Rom. §. quod ſi obijciatur, & cap. non*
ſolum, §. illa verò, de appellat. in 6. & prout
comprobat Sacr. Conc. Trid. ſeſſ. 22. cap. 7. de re-
18 *format.* Et ſic cum † ex facto ius oriatur, *l. ſi ex*
plagis, §. in clino, ff. ad l. aquil. Rol. *conſ. 29.*
num. 1. lib. 2. corruunt omnia allegata per D.

V.

Vicarium, & ſubſiſtit ſine dubio dicta citatio cum
ſuperſeſſoria, quia eſt notiſſimum in iure, quod
19 vbi † Iudex à quo non admittit appellationem
prout fecit Vicarius, qui ſemel, & iterum dedit
refutatorios Archidiacono appellanti, tunc Iu-
dex appellationis potuit cognoſcere, an appel-
latio eſſet admittenda, vt probat *tex. in allegat. cap. Romana, §. ſi autem poſt ſententiam, de ap-
pellat. in 6. Hoſt. & Innoc. in cap. Paſtoralis, de
off. deleg. Bart. in l. ſi cui, ff. de appellat. recip.*
20 Et pendente † tali cognitione potuit abſque
dubio mandare ſuperſederi, & tenebatur Iudex
à quo parere, vt ex communi opinione teſtatur
Farinacc. quaſt. criminal. 101. num. 109. Etiam
21 ſi cauſa eſſet † omnino inappellabis, *dict. cap.
Romana, §. ſi autem, de appellat. in 6. Rot. deciſ.
68. alias 181. num. 2. de apellat. in antiq.* Tali-
22 que ſuperſeſſoria † ligat manus Iudicis à quo,
etiam in caſibus in quibus ipſe Iudex non tene-
retur deferre appellationi, & in caſibus in quibus
ipſe poſſet procedere, & exequi non obſtante
appellatione, vt puta in appellatione, ab inter-
locutoria, vt ſignanter notat *Scac. de iudic. lib. 1.
cap. 97. num. 53. & de appellat. lib. 3. quaſt. 17.*
23 *limit. 4. num. 26.* Et ratio eſt, quia † tali articu-
lo, vel diſputatione pendente æquitas, & iuſtitia
non patiuntur, vt iſto medio tempore parti præ-
iudicium inferatur, *Lancell. de attentat. appellat.
pendent. par. 2. cap. 12. num. 3. circa medium,
Marcheſ. de commiſſ. par. 1. cap. 1. num. 55.* Ra-
24 tio ſecunda eſt, quia alioquin † aperiretur via
iudicibus inferioribus iudicandi ſuper inhibitio-
nibus ſuperiorum, & illas ſpernendi, quod face-
re non decet, nec licet, *Achil. de Graſſ. deciſ. 29.
alias 255. tit. de appellat. num. fin. Rota in recent.
par. 1. deciſ. 74. num. 3. deciſ. 124. num. 5. & de-
ciſ. 513. num. 9.*

Non obſtat propterea, quod ſuperſeſſoria vi-
deatur nulla tanquam conceſſa inſtante Domino
Iardino, vti coniuncta perſona abſque cautione
rati, & quod in ſpiritualibus nullo modo admit-
teretur. Nam obiectum tollitur pariter ex facto,
quoniam ipſemet Archidiaconus in iudicio com-
paruit, inſtetit pro appellatione recipienda, &
de eius mandato, ac in ſua præſentia compatitio
dictata fuit, vt ex actis manifeſtè conſtat, itaut
ſuperflua fuiſſet cautio rati, dum ipſe principalis
factum ratum habebat. Vltra, quod cautio rati
25 ita demum † præſtari debeat ſi ab aduerſario pe-
tatur ante litis conteſtationem, alias iudicium
benè procedit, *Alex. conſ. 47. num. 2. conſ. 176.
in fin. lib. 7. Roman. ſingul. 619. num. 1. circa fin.*
26 Et † coniunctus pro coniuncto admittitur etiam
in ſpiritualibus, vt latè defendit, *Falin. in capit.
caram, ſub num. 7. de officio, & poteſtate Iudicis
delegat.*

Reſoluto autem dubio propoſito in plena Ro-
ta cum R. P. D. Iudex mandaſſet etiam inſtante
parte citari Vicarium ad dicendum, deducēdum,
& allegandum cauſam, ſeù cauſas quare non de-
beret daclarari incidiſse in pœnas in ſuperſeſsoriā
contentas, ipſe Vicarius ab interlocutoria, vel
citatione huiuſmodi appellauit, appellatio tamē
non fuit tanquam friuola admiſsa cum potius o-
27 peretur, vt ipſe Iudex † ad vlteriora in cauſa, vſ-
que ad ſententiam procedere poſſit, ipſo vlterius
non citato, iuxta diſpoſitionem *tex. in cap. cum
qui, de dolo, & contum. in 6. Bart. in l. qui Roma,
§. ſcia, num. 2. de verb. oblig. vbi etiam Iaſ. num.
20. Sperell. deciſ. 48. num. 47.* Quoniam appel-
lans iniuſtè cenſetur proteſtari ſe nolle amplius
comparere, & conſequenter fit verus contumax,
*Clement. 1. de dol. & contumac. Lancell. de atten-
tit. de ſententia, in cauſa attentatorum ferenda, par.
3. cap. 28. num. 52. Mattheſil. ſingul. 29. Sperell.*
28 *d. deciſ. 48. num. 48.* Verus † autem contumax
de iure non appellat, *l. properandum, §. ſin autem,
C. de iudic. l. 1. C. quand. appellationes non reci-
piant, Marant. in ſuo ſpecul. par. 6. memb. 2. nu. 19.
Scac. de appellat. quæſt. 17. limit. 3. nu. 1. & ſeqq.*
Vbi rationem reddit, & eſt communis opinio,
quam ſequuta fuit *Sac. Cong. Epiſcop. & Regul.* in
decreto approbato à felic. record. Papæ Clemen.
VIII. vt teſtantur *Genuen in prax. Archiep. Neap.
cap. 88. num. 47. & d. Sperell. d. deciſ. 48. n. 46.*
Tanto magis, quia verſamur in facto publico, &
notorio, ac confeſso ab eademmet parte appellā-
29 te, † quo caſu eſt etiam de iure prohibita appel-
latio, iuxta *tex. in cap. cum ſpeciali, §. porrò, de
appellat. Sperell. d. deciſ. num. 49.* Quamobrem
ex parte D. Vicarij fuerunt procuratæ, & exhibi-
tæ coram Iudice litteræ Sacr. Congreg. Epiſcop.
& Regul. in quibus præcipiebatur, vt ſuperſede-
retur in cauſa. Sed habito per partem Archidia-
coni recurſu ad Sacram Conſultam, ad quam ſpe-
ctabat huiſmodi cauſæ cognitio, placuit Sanctiſs.
D. N. Vrbano Octauo eandem ſpecialiter com-
mittere aliquibus Eminentiſſimis Patribus, qui
ſufficienter inſtructi de bono iure Archidiaconi,
circa conuocationem Capituli priuatiuè, quo ad
Vicarium, vt in proceſsu fol. 12. 28. & pluribus
ſequentibus, ac etiam de attentatis per eundem
Vicarium, vt liquet ex eodem proceſs. fol. 5. 8.
9. & 13.

Nec non etiam de plena facultate Rotæ co-
gnoſcendi cauſas, tam Ecleſiaſticas, quàm pro-
phanas meras, & mixtas, ac etiam criminales in
quibus appellationi locus foret, vt in *Conſtitut.
Sixti V. num. 16. & 17. & in Conſtitut. Gregor.
XIV. num. 3. impreſſic in principio noſtrarum deciſ.*
30 Ac tandem, quod attentatorum † reuocatio in
eo Tribunali cuius eſt læſa iuriſdictio, & coram
illo Iudice appellationis cuius eſt læſa Maieſtas
proponenda eſt, *ex Lancell. d. tract. part. 3. cap.
27. num. 39. & 40. Rot. coram Greg. deciſ. 486.
num. 7. & in recent. part. 2. deciſ. 186. num. 5.*
31 Ac etiam terminanda, † & ex officio Iudicis re-
uocanda, & in ſtatum priſtinum reducenda, *leg.
vnic. ff. nil. nou. appell. pend. Abb. in cap. bonæ,
num. 15. prope fin, & num. 21. de appellat. Greg.
deciſ.*

deciſion. 465. numer. 10. Propterea inclinabat, & ..tonabat Congregatio cauſam ad Rotam eſſe remittendam. Sed Eminentiſs. Cardinalis Centinus Romæ degens, Congregationiſque votum intelligens, & cupiens procellam imminentem à Vicario auertere, & ad omnem alium bonum finem, & effectum, vt credimus, placata parte petijt, & obtinuit in cauſa perpetuum imponi ſilentium.

ARGVMENTVM.

De tertio ſe opponente aduerſus ſententiam, ad effectum illius executionem impediendi.

SVMMARIVM.

1 *Tertius, executionem ſententiæ impedire non poteſt, niſi per acta publica, & in continenti doceat de eius bono iure claro. Præſertim vbi agitur de obligatione Camerali, num. 4.*
2 *Apocha locationis probat inter locatorem, & conductorem, non autem contra tertium.*
3 *Apoca locationis facta poſt motum iudicium, vel poſt confeſſatum debitum, fraudandi animo facta præſumitur.*

DECISIO CCLXXXIV.

COncluſum fuit benè iudicatum, &
1 malè appellatum, quia † Andreas Capellus Recanatenſis non poteſt vti tertius impedire executionem obligationis Cameralis, niſi doceat per acta publica, & in continenti de eius bono iure claro, *ad tex. in l. 1. ff. de appellat. recip. cap. non ſoles 2. quæſt. 6. Ruginell. de appellat. §. 2. cap. 3. in verb. Cameralis obligatio, num. 158. Zacch. ad Galleſ. de oblig. Cam. quæſt. 5. num. 45. Rot. diuerſ. par. 1. deciſ. 641. num. 16. & coram Caual. deciſ. 429. num. 1.* De quo quidem bono iure non conſtat in hoc caſu, vbi Capellus pro fundamento ſuæ intentionis in hoc iudicio executiuo nihil aliud exhibuit, præterquam apocham in qua dicebatur ſe locaſſe bona de quibus agitur Thomæ conuento à Camillo Alemano pro quadem penſione annua, quę
2 apocha † vltra quod non probat neque dominiū, neque poſſeſſionem, niſi inter locatorem, & conductorem, non autem contra tertium, *Rot. apud Greg. deciſ. 6. num. 2. vbi latè Beltr. num. 4.*
3 *& ſeq.* Redditur ſuſpecta, quod facta † fuerit in præiudicium dicti Alemani creditoris, dum apparet confecta poſt motum iudicium, & poſt cōfeſſatum debitum per dictum Thomam, quo in caſu cenſetur fraudulenta rei exequutę alienatio, & cum dolo facta, *Giurb. poſt alios, quos allegat deciſ. 62. num. 5. Oſaſch. deciſ. 64. num. 5.*
4 Quare dictum fuit, quod Capellus tertius, qui ſe oppoſuit executioni ſub prætextu ſuæ poſſeſſionis, impedire non poteſt talem executionem, quamuis non adeſſet obligatio Cameralis, vnde multo magis quando adeſt prout hic, ſicut latè docet *Grat. diſcept. 1000. num. 7. & ſeqq. vbi de communi, Couarr. pract. quæſt. cap. 16. num. 3. vbi etiam de communi, Oſaſch. deciſ. 37. num. 4. vbi pariter de communi, Capic. deciſ. 8. num. 2. Boer. deciſ. 79. numer. 2. Cæſar. de Graff. deciſ. 3. num. 4. de verb. ſignificat. Roc. in recent. part. 1. deciſ. 604. num. 3. & par. 3. deciſ. 780. num. 12.*

ARGVMENTVM.

In retrouēditione cenſus reſeruatio iurium pro conſecutione fructuum decurſorum ante redemptionem operatur, vt non dicatur receſſum ab antiqua hypotheca, niſi quatenus ſequatur ſatisfactio.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum interdictum datur pro fructibus cenſus.*
2 *Etiam contra tertium poſſeſſorem, dummodo ipſe non ſit anterior in hypotheca.*
3 *In pari hypotheca poſſeſſor eſt præferendus.*
4 *Ceſſio iurium reportata per ſoluentem ex pretio redemptæ eſt nulla.*
5 *Pro ſorte principali in contractu cenſus non datur hypotheca.*
6 *Dominus cenſus non dicitur creditor ſortis, ſed fructuum dumtaxat.*
7 *Reſeruatio iurium pro fructibus decurſis operatur, vt illæſa ſint omnia iura anterioritatis, & hypotheca, donec ſequatur ſatisfactio, & num. 13.*
8 *Ablatiuū abſolutū importat conditionē, quæ prius impleri debet, quā locū habeat diſpoſitio, & n. 9.*
10 *Ius ceſſum tranſit ad ceſſionarium cum ſua cauſa, & qualitate.*
11 *Reſeruatio facta contra ſubſtantiam contractus non attenditur.*
12 *Per ceſſionem iurium, & retrouenditionem cenſus omnis hypotheca extinguitur.*
14 *Proteſtatio facta in ipſo contractu de conſenſu partium ad limitandam obligationem præſeruat ius, & hypothecam proteſtantis, & num. 16.*
15 *Proteſtatio contraria facto, dicitur quando totum factum deſtruit.*
17 *Ceſſio contra cedentem retorqueri non debet.*
18 *Quod intellige, vt procedat ex eadem cauſa, non autem ex alia poſteriori.*

DE-

Digitized by Google

DECISIO CCLXXXV.

Iſum fuit ſententiam D. Iudicis à
quo eſſe confirmandam ad fauo-
1 rem hæredum de Thelonis, qui †
pro fructibus cenſualibus conſe-
quendis habent à iure remedium
intentatum vtilis Saluiani inter-
dicti, *vt poſt l. fin. vbi Doct. ff. de praecar. & Sal-
uian. interdicto, teſtatur Scapuc. de Saluian. interd.
lib. 1. quæſt. 14. num. 3. Pacif. eod. tract. inſp. 3.
cap. 2. num. 210. & cap. 4. num. 600. Cenc. de
Cenſ. quaſt. 98. num. 8. & ſeqq. vbi colliguntur*
2 *plures deciſ. Rota impreſſa apud eundem.* Idque, †
etiam contra quemcunque tertium poſſeſſorem
habentem eadem bona hypothecata, dummodo
non ſit anterior, idem *Cenc. vbi ſupra numer. 11.
12. 42. & 43. Lud. deciſ. Peruſ. 45. num. 7. Rot.
ex impreſſ. per Cenc. deciſ. 353. num. 4.*

Nec obſtat, quod Leonardus Grimaldus, qui
in emptione dictorum bonorum cenſum ſibi ac-
collauerat, & à Bradamante Curatrice hæredum
de Thelonis redimerat in ius eorundem ſucceſſe-
rit, & hodie vigore ceſſionis eorum perſonam
3 repreſentet, † propterea que ipſum in pari hy-
potheca, in qua exiſtit eſſe præferendum, vti poſ-
ſeſſorem, *ex l. ſi debitor, ff. de pignorib. Vinc. de
Franch. deciſ. 160. num. 4.* Quia fuit reſponſum,
quod Grimaldus emptor dictorum bonorum,
qui ſoluit de pretio rei emptæ dictis creditori-
bus venditoris cenſus de quo agitur, dicitur ſol-
uiſſe de pecunijs venditoris, non autẽ de proprijs
4 ita ut † ceſſio nulla interuenire potuerit, vbi de-
bitum ſoluitur de pecunijs debitoris, *Bart. & Ca-
ſtren. in l. modeſtinus, vterque num. 4. ff. de ſolut.
Rot. in recent. par. 2. deciſ. 63. num. 4. & deciſ.
426. num. 3. & ex impreſſ. per Cenc. deciſ. 451.
num. 7. & 559. num. 19.* Præterea reſpondeba-
5 tur, quod † in contractu cenſus non datur pro
6 ſorte principali hypotheca. † Nec dominus cen-
ſus poteſt proprie dici creditor ipſius ſortis, ſed
fructuum dumtaxat, vt animaduertunt, *Mart.
voto 51. num 6. Cenc. d. tract. quæſt. 89. num. 1.
& 2. Gaſp. Theſ. forenſ. lib. 3. quæſt. 104. numer.
3. Rota coram Seraph. deciſ. 890. num. 3. & ex
impreſſ. per Cenc. deciſ. 528. num. 5. & ſeqq.*

Vltra quod ſi Grimaldus haberet hypothecam
eſſet tamen poſterior, & non in pari, vt probatur
ex reſeruatione iurium, & hypothecæ facta per
7 Bradamantem per hæc formalia verba, † ſaluo
tamen inſtrumento fundationis cenſus pro aliis
fructibus decurſis, & non ſolutis ab eo exigendis
à quo, ſeu quibus de iure, quæ ſanè verba operan-
tur, vt illæſa cenſeantur omnia iura, cum omni-
bus priuilegiis prælationis, & anterioritatis ob-
ligationis, & hypothecæ, *leg. ſi debitor, §. ſi in
venditione, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſoluat.
l. licet, vbi Bart. Bald. Salic. & alij, C. qui potio-
res, in pign. habeant. gloſ. in l. eleganter, in verbo
pro ſoluto, ff. de pignorat. act. Alexan. conſ. 190.
num. 22. lib. 2. Gozad. conſ. 38. num. 7. Cranett.
conſ. 29. num. 8. conſ. 33. num. 13. & conſ. 127.
num. 7. Marc. de clauſ. par. 1. clauſ. 76. num. final.
Caput. deciſ. 82. num. 3. lib. 3.* Rot. *coram Cocc.
deciſ. 125. num. 5. & ex impreſ. per Cenc. de cen-
ſibus, deciſ. 411. num. 3. deciſ. 416. nu. 3. & ſeq.
& deciſ. 481. num. 5. & ex impreſ. per Statil. de
ſalu. deciſ. 293. num. 1. cum ſeqq.* Eo magis, quia
8 facta fuit reſeruatio † per ablatiuum abſolutum,
quod importat conditionem, quæ antequam
impleatur nihil ponit in eſſe, ita quod actus ha-
beatur pro non facto, *l. ſi vt proponis, C. de cond.
ob cauſam, d. l. ſi debitor, §. 1. ff. quib. mod. pign.
vel hypoth. ſoluat.* Gaſp. *Theſ. foreoſ. lib. 4. quæſt.
21. num. 6.* Giurb. *deciſ. 60. num. 13.* Rot. *in re-
cent. par. 2. deciſ. 1. num. 9. in fin.* Ideò Grimal-
9 dus † non poteſt ſe ſe de dicta retrouenditione,
& ceſſione valere contra dictos hæredes, donec
fructus in ea reſeruati integraliter ſoluti non fue-
rint, & ſic conditio adimpleta, *Rot. ex impreſ. per
Statil. de ſalu. deciſ. 293. ferè per totam.* Quoniã
10 ius ceſſum † tranſit in ceſſionarium cum ſua cau-
ſa, & qualitate, *ad tex. in d. l. licet, cum ibi no-
tatis, C. qui potior. in pignor. habeant, Rot. ex im-
preſ. per Cenc. deciſ. 490. num. 12.*

Nec dici poteſt Bradamantis curatricis pro-
11 teſtationem, † & reſeruationem non eſſe atten-
dendam, ſed vitiari tanquam factam contra ſub-
ſtantiam contractus quietationis, & ceſſionis iu-
rium, ad tradita per *Fælin. in cap. cum in. Ferra-*
12 *rienſis, num. 72. de conſtit.* per quam † ceſſionem
iurium, & retrouenditionem cenſus ex diſpoſitio-
ne iuris communis omnis hypotheca extinguitur,
idem Fælin. vbi ſupra num. 79. Quia reſpondeba-
13 tur, † quod nulla contrarietas oritur ex dicta re-
ſeruatione prioris hypothecæ pro conſecutione
fructuum decurſorum ante redemptionem dicti
cenſus, quam Grimaldus recipit cum iſta condi-
tione, & reſeruatione, ita ut non dicatur receſſum
ab antiqua hypotheca, niſi quatenus ſequatur ſa-
tisfactio, *Alex. conſ. 130. ſub nu. 13. lib. 4. Rot.
ex impreſ. per Cenc. d. deciſ. 416. nu. 3.* Eſt enim
14 regula iuris, † quod proteſtatio ſi fiat in ipſo cõ-
tractu ad limitandam illius obligationem, & illi
ambæ partes conſentiant, præſeruat ius proteſtã-
tis, vt apud ſcribentes eſt notiſſimum, *Bar. in l.
non ſolum, §. morte, num. 24. ff. de nou. oper. nunc.
vbi etiam Alex. num. 13. Abb. in d. capit. cum in.
Ferrarienſis, num. 19. de conſtit. Alex. conſ. 27. nu.
4. & conſ. 130. num. 13. lib. 4. Cenc. dict. tract.*
15 *quæſt. 61. num. 1.* Tunc enim † proteſtatio dici-
tur contraria facto, quãdo totum factum deſtrui-
tur, veluti ſi conteſtor litem animo non contre-
16 ſtandi. Secus verò in reſeruatione, † & proteſta-
tione de qua agitur, per quam non deſtruitur fa-
ctum, ſed limitatur, donec fructus cenſus pro
præteritis annis ſint ſoluti, vt notat *Rot. ex im-
preſſ. per Statil. de ſalu. deciſ. 207. num. 5. & 7.
& ex impreſ. per Cenc. in allegat. deciſ. 416. nu.
4. & deciſ. 481. nu. 5.* Ex quibus ſequitur, quod
ſicut

Digitized by Google

ſicut ante dictam extinctionem cenſus poterant
hæredes de Thelonis agete ſaluiano contra Gri-
maldum tettium poſſeſſorem, ita eoſdem poſſe
de præſenti non obſtante retrouenditione, & ceſ-
17 ſione prædicta, † quæ retorqueri non debet con-
tra cedentem, *l. ſi peculium, §. ſicut, ff. de pecul.*
Dec. conſ. 104. num. 2. Vincent. de Franch. d. de-
18 *ciſ. 260. num. 8.* Et licet aliquando ceſſio † ope-
rare poſſit contra ipſum cedentem, hoc intelli-
gitur ex alia cauſa poſteriori, non autem ex ea-
dem, ex qua fuit facta ceſſio, & ita intelligen-
dus Decius in prælegato conſ. 104.

ARGVMENTVM.

Exceptio legitimationis perſonarum
neceſſaria in quocunque iudicio,
ſi eſt omiſſa reddit ſenten-
tiam nullam.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio perſonarum parte opponente eſt neceſ-ſaria in quocunque iudicio, & num. 2.*
3 *Quamuis ſummario, & executiuo, ac priuilegiato.*
4 *Plenè, & concludenter probanda.*
5 *Et omiſſa reddit ſententiam nullam.*
6 *Nulla eſt maior nullitas, quam quæ prouenit ex de-fectu legitimationis perſonæ.*
7 *Identitas cenſus petiti eſt probanda.*
8 *Probatio debet per neceſſe concludere.*
9 *Pluralitas præſumitur contra illum, qui probare debet.*
10 *Diuerſitas ſummarum diuerſarum obligationum præſumptionem inducit.*

DECISIO CCLXXXVI.

DOmini Auditores (omiſſo puncto de-
ſertionis de quo quærebatur ſecun-
dum inſtitutum huius Tribunalis,
quando conſtat de bono iure, vt hic)
fuerunt in voto pro reformatione
ſententiæ, nempè quod ſit confir-
manda in illa parte, in qua fratres de Valomeis
Aſculani fuerunt condemnati ad ſoluendum Ga-
ſpari eorum fratri florenos 46. de quibus legiti-
mè conſtat in inſtrumentis laudi, & quietationis,
1 vt in actis. In reliquis verò † reuocanda, quia
quoad ſummam florenorum 83. & 34. in qua ipſi
fratres de Valomeis fuerunt condemnati illa red-
ditur omninò nulla, & inualida ex defectu legiti-
mationis perſonæ Michelangeli Guertæ, quæ cum
fuerit in iudicio oppoſita, vt oppottebat iuxta
notata per *Beltram. ad Greg. deciſ. 264. num. 6.*
2 Sitque neceſſaria † in quocunque iudicio, *Maran.*
in ſuo ſpecul. par. 4. diſtinct. 9. nu. 38. Saluſt. Tib.
in prax. A. C. lib. 2. cap. 3. num. 5. Menoch. qui
teſtatur de communi, de adipiſc. remed. 4. num. 441.
3 Quamuis † ſummario, executiuo, & priuilegiato,
Dec. in l. final. num. 47. C. de edicto Diu. Ad. Tol-
lend. cum pluribus per Menoch. de recup. rem. 15.
quæſt. 24. num. 27. & 28. Vant. tract. de nullit.
ex defectu habilitatis, num. 3. Beltram, ad Greg.
deciſ. 264. num. 5. Rot. in recent, par. 1. deciſ. 18.
num. 3. & par. 2. deciſ. 28. num. 4. & coram Bu-
4 *ratt. deciſ. 434. numer. 6.* Erat plenè, † & con-
cludenter probanda, *Menoch. d. tract. de adip. re-*
med. 4. numer. 443. Rot. coram Greg. deciſ. 233.
num. 3. Belt. ad eundem Greg. d. deciſ. 264. num.
7. & in recent. par. 1. deciſ. 142. num. 2. & part.
5 *6. deciſ. 141. num. 16.* Et omiſſa † reddidit, vt
diximus ſententiam nullam, *gloſ. penult. & ibi*
Doct. in l. 2. C. de edicto Diu. Adr. Tollen. cum
pluribus relatis per Caball. conſ. deciſiuo 42. num.
4. & 5. par. 1. Belt. ad Greg. d. deciſ. 264. num.
5. Rot. coram Buratt. deciſ. 337. num. 20. Siqui-
6 dem nulla † maior eſt nullitas, quam quæ proue-
nit ex defectu legitimationis perſonæ, *l. licet, C.*
de probat. Crauett. conſ. 245. num. 1.

Prout etiam quoad ſummam florenorum 150.
in qua dicti fratres condemnati fuerunt ad liberã-
dum eundem Gaſparem ab obligatione inſtru-
menti cenſus eiuſdem ſummæ, ſententia redditur
omninò iniuſta, & inualida, cum in toto proceſſu
non conſtet de tali obligatione ad fauorem Ga-
ſparis.

Nec obſtare poſſe dicebatur, quod dicta ſum-
ma contineatur in maiori florenorum 300. ad
quam dicti fratres virtute prænominati laudi te-
nẽtur. Nam cum id expreſſum non fuerit in por-
recta petitione coram Iudice à quo, nec proba-
tum in toto proceſſu, Iudex circa hoc diuinare
non debet, & conſequenter dicendum venit, quod
7 identitas † cenſus petiti nullo modo probata ſit,
prout probanda erat à Gaſparo, qui ſe fundat in
illa, *Mareſcott. var. lib. 1. cap. 12. numer. 1. Rot.*
ex impreſſ. per Cenc. de Cenſ. deciſ. 5. numer. 7.
8 Siquidem in materia † probationum, quæ debet
per neceſſe concludere, *cap. in præſentia, de pro-*
9 *bat. Mantic. deciſ. 239. num. 2.* ploralitas † præ-
ſumitur contra illum, qui probare tenetur, *Ma-*
reſcott. vbi ſupra num. 2. Gratian. diſcept. 554.
num. 57. Rot. diuerſ. par. 1. deciſ. 441. numer. 6.
& coram Greg. deciſ. 195. num. 5. maximè, quia
10 quantitas † florenorum 150. petita tanquam di-
uerſa ab illa florenorum 300. quæ continetur in
inſtrumento laudi, inducit præſumptionem di-
uerſarum ſummarum, & diuerſarum obligatio-
num, iuxta notata *in l. triticum, ff. de verb. obl.*
& in l. quingenta, ff. de probat. Alex. conſ. 4. lib.
1. Crau. conſ. 282. n. 1. Maſc. de prob. concl. 1255.
Menoch. de Arb. caſ. 213. num. 1. & 213. Rot. co-
ram Buratt. deciſ. 298. num. 4.

ARGVMENTVM.

In contractibus, qui ſolo conſenſu perficiuntur, quando ſit neceſſaria ſcriptura.

SVMMARIVM.

1 *Index inferior puta Locumtenens Gubernatoris, non poteſt aperire terminum pro ſeruato habitam à Gubernatore.*
2 *Nec poteſt ſibi cauſam auocare auctoritate propria.*
3 *Obligatus ad aliquid dandum cogitur creditorem cautum reddere per inſtrumentum.*
4 *Pœnitentiæ locus eſt in conuentione imperfecta.*
5 *In dubio contractus in ſcriptis non præſumitur.*
6 *Contractum in ſcriptis dicitur eſſe celebratum, quando inter partes actum eſt aliter non valere niſi ſcriptura fiat.*
7 *Et interea locus eſt pœnitentiæ.*
8 *Scriptura in contractibus, qui ſolo conſenſu perficiuntur deſeruit ſolam ad faciendam probationem, & reddendum contrahentes magis cautos.*
9 *Nec eſt locus pœnitentiæ.*
10 *Agere quis non poteſt ex contractu, niſi prius ex parte ſua adimpleat.*
11 *In contractu nominato exceptio non adimplementi operatur tantum parte opponente.*
12 *Contractus ob defectum implementi alterius partis non reſcinditur, niſi adſit pactum reſolutiuum.*
13 *Nec altero inuito diſſoluitur.*
14 *In contractu innominato locus eſt pœnitentiæ.*
15 *Sed contra de iure Canonico.*
16 *Pœnitentiæ non eſt locus in tranſactione perfecta.*

DECISIO CCLXXXVII

FVimus in voto ſententiam de qua agitur eſſe reuocandam, tam ex capite nullitatis, quàm iniuſtitiæ: Nullitas enim deducitur ex quo
1 cauſa cœpta, & proſequuta † coram Domino Gubernatore Sancti Seuerini, vſque ad ſententiam excluſiuè, non poterat per ipſius Locumtenentem terminari apperiendo terminum pro ſeruato habitum à dicto Gubernatore, abſque ipſius commiſſione, & partis citatione, *Rot. in recent. par. 2. deciſ 474.*
2 *num. 2. & ſeq.* Etenim Locumtenens, † nec tacitè, nec expreſsè poterat ſibi cauſam huiuſmodi auocare auctoritate propria, quod eſt ſolius iudicis ſuperioris contra inferiorem, vt late per *Lancell. de attent. par. 2. cap. 10. per totum.*

Iniuſtitia verò eſt patens duplici capite, & Primò dum ipſe Locumtenens abſoluit Ioannem Baptiſtam Iacobi de Sancto Seuerino reum conuentum, quem condemnare debebat ad fauorem Seuerini Seruantij actoris, ad conficiendum inſtrumentum petitum. Nam cum ex actis primæ inſtantiæ legitimè conſtet de conuentione, ſeù concordia inita inter ipſas partes, ſicut optimè deponunt teſtes deſuper examinati, vt inferius apparebit, vtique Ioannes Baptiſta abſolui
3 non poterat à petitis, † cum ad conficiendum inſtrumentum de iure teneretur, vt Seuerinum cautum redderet, *l. plures apochis, C. de fid. inſtrum. l. non datam, vbi Bal. C. de liber. cauſa Surd. conſ. 144. num. 4. & conſ. 208. num. 7. & 10 Falc. à ſole tract. de ſociet. off. cap. 29. num. 88. Maſcard. de probat. concl. 480. num. 2. Grat. nat. Theorem. 9. Mag. deciſ. Lucen. 95. num. 15.*

Non obſtat, quod dicebatur conuentionem non habuiſſe effectum, cum fuerit actum de con-
4 ficiendo ſcripturam, qua ratione † ſicut videbatur conuentio imperfecta, ita locum fuiſſe pœnitentiæ dicebatur, ad tradita per *Doctores in lege contractus, C. de fid. Inſtrum.* Quia reſponſum
5 fuit, quod in dubio non † præſumitur contractus in ſcriptis, *Bal. in l. cum res, num. 2. C. de probat. Mantic. de tacit. lib. 1. tit. 10. numer. 6.*
6 Sed tunc † demum intelligitur in ſcriptis celebrari, quando inter partes dictum eſt contractum aliter non valere niſi ſcriptura fiat, vt probat *Bart. in d. l. contractus, num. 1. & in auth. ſed nouo iure, in fin. ſi cert. pet. Mantic. d. tit. num. 7. verſ. ſed diuerſam ſententiam,* Rot. *in recentior. par. 2. deciſ. 520. num. 4. Theſ. deciſ. 197. num. 7.* Vbi diuerſas opiniones in hoc articulo in vnum conciliate, poſſe dici diſtinguendo, quod aut de ſubſtantia contractus eſt, vt fiat ſcriptura, vel inter partes conuenitur, quod aliter non valeat conuentio, & tunc neceſſarium eſt in-
7 ſtrumentum, & † interim erit locus pœnitentiæ, *Pul. deciſ. 43. lib. 3. Rot. in recent. par. 5. deciſ. 113. num. 8.* Aut verò dictum eſt, quod de con-
8 uentione rogetur inſtrumentum, † & non eſt de ſubſtantia contractus, vt redigatur in ſcriptis, ſed ſolo conſenſu perficitur, & tunc quia tale inſtrumentum ad ſolam probationem requiritur, ſcriptura non perficit contractum, vt habetur in *l. conſenſu, ff. de act. & obligat. l. cum te tranſegiſſe, vbi Iaſ. num. 3. C. de tranſact. Rot. in recen. par. 5. d. deciſ. 113. num. 13.* Prout eſt in caſu noſtro, vbi ante ſcripturam fuit perfecta conuentio dum Nutius teſtis ad quartum interrog. fol. 10. deponit, *che Seuerino gli domandò ſe haueua carta, perche ne volcua far ſcrittura, & Gio: Battiſta riſpoſe, non occorre altro per adeſſo, perche ci ſarà tempo, e già ſiamo d'accordo, e ſempre ſarà tempo di fare la ſcrittura,* Et Epaminunda alter teſtis ad ſeptimum interrogatorium idem in ſubſtantia dicit, ex quo apparet, quod ipſi contrahentes voluerunt conuentionem ſtatim ſortiri ſuum effectum abſque ſcriptura; Et
9 ideo ex hoc capite † non erat locus pœnitentiæ, etiam, quod fuerit actum de ſcriptura, quæ ſolum deſeruiebat ad probandam conuentionem,
&

& reddendum dictos contrahentes magis cautos, vt docet *gloſ. in §. 1. in verb. ſcriptura, de empt. & vendit. Mantic. d. tit. 10. numer. 12. & ſeq. Rot. in recent. par. 5. d. deciſ. 183. num. 13.*

10 Nec eſt, quod hic dicatur Seuerinum non adimpleuiſſe ex parte ſua, & propterea non potuiſſe agere ad confectionem inſtrumenti præfati, vt in illa Romana Caſalis coram Orano, cuius copia data fuit, in qua deciſum extat, quod Dominus Gataldus ad confectionem inſtrumenti venditionis Caſalis, cogi non poterat, niſi Catalanus actos prius docuiſset ſe pro parte ſua conuentionem adimpleuiſse, *iuxta tex. in l. Iulianus, §. offerri, de act. emp.* Quia præterquam, quod apparet de implemento Seuerini per conſignationem ſcripturarum factam in actis; Reſpondetur, quod

11 in contractu † nominato, vbi verſamur, talis exceptio non adimplementi operatur tantum parte opponente, *Mareſcott. variar. lib. 1. cap. 88. num. 1. Gratian. diſcept. 325. num. 13. Rot. diuerſ. par. 1. deciſ. 476. numer. 11. & ex impreſſ. per Scatill. de ſalu deciſ. 168. num. 4.* Ideò non obſtat iſta exceptio non implementi, quia quando Seuerinus egit ad confectionem inſtrumenti, nunquam a parte fuit oppoſitum de tali exceptione, ſed ſemper fuit negatus contractus.

Præterea eſt patens iniuſtitia, dum ipſe Iudex præfatum Ioannem Baptiſtam abſoluit, quem ſimiliter ad ſoluendum primum terminum conuentum pro adimplemento contractus condemnare debebat, non autem contractus reſcindere,

12 Quoniam vbi in contractu † non adeſt pactum reſolutiuum, vt hic, tunc ob defectum implementi alterius partis contractus non reſcinditur ſecundum communem, de qua per *Mareſcott. var. lib. 1. cap. 90. num. 30. Gabr. conſ. 49. num.*

13 *1. lib. 2. Afflict. deciſ. 280.* Nec † altero inuito diſſoluitur, *l. in commodato, §. ſicut, ff. commod. l. ab emptione, ff. de pact. l. ſicut, C. de act. & obligat. Giurb. deciſ. 79. num. 19.* Sed agere debet is cui impletum non fuit ad adimplementum, *Bart. in l. 2. num. 7. C. de cond. ob cauſ. & in l. in ciuile, C. de rei vend. Rot. coram Coce. deciſ. 329. num. 4.*

Nec obſtat, quod dicebatur contractum de

14 quo quæritur eſſe innominatum, † & conſequenter locum fuiſſe pœnitentiæ: Quia pro reſponſione animaduertendum eſt, quod aut conuentio huiuſmodi reſpicit originem ſocietatis aliàs contractæ, & ſic dicitur diſtractus ſocietatis, quod eſt contractus nominatus, aut non reſpicit talem originem, & adhuc dicimus eſſe ſtipulationem, & ſic contractum pariter nominatum, cum omnia requiſita ſtipulationis interuenerint, ſecundum quod probant teſtes, ſcilicet verba inter contrahentes, interrogatio, & reſponſio conformis inter præſentes de aliquo dando, & faciendo, vt declarant Doctores, & præſertim *Iaſ. in l. 5. §. ſtipulatio, ff. de verb.*

15 *obligat.* Et hic non eſt locus pœnitentiæ; † Vltra quod etiam in contractu innominato non eſſe locum pœnitentiæ inſpecto iure Canonico, latè probat *Mantic.* qui teſtatur de veriori opinione, & frequentiori calculo recepta, *tract. de tacit. lib. 1. tit. 8. num. 17.* Eo maximè quando talis

16 conuentio † poteſt ſapere tranſactionem prout hic, qua inita, & perfecta abſque dubio non eſt locus pœnitentiæ, vt per eundem *Mantic. d. tit. 8. num. 38.*

ARGVMENTVM.

Manutentio eſt danda poſſeſſori anteriori, in concurſu cum poſteriori, qui poſſeſſionem adeptus eſt nulliter.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio eſt danda poſſeſſori anteriori.*

2 *Poſſeſſionem probat clauſula conſtituti inter contrahentes.*

3 *Poſſeſſio de qua conſtat ante litem motam, præſumitur continuata.*

4 *Poſſeſſio poſterior non eſt manutenibilis in concurſu antiquioris.*

5 *Poſſeſſio nulliter capta non eſt manutenibilis.*

6 *Poſſeſſio capta propria auctoritate, & non ſeruatis ſeruandis eſt nulla.*

7 *Et contra talem ingredientem datur remedium retinendæ.*

8 *Et quatenus ſe habere pro ſpoliato reintegratio.*

9 *Pro ſpoliato ſe habere pendet ab animo.*

10 *Quæ pendent ab animo explicari non poſſunt per procuratorem non habentem ſpeciale mandatum.*

11 *Petens ſe confirmari in poſſeſſione, & quatenus opus ſit immitti, non habetur pro ſpoliato.*

12 *Et illi ſalua eſt manutentio.*

13 *Decretum immiſſionis cum clauſula ſine præiudicio iurium partium præſeruat poſſeſſionem alterius plenam.*

DECISIO CCLXXXVIII.

1 REſolutum fuit dandum eſſe mandatum de † manutenendo Dianæ Bighæ, de cuius poſſeſſione anteriori conſtat, *cap. licet cauſam, § vlt. vbi Abb. num. 36. de probat. Bart. in l. ſi duo, numer. 4. ff. vti poſſid. Alex. conſ. 88. num. 4. lib. 5. Menoch. de retinendæ remed. 3. num. 723. Rot. coram Greg. deciſ. 549. num. 1. & in recent. par. 1. deciſ. 322. num. 2. &*

2 *par. 2. deciſ. 35. num. 3.* Poſſeſſio † autem ſua probatur ex inſtrumento deliberationis bonorum inter Eliſabetham aſſertam creditricem ipſius Dianæ, & Fabritium Taroleonum oblatorem,

rem, celebratum cum clauſula conſtituti, per
quam Fabritius fatetur poſſediſſe Eliſabetham
creditricem, quæ non ſibi, ſed debitrici prædi-
ctæ poſſidebat, *Bart. in l. celſus, num. 15. ff. de*
vſucap. Surd. conſ. 481. n. 14. Rot. diuerſ. par. 1.
deciſ. 766. n. 11. & coram Greg. deciſ. 362. nu. 12
& coram Buratt. deciſ. 441. nu. 2. & ſeq. vbi latè
Adden. Attenta maxime intimatione ad reluen-
dum dicta bona facta per Fabritium Dianæ, vt
in proceſſu fol. 15.

Non obſtat, quod poſſeſſio non probetur in
3 ſpecie de tempore litis motæ: Nam cum † de il-
la conſtet ante litem motam, præſumitur conti-
nuata, niſi contrarium probetur, quaſi olim poſ-
ſidens præſumitur etiam hodie poſſidere in hoc
interdicto, *Abb. in cap. cum ad ſedem, num. 15.*
de reſtit. ſpoliat. Grat. diſcept. 431. n. 2. Afſl. dec.
394. nu. 2. Put. deciſ. 19. lib. 2. Buratt. deciſ. 80. n.
2. 449. n. 4. 475. n. 2. 648. nu. 5. & 823. nu. 3.

Nec pariter obſtat poſſeſſio Fabritij; Quia
4 vltra, quod † eſt recentior, & non manutenibilis
in concurſu illius Dianæ antiquioris, *Grat. diſc.*
910. num. 12. Rot. apud Greg. deciſ. 549. num. 4.
& apud Buratt. deciſ. 249. num. 13. 519. num. 4.
5 *& 740. num. 2.* Eſt etiam † nulla, & nulliter ca-
pta, & ſic non manutenibilis, *Bart. in l. 1. §. hu-*
iuſmodi, n. 3. ff. vti poſſid. Paul. de Caſt. conſ. 10.
n. 9. lib. 1. Rot. apud Greg. d. deciſ. nu. 5. & apud
Burat. deciſ. 235. num. 4. & 6. Quod autem ſit
6 nulla † probatur, quia fuit capta propria aucto-
ritate, & non facta menſuratione, nec ſeruatis ſo-
lemnitatibus ſubhaſtationũ ex forma ſtatuti An-
conitani, & iuris communis; vnde non dabatur
7 aliquis licitus ingreſſus in poſſeſſionem, † itaut
contra Fabritium ingredientem competat nedum
remedium retinendæ, *ad tex. in l. 1. ff. vti poſſid.*
Grat. diſcept. 913. nu. 31. Rot. coram Greg. deciſ.
458. num. 9. deciſ. 549. n. 5. & deciſ. 555. n. 6.
8 Sed etiam remedium redintegrandæ, † quatenus
Diana ſe habuiſſet pro ſpoliata, ad latè tradita
per *Grat. diſcept. 328. num. 1. & ſeqq. & per Rot.*
coram Buratt. deciſ. 614. num. 11.

Nec demum obſtat, quod dicebatur Dianam
ſe habuiſſe pro ſpoliata, ex verbis primæ peti-
tionis (b.) dimiſſis poſſeſſionibus. Quia reſpon-
detur, quod petitio, & alij actus, qui allegan-
tur, quatenus poſſeſſionem concluderent ad fa-
uorem Fabritij, non nocerent Dianæ, cum ſint
facti à Serando, aſſerto Procuratore, non haben-
te ad id ſpeciale mandatum, vt requiritur; Nam
9 cum † habere ſe pro ſpoliato pendeat ab animo
ipſius Dianæ, *l. 3. §. in amittenda, ff. de acq. poſ-*
10 *ſeſſ.* Et quæ † pendent ab animo non poſſint ex-
plicari per procuratorem non habentem ſpeciale
mandatum, ſequitur quòd non nocent actus præ-
dicti, *Alex. conſ. 78. num. 14. lib. 5. Pariſ. conſ.*
31. num. 112. lib. 1. Natt. conſ. 230. n. 8. Caput.
deciſ. 168. par. 1. Rot. in recent. par. 2. deciſ. 68.
num. 1. & par. 5. deciſ. 188. n. 10. & deciſ. 312.
num. 12. & par. 7. deciſ. 218. n. 17. coram Greg.
deciſ. 268. num. 5. & ſeqq. vbi etiam Belt. n. 13.
& idem Greg. deciſ. 546. num. 13. Sed tantum
abeſt, quod dicta Diana habuerit ſe pro ſpoliata,
vt potius ex proceſſu fol. 17. à tergo conſtet de
11 contrario † dum petijt ſe confirmari in poſſeſ-
ſione dictorum bonorum, & quatenus opus ſit de
nouo immitti, iuxta Theoricam, de qua per
Mareſcott. var. lib. 2. cap. 64. numer. 4. & ſeqq.
12 Vnde † certum eſt, ſaluam remanſiſſe Dianæ ma-
nutentionem, *Rot. coram Coccin. deciſ. 494.* Eo
maximè, quia Iudex à quo pronunciauit ſuper
immiſſione cum clauſula, ſine preiudicio iurium
ambarum partium, quo caſu ius manutentionis
Dianæ ſaluum remanxit, *vt per Rot. in rec. par.*
1. deciſ. 513. num. 6. cum alijs cumulatis in noſtra
deciſ. 35. num. 19. & ſeqq.

ARGVMENTVM.

In tranſactione non habet locum regu-
la, quod non obſeruanti non ob-
ſeruetur, ſed agitur ad inte-
reſſe remedio ordinario.

SVMMARIVM.

1 *Lites per tranſactionem finitæ inſtaurari non de-*
bent.
2 *Iuramentum in tranſactione operatur, vt quis*
contrauenire non debeat ſub quouis prætextu, ni-
ſi obtenta abſolutione.
3 *Contractum non obſeruanti, non eſt obſeruan-*
dum.
4 *In tranſactione non datur regreſſus ad primæuam*
actionem, ſed agitur ad intereſſe remedio ordi-
nario.
5 *Quilibet certus eſſe debet de facto ſuo proprio.*
6 *Procurator præſumitur agere nomine cõſtituentis.*

DECISIO CCLXXXIX.

CYprianus Sardus Aſculanus non
potuit ad primæua iure redire in-
ſtando pro deſertione cauſæ iam
ſopitæ per tranſactionem, quam
1 nullo † modo impugnare poterat
ex priuilegio ſpeciali huic contra-
ctui attributo, ne lites finitæ inſtaurentur, iuxta
diſpoſitionem *tex. in l. ſi maior annis, & in l. ſi pro*
fundo, C. de tranſ. Iaſ. in l. poſtquam lites, ſub n. 4.
C. de pact. in l. fratris tui, n. 5. & in l. ſi pro fundo,
n. 7. C. de tranſ. Natt. conſ. 133. n. 3. Ioſeph Lud.
deciſ. Peruſ. 101. num. 11. & ſeqq. Rot. in recent.
2 *par. 7. deciſ. 218. num. 2.* Maximè † accedente
iuramento, quod operatur, vt quis tranſactioni
contrauenire non valeat ſub quouis prætextu, ni-
ſi obtenta prius abſolutione, *Mareſcott. variar.*

lib. 2. cap. 84. num. 2; Grat. *noſter deciſ. 165. num. 1. & in eius addit. num. 3.*

Non obſtat, quod Theodorus frater appellando à quodam decreto relaxationis mandati, videatur ipſe prius contrauenisſe tranſactioni.
3 Quia in hoc caſu locum non habet regulam, † quod non obſeruanti contractũ non eſt obſeruandum, *iuxta l. in ciuile, C. de rei vend. Natt. d. conſ.*
4 *133. num. 4.* Sed tantummodo † agi poteſt ad intereſſe remedio ordinario, & non datur regreſſus ad primeuam actionem, *iuxta tradita per Doctores in d. l. ſi pro fundo, C. de tranſact. Ioſeph. Lud. d. deciſ. 101. num. 16.*

Nec obſtat, quod Procurator Theodori in termino ſibi aſſignato per Iudicem non docuerit de allegata tranſactione, & concordia, & conſequenter, quod videatur ſaltem dediſse cauſam expenſarum. Quia cum terminus huiuſmodi non fuerit petitus, ſatisfuit dicto procuratori
5 allegaſſe tranſactionem; cum Cyprianus † certus eſſe debuiſſet de facto ſuo proprio, *l. quiſquis, C. de reſcin. vendit. l. cum falſum, ff. de acq. vel omitt. hæredit. l. quamquam, ff. ad Velleian. & l. plurimum, ff. de iuris, & fact. ignor.* Nec datur excuſatio ex eo, quod Cyprianus met non contrauenerit, ſed eius procurator, qui inſtetit in Rota pro declaratione deſertionis dictæ cauſæ
6 Quia procurator † in hoc caſu præſumitur egiſſe nomine conſtituentis, ex notatis per *Men. præſumpt. 49. num. 1. cum ſeqq. lib. 3.* Et ita reſolutum de voto omnium Auditorum.

ARGVMENTVM.

Procurator ad exigendum, & quietandum non poteſt confiteri habuiſſe, nec poteſt donare quamuis conſtitutus ſub quacunque facultate, etiam cum libera.

SVMMARIVM.

1 *Creditor vt agere poſſit contra debitorem debitoris tria ſeruare debet, nempè, quod principalis debitor ſit condemnatus, quod ſit facta ſuorum bonorum executio, & quod talis debitor debitoris debitum confiteatur.*

2 *Limita primo regulam non procedere de æquitate, dummodò clarè conſtet de primi debiti veritate.*

3 *Limita ſecundo in obligatione Camerali in qua creditor poteſt agere exequtiue contra debitorem ſui debitoris eodem modo obligati.*

4 *Procurator ad exigendum, & quietandum non poteſt confiteri habuiſſe, vel acceptum ferre.*

5 *Nec hoc caſu fuerunt ſublatæ principali actiones contra debitorem.*

6 *Procuratori non intelligitur data poteſtas quietandi, niſi facta ſolutione.*

7 *Procurator habens mandatum etiam cum libera, donare non poteſt.*

8 *Solutionis præſumptio oritur ex circumſtantijs ſecundum Soccin. conſ. 122. num. 7. lib. 3.*

9 *Intellige, & declara.*

10 *Vbi diuerſum eſt factum, diuerſa quoque debet eſſe iuris diſpoſitio.*

11 *Dominus tenetur ex confeſſione procuratoris ſi iurauit in mandato ſe ratum habiturum.*

12 *Sed contra.*

13 *Iuramentum procuratoris non extenditur niſi quo uſque in mandato ſibi conceſſum eſt.*

14 *Sententia lata pro maiori ſumma eſt in totum nulla, & inualida.*

15 *In maiori ſumma ineſt minor.*

16 *Sed regula non procedit in ſententia, quæ in eodem capite eſt indiuidua.*

DECISIO CCXC.

1 QVamuis ad effectum, vt creditor poſſit agere contra debitorem debitoris tria copulatiuè requirantur, nempè quod principalis debitor ſit condemnatus, quod ſit facta ſuorum bonorum executio, & quod talis debitor debitoris proprium debitum confiteatur, *l. 2. 3. & 4. C. quand. fiſc. vel priu. perſon. l. à Diuo Pio, §. ſed vtrum, ff. de rei vend. Rom. conſ. 224. n. 7. & conſ. 416. n. 1. Surd. conſ. 4. Rot. in rec. par. 2. deciſ. 760. nu. 2.* Nihilominus,
2 quia † vt inquit *Rom. d. conſ. 416.* non eſt de huiuſmodi obiectu exceptionis valde curandum per Iudices, apud quos debent controuerſiæ inſpecta æquitate terminari, vt de hoc Tribunali Rotæ dicendum venit, dummodò clarè conſtet de primi debiti veritate, *vt notat Bal. in l. ſi fideiuſſor, §. quidem, & in l. quinctus, ff. mand. & in*
3 *l. ſi pro eo, C. eod.* maximè in hoc caſu † attenta obligatione Camerali, quæ operatur, quod creditor poſſit agere exequutiuè contra debitorem ſui debitoris eodem modo obligati, vt per *Zacch. ad Galleſ. de oblig. Cam. quæſt. 5. num. 30. & per* Rot. *apud eundem deciſ. 7. num. 1.* Idcò his prætermiſſis, ac etiam prætermiſſo articulo; An Ioſephus Angelucius vti debitor debitoris, teneatur liberare Ioannem Baptiſtam Reſtorium à fideiuſſione per ipſum præſtita pro Acchille Ruffo in inſtrumento annui cenſus ſcutorum ducentorum, ad fauorem Franciſci de Euſtachijs, prout in proceſſu, & in ſecunda parte ſententiæ, de quo hodie non quæritur, ex quo ipſe Angelucius eſt effectus dominus illius cenſus, vt in facto ſupponitur. Cum tota huius cauſæ difficultas reducatur ad ſummam ſcutorum ſeptuaginta vnius, & ba. 84. prætenſorum per dictum Reſtorium, vt in proceſſu, & in prima parte ſententiæ de qua agitur occaſione dicti

cen-

cenſus, fuimus in voto conſtare de iniuſtitia illius
ſententiæ, quæ eſt patens, dũ voluit Illuſtriſs. Gu-
bernator, quod inſtrumentum cenſus alias ven-
diti per dictum Ioſephum Angelucium, Achilli
Ruffo debitori Ioannis Baptiſtæ Reſtori ſit exe-
quendum contra Angelucium pro dicta ſumma,
quæ dicitur eſſe pro reſiduo maioris per Reſto-
rium iam olim ſolutæ, vt prætenditur filijs, & hæ-
redibus dicti quondam Franciſci de Euſtachija:
Mouebamur autem quoniam Inſtrumentum
ſolutionis celebratum ſub die 4. Maij 1614. vt
in proceſſu fol. 11. apparet eſſe confeſſiona-
tum, & factum à Citadano procuratore non
habente mandatum de iure validum. Nam cum
4 fuerit Citadanus † procurator tantummodò
ad exigendum, & de actis quietandum, vt in
proceſſu fol. 5. vtique non potuit confiteri ha-
buiſſe à Reſtorio, nec acceptum ferre, *l. debito-
rem meum, & l. cui rectè, ff. de nouat. l. quod ſti-
pulatus, ff. de ſolut. l. 1. §. vltimo, C. de dote
cauta, non numerat. Grat. diſcept. 873. numer. 5.
Surd. deciſ. 229. nu. 27. Rot. in recent. par. 5. de-
ciſ. 374. nu. 2.* Neque fuerunt ſublatæ dicto prin-
5 cipali actiones † contra Angelucium debitorem,
*l. non abſoluit, vbi ſcribentes, C. de nouat. Bart. in
l. 2. §. in mutui autem, n. 6. ff. ſi cert. pet. Capyc.
deciſ. 16. num. 7. Surd. d. deciſ. 229. n. 28. Strac.
de mercat. titulo mandati, num. 4. Graunt. Theo-
remat. 7. num. 1. Seraph. deciſ. 987. n. 5.* Nec in-
6 telligitur data procuratori poteſtas † quietandi
niſi facta reali ſolutione, *Borr. deciſ. 281.* Et ali-
7 ter † faciendo videtur donare, quod ſibi non
licet, etiamſi haberet mandatum cum libera, *l.
fin. C. de non numer. pecun. l. ſi ex cautione, eod.
tit. Strac. de aſſecurat. tit. de adiecto, par. 3. num.
125. Papienſ. de forma libell. in hypoth. in verb.
mutuo, n. 23. Grat. conſ. 12. n. 27. lib. 1.* Rom. *conſ.
352. Natt. conſ. 25. n. 4. lib. 1. & conſ. 341. n. 2.
lib. 2.* Rot. *coram. Cocc. dec. 307. num. 2. & coram
Greg XV. deciſ. 311. nu. 4. vbi latè* Belt. *nu. 18.*
Non obſtat limitatio ad dictam regulam ad-
8 ducta per ſcribentem pro Reſtorio, nempè †
quod ex circumſtantijs oritur præſumptio veræ
ſolutionis, & propterea quod dici non poſſit in-
ſtrumentum ſimulatum, vt *per Soc. conſ. 122. n.
9 7. lib. 3.* Quia reſpondetur Soccini † doctrinam
caſui noſtro applicari minimè poſſe, cum loqua-
tur de confeſſione, & aſſertione mariti iurata de
quibuſdam bonis alienatis, vbi enumerantur res
alienatæ, cui fuerint alienatæ, & per plura inſtru-
menta continentia alienationem, ideò non eſſe ve-
riſimile, quod in omnibus inſtrumentis fuerit ſi-
mulatum cum tot expreſſionibus, & confeſſioni-
bus geminatis. Quæ quidem requiſita non con-
10 currunt in hoc caſu valde diuerſo, itaut † diuer-
ſa quoque debeat eſſe iuris diſpoſitio, *ad tex. in l.
in cliuo, §. plagij, ff. ad l. aquil. Turret. conſ. 31.
num. 12. Becc. conſ. 62. num. 11. Mar. Ant. Va-
riar. lib. 1. reſolut. 4. numer. 9. verſ. caterum,
Ioſeph Lud. deciſ. Peruſ. 24. numer. 1.*

11 Neque obſtat, quod ſecundo loco dicebatur
Dominum teneri ex confeſſione procuratoria,
quando in mandato ipſe Dominus iurauit ſe ratũ
habiturum, vt hic *Graunt. Theorem. 7. numer. 10.*
Quia licet *Gran.* refert hanc limitationem ex mẽ-
te *Suarz*, qui motus fuit per *Caſtren. in conſ. 409.
lib. 1.* Ipſe tamen reprobat limitationem huiuſ-
modi, dicens quod ex dicto conſ. deſumi non
poteſt talis limitatio, quoniam in illo caſu fuit
procurator conſtitutus ad recipiẽdum pecuniam
mutuo, tàm pro ſe, quàm pro conſtituente, &
ideò eſt potius ad vtilitatem procuratoris, quam
12 conſtituentis: † In caſu autem noſtro viget diuer-
ſa ratio, & ideò rectè limitatio prædicta repro-
batur, à *Bolognet. & Graunt. loco citato, vbi
verſus finem*, ampliat dictum ſuum, etiam quod
in mandato adeſſent aliæ clauſulæ ampliatiuæ cũ
iuramento, quod reſtringi debet ad naturã actus,
ex tex. in d. l. fin. C. de non num. per. Roman. *conſ.
279.* Quia non extenditur iuramentum, vbi non
eſt contentiua, *Seraph. priuil. iurament. 49. n. 13.*
Demum non obſtat, quod dicebatur de con-
feſſione Citadani procuratoris iurata ex qua de-
ſumitur probatio veræ ſolutionis. Quia reſpon-
13 debatur procuratoris iuramentum non † extẽdi
niſi quouſque in mandato ſibi conceſſum eſt, *Rot.
in recent. par. 2. deciſ. 696. num. 5.* Atque ideò
ex his ſatis conſtare videtur de inualiditate dictæ
14 ſententiæ, tanto magis, † quia etiam Iudex
condemnauit Angelucium in longe maiori ſum-
ma, quam deberetur, & petitum fuerit, quo ca-
ſu ſententia dicitur nulla, & inualida in totum,
vt per *Bart. Caſtrenſ. & alios in l. ſi non ſortem, §.
ſi autem, ff. cond. indeb. Gab. conſ. 56. num. 3. lib.
1. Rot. in recen. par. 1. deciſ. 650. num. 2. & par.
15 5. deciſ. 127. nu. 2.* Nec releuat, † quod in ma-
iori ſumma minor inſit, *l. 1. §. ſtipulatus, de verb.
16 obligat.* Quia † hæc regula non procedit in ſen-
tentia, quæ in eodem capite eſt indiuidua, *Gabr.
d. conſ. 56. num 4. & 19. Gratian. diſcept. 524.
num. 16. & 17. Beltram. ad Greg. deciſ. 552 num.
6. in fin. Ferretill. ad Buratt. deciſ. 29. num. 17.*

A R G V M E N T V M.

Iuriſdictio An prorogari poſſit in ſuperioris præiudicium, & de clauſula ſublata.

S V M M A R I V M.

1 *Priuilegium, vt quis conueniri non poſſit coram tali Iudice ſit gratia vtriuſque.*
2 *Diſpoſitio l. vbi ceptum eſt iudicium, ff. de iudic. aliquando limitatur.*
3 *Clauſula ſublata operatur, vt iuriſdictio in præiudicium ſuperioris prorogari non poſſit.*
4 *Clauſula ſublata tollit iuriſdictionẽ, & os claudit.*

DECISIO CCXCI.

EVt dictum ſuperſeſſoriam moderā-
dam eſse; Nam cum D. Abb. vigo-
re breuis Sanctiſſimi Vrbani VIII.
1 non † poſſit alibi trahi, vel conueni-
ri, quam coram A. C. clarum eſt,
quod in eius, & dicti Tribunalis
præiudicium hic in Rota Maceraten. moleſtari
non poteſt, quia exentio ſit gratia vtriuſque, *vt*
probant *tex. in cap. ex tenore, de foro comp. & in
cap. cæterum de iudic. Oſaſ. decıſ. 78. n. 13. & ſeq.
vſque ad nu. 18.* vbi quod ex prædictis datur vna
2 limitatio, † *ad l. vbi cæptum eſt iudicium, ff. de
iud.* vt non habeat locum, quando ſit præiudicium
iuriſdictioni alterius, *& Oſaſch. ſequitur Gtur. de-
3 ciſ. 96. nu. 23* Quibus accedit † clauſula ſublata
in dicto priuilegio appoſita, quæ non ſolum
operatur, vt iuriſdictio in dicti Tribunalis præ-
iudicium prorogari non poſſit, vt in puncto no-
tant *Capyc. deciſ. 9. num. 15. Franch. decıſ. 417.
4 nu. 2. Giurb. d. decıſ. num. 19.* Sed † etiam quod
Rota Maceraten non prius ſe ingerere in præſen-
ti cauſa poſſit, quam ſibi per ſignaturam Papæ
os aperiatur, vt per *Marcheſ. de commiſſ. par. 2.
tit. de commiſſ. aper. oris, num. 55. Mart. de clauſ.
par. 2. clauſ. 176. num. 43. & 44.* vbi quod ſtan-
te dicta clauſula abdicatiua Rota Romana, quam
nos ſequimur, ſolet ſemper remittere partes ad
Sanctiſſimum.

ARGVMENTVM.

Statutum prohibens mulieribus teſtari ſine certa ſolemnitate, eſt de iure validum, & fauorabile, quia non tollit liberam teſtandi facultatem, ſed quod ipſæ mulieres teſtentur aliquo modo cauto ne fraudentur.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum non debet pendere ab aliena voluntate.*
2 *Limita regulam non habere locum in muliere per ſtatutum teſtari prohibita abſq; ſolemnitatibus.*
3 *Solemnitas teſtandi eſt iuris poſitiui.*
4 *Statutum mutare poteſt formam teſtandi vltra ſolemnitatis iuris ciuilis.*
5 *Teſtamentum mulieris factum ſine ſolemnitatibus à ſtatuto requiſitis, non valet.*
6 *Legatum quantitatis debet capi de manu hæredis poſt aditam hæreditatem.*
7 *Limita quando conſtet de contraria diſpoſitione teſtatoris, & num. 9*
8 *Quod tacitè, & expreſsè procedere poteſt.*
10 *Legatarius cui relictum eſt nomen debitoris poteſt ſi teſtator ita velit exigere legatum à ſemetipſo intentando actionem vtilem datiuam nomine proprio.*
11 *Liti renunciatum cenſetur, quando relinquitur res debita iure tranſactionis.*
12 *Actus ſequens declarat voluntatem præcedentem.*
13 *Vbi quæſtio non eſt ſuper re legata, ſed ſuper iure connexo rei, tunc res ipſa legata non efficitur litigioſa.*

DECISIO CCXCII.

IN Aſculana legati relicti per Mag-
dalenam teſtatricem Cellio Stel-
la; Placuit ſtandum eſſe in deciſis,
non obſtantibus ex aduerſo vlti-
mo loco deductis; Nam ad illud,
quod dicebatur de nullitate teſta-
menti per ipſam mulierem conditi cum præſen-
tia, & conſenſu duorum proximiorum; Reſpon-
ſum fuit, quòd & ſi de iure communi *teſtamen-
1 tum* † non debet pendere ab aliena voluntate,
*ex tex. in l. 1. C. de Sacroſ. Eccleſ. & in l. illa in-
ſtitutio, ff. de hæred. inſtitut. & notauimus deciſ.
68. num. 90.* hoc tamen non vendicare ſibi locum
2 in † muliere per ſtatutum teſtari prohibita abſ-
que præſentia, & conſenſu ſiuè viri, ſiuè propin-
quorum, cum ſit indubitatum huiuſmodi ſtatu-
tum valere, vt contra *Alexand. & Caſtren. con-
cludit Iaſ. in l. ex facto, ff. de vulg. & pupill. &
Iaſonem ſequuntur Calder. conſ. 20. tit. de conſuet.
3 Anch. conſ. 24.* Siquidem cum † ſolemnitas te-
ſtandi ſit iuris poſitiui, *Bar. in l. interdum, num.
7. vbi etiam Iaſ. num. 4. ff. de cond. indeb. & de
magis communi teſtatur* Cæual. *quæſt. 512.* Vtiquè
4 à ſtatuto † mutari potuit, augendo formam te-
ſtandi vltra ſolemnitates iuris ciuilis, *ad tex. in l.
ſi non ſpeciali, C. de teſtam. Doctores in l. cunctos
populos, C. de ſum. Trinit & Fid.* Cath. *Alex. in
l. ſi cum ſpeciali,* C. *de teſtam. Et de magis commu-
ni opinione teſtatur Hond. poſt Bal. Iaſ. Dec. Ang.
Anch. Tiraq. & alios quos citat conſ. 32. num. 83.
& ſeqq. lib. 1. quem ſequuntur Eug. conſ. 85. per
tot. lib. 1. Simon. de Præt. conſ. 10. n. 8. & conſ.
127. nu. 23. Bert. conſ. 34. per tot. Petrus Peccb.
de teſtam. coniug. lib. 3. cap. 1. & cap. 15. Paul.
Emil. Gall. tract. de except. quæ oriri poſſunt, tàm
ab inteſtato, quàm ex teſtamento, par. 2. tit. 1. ex-
cept. 9. num. 2. & 3. & rurſus tit. 2. except. 1. n.
9. Vrſill. ad Affl. deciſ. 260. num. 3. & ſeqq. &
latius omnium comprobat Bened. Capra in terminis
ſtatuti Fulginei conſ. 21. num. 5. & 6. vbi repro-
bando in ſpecie* Cæual. *quæſt. 233.* dicit tale ſta-
5 tutum eſſe in fauorem mulieris, † & propterea
facto teſtamento ſine tali ſolemnitate non vale-
re, quia non tollitur mulieribus libera teſtādi fa-
cultas, vt malè ſupponit Cæual. Sed quod ipſæ
teſtentur aliquo modo cauto, ne fraudentur,
& ſic cum certa ſolemnitate, pro qua opinione
citat

Digitized by Google

citat Bal. in terminis ſtatuti Æſini, Decium in terminis ſtatuti Ciuitatis Burgi Sancti Sepulchri, & Angelum in terminis eiuſdem ſtatuti Aſculani, de quo hodie diſceptatur.

Ad ſecundum vero, vbi dicebatur exactionem legati ſpectare ad hæredes dictæ Magdalenæ teſtatricis, & illud de manu ipſorum hæredum
6 † habendum ſaltem per viam ceſſionis, nec debere niſi poſt aditam hæreditatem, *ad tex. in l. non dubium, C. de leg. l. 1. §. redegit, ff. quor. legat Gratian. diſcept. 542. nu. 58. cum alijs per nos allegatis deciſ. 44. nu. 36.* Reſpondendo dici-
7 mus regulam † non procedere, quando conſtat Teſtatricem diſpoſuiſſe in contrarium, vt in hoc caſu, vbi illa relinquendo legatum florenorum 300. Cellio Stella, voluit expreſsè illud exigi à ſe ipſo, quod facere potuit, iuxta diſpoſitionem *tex. in l. titia cum teſtamento, §. Lucius titius, in verb. à ſe ipſa, de leg. 2. vbi gloſ. Bart. & Bal. & Imol. Hond. conſ. 528. nu. 10. lib. 2. Eugen. conſ. 55. n. 15. & ſeqq. Mich. Graſſ. in § teſtamentum, quæſt. 67. vbi de communi, & in §. fideicommiſſum, quæſt. 43. nu. 6 Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 242. n. 115. & latius quæſt. 605. nu. 19. & diximus d.*
8 *dec. noſtra 44. num. 37.* Quod tacitè, † & expreſsè procedere poſſe, dixerunt *Bal. & cæteri Doct. in l. non dubium, C. de legat. Rom. conſ. 71. n. 15. Dec. conſ. 476. n. 5. & 6. Mich. Graſſ. in d. §. fideicommiſſum, quæſt. 43. n. 6. circa medium.* Quo
9 caſu † ſicut legatarius non cogebatur habere legatum de manu hæredis poſt aditam hæreditatẽ, *Mantic. de coniect. lib. 4. tit. 5. art. 10. num. 20.*
10 Ita potuit † experiri à ſe ipſo contra reos conuentos, etiam non adita hæreditate, & abſque ceſſione facienda per hæredes Magdalenæ, vt expreſsè declarant *Caphal. conſ. 319. num. 58. & ſeqq Surd. deciſ. 265. num 34* vbi quod legatario cui relictum eſt nomen debitoris competit actio vtilis datiua ex diſpoſitione legis, quæ eſt eiuſdem effectus cuius eſt directa, quæ non poteſt transferri in ſingularem ſucceſſorem, vt eſt legatarius, cum ab omnibus creditoris legantis auelli non poſſit, *l. quis, ff. de pecul. Caphal. d. conſ. num. 62.* Et ideò Cellius Stella legatarius actionem huiuſmodi vtilem nomine proprio, & abſque hæredum miniſterio exercere potuit exigendo legatum, *l. ex legato, vbi Iaſ. C. de legat. Caphal. eod. conſ. num. 64.* Quod autem nomen debitoris fuerit relictum per Magdalenam teſtatricem patet, dum reliquit Cellio Stella ius exigendi floren. 300. quod ius eſt ipſa actio vtilis, vt dictum eſt ſupra.

Ad tertium tandem obiectum de re litigioſa
11 reſpondetur, † quod dum Magdalena ex quarta parte ſibi debita vigore tranſactionis reliquit florenoa 300. Cellio Stella cenſetur liti ceſſiſſe, & tranſactionem approbaſſe, vt probat *tex. in l. ad ſolutionem, C. de re iudic. cap. cum venissent, de teſtib. cap. gratum, de off. delegat.* vbi Doct. *& præcipuè Falin. num. 9. Cranet. conſ. 106. num. 2. & 3. Bellam. conſ. 9. num. 2.* vbi quod recipiens implementum tranſactionis poſt commiſſas pœnas, cenſetur illis renunciaſſe, *Ioſeph Lud. deciſ. Lucen. 5. numer. 63. & ſeq.* Rot. *in recent.*
12 *par. 1. deciſ. 591. num. 2.* Et cum actus ſequens † declarat voluntatem præcedentem, *§. panonum, inſtit. de rerum diuiſione, vbi Ang. n. ſin. l. ſi tamen, ff. de Edil. edicto. Menoch. præſumpt. 35. lib. 6. Mantic. deciſ. 59. num. 2.* Imò regulare eſt,
13 quod † vbi non eſt quæſtio ſuper re, ſed ſuper iure aliquo ipſi rei connexo, tunc res ipſa legata nunquam efficitur litigioſa, quin poſſit. & alienari, & legari, *Natt. conſ. 145. num. 16. & 17.* Roman. *conſ. 270. num. 2. & 3. Ioſeph Lud. dec. Peruſ. 68. num. 9.* Et ſic ex prædictis omnibus reſolutum fuit, vt ſupra, &c.

A R G V M E N T V M.

Confeſſio pro exoneratione conſcientiæ, quid operetur: & quando non requirantur ſolemnitates ſtatutariæ in confeſſione mulieris. Et in melioramentorum materia, quid ſit attentandum.

S V M M A R I V M.

1 *Confeſſio facta ad exonerãdam conſcientiam aſſimilatur diſpoſitioni ad fauorem animæ, & piæ cauſæ in qua nullæ ſunt neceſſariæ ſolemnitates.*
2 *Confeſſio ad exonerandam conſcientiam reuocari non debet.*
3 *Nec hæredes contra eam venire poſſunt.*
4 *Confeſſio eſt maior qualibet probatione.*
5 *Maximè quando reſpicit exonerationẽ conſciẽtiæ.*
6 *Teſtes duo conteſtes plene probant.*
7 *Aſſertio teſtatoris emiſſa, propter aliud coadiunat teſtium depoſitionem.*
8 *Expenſæ factæ per maritum in fundo, ſibi tradito in ſolutum pertinent ad ipſum.*
9 *Expenſæ quæ reſpiciunt perpetuam fundi dotalis vtilitatem, ad vxorem pertinent.*
10 *Melioramenta reficiuntur habita ratione de tempore reſtitutionis rei,*
11 *Et habita ratione quatenus res fuerit facta pretioſior ex ipſis melioramentis.*
12 *In melioramentorum materia non attenditur quid impenſum, ſed quid ſit melioratum.*
13 *Laborans in extremis non præſumitur immemor ſalutis eternæ.*
14 *Qui non poteſt donare ſine certis ſolemnitatibus ſtatutarijs, ita nec poteſt confiteri ſe recipiſſe ſine illis ſolemnitatibus.*
15 *In confeſſione mulieris tunc non requiruntur ſolemnitates ſtatutariæ, quando confeſſio eſt adminiculata, vel aliunde aliqualiter probata.*

DECISIO CCXCIII.

IN cauſa Camerinē. propoſita fui-
mus in voto male fuiſſe pronun-
ciatum per Dominum Iudicem
à quo, & benè appellatum pro
parte Siluij, & Mariani de Fu-
ſchis, quibus vti hæredibus Sci-
pionis, quod non controuerti-
tur, non ſolum debetur ſumma expenſarum fa-
ctarum per eundem in litibus cum Venantio, An-
gelo, & Ioanne de Florellis, pro recuperatione
bonorum dotalium, & extradotalium quondam
Virginiæ ſuæ vxoris, ſed etiam pretium melio-
ramentorum factorum per eundem maritum in
domibus proprijs ipſius vxoris.

Et quoad expenſarum pretium monebamur
principaliter ex confeſſione ipſius vxoris facta
in ſuo vltimo teſtamento, quæ eſt huiuſmodi. Et
hoc facere curauit, & fecit dicta D. Teſtatrix iu-
re reſtitutionis, pro exoneratione eius conſcien-
tiæ, quia prædictus Dominus Scipio de ordine
ipſius Teſtatricis eandem pecuniarum ſummam
ſcutorum 300. & vltra impendidit de proprijs
pecunijs Scipionis in ſitibus factis de ordine, &
commiſſione ipſius Teſtatricis, pro defenſione,
& recuperatione reſpectiuè ſuorum bonorum,
cum Angelo, Venantio, & Ioanne de Florellis.
1 Quæ ſanè confeſſio † Teſtatricis facta, vt appa-
ret ad exonerandam conſcientiam aſſimilatur, &
æquiparatur diſpoſitioni ad fauorem animæ, &
piæ cauſæ, in qua nullæ ſunt neceſſariæ ſolemni-
tates, ex cumulatis per *Rotam in recent. par. 7.*
2 *deciſ. 245. num. 24. & ſeqq.* Et † eſt tanti pon-
deris, & efficaciæ, vt non poſſit reuocari, *Ma-
ſcard. de probat. concl. 359. num. 25. & ſeq. Ti-
raquell. de priuil. piæ cauſæ, priuil. 117. Mantic.*
3 *de coniect. lib. 9. tit. 8. num. 12.* Nec etiam † per
hæredes contra eam veniri, cum dicatur propria
eorum confeſſio, *Bald. in l. ſeruus, in prin. de
cond. furt. Cran. conſ. 29. num. 1.* Rolan. *conſ. 82.
num. 40. lib. 2. Capb. conſ. 386. num. 29. Decian.
conſ. 76. num. 16. lib. 3. Gratian. diſcept. 570. nu-
mer. 22* Rot. *in recent. par. 7. deciſ. 277. num. 4.
& coram Buratt. deciſ. 206. num. 21. deciſ. 275.
num. 9. deciſ. 799. num. 3. & deciſ. 925. num. 4.*
4 Cuius † nulla datur verior probatio, *l. cum te,
C. de de tranſact. l. generaliter, C. de non numer.
pecun.* Et eſt maior quocunque inſtrumento pu-
blico, & quibuſcunque teſtium depoſitionibus,
*Cranet. conſ. 61. num. 3. & conſ. 175. num. 3. &
conſ. 278. num. 15.* Rot. *coram Coccin. deciſ. 68.
num. 6. & coram Mantic. deciſ. 57. num 9.* Præ-
5 cipuè † quando prout hic reſpicit conſcientiæ
exonerationem, Rot. *coram Seraph. deciſ. 487.
num. 11. coram Cocc. deciſ. 436. num. 10. & in
recent. par. 1. deciſ. 169. num. 6. & par. 2. deciſ.
518. numer. 3. & parc. 3. deciſion. 8. numer. 3.
in fin.*

Quo verò ad pretium melioramentorum fa-
ctorum per eundem Scipionem in domo fundo
dotali ipſius Virginiæ vxoris vt debeatur, moue-
bamur ex depoſitione teſtium examinatorum
pro parte illorum de Fuſchis deponentium ſatis
concludenter de melioramentis neceſſarijs, &
vtilibus factis etiam de ordine, & conſenſu ip-
6 ſius vxoris, & de pecunijs viri, † qui plenè di-
cuntur probare cum ſint conteſtes, ad tradita per
Doctores *in l. admonendi, ff. de iure iurand.* Quæ
probatio etiam coadiuuatur ex aſſertione ipſius
7 vxoris in dicto teſtamento † in illis verbis (de-
ductis melioramentis factis per ipſū Scipionem
eius virum ex ſuis proprijs pecunijs,) quæ ver-
ba etſi plenè non probent, tanquam emiſſa pro-
pter aliud, attamen dictorum teſtium depoſitio-
nem maximè coadiuuant, ſi non faciunt ſemiple-
nam probationem, vt docet Bartolom. *Socc. conſ.
266. nu. 27.* quem refert, & ſequitur *Maſcard. de
probat. concl. 622. num. 6.* Qua probatione ſtan-
8 te, quia non verſamur in expēſis † factis per ma-
ritum in fundo ſibi pro dote tradito *in ſolutum*,
quæ pertinent ad ipſum, Rot. *ex impr. per Cenc.*
9 *de Cenſ. deciſ. 35. num. 11.* Sed in expenſis † me-
lioramentorum reſpicientibus perpetuā vtilita-
tem domus traditæ vxori pro fundo dotali, cer-
tum eſt, quod reſtitui debent marito, vt probant
*tex. in l. & totum, ff. de impenſis in reb. dotalib.
factis.* Cum maritus non teneatur illas facere de
proprio, *l. diuortio, §. impendia. ff. ſolut. matr.
l. quod dicitur, ff. de impenſ. in rebus dotal. fact.
& vtrobique Doctores,* Rot *penes Cenc. de Cenſibi
d. deciſ. 35. num. 4. & 7.*
10 Quæ tamen melioramenta reficiēda erunt ha-
bita ratione de tempore reſtitutionis domus, ſe-
cundum veriorem opinionem, de qua *Theſ. dec.
251. num. 4. Seraph. dec. 898. num. 2. Rot. in rec.
par. 5. deciſ. 360. num. 34. & deciſ. 399. nu. 45.*
11 Et habita ratione † quatenus domus appareat
per peritos facta pretioſior ex actis melioramē-
tis, cum in hac materia non attendatur, quod
impenſum fuerit, ſed quid melioratum; Immò,
12 & ſi minus impenſum ſit, † quam melioratum,
ſolum debetur, id quod minus eſt, dictante id ra-
tione naturali, vt ſcilicet ſolum recuperetur, id
quod verè fuit impenſum, & non repetatur, id
quod inutiliter fuit erogatum, ex quo res non eſt
facta pretioſior, *vt per tex. in l. in fundo, verſ. &
ſi plus, ff. de rei vend. vbi Bart. Ang. & alij, Abb.
in cap. 3. de reſtit. in integ. num. 4. & in cap. ad no-
ſtram, de rebus Eccl. non alien.* Riminal. *Iun. conſ.
311. num. 38. & ſeqq. Lader. conſ. 144. per totum,
Pereg. de fideicom. art. 50. num. 70. & ſeq. Capyc.
deciſ. 93. n. 9. Theſau. d. deciſ. nu. 1.* Rot. *coram
Seraph. deciſ. 899. num. 1. & ex impreſſ. per Statil.
de ſalu. deciſ. 81. n. 2. & 4. & in rec. par. 2. deciſ.
650. numer. 2. & part. 6. deciſ. 116. numer. 1.
& ſeqq.*

Nec obſtare credebatur productio aſſerta-
rum partitarum pro parte Dominorum de Flo-
ricellis, ex quibus prætenditur Virginiam vxo-
rem

rem Scipionis feciſſe melioramenta ex ſuis proprijs pecunijs, cum haberet bona extradotalia. Quia reſponſum fuit, quod partitæ non ſunt in forma probanti, & quatenus deſeruire poſsent pro præſumptionibus, ex eiſdem tamen non tollitur, nec tolli poteſt probatio prædicta per teſtes adminiculata, tum per aſſertionem ipſiuſmet Virginiæ vxoris, tum etiam per aſſertionem Scipionis mariti in vltimo ſuo teſtamento, in quo aſſeruit dicta melioramenta feciſſe de pro-
13 prio, & ordinauit hæredibus ſuis ea petere, † quo tempore vnuſquiſque præſumitur deliberate loqui, nec immemor ſalutis æternæ, nec velle mori cum mendacio, & peccato, *ad tex. in l. vltim. C. ad l. Iuliam, repet Bart. in l. rationes, in prin. C. de probat. & in l. admonendi, num. 27. ff. de iureiurand. Abb. in cap. 2. num. 9. de fide instrum. Muſcard. de probat. concl. 349. num. 18. Cranet. conſ. 158. num. 7. Soc. Sen. conſ. 161. n. 3. lib. 2. Rot. coram Mantic. deciſ. 363. numer. 5. & in recentior. part. 7. deciſion. 81. numer. 6. & deciſion. 172. num. 8.*

Nec pariter quidquam obſtare poſſe dicebatur, quod confeſſio vxoris circa eadem melioramenta non præiudicet tanquam facta ſine ſolemnitatibus ſtatutarijs; Quia reſpondebatur, quod doctrinæ allegatæ hoc non probant, ſed dicunt,
14 quod † qui non poteſt facere actum, nec etiam poteſt confiteri aliquid, quod actus ſibi prohibitus efficiatur validus, vt dicimus de minore, & muliere, qui regulariter non poſſunt donare ſine certis ſolemnitatibus ſtatutarijs, ita nec poſſunt confiteri ſe recepiſſe ſine illis ſolemnitatibus, alias ſtatutum de facili eluſorium eſset, *vt latè docet Soc. conſ. 65. col. 2. lib. 3.* in cuius terminis loquuntur iura allegata, vt videre eſt apud *Put. deciſ. 7. & deciſ. 55. lib. 3.* Quod eſt valde
15 diuerſum à caſu noſtro, † vbi ſicut mulier poterat meliorare domum ſuam ſine ſolemnitatibus ſtatutarijs, ita & potuit confiteri melioramenta prædicta fuiſſe facta de pecunijs mariti, dum confeſſio eſt adminiculata, vt in præſenti caſu.
16 Nam ſicut † confeſſio inter perſonas prohibitas concurrentibus coniecturis probat, *vt latè per Alex. conſ. 18. num. 2. & ſeqq. lib. 3. Greg. deciſ. 62. num. 3.* Ita & multo magis iſta confeſſio mulieris attendi debet circa dicta melioramenta, quia abundè concludenter probata fuerunt, vt ſupra dictum fuit.

ARGVMENTVM.

Conſtitutio, quæ dat formam, & modum faciendi executionem debet præcisè adimpleri; Et non per æquipollens.

SVMMARIVM.

1 *Exequendi forma data à conſtitutione, ſeu ſtatuto debet ſeruari præcisè, nec poteſt per æquipollens impleri.*
2 *Decretum antecedere debet executionem.*
3 *Iudicium ab executione incipere non debet.*
4 *Iudices ſtylum contra ius inducere non poſſunt.*
5 *Stylus contra ius, & reſpiciens deciſoria debet concludenter probari.*
6 *Legitimatio perſonarum requirit plenam probationem.*
7 *Teſtes examinati coram Notario ſine mandato Iudicis non probant.*
8 *Legitimatio perſonarum neceſſaria eſt etiam in iudicio executiuo parte opponente.*
9 *Hæredes pro rata, & æquis portionibus conueniri, & condemnari debent.*
10 *Obligatio dandi certam quantitatem eſt diuidua inter omnes hæredes.*
11 *In hypothecaria poteſt creditor exequi in bonis cuiuslibet hæredis in ſolidum.*

DECISIO CCXCIV.

PVtauimus executionem factam ad inſtantiam Catharinæ de P. lagallis contra bona Vincentij, & Hortenſiæ filiorum Emerentianæ Montisflorum vitio nullitatis ſubiacere.
1 Nam cum † executoribus *Conſtitutio Marchiæ lib. 5. cap. 5.* præſcripſerit certam, & determinatam formam, certumque modum in facienda executione, illa aliter facta nulla fuit perinde, ac ſi nunquam facta fuiſſet, *iuxta regulam tex. in l. cum hij, §. ſi prætor, ff. de tranſact. l. ſi pupillorum, §. ſi prætor, ff de reb. eorum, l. final. & ibi gloſ. C. de vend. rerum ciuit. lib. 11. cap. cum dilecta, de reſcript. Ozaſch. deciſ. 164. nu. 16. Boer. deciſ. 2. num. 22. Surd. deciſ. 368. num. 18. Seraphi. deciſ. 1474. nu. 2. Rot. coram Caualer. deciſ. 612. num. 16. & ſeq. coram Duran. deciſ. 225. num. 4. & coram Gregor. deciſ. 384. num. 8. & deciſ. 518. num. 3.* Nec ſufficit illam adimpleri per æquipol-
2 lens, vt in dictis iuribus. Quod tamen † neque factum fuit, cum ſummaria cognitione, & ſententia, ſeu decreto neceſſario, vt requirit dicta conſtitutio, ac etiam ius commune, *l. g. 1. C. de exe-*
3 *cut. rei Iudic. cum ſimilibus.* Iura † enim abhorrent incipiendum eſſe ab executione, *l. arſenſionis facultas, C. de iure fiſci, & ibi latè Doct. Rot. in recent. part. 5. deciſ. 234. num. 13.*

Nec

4 Nec obſtant allegata in contrarium de ſtylo,
quia facta oppoſitione partis in hoc caſu non mi-
litat contra formam dictæ conſtitutionis, *Oſaſcb.*
deciſ. 22. *num.* 4. *Cocc. deciſ.* 182. *num.* 3. Et in
5 omnem caſum, † cum ſit contra ius, & reſpiciat
deciſoria debebat concludenter probari, nec ſuf-
ficit extraiudicialis informatio, *Bart. in l. de qui-*
bus, num. 22. *ff. de leg. Oſaſcb. d. deciſ.* 22. *nu.* 3.
Caſ. de Graſſ. deciſ. 7. *num.* 12 *de probat. Cocc. d.*
deciſ. num. 5.

6 Quinimo nec conſtat de legitimatione perſo-
narum, quæ requirit plenam probationem, *Me-*
noch. de adip. poſſ. rem. 4. *num.* 443. *vbi de com-*
muni Beltram. ad Greg. deciſ. 264. *num.* 7. Cum
7 teſtes † in cauſa inducti fuerint examinati coram
Notario de cuius deputatione non conſtat, *gloſ.*
vltim. in l. iubemus, C. de liberal. cauſ. Cocc. dict.
8 *deciſ.* 182. *num.* 6. Et tamen † certum eſt legiti-
mationem fuiſſe neceſſariam, quamuis verſemur
in executiuis ſtante oppoſitione partis, *Rota ex*
impreſſ. per Zacch. de oblig. Cam. deciſ. 76. *nu.* 6.
& in recent. part. 2. *deciſ.* 28. *num.* 4. *& coram*
Gregor. d. deciſ. 264. *num.* 2. *& ibi Belt. num.* 5.
& 6.

9 Præterea Iudicium cæptum, & mandatum re-
laxatum fuit contra omnes hæredes, & tamen
executio conſumata contra duos tantum pro to-
ta ſumma, quamuis hæredes pro parte hæredita-
ria, & pro virili tantummodo repreſentet defun-
ctum, cum iam per legem ipſo iure fuerit obliga-
tio diuiſa inter illos, *Mich. Graſſ. in §. hæreditas,*
quæſt. 15. *num.* 15. *& ſeq. Grat. noſter deciſ.* 146.
num. 5. *& ſeqq.* Rot. *coram Greg. deciſ.* 442. *num.*
3. *verſic. non obſtat;* vbi amplius dicit non poſſe
allegari, quod onus ſit reale, quis non inde ſequi-
tur, quod non ſit hæreditarium. Et in caſu noſtro
10 res caret omni difficultate, quoniam † obligatio
dandi certam quantitatem eſt diuidua inter om-
nes hæredes, *l. in executione* (ibi) *nam, & peti-*
tio, & ſolutio ad portiones hæreditarias ſpectant,
ff. de verb. obligat. l. 2. *& per tot. C. de hæred. act.*
Gomeſ. *variar. tom.* 2. *cap.* 10. *num.* 3. *& ſeqq.*
Caual. commun. contra commun. quæſt.
76. *num.* 10. *& ſeq. Saluſt. Tib. in*
prax lib. 1. *cap.* 44. *n.* 12. Non
enim verſamur in hypo-
thecaria, vbi poteſt
creditor exe-
qui man-
da-
tum in bonis cuiuslibet hæredis in
ſolidum, *vt latè deduximus,*
deciſion. 22. *numer.* 16.
& ſequentibus.

ARGVMENTVM.

Minor compellitur à ſtatuto ad com-
promittendum, laudumque in du-
bio præſumitur iuſtum.

SVMMARIVM.

1 *A decreto de exequendo, non datur appellatio ſu-*
ſpenſiua.
2 *Obligatio Cameralis habet executionem paratam.*
3 *Cauſa dotis appellationem non admittit.*
4 *Ceſſionarius vtitur iure cedentis.*
5 *Exceptio nullitatis de qua manifeſtè apparet nun-*
quam cenſetur reiecta.
6 *Et executione impedire ſolet.*
7 *Laudum latum poſt terminum in compromiſſo præ-*
fixum eſt nullum.
8 *Compromiſſi tempus non currit, niſi à die ſcientiæ,*
& acceptationis.
9 *In dubio fieri debet interpretatio per quam compro-*
miſſum ſuſtineatur.
10 *Laudum vt reſcindatur continere debet manifeſtam*
iniuſtitiam.
11 *Exceptio nullitatis turbida, quæ requirit altiorem*
indaginem non impedit decretum de exequendo.
12. *Minor compromittere poteſt in caſu neceſſario vi-*
gore ſtatuti.
13. *Inſinuatio fieri poteſt ſeorſum ab inſtrumento, ma-*
nu alterius Notarij, & ideò excipiens de non in-
ſinuatione tenetur probare negatiuam.

DECISIO CCXCV.

ROta cenſuit appellationem interpo-
ſitam ad inſtantiam D. Euangeliſtæ
deuoluere quoad effectum deuolu-
1 tiuum tantum, † quoniam à De-
creto de exequendo non datur ap-
pellatio ſuſpenſiua, *l. ab executore,*
ff. de appellat. l. ab executione, C. quorum appell.
non recipiunt, Rot. *in recent. part.* 1. *deciſ.* 620.
num. 2. Satis enim de iuſtitia decreti conſtare vi-
debatur ex inſtrumentis in actis productis cum
2 obligatione † camerali, quæ habet executionem
paratam, *Zacch. de obligat. cam. quæſt.* 2. *num.* 4.
Rot. *in recent. part.* 1. *d. deciſ.* 620. *num.* 1. *cum*
alijs deciſionibus per nos cumulatis deciſ. 57. *nu.* 7.
Quod eo facilius eſt admittendum, quia agitur
3 de cauſa dotis, † quæ pariter nō admittit appel-
lationem ſuſpenſiuam, *Bal. Nouell. tract. de dote,*
par. 9. *Priuil.* 7. *Oſaſcb. deciſ.* 25. *num.* 20. *Grat.*
deciſ. 72. *num.* 2. *& ſeqq. deciſ.* 214. *num.* 18. *&*
deciſ. 220. *num.* 4. *& notauimus deciſ.* 75. *num.* 12.
4 Nec dubium eſſe poteſt, quin Domino † Gaſpa-
ro ceſſionario competat via exequutiua eodem
modo, quo competebat cedentibus, *Rot. in rec.*
part. 2. *deciſ.* 524. *n.* 1. *& ex impreſ. per Zacch. de*
oblig.

oblig. Cam. deciſ. 9. num. 1. & ſeqq. cum alijs cumulatis in noſtra deciſ. 13. num. 4.

5 Nec obſtat exceptio nullitatis laudi allegata pro D. Euangeliſta, quæ reſultans ex actis tanquam ludens, & notoria nunquam cenſetur reiecta, *Menoch. qui alios allegat, præſumpt. 48. num. 9. lib. 2.* Rot. *coram Greg. deciſ. 425. nu. 4.*
6 Ita vt executionem † omninò impedire ſoleat, Roman *conſ. 51.* Ruin. *conſ. 7. num. 3. lib. 4. Lancell. de attent. par. 2. cap. 17. num. 124. cum ſeqq.* Vt in propoſito dicitur de compromiſſo, quod durare debebat per menſem tantum, ideoque
7 nullum † laudum cum inde ſequutis, vti latum extra tempus, & ſine iuriſdictione, *iuxta notata in l. 4. §. eo idem latum, ff de re iudic.* Rot. *coram Caualer. deciſ. 317. ante num. 3. verſ. ſecunda ratio, & coram Cocc. deciſ. 438. numer. 1. & ſeqq.*
8 Quia † reſpondebatur, quod cum tempus compromiſſi non currat, niſi à die ſcientiæ, & acceptationis, *Gab. tit. de arbit. concl. 2. num. 1. cum ibi notatis.* Et compromiſſarij in caſu noſtro non fuerint præſentes eorum electioni; Et de acceptationis tempore non appareat, dici non poteſt tempus vnius menſis ad ferendum laudum eſſe
9 elapſum; Cum † in dubio fieri debeat interpretatio per quam compromiſſum ſuſtineatur, *l. quoties, ff de reb. dub.* Rot. *coram Cocc. deciſ. 384.*
10 *num. 2.* Et † ſtantibus clauſulis ampliſſimis in compromiſſo appoſitis, debet ad effectum, quod reſcindatur, continere manifeſtam iniuſtitiam, *Bart. in l. ſocietatem, §. arbitrorum, num. 24. & ſeqq.* Cocc. *d. deciſ. num. 3.* de qua ſanè iniuſtitia non conſtat, & in omnem caſum negari non poteſt, quin allegata nullitas non ſit valde turbida,
11 & † conſequenter requirat altiorem indaginem, ita quod non valeat decretum de exequendo impedire, *ex notatis per Ioſeph Lud. deciſ. Lucen. 24. cum alijs per nos citatis deciſ. 99. num. 29. quæ conſeruant ad præſentem caſum.*

12 Nec pariter obſtat, quod minor non poſſit facere compromiſſum maximè de iure, & facto; Quia dictum fuit contrarium eſſe verius, quando minor in caſu neceſſario compromiſit vigore ſtatuti, *Alex. conſ. 214. per totum, lib 6. Viuius inter communes opinione 505. vbi de communi,* Pic. *ad ſtatut. Vrb. gloſ. 7. num. 57. Benint. deciſ. 21. num. 21. & ſeqq.*

Demum non officit, quod dicebatur de inſinua-
13 tione; † Quia cum illa non debeat fieri perneceſſe in ipſa celebratione inſtrumenti, ſed poſſit adhiberi ex interuallo, & manu alterius Notarij, propterea eſt probanda negatiua per allegantem, cum ſufficiat aliquid eſſe poſſibile, vt probatio non concludat, Rot. *in recent. part. 2. deciſ. 323. num. 4. & deciſ. 385. numer. 5. Sperell. deciſ. 10. num. 10. & deciſ. 83. numer. 24. cum alijs per nos allegatis deciſ. 13. num. 18. & deciſ. 68. num. 41. & ſeqq.*

ARGVMENTVM.

Vbi non eſt creditum liquidum, ſed turbidum, rigor Cameralis obligationis exerceri non debet.

SVMMARIVM.

1 *Carceratus pro vno debito, non poteſt arreſtari pro alio, pro quo non eſt à Iudice relaxata executio.*
2 *Obligationis Cameralis rigor exerceri non poteſt, quando negotium eſt turbidum.*
3 *Clauſula in forma depoſiti, paratam executionem non habet, ſi depoſitum ſit confeſſionatum.*
4 *Clauſula appellatione remota non operatur, quando quis notoriè grauatur.*
5 *Appellatio admittitur à declaratoria Iudicis.*
6 *Iuramentum non cenſetur repetitum de perſona ad perſonam.*
7 *Iuramentum reſtringi debet quantum fieri poteſt, vt iurans minus obligetur.*

DECISIO CCXCVI.

Propoſito dubio, An moderanda eſſet inhibitio, Domini negatiuam ſunt amplexi, & dixerunt appellationem deuoluere ad vtrumque effectum, ac eſſe procedendum ad vlteriora, iuxta inſtita per Generinos ſtante notorio grauamine Iudicis à quo;
1 Quia † Franciſcus Generinus alias carceratus pro debito filij, non potuit pro alio debito prætenſo capitis ſolidorum arreſtari ad inſtantiam Antonij Secretarij, qui non habebat ſuper declaratione prætenſi crediti ſententiam Iudicis, nec executiuum mandatum relaxatum, vt de iure requirebatur, *Farinac. poſt alios, quos ipſe citat tit. de carcer. & carcerat. quæſt. 27. num. 156.*

Non obſtat obligatio filiorum dicti Franciſci Generini facta per inſtrumentum iuratum Camerali obligatione vallatum, & in forma depoſiti de ſoluendo quidquid Illuſtriſs. Dominus Gubernator Anconitanus declarauerit appellatione remota, Quia pluribus modis reſpondebatur. Et Primò non officere obligationem Cameralem ſtante
2 negotio † valdè turbido, & non claro, quo in caſu illius rigor exerceri non poteſt, *vt ex Galleſ. & Surd. notat in ſpecie* Rota *coram Burat. dec. 98. num. 4. repetita in recent. part. 2. deciſ. 648. nu. 3.*
3 Nec ſecundò officit † clauſula in forma depoſiti, quæ non habet executionem paratam, quando ſumus prout hic in depoſito confeſſionato, *Bals conſ. 181. lib. 3. Boer. deciſ 295. num. 8.* Nec ter-
4 tiò officit † clauſula appellatione remota, quæ nihil operatur, quando quis notoriè grauatur, quia grauamen impedit remotionem appellationis. *Argumento cap. vt debitus, de appellat. gloſ. in cap. ex conqueſtione in verb. poſt appellationem, de reſtit.*

reſtit. ſpoliat. ſum. Borrell. tit. de appellat. num.
645. *Lancell. de attent. par. 2. capit. 12. limit. 8.*
num. 24. vbi dicit ita *fuiſſe reſolutum in Rota in*
vna Romana *de Matthæis coram Oradino*, vbi quod
ſtante grauamine notorio ceſſat clauſula appella-
tione remota, *Mart. de clauſul. par. 1. clauſ. 12.*
num. 9. Put. deciſ. 424. num. 2. lib. 3. Maximè
quia Generini non promiſſerunt ſoluere certam
ſummam appellatione remota, ſed ſtare declara-
5 tioni Dom. Gubernatoris à qua † declaratione
datur appellatio, *Scac. de appell. cap. 17. lim. 9.*
num. 34. Surd. deciſ. 27. nu. 8. & 9. Nec demum
officit iuramentum, quia cum ipſa promiſſio
facta fuerit de ſtando declarationi faciendæ ab
Illuſtriſſimo Gubernatore, & ipſe non declara-
uerit, ſed negotium demandauerit Domino Lo-
cumtenenti in criminalibus, vtique ad eius per-
ſonam iuramentum non cenſetur protogatum,
licet in eius iuriſdictionem partes tacitum con-
ſenſum præſtiterint, *argumento cap. Clericus, qui*
iurauit, de iure iurand. Seraph. de Iurament. priuil.
6 *22. nu. 71. & ſeq.* Quoniam iuramentum non †
cenſetur repetitum de perſona ad perſonam in
omni materia odioſa, *Gab. Romanus lib. 2. tit. de*
7 *dilat. concl. 2. num. 18.* Debet † enim reſtringi
quantum fieri poteſt, vt iurans minus obligetur,
ſecundum *Abb. in cap. quemadmodum, de iure iu-*
rand. & in cap. cum Clericus, in fin. de verb. ſig.
Franc. Mar. deciſ. 40. num. 7. & deciſ. 52. num.
5. par. 1. Vnde omnibus prædictis ſimul iunctis,
& nullum caput ſingulariter pro ſufficienti ap-
probando, fuit concluſum dictam obligationem
filiorum Franciſci Generini non obſicere in caſu,
& ad effectum de quo agitur.

A R G V M E N T V M.

Tranſactiones cum aſſenſu Epiſcopi factæ pro bono pacis ſuper quantitate decimarum, & ſimilium rerum pertinentium ad parochialitatem ſunt validæ, & obſeruandæ.

S V M M A R I V M.

1 *Tranſactio cauſa litium finiendarũ introducta fuit.*
2 *Nec aliud ſignificat quam receſſus à lite.*
3 *Tranſactione facta non eſt locus pœnitentiæ.*
4 *Tranſactionis exceptio eſt litis finitæ. Et reſcripto Principis infringi non poteſt, num. 11.*
5 *Tranſactio habet in ſe pactum de vlterius non moleſtando.*
6 *Tranſactio æquiparatur rei iudicatæ.*
7 *Contra ſententiam tranſactam in iudicatum, quis venire non poteſt. Et idem contra tranſactionem, num. 9.*
8 *Sententia tranſacta in iudicatum mutat falſum in verum non eſſentialiter, ſed quo ad effectum.*
10 *Tranſactione facta inſtrumenta, & probationes annullantur ipſo iure.*
12 *Tranſactio, quæ fit de lite pendente omnino valere debet ob bonum publicum, vt ſit litium finis, & num. 13.*
14 *Statutum tranſactionem prohibens non valet.*
15 *In contractu tranſactionis magis, quam in alijs interpretatio fieri debet, vt ſuſtineatur.*
16 *Reipublicæ intereſt lites finiri, & partes ab expenſis releuare.*
17 *Fauore litium finiendarum non repetitur, quod per tranſactionem datum eſt licet indebitum.*
18 *Tranſactio ſuper quantitate decimarum, cum aſſenſu Epiſcopi eſt valida.*
19 *Et idem vbi agitur de mortuarijs, & ſimilibus pertinentibus ad parochialitatem.*
20 *Pro exequijs mortuorum, ac pro adminiſtratione Sacramentorum nihil exigi poteſt.*
21 *Limita quando laici ex cõſuetudine laudabili ſunt ſoliti aliquid ſoluere, quia tunc compelli poſſunt officio Iudicis.*
22 *Multa non honeſtè petuntur, quæ honeſtè recipi poſſunt.*
23 *Laudabilis conſuetudo eſt perpetuo ſeruanda, & per contrarium ſtatutum tolli non poteſt.*
24 *Conſuetudo quæ prouenit ex coacta ſolutione non eſt admittenda.*
25 *Conſuetudo introducta ex pia, & laudabili deuotione fidelium eſt omnino ſeruanda.*
26 *Cauſa pia ſufficit ad ſubſtinendam validitatem laudabilis conſuetudinis.*
27 *Vniuerſitas recognoſcens ſuperiorem, & non habens facultatem legis condendæ, non poteſt obligare ſingulos de vniuerſitate. Declara, vt numer. 28.*
29 *Tranſactio facta à maiori parte vniuerſitatis præiudicat minori, & num. 32.*
30 *Maior pars poteſt præiudicare minori fauore dirimendarum litium.*
31 *Limita non procedere ſi minor pars docet de irrationabilitate.*
33 *Vniuerſitate legitimè congregata licet non interueniant omnes, valet id quod ab ipſis congregatis reſoluitur, ne detur occaſio difficilius, & raro expediendi negotia, & num. 34.*
35 *Laici contra Eccleſiaſticos ſunt ad diſſentiendum procliui.*
36 *Conſilium fieri debet omnibus conuocatis, & congregatis pro maiori parte.*
37 *Tranſactio eſt actus fauorabilis pro quo in dubio reſpondendum eſt.*

DE

DECISIO CCXCVII.

CVm pẽdente cauſa appellationis in
Rota ſuper controuerſia quantitate
decimarum,& aliarum rerum tem-
poralium ad parochialitatem per-
tinentium, partes litigantes deue-
nerint ad concordiam, & tranſa-
ctionem confirmatam ab Ordinario Camerinen.
vt conſtat in actis Diximus non eſſe loco vlterio-
ri proceſſui pro confirmatione, ſeù infirmatione
1 Decreti de quo agebatur. Quia tranſactio † Cau-
ſa litium finiendarum introducta fuit, *vt probat
tex in l fratris, C. de tranſact. gloſ. in l. 1. in prin.*
2 *de iure iurand.* Nec aliud ſignificet, † quam re-
ceſſus à lite, *l. 1. ff. de tranſact. l. non minorem,
C. eod. tit. Greg. deciſ.* 286. *num.* 5, *&* 6. Propte-
3 rea initia † dicta tranſactione non poteſt amplius
locus eſſe pœnitentiæ, *l. quamuis, C. de tranſact.*
4 *Ioſeph Lud. deciſ. Peruſ.* 18. *num.* 39. Itam † hu-
ius fauore ſancitum fuerit exceptionem tranſa-
ctionis eſſe litis finitæ,& illius ingreſſum impedi-
re, *cap. 1. de lit. conteſt. l. eleganter, §. ſi quis, &
ibi Bart, de cond. indeb, Rolan. conſ.* 38. *num.* 14.
& 15. *lib* 4. *Gratian. diſcept.* 867. *num.* 47. *Io-
ſeph Lud. d. deciſ. num.* 41. *Rot, coram Cocc. dec.*
268. *num.* 1. *& coram Caual. deciſ.* 276. *num.* 1.
& coram Greg. deciſ. 354. *num.* 1. *& in recent.
par.* 7. *deciſ.* 218. *num.* 1. *&* 2. Ac habere in ſe
5 pactum incluſum † de vlterius non moleſtando,
Bald. in l. cum proponas, num. 5. *C. de pact.* Rot.
6 *coram Greg. deciſ.* 286. *num.* 8. Et inſuper † rei
iudicatæ æquiparari quoad ipſas lites finiendas,
l. non minorem, C. de tranſact. Rolan *d conſ.* 28.
num. 27. *Gram. deciſ.* 66. *num.* 20. *Ioſeph Ludan.*
7 *d. deciſ. num.* 42 Nam ſicut † contra ſententiam,
quæ tranſiuit in iudicatum, quia venire non po-
teſt, quia facit de albo nigrum, *Bald. in cap. no-*
8 *ſtri, de elect.* Et falſum mu at † in verum, non eſ-
ſentialiter, ſed quoad effectum, idem *Bald. in
cap. in præſentia, de renunciat. Curt. Iun. conſ.* 177.
9 *num.* 13. Ita † nec contra tranſactionem, *Rolan.
d. conſ* 28. *num.* 13. Et in tantum hoc ab omni-
10 bus admittitur, quod † omnia inſtrumenta, &
iura, omneſque probationes, etiam per teſtes
tranſactione facta annullantur, & ceſſantur ipſo
iure, quamuis expreſsè, & ſpecifice nihil dictum
fuerit inter partes, *tex. ſingularis, in cap. 1. de
tranſact. Ioſeph Lud. d. deciſ.* 18. *num.* 42. Et ideò
11 dicitur litis finitæ, quod reſcripto Principis † in-
fringi non debet, *l. cauſas, C. de tranſact. Oſaſch.*
12 *deciſ.* 91. *num.* 3. Præſertim † quando fit de lite
pendente, vt hic, quo caſu omnino valere debet,
d. l. 1. *ff. de tranſact.* Dec. *conſ.* 351. *col.* 2. *Pa-
riſ. conſ.* 12. *num.* 1. *lib.* 2. Rot. *in recent. par.* 5.
13 *deciſ.* 113. *num.* 3. Idque † ob bonum publicum,
nempè vt ſit litium finis, *l.* 2. *& ibi Bald. & alij
C. de tranſact.* Rol. *d. conſ.* 28. *numer.* 5. Hinc eſt
14 quod ſtatutum † prohibens tranſactionem gene-
raliter loquendo non valet, quoniam per talem
prohibitionem publica quies, & publica vtilitas
impeditur, vt notant *Cacialup. in tract. de tran-
ſact. quæſt.* 22. *Ioſeph Lud. d. deciſ.* 18. *num.* 43.
15 Et ideò in hoc contractu magis, † quam in alijs
interpretatio fieri debet, vt ſuſtineatur, & valeat,
*argumento, cap finem litibus, de dolo, & contu-
mac.* Rot, *in recent. par.* 4. *deciſ.* 629. *numer.* 1.
16 *&* 7. Intereſt enim † Reipublicæ lites finiri, &
partes ab expenſis releuari, *l. quidam exiſtimaue-
runt, ff. ſi certum petat. Decius conſ.* 630. *num.* 4.
17 Itaut fauore litium finiendarum † non repeta-
tur id quod per trãſactionem datum fuit licet in-
debitum; & quaſi ſine cauſa ſolutum, quia lex
pro idonea cauſa habet, quod per tranſactionem
fuerit à lite receſſum, *l. in ſumma, §.* 11 *& ibi Do-
ctores, ff. de condit. indeb. Ioſeph Ludou. d. deciſ.*
18. *num.* 46.
18 Quod autem tranſactio iſta ſuper quantitate
decimarum, & alijs rebus temporalibus Eccle-
ſiæ, cum aſſenſu Epiſcopi pro bono pacis valeat,
probant *text. in cap ſtatuimus, cap. ſuper eo, &
cap. veniens, de tranſact. cap. ſuggeſtum, & cap. cũ
multiplici, de decim. cap.* 1. *& cap. final. de pact.
in* 6. *gloſ. final. in cap. de cætero, vbi etiam Abb.
num.* 2. *de tranſact. Vgol. in tract. de Simon. in ge-
nere, cap.* 29 *§.* 3. *num.* 2. *Bellet. Diſq. Clerical.
par.* 2. *tit.* 7. *§.* 6. *num.* 21. Rot. *in recent. par.* 4.
19 *deciſ.* 270. *nu.* 3. Quod procedit etiamſi agatur †
de mortuarijs, & ſimilibus rebus pertinentibus
ad Parochialitatem, quia in iſtis non ſimpliciter
prohibetur conuentio, dummodò ſit libera, &
non ad ſuggeſtionem alterius, vt benè *per Anchà-
ran. in d. cap. final. de pactis in* 6. *Vital. in Clemen-
tina cupientes tertia, in fine, numer.* 83. *de pœnit.
Franch. in cap.* 1. *num,* 3. *verſ. tu aduerte, de ſe-
pult. in* 6. *& ibi etiam Anchar. numer.* 2. *Crau.
conſ.* 10. *num.* 12. *Gratian. diſcept.* 210. *num.* 20.
Rot, *in recent. par.* 7. *deciſ.* 218. *num.* 3. *& ſeqq.*
20 Quamuis enim † pro exequijs mortuorum, pro
adminiſtratione Sacramenti Baptiſmatis, ſeù Eu-
chariſtiæ ſiuè aliorum Sacramentorum, nihil exi-
gi poſſit, *cap. in ſuam, de Simon, cap. Baptizandis
cum ſeqq.* 1. *quæſt.* 1. niſi voluntariè, quid offe-
ratur, *cap. placuit* 1. *quæſt.* 1. & per conſequens
videatur non valere talem concordiam, ſeù tran-
21 ſactionem. Attamen † ſi laici ex conſuetudine
laudabili ſint ſoliti aliquid ſoluere, poſſunt cogi,
& compelli ad illius obſeruantiam ſi non iure
actionis, ſaltem officio Iudicis, *iuxta tex. in d.
cap. ad Apoſtolicam, vbi gloſ. final. & Abb. num.*
3. *&* 4. *de Simon. Bellett. d. §.* 3. *num.* 21. *Oſaſch.
deciſ.* 39. *num.* 17. *Caſſad. deciſ. vnic. de conſuet.*
Rot, *coram Mantic. deciſ.* 366, *num.* 3. *& in rec.
par.* 5. *deciſ.* 389. *num.* 9. *Gratian. d. diſcep.* 210.
22 *num.* 13. *& ſeqq.* Quoniam † multa non honeſtè
petuntur, quæ honeſtè recipi poſſunt, *cap. de
Eccleſijs* 18. *diſt. l.* 1. *& §. eſt quidem, de varijs,
& extraord. cogn. Abb. in cap. abolendæ, in
princ. verſ. hoc autem intelligas, de Simon. Bellett.*
23 *vbi ſupra d. num.* 21. *in fin. & num.* 22. vbi quod †
eſt

eſt conſeruanda talis conſuetudo, etiam ſi Clerici
ſint diuites, nec per contrarium ſtatutum reuocari
poteſt, *Gratian. d. diſcept. 230. num. 27.*

Nec facit in contrarium, quod iſta conſuetudo
24 non † ſit admittenda, vt *per Rodoan. de Simonia*
ment. part. 3. cap. 4. num. 9. vbi loquitur de ſepul-
turis, benedictionibus nubentium, & ſimilium.
Quia prædicta procedunt in conſuetudine prouc-
niente, ex coacta ſolutione, non autem in ea, quæ
25 fuit introducta † ex pia, & laudabili deuotione
fidelium, quæ omninò eſt ſeruanda, & populus
ad illius obſeruantiam cogi poteſt, vt dictum eſt,
cap. ex parte, de cenſibus, §. pro conſuetudine, in
Auth. de ſanctiſs. Epiſcop. gloſ. in cap. ſua, & in
cap. cum Eccleſia, de Simon. Caſtrenſ. conſ. 363. in
princ. lib. 1. Ricc. in prax. part. 1. tit. de ſepultur.
deciſ. 665. num. 4. Belleit. vbi ſupra num. 21. &
26 *ſeqq.* ſufficit enim † cauſa pia ad ſuſtinendam va-
liditatem dictæ laudabilis conſuetudinis, ex qua
deinde titulus allegari poteſt, vt populus cogi
poſſit, *Rot. in recentior. par. 5. dicta deciſ. 389.*
num. 11. Ideò ſtante dicta conſuetudine de qua
in hoc caſu conſtat per propriam confeſſionem
hominum Villæ S. Mariæ Camerinen. Diœceſis
in precibus porrectis Epiſcopo, dicendum venit
eſſe validam dictam tranſactionem factam ſuper
controuerſia quantitate, non autem ſuper conſue-
tudine.

27 Non obſtat, quod dicebatur Vniuerſitatem,
quæ recognoſcit ſuperiorem, & non habet pote-
ſtatem legis condendæ, non potuiſſe obligare ſin-
gulos de Vniuerſitate, eorumque bona, vt per
Loſeam de iure vniuerſitatis, *cap 3. part. 3.* Quia
28 Auctor † iſte loquitur de obligatione nouiter in-
ducenda; Nos autem verſamur in tranſactione
per quam nihil noui inductum fuit, nec induci
poteſt, ſed tantummodo declaratur quanta eſſe
debeat obligatio in poſterum, ſtante controuerſia
circa quantitatem obligationum debitarum à cō-
ſuetudine, ex qua ortum habuit obligatio erga
omnes de Vniuerſitate, vt diximus. Et ideò ſicut
huiuſmodi negotium omnes tangit, & ad omnes
29 ſpectat, ſic tranſactio † facta à maiori parte Vni-
uerſitatis præiudicat minori, & per eam eſt ob-
ſeruanda, *l. quod maior pars; ff. ad municip. cap.*
1. & 3. de his, quæ fiunt à maiori parte capituli,
Franc. Marc. deciſ. 226. numer. 1. par. 1. & deciſ.
30 *885. num. 3. & 4. part. 2.* Maximè fauore † di-
rimendarum litium, vt hic, quia tunc maior pars
poteſt præiudicare minori, *l. duo ex tribus, de re*
iudicat. cap. final. extr. eod. tit. cap. prudentiam,
de off. delegat. Fœlin. in cap. cum omnes, num. 15.
verſ. quarto fauore litium, de conſtit. Bart. in l.
quod maior pars, ff. ad municip. Gratian. diſcept.
721. num. 13. vſque ad num. 17. vbi quod quam-
uis eſſemus in actibus voluntarijs nihilominus
31 talis actus eſſet validus, † & præiudicaret mino-
ri parti, niſi per eam oſtendatur de irrationabili-
tate, *vt per Fœlin. in d. cap. cum omnes, num. 18.*
verſ. ſed concluderem, de conſtit. quem ſequitur Gra-
tian. in allegat. diſcept. 721. num. 17. & in Addit.
ad Dec. March. 183. num. 3. Adden. ad Buratt. de-
ciſ. 573. num. 11. Cupyc. deciſ. 4. num. 8. Et ta-
men de hoc minor pars coram nobis conqueſta
32 non fuit, Nec † conqueri poteſt pro ſimili tran-
ſactione fauore dirimendarum litium, quo caſu
non eſt dare de irrationabilitate, *ad l. duo ex tri-*
bus, ff. de re Iudicat. Fœlin. in d. cap. cum omnes,
nu. 15. verſ. fauore litium. de conſtit. Franc. Marc.
deciſ. 489. num. 19. lib. 2. Gratian. d. diſcept. 721.
num. 13. Adden. ad Buratt. d. deciſ. 573. num. 15.
Quinimo dum Vniuerſitas fuit legitimè conuoca-
33 ta, licet † non fuerint congregati omnes, tamen
id quod geſtum fuit à congregatis per maiorem
partem valet etiamſi agendum fuiſſet per omnes,
cum iſta dictio omnes intelligatur iuxta ſubiectā
materiam ideſt maioris partis, *gloſ. in l. nulli,*
verſ. duæ partes, ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom.
Abb. in dicto cap. cum omnes, num. 13. de conſtit.
Nat. conſil. 168. num. 7. Adden. ad Buratt. dict.
34 *deciſ. num. 22.* Idque † ne detur occaſio diffici-
lius, & raro expediendi negotia, prout fieret, cum
ſemper aliqui hominum diſſentiant, *l. quia pote-*
rat, ff. ad Trebell. Gratian. qui alios refert d. diſcep.
721. num. 18. Et hoc credimus veriſſimum, nam
ſi eſſent attendenda dicta per Loſeam, nempè,
quod omnes debuiſſent conſentire effectualiter,
certe quod dicta tranſactio nunquam habuiſſet
35 effectum, † cum ad diſſentiendum laici contra
Eccleſiaſticos ſint procliui, *ad tex. in cap. clericis,*
de immunit. Eccleſ. in 6. cap. laicos 2. quæſt. 7.

Vltimo loco non obſtat, quod dicebatur de
nullitate mandati ad tranſigendum, & concordan-
36 dum ex eo, quod conſilium † non fuerit factum
omnibus conuocatis, prout oportebat, *ad tex.*
in l. 2. C. de decurion. lib. 10. & l. penult. C. de
legat. eod. lib. 10. Speculator in titulo de ſindicatu,
§. 1. num. 2. Nam cum habeamus enunciatiuam
inſtrumenti dicti mandati, quod parlamentantes
fuerint à Syndico vniuerſitatis vocati, cumque
etiam habeamus fidem de pulſatione campanæ ad
talem effectum, & conſtet, quod fuerint congre-
gati pro maiori parte, vt in aſſertiua dicti inſtru-
menti, conſequenter dicendum venit Conſilium
ritè, & rectè fuiſſe conuocatum, & propterea il-
lud ſeruandū eſſe iuxta diſpoſitionem tex. in cap.
1. de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli, Et in
l. nulli, & l. ſeq. ff. quod cuiuſque Vniuerſ. nomin.
37 Eò magis, quia † verſamur in actu tranſactionis
fauorabili, pro quo etiamſi verſaremur in dubio
adhuc eſſet reſpondendum, *cap. ſi Papa, de pri-*
uileg. in 6. l. quoties, ff. de rebus dubijs, Seraphin.
deciſ. 509. num. 4. Et ita votanimus.

Hic autem ad laudem, & honorem Omnipo-
tentis Dei Beatæque Mariæ Virginis, finem im-
ponimus ſecundæ parti Deciſionum Rotæ Mace-
raten. Quæ verò ſequuntur ſunt allegationes factæ
in defenſionem iurium noſtræ Eccleſiæ Bitectenſi,
quamuis poſitæ ſub nomine deciſionum pro com-
plemento Operis.

AR-

ARGVMENTVM.

Conſtitutio, ſiue prohibitio facta per Baronem, vel Dominum temporalẽ ne ſubditi vadant ad alia molendina, quam ad ſua, non poteſt de iure comprehendere molendina Eccleſiarum, vel perſonarum Eccleſiaſticarum.

SVMMARIVM.

1 *In facultatiuis non datur coactio reſtrictiua liberæ poteſtatis.*

2 *Dominus non poteſt prohibere ſubditis ne vadant ad alia molendina, quam ſua.*

3 *Amplia, & num. 4.*

5 *Titulus in præſcriptione iurium incorporalium requiritur.*

6 *Maximè vbi præſumptio eſt aduerſus eum, qui præſcribere intendit contra Eccleſiæ libertatem.*

7 *Barones poſſunt præſcribere ius habendi molendina priuatiuè, quo ad alios.*

8 *Declara id procedere inter mere laicos, & dummodò conſtet de priuilegio.*

9 *Vel conſtet quòd facta ſit probibitio. & probibiti acquieuerint per legitimum tempus ad complendam preſcriptionem.*

10 *Præſcriptio non extenditur de perſona ad perſonã præſertim non ſubditam.*

11 *Probibitiones, vel ſtatuta, quæ auferunt Clericis competentia de iure naturali Canonico, & Ciuili, lædunt Eccleſiaſticam libertatem.*

12 *Imperator non poteſt ſe intromittere in concernentibus libertatem Eccleſiaſticam.*

13 *Excommunicationem incurrunt facientes ordinationes in præiudicium libertatis Eccleſiaſticæ.*

14 *Nec conſuetudo contraria allegari poteſt.*

15 *Notorium probatione non indiget.*

16 *Præſcribere volens rem debet illam poſſidere, & credere ad ſe pertinere.*

17 *Libertas Eccleſiaſtica eſt de iure Diuino.*

18 *Conſuetudo contra ius Diuinum eſt irrationabilis, & nulla.*

19 *Laicus contra libertatem, vel immunitatem Eccleſiæ præſcribere non poteſt, etiam per immemorabilem, quæ capacitatem tribuere non poteſt.*

20 *Immemorabilis conſuetudo contra libertatem Eccleſiaſticam eſt reprobata à iure Canonico, & Ciuili.*

21 *Et non eſt attendenda.*

22 *Nemo plus iuris in alium transferre poteſt, quam ipſe habet.*

23 *Quod non eſt præſcriptibile, nec eſt ceſſibile.*

24 *Ius molendi, vel probibendi nunquam intelligitur ceſſum in præiudicium tertij.*

25 *Præſertim contra Eccleſiam.*

26 *Etiam ſi ageretur de publica vtilitate.*

27 *Inferiores non poſſunt imponere legem ſuperiori.*

28 *Probibitio laicorum etiamſi verba dirigat in perſonas ſubditas non valet ſi Eccleſiæ libertas tollatur directè, vel indirectè.*

29 *Baro declarare debet, quod probibitiones factæ non eundi ad alia molendina, quam ad ſua non comprebendunt molendina Eccleſiaſtica.*

30 *Priuatorum geſta Eccleſiæ præiudicare non poſſunt.*

31 *Principes temporales Eccleſiæ libertatem tueri, & augere debent.*

DECISIO CCXCVIII.

DOminus Flaminius de Angelia hodiè Princeps Bitecti, qui annis elapſis titulo emptionis acquiſiuit à quibuſdam particularibus dictæ Ciuitatis eorum molendina, quæ vnita exiſtebant in quadam taberna, ſeù domo Vniuerſitatis ab eiſdem particularibus conducta, non potuit, nec poteſt de iure in præiudicium molendini Eccleſiæ Cathedralis Bitecten. ſubditos ſuos compellere, vt deferant frumenta molenda ad dicta eius molendina; Cum in iuribus
1 iſtis negatiuis, & quæ merè ſunt facultatis † non detur coactio, nec induci poſſit ſeruitus, vel conſuetudo aliqua reſtrictiua liberæ poteſtatis, vt latè probant multa citata, *Gratian. diſcept. 564. num. 44. Afflict. deciſ. 388. num. 3. & ibidem Vrſill. num. etiam 3. Rot. in recent. par. 3. deciſ. 616. num. 1. & ſeqq.* Quod procedit in quibuſ-
2 cunque perſonis, † ſeù Dominis habentibus iuriſdictionem, ac merum, & mixtum imperium ſuperiorem recognoſcentibus, qui nullatenus poſſunt ſtatuere, vt ſubditi non deferant frumenta ad alia molendina, quam ſua, cum hæc tollant libertatem, & graue præiudicium afferant habentibus ſimilia molendina, *Bald. conſ. 57. lib. 3. Brun. conſ. 56. in princ.* Rolan. *à Valle conſ. 22. num. 19. lib. 2. Honded. conſ. 84. num. 35. lib. 2.* Surd. *conſ. 127. num. 35. & 55. & conſ. 154. num. 81. & ſeqq. Vermigliol. conſ.* 100. *num. 1. & ſeqq. Clar. in §. feudum, quæſt. 30. num. 1. Grat. d. diſcept. num. 45. Boer. deciſ. 125. num. 4. Guidop. deciſ. 298. in princ.* Rot. *in recent. par. 2. deciſ. 530. num. 2. & coram Buratt. deciſ. 38. num. 2. & 3. prout etiam ſæpius ita fuit deciſum, vt in Tiburtina iuris molendi 4. Iulij 1614. & 20.* Nouẽbris *1616. coram* Remboldo, *& prius in Meſſanen. furni 21.*
3 *Iunij 1591. corã Pamphilio.* Imò etiam † in quocunque Principe, qui tales prohibitiones facit ad ipſius priuatam vtilitatem, *Mar. Ant. var. lib. 1.*
4 *reſol. 65. nu. 3.* & in puncto † de Baronibus Regni Neapolitani, quod non poſſint ſubditos ad prædicta cõpellere adeſt Pragmatica Caroli V. quæ eſt 14. in titulo de Baronibus, & de qua etiã mẽ- innũ

faciunt, *Grat. d. diſcept. num. 46. Theſ. deciſ. 16.*
num. 2. in fin. Siquidem requiritur omnino titu-
5 lus,† qui debet allegari, & probari alias conſue-
tudo, ſeù præſcriptio in iuribus iſtis incorpora-
libus non procedit, *cap. ſi diligenti, de præſcript.*
Capyc. deciſ. 209. num. 25. Idque multò magis,
6 vbi præſumptio eſt aduerſus eum, qui † præſcri-
bere intendit contra Eccleſiæ libertatem, *Affl. d.*
deciſ. 388. num. 6. Capyc. d. deciſ. 209. num. 26.
Theſ. d. deciſ. 16. num. 3.

7 Nec officit, quod Barones poſſint præſcribe-
re ius habendi molendina priuatiuè quoad alios
iuxta dictam Pragmaticam Caroli V. in fine.
8 Quia prædicta procedunt † inter mere laicos ab
vtraque parte, quando conſtat de priuilegio,
aut præſcriptione cum titulo, & bona fide, vt in
puncto firmant idem *Grat. vbi ſupra num. 51. &*
Affl. d. deciſ. num. 4. & 5. Vel procedunt inter
9 eoſdem laicos † ſi facta ſubditis prohibitione
ipſi acquieuerint parendo per legitimum tempus
ad complendam præſcriptionem, *gloſ. in l. qui*
luminibus, ff. de ſeruit. verb. pred. Abb. in cap. ſi-
gnificante, num. 1. de appellat. & in cap. Abbate,
num. 9. & ſeqq. de verb. ſignif. Menoch. de arb.
caſ. 160. num. 10. Grat. vbi ſupra num. 52. Bont.
d. deciſ. 125. num. 5. & latius comprobat. Rot. in
alleg. deciſ. 616. num. 1. & 2. Quo etiam caſu li-
cet ius acquiſitum fuiſſet in vno molendino, vel
10 in † vna perſona, hoc tamen non præiudicat alijs
præſertim non ſubditis, *Mar. Ant. d. reſolut. 65.*
num. 12. Affl. d. deciſ. 388. num. 3. Capyc. d. de-
ciſ. 209. num. 28. Quæ omnia ceſſant in hoc caſu
molendini Eccleſiæ, vt infra latiùs patebit. Vn-
de concludendum venit, quod non rectè, nec re-
ctè fecerunt officiales, & miniſtri dicti Principis
prohibendo de facto laicis, etiam per carceres,
& ablationem panis ne deferant triticum ad mo-
11 lendinum dictæ Eccleſiæ Bitecten. quoniam † ta-
les prohibitiones auferentes Eccleſiæ, vel perſo-
nis Eccleſiaſticis competentia illis de iure Natu-
rali, Canonico, & Ciuili, tendunt in manifeſtam
derogationem, & læſionem libertatis Eccleſiaſti-
cæ, *Grammat. deciſ. 100. num. 13. Sperell. deciſ.*
12. num. 39. & 45. lib. 1. Cùm hoc modo pro-
12 prohibeatur † libera adminiſtratio bonorum
Eccleſiæ in qua neque Imperator ipſe poteſt de
iure ſe intromittere, *cap. ſi Imperator, de rebus*
Eccleſia non alien. Mar. Ant. d. reſolut. 65. num. 6.
13 Neoque ſimilia † præſtantes ſententiam excom-
municationis ipſo facto incurrunt, per *cap. final.*
de immun. Eccleſ. in 6. & per Bullam Cœnæ Domi-
ni, cap. 15. de qua loquuntur *Theſ. fori Eccleſ.*
part. 3. cap. 7. num. 74. Mar. Anto. d. reſolut.
num. 15. Grat. d. diſcept. num. 58. Quacunque
14 conſuetudine † in contrarium non obſtante, vt
latiùs deducit *Sperell. deciſ. 37. num. 48. & ſeqq.*
lib. 1.

Neque pariter obſtat immemorabilis allegata
per D. Principem ex perſona Vniuerſitatis Bite-
cten. quæ præſupponitur habuiſſe molendina re-
ſtricta, & certo loco coarctata per tantum tem-
poris ſpatium, vt eius initium in hominum me-
moria non exiſtat, ex qua molendinorum coar-
ctatione deſumitur probatam eſſe talem imme-
morabilem contra dictam regulam in principio
firmatam, itant Princeps ex iure ceſſo poſſit fa-
cere dictas prohibitiones. Quia pro reſponſione
eſt in primis animaduertendum in facto, quod
Vniuerſitas Bitecten. pro faciliori exactione ga-
bellæ farinarum habebat vtique locum, vbi con-
tinebantur omnia molendina Ciuium priuatorũ,
ac etiam pro certo tempore molendinum Eccle-
ſiæ, quem locum ipſi Ciues particulares habentes
molendina conducebant ab Vniuerſitate pro cer-
ta annua reſponſione conuenta, ſed tamen certũ
eſt, & veriſſimum, quod ipſa Vniuerſitas nun-
15 quã habuit molendina publica, † idque eſt adeò
notorium, vt non indigeat alia probatione, *cap.*
veſtra, de cohab. Cleric. & mulier. l. 1. ff. ex quib.
cauſ. minor. Maſcard. de probat. concluſ. 108. num.
1. cum ſimilibus. Vnde impoſſibile eſt dicere,
quod per immemorabilem potuerit Vniuerſitas
acquirere ius prohibẽdi ex dicta ſola coarctatio-
ne molendinorum quia requiritur ſemper, quod
16 volens † præſcribere ius prohibendi, habeat, &
poſſideat molendinum, & credat ad ſe pertinere,
& iure ſuo vti in prohibendo, ad tradita per *Abb.*
in conſ. 101. col. 4. vol. 1. & conſ. 94. col. 2. vol. 2.
cum ſine poſſeſſione non poſſit præſcriptio pro-
cedere, *iuxta regulam cap. ſine poſſeſſione, de reg.*
iur. in 6. Monet. de decim. cap. 4. num. 80. Barb.
de offic. Paroch. cap. 28. §. 2. num. 49. Sed dato
citra veri præiudicium, quod molendina fuiſſent
Vniuerſitatis, & quod probata fuiſſet immemo-
rabilis, adhuc reſpondetur illam nullatenus ob-
17 ſtare poſſe libertati Eccleſiaſticæ, † quæ eſt de
iure diuino, vt determinat *ſac. Conc. Trid. ſeſſ. 25.*
cap. 20. de reformat (ibi) Dei ordinatione, *&*
latè probant Diana par. 4. tract. 1. reſolut. 44. &
par. 7. tract. 1. reſol. 2. & pluribus ſeqq. & Rota
in recent. par. 6. deciſ. 339. num. 7. & ſeq. & par.
7. deciſ. 159. num. 5. Quod patet non tantum ex
18 parte obiecti, quia † nequeunt actiones huma-
næ quantocunque tempore, vel numero multipli-
cẽtur contra Chriſti voluntatem præualere, adeò
vt conſuetudo etiam immemorabilis inde pro-
ueniens ſit iniqua vtpotè rationi contraria, *iuxta*
tex. in cap. vlt. de conſuet. Felin. & alij Canoniſtæ
in cap. 1. de treug. & pace, Abb. in cap. non minus,
num. 17. de immunit. Eccleſ. Sperell. qui alios re-
fert d. deciſ. 37. num. 28. Sed etiam patet, ac no-
rum eſt ex parte ſubiecti, ex quo per rerum natu-
19 ram laicus † præſcribere volens contra liberta-
tem, vel immunitatem Eccleſiæ eſt prorſus inca-
pax huiuſmodi iuriſdictionis, quo caſu nihil ope-
ratur immemorabilis, etiam ſi eſſet mille anno-
rum, quia immemorabilis capacitatem tribue-
re non poteſt, datque ius capacibus, non au-

tem

tem incapacibus, cap. quanto, de conſuet. Sperell. d. deciſ. 37. num. 30. & ſeqq. Quinimò etiamſi fingamus immunitatem, & libertatem Eccleſiaſticam eſſe de iure poſitiuo, vt non ſine errore aliqui putauerunt, adhuc dicendum erit per dictam immemorabilem minimè præiudicari poſſe libertati Eccleſiaſticæ, nec in toto, nec in
30 parte, quia † talis conſuetudo immemorabilis, vti contra libertatem Eccleſiaſticam eſt à iure tàm Ciuili, quàm Canonico reprobata, Auth. caſſa. C. de Sacroſanct. Eccleſ. capit. Clerici, de Iudic. capit. ad noſtram, & capit. cum in-
31 ter, de conſuet. Et ſic tanquam reprobata, † & ſacris Canonibus inimica nullatenus eſt attendenda, cap. qualiter, & quando, vbi Abb. nu. 7. & cæteri Doctores communiter de Iudic. Sperell. d. deciſ. num. 41. & ſeqq. Rot. deciſ. 3. numer. 4. de conſuet. in antiq.

Nec pariter obſtat conceſſio iuris molendi, quæ dicitur facta per Vniuerſitatē Principi prædicto vnà cum donatione domus, ſeu tabernæ, vel lamiæ, vbi molendina continentur. Quia reſpondetur in primis, quod Vniuerſitas, quæ nun-
32 quam habuit molendina, nec acquiſiuit † ius aliquod prohibendi contra libertatem Eccleſiæ, vt dictum eſt, non potuit propterea plus iuris in alium transferre, quam ipſa habebat, vulgata l. nemo plus iuris, ff. de reg. iur. can. Datbertum, 1. quæſt. 7. cap. nemo poteſt, de reg. iur. in 6. l. 18. C. qui pro ſua iuriſ. Rot. coram Buratt. deciſ. 428. num. 2. & in recent. par. 6. deciſ. 127. nu. 3. cum alijs notatis in deciſ. noſtra 220. num. 4. Secundò
33 reſpondetur, † quod non eſt præſcriptibile, vt ſupra docuimus, nec eſt ceſſibile, & renunciabile, vt inquit Bal. in l. 1. C. quam non pet. par. Sperell. d. deciſ. 37. num. 32. Tertiò reſpondetur di-
34 cta iura † molendi, & prohibendi ſi competerent, & eſſent ceſſibilia, nunquam tamen intelligi ceſſa, nec cedi poſſe in præiudicium Tertij, l. 3. §. ſi quis à Principe, ff. ne quid in loc. pub. Capiblanc ad dictam Prag. num. 6. Gaſp. Theſ. in ad-
35 dit. ad d. deciſ. 16. in fine. Præſertim contra † Eccleſiam, Mar. Ant. d. reſolut. 65. num. 15. Burſatt. conſ. 42. num. 18. lib. 1. Theſ. d. deciſ. 16. n. 5. in fin. Vinc. de Franch. deciſ. 380. circa medium, Gram. d. deciſ. 100. num. 20. Quod eſt adeò ve-
36 rum, vt † procedat etiamſi tales prohibitiones factæ fuiſſent fauore publicæ vtilitatis, vt diſcuſſo articulo, latè concludit Mar. Ant. in ſæpè alleg. reſol. 65. per totam, vbi etiam reſpondet contrarijs, & de magis communi opinione reſtatur Rot. diuerſ. par. 2. deciſ. 50. num. 25. & 27. Et ratio
37 videtur eſſe, quia inferiores † non poſſunt imponere legem, nec præiudicare Eccleſiæ ſuperiori, cap. veniens, de iur. iurand. l. pacta quæ. C. de pact. l. nam magiſtratus, ff. de recept. Arb. Gratian. diſcept. num. 57. Grammat. d. deciſ. 100. numer. final. Sperellus d. deciſ. num. 63.

Vltimò non obſtat, quod dicebatur Eccleſiam, ſiue Epiſcopum cōqueri non poſſe de prohibitionibus factis ſubditis aduerſus, quos Principes iuriſdictionem exercere poteſt. Quia cum in Ciuitate Bitecti non adſint alia molendina, quam Baronalia, & vnicum aliud Eccleſiæ Bitecten. vt dictum eſt, propterea reſpondetur, quod
28 licet verba prohibitionis † dirigantur in perſonas ſubditas, effectus tamen lædit Eccleſiæ præfatæ libertatem, & illi damnum adfert; Siquidem principalis intentio Principis fuit, & eſt prout verbis, & factis demonſtrauit, ne ſubditi deferant triticum molendum ad dictæ Eccleſiæ molendinum: Et quia effectus prohibitionis extenditur ad res eidem minimè ſubiectas, ſequitur dicendum ex hoc etiam capite nullas eſſe, & inualidas prohibitiones, ordinationes, & ſtatuta ſimilia, ex latè traditis per Calder. conſ. 12. Anchar. conſ. 13. & 155. num. 8. cum alijs copioſè deductis per Surd. conſ. 301. num. 74. & ſeqq. Mar. Ant. d. reſolut. 65. num. 8. & 9. Sperell. d. deciſ. 37. num. 42. verſ. & quamcunque; cum qua opinione cōcordat reſolutio ſac. Cong. Immunitatis, quæ ſignanter approbauit prædicta Ancharani conſilia ſub die 7. Decemb. 1632.
29 Et rurſum † nobis inſtantibus pro hac eadem cauſa declarauit die 7. Martij 1651. per hæc verba inſtante Epiſcopo Bitectenſi ſac. Cong. Eminentiſſimorum Cardinalium Immunitati Eccleſiaſticæ, & controuerſijs Iuriſdictionalibus Præpoſita cenſuit Communitates, & Barones teneri facere declarationem, prohibitiones, quæ emanantur non eundi ad alia molendina, quam ad molendina ipſarum Communitatum, & Baronum non comprehendere molendina Eccleſiarum, nec perſonarum Eccleſiaſticarum, vbicunque exiſtentium, ipſaſque Communitates, & Barones id facere renuentes cogi poſſe, & debere remedijs ſacrorum Canonum, & Conſtitutionum Apoſtolicarum. ♁ M. Cardinalis Ginettus. Atque ita ex his omnibus patet nullum ius prohibendi competere Principi aduerſus molendinum Eccleſiæ cui geſta pri-
30 uatorum † præiudicare non poſſunt, Caſtrenſ. conſ. 423. num. 5. lib. 2. Grammat. d. deciſ. 100. num. 50. Sperell. d. deciſ. 37. num. 63. Rot. in recent. par. 6. deciſ. 339. num. 76. & 77. Proinde partes eiuſdem Principis eſſe animaduertere in officiales ſuos, qui impediunt dictæ Eccleſiæ li-
31 bertatem, † quam ipſe tueri, & augere debet ad finem, & effectum, vt Prælatus in ſua reſidentia, & officio quietus, & ſine impedimentis cum fructu, & ædificatione popul. permanere valeat, vt Dominos temporales admonet ſacrum Concilium Tridentinum in allegata ſeſſ. 25. cap. 20. de reformat.

✠

ARGVMENTVM.

Clerici poſſunt cedere, aut donare in totum, vel quod eis ſupereſt de franchitia, ſeù immunitate taxata; Et ceſſionarius vtitur iure cedentis.

SVMMARIVM.

1 *Actiones omnes regulariter cedi poſſunt.*
2 *Clerici poſſunt donare, vel vendere franchitiam taxatam.*
3 *Obſeruantia ſubſequuta excludit omne dubium.*
4 *Subrogatus aſſumit naturam ſubrogantis.*
5 *Et vtitur eodem iure.*
6 *Paria ſunt, quòd Eccleſiaſtica libertas tollatur, vel indirectè reſtringatur.*
7 *Ius quòd directè auferri non poteſt, nec per indirectum tollitur.*
8 *Vnicuique licet inuigilare pro commodo ſuo, etiam cum damno alterius.*

DECISIO CCXCIX.

INſuper idem D. Princeps prætendit non ſolum prohibere poſſe Laicis ſubditis ne accedant ad molendinum Eccleſiæ cum grano proprio, vt in præcedenti deciſione, ſed etc etiam cum franchitiis emptis, vel donatis à Clericis. Cuius quidem dubij facilis videtur reſolutio ſi conceditur, prout concedendum eſſe credimus iſtud ius perſonæ Eccleſiaſticæ in-
1 herens eſſe ceſſibile, ex regula generali, † quod omnes actiones cedi, & in alium tranſferri poſſunt, toto titulo, de hæred. vel actione vend. & notauimus *deciſ. noſtra 46. numer. 14.* latiuſque comprobat *Tiraquell. de retract. lig. §. 26. gloſ. 3.*
2 *num. 3. cum ſeqq.* Et † in puncto firmat *Proſp. de Ang. in addit. ad Quarant. in ſumma Bullar. verbo vectigar. verſ. tertio amplia;* Vbi quod Clerici poſſunt donare, & vendere, ſiuè in totum, ſiuè id quod eis ſupereſt de immunitate taxata. Et idem firmat *Paul. Squilant. de priuileg. Clericorum, cap. 8. num. 68.* Corroboraturque opinio ex immemorabili, & continuata obſeruantia ſubſequuta, vſque in præſentem diem, vbi ſemper, & indiſtinctè omnes laici, & ipſimet gabellarij pro tempore exiſtentes emerunt franchitias taxatas ab omnibus Eccleſiaſticis vendere volenti-
3 bus, † quæ ſanè obſeruantia excludit omne dubium ſi adeſſet, *ad tex. in cap. cum dilectus, de conſuet. l. minimè, ff. de legib. Honded. conſ. 92. num. 30. lib. 1. Natt. conſ. 406. num. 38. Mant. de tacit. lib. 2. tit. 1. numer. 5. Gratian. diſcept. 825. num. 16. & diſcept. 842. num. 37. Mag. deciſ. Lucen. 49. num. final. Seraph deciſ. 600. numer. 3. Greg. deciſ. 502. num. 10.* Quo ſtante dicimus dubium à Principe excitatum non ſubſiſte-
4 re, † quoniam laicus ſubrogatus in locum Clerici aſſumit naturam, & qualitatem Clerici ſubrogantis, *l. ſi eum, § qui iniuriarum, ff. ſi quis caution. l. ſi donatæ, §. ſi ſponſus, de donat. inter virum, & vxor. Surd. conſ. 42. num. 13. Gratian. diſcept. 557. num. 60. & diſcept. 845. num. 16. Gregor. deciſ. 115. num. 3. & deciſ. 544. numer.*
5 *16.* Ac proinde † debet laicus, vti eo iure quo Clericus vtebatur, *cap. ſi quis ſucceſſor. de regul. iur. in 6. Menoch. conſ. 2. num. 3. conſ. 136. numer. 13. & conſ. 212. num. 74. Carolus de Graſſ. effect. Clerical. 3. num. 158. Ricc. in prax. var. reſolut. par. 2. reſolut. 383. num. final.* Alioquin
6 Clericus † per indirectum grauaretur dum impeditur ius ſuum alteri cedere, & conſequenter Eccleſiaſtica libertas remaneret vulnerata, & læſa, cum paria ſint, quod tollatur, vel reſtringatur indirectè in præiudicium Clerici, ad latè tradita
7 per *Surdum conſ. 301. num. 77.* Sicut † enim directo auferri non poteſt ius iſtud competens Clerico, ita etiam nec per indirectum, *vulca. cap. cum quid vna via, de reg. iur. in 6.*

Nec ſubſiſtit, quod dicebatur ſubditos compelli poſſe per conſtitutiones Regias ad emendum, & edendum, panem gabellatum. Nam dum ipſi emunt franchitias taxatas à Regia Camera, non cenſentur contrauenire conſtitutionibus Regiis, ſed hoc modo dicuntur emere, & manducare panem gabellatum, quamuis percipiant aliquod lucrum in emptione franchitiarum, quæ ſemper viliori pretio venduntur lai-
8 cis, † quibus licet de iure vigilare pro commodo eorum etiam in alterius damnum, *l. pupillus, in fin. ff. quæ in fraud. credit. l. final. etiam in fine, verſ. ne induſtria, C. depoſit.* Quod factum parum, vel nihil nocet gabellarijs; Nam ſi Clericus vendit, vel donat franchitiam ſuam laico, neceſſe eſt, quod emat, & edat panem gabellatum, vt ad ſenſum patet. Quare manifeſtè conſtat prætenſiones excitatas non ſubſiſtere, vt diximus, ac ideò licuiſſe, & licitum eſſe laicis ſubditis accedere pro eorum libito ad dictæ Eccleſiæ molendinum cum grano proprio, & cum franchitiis emptis, vel donatis ab Eccleſiaſticis.

ARGVMENTVM.

Quaſi poſſeſſio conferendi Beneficium ſufficit ad affectum validitatis collationis, dummodo prius non conſtet de proprietate; & quando iſta quaſi poſſeſſio præſentandi in iure patronatus defuncti transferatur in hæredem.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula ſine præiudicio eſt præſeruatiua iurium, redditq; conditionale quidquid geritur, & nu. 19.*
2. *Quaſi poſſeſſio anteceſſoris non ſuffragatur ſucceſſori, & num 9.*
3 *Status vltimus beneficij per vnicam collationem effectum ſortitam eſt attendendus.*
4 *Quaſi poſſeſſio conferendi acquiritur ex vnica collatione effectum ſortita.*
5 *Et ſufficit ad effectum conferendi beneficium vti liberum.*
6 *Nec propter exceptionem ſuper proprietate impeditur prouiſio effectum ſortita.*
7 *Manuteneri debet is, qui poſtremo loco poſſidet, ſi de poſſeſſione docet, & num. 30. & 34.*
8 *Exceptio proprietatis in articulo poſſeſſorio non attenditur.*
10 *Quaſi poſſeſſio conferendi non acquiritur Epiſcopo, ſed dignitati cuius vigore confertur, & num. 11.*
11 *Quaſi poſſeſſio acquiſita dignitati ſuffragatur ſucceſſori in dignitate.*
13 *Quaſi poſſeſſio conferendi non acquiritur niſi cum ſcientia aduerſarij. Limita, vt num 15. 16. 17. & 18.*
14 *Scientia præſumitur ex diuturnitate temporis.*
20 *Clauſula ſine præiudicio nihil noui concedit.*
21. *Nec præſeruat præiudicium quod factum expreſſè apparet.*
22. *Beneficij vltimus ſtatus, vt non attendatur ad effectum ſuſtinendi collationem opus eſt probatione liquidiſſima per rem iudicatam, vel per confeſſionem partis.*
23 *Clauſula ſine præiudicio operatur tunc demum quando is cuius iura præſeruantur poſſidet, & num. 25.*
24 *Poſſeſſio data cum clauſula ſine præiudicio cenſetur purè data, quamdiu non apparet alium habere potiora iura.*
26 *Poſſeſſio defuncti ad præſentandum non tranſit in hæredem ſine noua apprehenſione.*
27 *Quod procedit quando quis nititur ſola præſentatione anteceſſorum, non autem quando nititur etiam in pertinentia iuris patronatus.*
28 *Beneficij vltimus ſtatus ſemper attenditur ad ſuſtinendam collationem.*
29 *Nec collatio infringitur etiamſi detegatur contrarius ſtatus, ſed reſeruatur tale ius veris patronis pro ſequenti vacatione.*
31 *Sicut iuris patronatus fructus eſt præſentatio, ita collationis fructus eſt ipſa collatio.*
32 *Sicut præſentatus à patrono, qui eſt in quaſi poſſeſſione amoueri non debet, ita nec prouiſus, cui facta eſt collatio ab Epiſcopo, qui eſt in quaſi poſſeſſione conferendi.*
33 *Qui eſt in quaſi poſſeſſione conferendi facit fructus ſuos, nempè collationis.*

DECISIO CCC.

VAcante de anno 1622. Beneficio ſimplici in Eccleſia Bitecten. nuncupato de Aromara per obitum Nicolai Lamberti, prætendentes Domini Paſchalis, & Nicolaus de Fanellis Barenſes, illud eſſe de iure patronatus eorum familiæ, præſentauerunt in Curia Epiſcopali Bitecten. Ioſephum Fanellum, qui die 3. Nouembris eiuſdem anni inſterit pro inſtitutione illius præmiſſis edictis ſolitis; Et die 19. eiuſdem menſis dato termino ad probandum, quo elapſo, imò elapſis ſex menſibus cum nihil probauerit, vel deduxerit, iterum die 29. Maij ſequentis anni 1623. D. Vicarius aſſignauit eidem Ioſepho aliũ terminum decem dierum ad docendum de iure patronatus præſentantium, & procurandum cauſæ expeditionem, cum comminatione, quod termino elapſo, & nihil deducto declarabitur collationem ſpectare ad Ordinarium. Et quoniam in dicto termino nihil pariter fuit probatum, die 16. Iunij eiuſdem anni; Idem Vicarius declarauit collationem pro illa vice ſpectare ad Ordinarium, ſaluis iuribus ſupradictis de Fanellis, præſente R. D. Bernardino Milono procuratore dicti Ioſephi Fanelli, & ſucceſſiue Illuſtriſs. D. Iulius Matthæius tunc temporis Epiſcopus, beneficium tanquam liberum vigore dicti decreti, contulit Clerico Bartholomæo Furnario, qui poſſeſſionẽ illius adeptus fuit. Cum autem hodie ad aures noſtras peruenerit, certioreſque facti fuerimus, quod iterum, & denuò vacet beneficium per obitum ipſius Bartholomæi ſecutum in Ciuitate Ianuæ de anno 1649. die 15. menſis Iunij ad ordinarium ſpectantis cõtulimus illud Diacono Ambroſino Bitect. qui ſeruatis ſeruandis adeptus eſt illius poſſeſſionem. Poſt hæc comparuit coram nobis Clericus Vitus Felix Guadagninus præſentatus à D. Ioanne Thoma Fanello Baren. petens admitti præſentationem, & inſtitui, amoto quolibet indebito detemptore. Et videbatur bonum ius fouere; Nam cum dicta collatio anni 1623. facta fuerit Clerico Furnario ſine præiudicio iurium Dominorum de Fanellis, & pro illa vice tantum, non dicitur acquiſita nobis quaſi

1 poſſeſſio conferendi, quoniam clauſula † ſine
præiudicio eſt præſeruatiua iurium, ac reddit
quidquid geritur conditionale, operaturque
quod quatenus inſetatur præiudicium perinde
ſit acſi actus ille factus non fuiſſet, Mart. de clauſ.
part. 1. clauſul. 158. numer. 1. & 2. Garz. de be-
nef. par. 5. num. 65. Rot. in recent. par. 1. deciſ.
419. num. 3. & coram Buratt. deciſ. 443. num. 2.
2 Vltra quod allegabatur † nobis non ſuffragari
poſſe dicti Anteceſſoris poſſeſſionem, ſeù quaſi,
ex notatis per Gab. conſ. 185. num. 17. lib. 2. &
per Garz. de Benef. part. 5. cap. 5. numer. 35.
Rot. in recent. part. 6. deciſ. 275. num. 23.
Sed his non obſtantibus exiſtimauimus colla-
tionem factam Ambroſino eſſe de iure validam,
3 ſiquidem cum vltimus ſtatus † beneficij ſit de
libero per collationem factam ab Illuſtriſs. Epi-
ſcopo Matthæio de anno 1623. Clerico Bartho-
lomæo Furnario nullo reclamante, & effectû ſor-
titam, vt in facto notauimus, ille vtique ſtatus eſt
attendendus dum agitur de pertinentia collatio-
nis, cap. querelam, de elect. cap. cum olim, de cauſ.
poſſ. & propriet. cap. conſultationibus, de iure pa-
tron. Feder. de ſen. conſ. 234. num. 3. Bal. conſ.
437. lib. 2. Rot. in Ant. deciſ. 14. de Iur. patron.
& coram Canal. deciſ. 197. num. 6. deciſ. 350.
num. 2. & deciſ. 389. num. 6. coram Cocc. deciſ.
178. & in recent. par. 2. deciſ. 737. num. 3. Et
4 conſequenter † ex ipſa collatione effectum ſorti-
ta, fuit nobis acquiſita quaſi poſſeſſio conferen-
di, vt ex Rip. in cap. cum Eccleſia Sutrina, num.
91. de cauſ. poſs. & propriet. firmat in puncto Rot.
in recent. part. 2. deciſ. 435. num. 1. & dicta deciſ.
737. num. 4. & coram Canal. deciſ. 665. num. 2.
cum alijs congeſtis per Menoch. conſ. 90. num. 117.
& ſeqq. & per Ciarlin. controuerſ. forenſ. capit.
5 107. num. 18. Quæ quidem † quaſi poſſeſſio ſi-
ne dubio ſuffragatur ad effectum conferendi be-
neficium vti liberum, Rot. coram Put. deciſ. 100.
lib. 1. & in recentior. par. 2. d. deciſ. 435. num. 1.
deciſ. 623. num. 1. & d. deciſ. 737. num. 3. & 4.
Ferent. ad Buratt. deciſ. 776. num. 11. & Beltr.
6 ad Gregor. deciſ. 77. num. 12. Neque propter †
exceptionem ſuper proprietate impeditur pro-
uiſio effectum ſortita, d. cap. conſultationibus,
de iure patronat. & ibi Abb. num. 9. Ciarlin. d.
cap. 107. num. 11. Rot. in Antiq. dicta deciſ. 14.
tit. de iure patron. & in recent. part. 2. deciſ. 585.
num. 2. & d. deciſ. 737. num. 3. in fin. & num. 4.
circa medium, Adden. ad Buratt. d. deciſ. 776.
7 num. 12. Et ratio eſſe poteſt, † quia manuteneri
debet is, qui poſtremo loco poſſidet, iuxta regu-
lam, §. retinendæ, Inſtit. de interd. Etiamſi dein-
8 de conſtaret † de legitimo ſtatu contrario, vel
pertinentia illorum de Fanellis quorum exceptio
in hoc articulo poſſeſſorio non admittitur, l. 2.
ff. vti poſſidet. Lotter. de re Benefic. lib. 1. quaſt.
34. num. 26. Gratian. diſcept. 577. num. 23. Ad-
den. ad Buratt. d. deciſ. 776. num. 12. vbi dantur
concordantes, Ciarlin. d. cap. 107. num. 13. &
ſeqq. Seraph. deciſ. 555. num. 1. Rot. in recentior.
par. 1. deciſ. 229. num. 2. & 3. & par. 2. dicta
deciſ. 435. num. 1. & deciſ. 623. num. 1.
9 Neque prædictis obſtat, quod non ſuffragetur
nobis quaſi poſſeſſio Epiſcopi anteceſſoris, ex
allegatis ſupra num. 2. Quia reſpondetur conclu-
ſionem eſſe veram, quod poſſeſſio anteceſſoris
non transferatur in ſucceſſorem ſine noua appre-
henſione; ſed non militat in hoc caſu noſtro, vbi
10 dicta quaſi poſſeſſio † conferendi nôn fuit quæ-
ſita Epiſcopo anteceſſori, ſed ſuæ dignitati, cu-
ius vigore conferebatur, Abb. in cap. cum ſuper,
num. 11. verſ. ſi vero Clericus, de cauſ. poſſ. &
propriet. Rot. diuerſ. par. 1. deciſ. 390. & in re-
cent. part. 2. deciſ. 435. num. 3. & d. deciſ. 623.
11 num. 2. Proinde † ſequitur, quod ex collatione
anni 1623. fuerit acquiſita quaſi poſſeſſio digni-
tati Eccleſiæ, quæ nunquam moritur, vt habetur
in cap. quoniam, Abb. & ibi gloſ. in verb. ſubſti-
tutum, de off. Iudic. Deleg. & in cap. ſi gratioſè,
12 de reſcript. in 6. & conſequenter tranſiuerit † in
modernum Epiſcopum ſucceſſorem in dignitate,
qui reputatur vna, & eadem perſona cum præ-
deceſſore, vt poſt Garz. vbi ſupra num. 37. &
ſeqq. firmant in puncto Lotter. d. lib. 1. quaſt. 36.
num. 123. Surd. conſ. 183. num. 37. Vermigliol.
conſ. 91. num. 4. Guidop. deciſ. 629. num. 4. Rot.
in recentior. part. 1. deciſ. 326. & part. 2. deciſ.
501. numer. 2. & part. 4. deciſ. 313. num. 2. &
part. 7. deciſ. 49. numer. 8. coram Gregor. deciſ.
246. num. 1. & 2. & deciſ. 438. num. 4. & co-
ram Canal. deciſ. 655. num. 9. & coram Cocc. de-
ciſ. 26. num. 3. deciſ. 86. num. 1. deciſ. 135. num.
3. deciſ. 161. num. 1. & deciſ. 380. num. 1.
13 Nec eſt, quod hic dicatur fuiſſe neceſſariam
ſcientiam aſſertorum patronorum in acquirenda
illa quaſi poſſeſſione per Epiſcopum, ex allega-
tis per D. Lud. Poſt. in ſuo manutenendo obſeruat.
40. numer. 6. & ſeqq. & in reſolut. 38. numer. 8.
Quia prætterquam quod de illa ſatis manifeſte
conſtat, dum prima collatio Epiſcopi facta fuit
Furnario præſente, & non contradicente procu-
14 ratore dicti Ioſephi Fanelli, ea tamen † nihil-
ominus præſumeretur ex dicta diuturnitate tem-
poris nempè 27. annorum, vt poſt Innocent. Abb.
& alios notauit, Rot. diuerſ. part. 1. deciſ. 166.
num. 2. & coram Puteo deciſ. 198. num. 6. lib. 1.
Præterea reſpondetur non fuiſſe neceſſarium do-
15 cere † de ſcientia aſſertorum patronorum, cum
hoc reſpiciat petitorium, quod non conſidera-
tur in hoc ſummariſſimo manutentionis iudicio,
Rot. diuerſ. part. 2. deciſ. 17. num. 7. & 8. & in
recentior. part. 1. deciſ. 683. numer. 4. & coram
Greg. deciſ. 240. num. 10.
16 Vlterius reſpondetur non fuiſſe neceſſariam
ſcientiam Dominorum de Fanellis, qui non erant
in quaſi poſſeſſione præſentandi, vt infra latius
17 dicetur, Quamobrem † non eſt curandum de

ſcien-

ſcientia domini ſi ipſe Dominus non poſſidet,
Garz. de benef. par. 5. cap. 5. num. 121. Ricc. in
prax. Iur. Patron. reſolut. 215. num. 3. Rot. co-
ram Gregor. deciſ. 249. num. 8. & in recent. par.
Beneficia cum ſint perſonalia, contractus circa illa habiti perſonas contrahentium non excedunt, deciſ. 224. num. 3.

Beneficium Sacerdotale Clericus obtinens ſi eſt diſpenſatus à Papa perinde eſt, ac ſi eſſet actu Sacerdos, deciſ. 256. num. 10.

Inter concurrentes ad beneficium iuris patronatus, ille dicitur potior, qui habet qualitatem requiſitam à fundatore, ibidem, num. 11.

Beneficij fundationis tenor eſt attendendus ad cognoſcendum qualitatem illius, ibid. num. 13.

Beneplacitum Apoſtolicum.

Promittens impetrare beneplacitum non cogitur ad illud obtinendum, niſi conſtet eſſe neceſſarium, deciſ. 164. num. 22.

Beneplacitum non reuocatum ſemper duraſſe præſumitur, deciſ. 201. num. 27.

Bona vndecunque quæſita etiam extra cauſam ſocietatis, vt ſunt legata, hæreditates, vel ſimilia veniunt communicanda, non tantum in expreſſa, quam tacita ſocietate vniuerſorum bonorum ſecundum veram, & magis communem Doctorum ſententiam, deciſ. 134. num. 22.

Vbi igitur de vſufructu bonorum aduentitiorum filij pater ſolus poteſt comparere in iudicio, deciſ. 197. num. 22.

Et adire hæreditatem filij, ibidem, num. 23.

Bona pupilli quando ſita ſunt in diuerſis locis tutor debet habere adiunctum curatorem, deciſ. 213. num. 6.

Quod intellige ſi id petat tutor, ibidem, num. 7.

Vel vbi conſtat tutorem eſſe inſufficientem, ibidem, num. 8.

Bona dicuntur deducto ære alieno, deciſ. 223. num. 6.

Digitized by Google

Bona tutoris ſunt tacitè obligata pupillo, deciſ. 244. num. 7.
Bona minorum immobilia non poſſunt alienari, niſi pro ſoluendo ære alieno, deciſ. 245. num. 10.
Et in caſu quo creditores vrgeant de præſenti, ibidem, num. 11.
Et conſtet, quod minores non habeant mobilia, quæ primitus diſtrahi valeant, ibidem, num. 12.
Et ſuper præmiſſis interueniat Iudicis interlocutoria, qua declaretur bona mobilia minus damnoſa non extare, ibidem, num. 13.
Et tandem Iudicis decretum, ibidem, num. 14.
Bona propria hæredis non veniunt in obligatione bonorum facta per defunctum, deciſ. 168. num. 1.
Bona fides in dubio præſumitur in poſſidente, deciſ. 181. num. 34.
Et oritur etiam ex cauſis temerarijs, & iniuſtis, deciſ. 174. num. 42. & deciſ. 181. num. 35.
Bona fidea ſufficit, vt quis lucretur fructus, deciſ. 181. num. 39.
Imò ſatis eſt, quod abſit mala, deciſ. 181. num. 53.
Inter bonam, & malam fidem datur medium, quod eſt ſufficiens ad acquiſitionem fructuum, deciſ. 181. num. 40.
Bonæ fidei poſſeſſor facit fructus ſuos, dec. 181. n. 1.
Bona fides ad fructuum acquiſitionē cauſari poteſt ex iuſtis, & temerarijs titulis, deciſ. 181. num. 5.
Bonorum publicatio, vide in verbo Fiſcus.

C

Caducitas. Caducitatis pœnam imponens, videtur intellexiſſe dummodo adſit dolus, deciſ. 201. nu. 6.
Caducitas abſque dolo non incurritur, deciſ. 201. num. 8. & 10.
Conſtito de mente hæredis volentis adimplere præceptum teſtatoris, ceſſat pœna caducitatis, quæ ex facto alieno non inducitur, deciſ. 201. num. 65.
A pœna caducitatis excuſatur carceratus, ſi non ſoluit canonem, deciſ. 201. num. 67.
A caducitate excuſat ſcriptura, quæ non eſt clara, ſed plures intellectus habere poteſt, etiamſi eſſet publicum inſtrumentum, deciſ. 201. num. 70.
Ad effectum caducitatis dolus vetus requiritur, nec ſufficit præſumptus, deciſ. 201. num. 87.
Error iuris militem excuſat à caducitate, deciſ. 201. num. 99.
Etiamſi erraſſet magnorum virorum auctoritate deceptus, deciſ. 201. num. 100.
A pœna caducitatis error iuris dubij vnumquemque excuſat, deciſ. 201. num. 105.
Caducitas tanquam odioſa, vt excludatur eſt laborandum, deciſ. 201. num. 108.
Quælibet cauſa probabilis caducitate excuſat, deciſ. 201. num. 109.
Ad caducitatem inducendam dolus requiritur, deciſ. 201. num. 110.
Caducitas ſi non eſt acceptata morâ purgari poteſt de æquitate Canonica, deciſ. 201. num. 111.
Caducitatis acceptatio ex falſa cauſa nullius eſt momenti, deciſ. 201. num. 112.
Caducitas futura acceptari non poteſt, ne auferatur facultas purgandi moram intra modicum tempus à iure ſtatutum, deciſ. 201. num. 115.
Caducitatis acceptatio tacitè etiam inducitur, ead. deciſ. 201. num. 116.
Quod procedit quando illa neceſſariò inducitur ex aliquo actu præcedenti, ead. deciſ. 201. num. 117.
Caducitatis acceptatio non inducitur ex præparatorijs, deciſ. 201. num. 119.
Caducitatis pœna ſi imponitur ipſo facto dicitur facta executio à teſtatore, deciſ. 201. num. 120.
Caducitas etiam acceptata poteſt celeri ſatisfactione purgari, etiam ſtantibus verbis ipſo iure appoſitis, antequam tamen quis iudicialiter conueniatur, deciſ. 201. num. 123.
Caducitatem proponens ad ſui commodum tractat de lucro captando, deciſ. 201. num. 127.
Caducitas ceſſat, ceſſante pacto caducitatis in locatione ad longum tempus, deciſ. 269. num. 20.
Calumnia. Calumniæ ſuſpicio ceſſat quando conſtat de iuſtitia agentis, & tunc iuramentum calumniæ non eſt neceſſarium, deciſ. 163. num. 5.
Camerinum. Camerini ſtatutum lib. 2. rubric. 119. num. 2. quid diſponat de filia dotata, deciſ. 187. num. 1.
Capitale inter ſocios æquis portionibus in dubio eſt diuidendum, dec. 188. n. 9.
Niſi contrarium appareat nempè vnum ex ſocijs plus alio expoſuiſſe, ibidem, num. 10.
Captura capi nemo poteſt in propria domo, quæ tutiſſimum refugium vnicuique eſſe debet, deciſ. 277. num. 1.
Amplia etiamſi fuiſſet oſtium apertum, ibid. num. 2.
Ac etiamſi domus non eſſet propria inhabitantis, ibidem, num. 3.
Limita quando debitor captus non eſt ſoluendo, quia tunc de æquitate nullitet captus confirmatur, ne creditor amittat ſuum creditum, ibidem, num. 4.
Capucini ſunt incapaces ſucceſſionis bonorum, & quiſcunque acquiſitionis, deciſ. 181. num. 2.
Habenturque perinde, ac ſi obijſſent, ibid. num. 3.
Carceratus. Carcerati contractus valet, quando carceratio eſt iuſta, deciſ. 131. num. 1.
Carceratus ſi non ſoluit canonem excuſatur à pœna caducitatis, deciſ. 201. num. 67.
Carceratus pro vno debito non poteſt arreſtari pro alio, pro quo non eſt à Iudice relaxata executio, deciſ. 296. num. 1.
Caſus dubius excuſat à pœna, deciſ. 201. num. 107.
Caſus fortuitus eſt ſubmerſio in flumine, deciſ. 233. num. 1.

INDEX RERVM.

De caſu fortuito non tenentur ſocius, & conductor, deciſ. 233. num. 2.
De omni caſu fortuito etiam præter intentionem ſequuto tenetur ſocius, qui eſt in culpa, deciſ. 233. num. 6.
Caſus fortuiti ſunt naufragia, rapinæ, & ſimiles, ibidem, num. 7.
Nec attenditur an culpa ſit ordinata, an proxima, vel remota, ibidem, num. 8.
De omni caſu tenetur ſocius ex ſola contrauentione, ibidem, num. 9.

Cauſa, & ſententia quando dicatur indiuidua, deciſ. 276. num. 18.
Cauſæ omnes Prouinciæ Marchiæ in tertia inſtantia deuoluuntur ipſo iure ad Rotam Maceraten. priuatiuè, quo ad alios Iudices, deciſ. 194. nu. 4. & 15.
Quod intellige de cauſis Rotalibus ſummam ſcutorum 100. excedentibus, ibidem, num. 16.
Cauſa quelibet excuſat à dolo, deciſ. 202. num. 25.
Etiam iniuſta, ibidem, num. 26.
Et minima, ibidem, num. 17.
Quinimo fatua, & beſtialis, ibidem, num. 18.
Etiam ad euitandam caducitatem, ibidem, num. 19.
Cauſa colorata ſufficit ad excludendum dolum, etiam quando agitur de pœna priuationis hæreditatis, deciſ. 201. num. 20.
Cauſa quælibet pro euitanda caducitate excuſat, deciſ. 201. num. 109.
Cauſa appellationis, vbi eſt deſerta, dicitur expirata iuriſdictio Iudicis, deciſ. 229. num. 1.
Ad cauſam expediendam Iudici ſucceſſori in officio datur annus, deciſ. 232. num. 12.
Quod procedit in cauſa appellationis, ibid. num. 22.
Et etiam in terminis fatalium conſtitutionis Marchiæ, ibidem, num. 13.
Cauſa poſſidendi attenditur, non autem exercitium, deciſ. 234. num. 5.
Cauſa quælibet excuſat à pœna, deciſ. 234. num. 37.
Cauſæ omnes in ſacro Concil. Neap. tanquam ſummariæ cognoſcuntur ſola facti veritate inſpecta, deciſ. 237. num. 22.
Cauſa recuſationis in primis eſt examinanda, tanquam excluſiua, vel incluſiua iuris illius, deciſ. 245. num. 3. & 4.
Cauſa legitima contradicendi operatur, vt quis non cadat à iure ſuo, deciſ. 245. num. 7.
Cauſa legitima in alienatione rerum minoris eſt æs alienum, deciſ. 245. num. 8.
Cauſa venditionis bonorum minoris eſſe debet neceſſaria, ac vrgens, taliſque, vt ex ea minores compelli poſſint, deciſ. 245. num. 25. & 17.
Cauſa præſtationis conſenſus debet in primis verificari, vt conſentiens ſibi conſulat, deciſ. 245. n. 33.
Cauſa ſuſpicionis non eſt eadem in Vicario, quæ eſt in Epiſcopo, deciſ. 247. num. 61.
Cauſa ſuſpicionis ceſſante ceſſare debet effectus, hoc eſt ſuſpicio, deciſ. 247. num. 64.
Cauſa ſummariſſima admittit leuiores probationes, deciſ. 267. num. 13.
Cauſa propter quam quis ſe obligauit deficiente, obligatio remanet inefficax, deciſ. 272. num. 3.
Cauſa dotis appellationem non admittit, dec. 295. num. 3.
Cauſa pia ſufficit ad ſuſtinendam validitatem laudabilis conſuetudinis, deciſ. 297. num. 26.

Cautela reſeruationis ad primeua iura in euentum moleſtiarum non infert, quod per ſaluianum dicatur ſequuta euictio, ſed quod ille cui res fuit ablata poſſit agere de euictione contra venditorem, ſeu tertios poſſeſſores bonorum illius, abſque tamen præiudicio aliorum creditorum, deciſ. 206. num. 82.

Cautio non præſtatur de iure pro reſtitutione dotis, deciſ. 250. num. 1.
Plus eſt cautionis in rem, quam in perſonam, deciſ. 254. num. 11.
Cautio rati præſtari debet ſi ante litis conteſtationem petatur, deciſ. 283. num. 25.

Cenſus. Creditum cenſus probatur per inſtrumentum publicum, deciſ. 126. nu. 17.
Pro ſorte cenſus perpetui ex parte imponentis, nulla competit actio ementi, niſi volente debitore, deciſ. 123. num. 26. & deciſ. 126. num. 23.
Quod limita, vt ibidem, num. 24.
Iudex quando poſſit cogere dominum cenſus ad accipiendum inſolutum fundum cenſuatum, deciſ. 126. num. 25.
Cenſus redemptio fieri poteſt à quocunque etiam extraneo, & ſine mandato, deciſ. 140. num. 4.
Et redimens petere poteſt ceſſionem iurium, ibid. num. 16. & 17.
Hæres vnus volens redimere partem cenſus ſibi tangentem poteſt compellere cohæredem ad alteram partem eius redimendam, deciſ. 145. nu. 12.
Cenſus, ſiue recognitio parui momenti à Rectore Parochialis Eccleſiæ ſoluta ſignificat potius ſubiectionem, quam valorem, deciſ. 154. num. 38.
Declara id procedere in dubio, non autem in diſpoſitione clara, ibidem, num. 39.
Cenſus præſumitur de iure validus, niſi probetur contrarium, deciſ. 159. num. 1.
Contractum cenſus inualidum ratificat, qui recipit pretium illius, deciſ. 159. num. 3. & deciſ. 274. num. 10.
Ac etiam, qui ſoluit fructus, deciſ. 159. num. 4. & deciſ. 274. num. 12.
Vide etiam in verbo Ratificatio.
Clericus ratione cenſus poteſt conueniri coram Iudice laico, ſecundum vnam opinionem, deciſ. 176. num. 21.
Contrarium eſt verius, ibidem, num. 23. 24. & 26.
Siuè agatur perſonali, ſiuè reali actione, ſiuè petitorio, ſiuè poſſeſſorio, ibidem, num. 17.
Cenſum imponens ſuper re in qua habet partem, cenſetur impoſuiſſe ſuper ipſa parte, etiam quod tota res in inſtrumento ſit deſignata, deciſ. 176. num. 30.
Cenſus extinctio pendet à mera voluntate venditoris illius, deciſ. 180. num. 17.

Dom-

INDEX RERVM.

Dominus cenſus, emptor rei cenſuatæ, non poteſt inuito venditore in prætio emptionis imputare pecunias erogatas in emptione cenſus, deciſ. 180. num. 18.

Cenſus creditor in concurſu bonorum debitoris poteſt graduari pro fructibus, & ſorte, dec. 185. n. 1.

Cenſum proprium extinguens non poteſt reportare ceſſionem tranſlatiuam, & efficacem, deciſ. 202. num. 26.

Cenſus fundatus ſuper re communi quando dicatur impoſitus ſuper re certa, deciſ. 205. num. 4.

Cenſus fundari poteſt ſuper re communi, eadem deciſ. num. 6.

Amplia etiamſi imponatur ſimpliciter non expreſſa quota imponentis, ibid. num. 7.

Cenſus quod imponi non poſſit ſuper re maioris valoris, quam ſit cenſus impoſitus volunt aliquid, deciſ. 205. num. 8.

Contrarium latè deducitur, ibidem, num. 9.

Cenſus impoſitus ſuper pluribus fundis inſolidum ſuſtinetur incapace, quamuis non ſit expreſſum pro qua rata ſuper illo imponatur, dec. 205. n. 10.

Cenſus plures ſuper eodem fundo imponi poſſunt etiam ex interuallo, deciſ. 205. num. 11.

In contractu cenſus non venditur fundus, nec illius fructus, ſed ius percipiendi reſponſionem, deciſ. 205 num. 12.

Cenſuarius non acquirit dominum, neque poſſeſſionem fundi cenſiti, deciſ. 205. num. 13.

Cenſus vt valeat interpretatio eſt facienda, deciſ. 205. num. 14.

Allegans cenſum eſſe extinctum cenſetur tacite fateri illum extaſſe, deciſ. 217. num. 12.

Sed contra, ibidem, num. 14.

Cenſus diſdicta poſtquam eſt ſortita effectum illius fructus non currunt, deciſ. 217. num. 15.

Cenſus diſdicta, quæ non eſt formaliter præfixa per Pium V. poteſt fieri quibuſcunque verbis aptis ad declarandum animum redimentis, dec. 217. num. 18.

Cenſus fructus conſequi non debet, qui ſortem recipit, deciſ. 217. num. 24.

Cenſus extinguitur per compenſationem, deciſ. 231. num. 21.

Nec eſt neceſſaria formalis recognitio, ibid. n. 22.

Cenſus tranſlatus, & ceſſus non cenſetur extinctus, quando non animo extinguendi, ſed acquirendi cenſum fructiferum ſit ſolutio, deciſ. 231. n. 31.

Cenſus ſolutio dicitur facta in pecunia numerata, etiam quod illius venditor illas ſtatim reſtituat emptori ad liberandum ſe ab aliqua obligatione, deciſ. 242. num. 2.

Et contractus cenſus dicitur validus, ibid. num. 5.

Poſt perfectum inſtrumentum cenſus ſolutio pretij, & reſtitutio illiuſmet ſunt actus cōſiderandi tanquam ſeparati, deciſ. 242. num. 3.

Cenſus fieri poteſt ſine pecunia præſenti, quando adeſt verum creditum, deciſ. 242. num. 8.

Sed contra, num. 9. & 10.

Intellige, & declara, vt num. 11. 12. & 13.

Inſtrumento in quo legitur, quod cenſus fuerit creatus in pecunia numerata ſtandum eſt donec contrarium probetur, deciſ. 242. num. 17.

In cenſus contractu euictionis promiſſio eſt licita, deciſ. 242. num. 20.

Cenſus perpetui numerantur inter bona ſtabilia, deciſ. 245. num. 9.

Cenſus conſtituere pro alterius cenſus extinctione non videtur cauſa ſufficiens, aut neceſſaria, deciſ. 245. num. 16.

Cenſus venditor cogi non poteſt ad illum redimendum, deciſ. 245. num. 18.

Cenſus impoſitio dicitur alienatio, deciſ. 245. n. 26.

Cenſus imponi non ſolet, niſi ſuper rebus proprijs, deciſ. 246. num. 9.

Pro cenſus fructibus ſaluianum interdictum datur, deciſ. 285. num. 1.

Etiam contra tertium poſſeſſorem, dummodo ipſe non ſit anterior in hypotheca, ibidem, num. 2.

Cenſus dominus non dicitur creditor ſortis, ſed fructuum dumtaxat, deciſ. 285. num. 6.

Per cenſus reſeruationem, & ceſſionem iurium omnis hypotheca extinguitur, deciſ. 285 num. 12.

Identitas cenſus petiti eſt probanda, deciſ. 286. n. 7.

Certitudo. Certitudinem inducit quota relata ad vniuerſitatem bonorum reſpectu vniuerſi actus, quæ certitudo poſſeſſionis generalis ſufficit, deciſ. 228. num. 64.

Certus. Quilibet certus eſse debet de facto ſuo proprio, deciſ. 289. num. 5.

Ceſſio condemnationem expenſarum operatur, deciſ. 130. num. 3.

Ceſſio ſimplex illa dicitur, quæ ſit ad commodum cedentis, ſolutionis cauſa, & hæc liberationem non operatur ante factam ſolutionem, & periculum eſt cedentis, deciſ. 137. num. 1.

Ceſſio illa dicitur vera, & habetur loco ſolutionis cum nomina debitorum venduntur inſolutum dantur, vel ſubdeleganter, deciſ. 137. num. 2.

Ceſſionem iurium petere poteſt, qui alienum debitum ſoluit, vel cenſum redimit, deciſ. 140. num. 14. 16. & 17.

Periculum nominis ceſſi inſolutum ad quem pertineat, deciſ. 137. num. 4.

Cedentis poſſeſſio transfertur in ceſſionarium per clauſulam ponens illum in locum ſuum, dec. 137. num. 11.

Ceſſio in corporalibus idem operatur, quod traditio in corporalibus, deciſ. 137. num. 12.

Actio directa, quæ remanet penes cedentem dicitur effecta inefficax, ſi ceſſionarius cœpit exigere, vel litem aduerſum debitorem ceſſum conteſtatus fuit, deciſ. 137. num. 14.

Ceſſibile eſt, quidquid eſt tranſmiſſibile, deciſ. 141. num. 10.

Ceſſio iurium denegari non poteſt, quando cedenti non nocet, & ſoluenti prodeſt, deciſ. 140. num. 15. & deciſ. 200. num. 1.

Cedere nemo poteſt actionem, quam non habet, deciſ. 200. num. 3.

Cedi

Digitized by Google

Cedi non poteſt, quod non eſt, deciſ. 200. num. 4.

Ceſſio facta ex interuallo poſt ſolutionem non valet, deciſ. 200. num. 6.

Ceſſio iurium fieri debet tempore ſolutionis, deciſ. 200. num. 14. & 23.

Ceſſio facta ex interuallo aliquando prodeſt, deciſ. 200. num. 15.

Intellige, vbi præceſſit pactum de cedendo, ibidem, num. 16.

Vel quando quis non eſt correus, ſed tantum fideiuſſor, ibidem, num. 17.

Vel quando ſoluit fideiuſſor, vt propriam obligationem dumtaxat extinguat, ibidem, num. 18.

Quo caſu non tollit obligationē alterius, ibid. nu. 19.

Ceſſio in continenti reportata contra correum ſubſiſtit, deciſ. 201. num. 9.

Ceſſio iurium fieri non poteſt extincto debito per ſolutionem, deciſ. 220. num. 2.

Ex qua tollitur omnis actio, ibidem, num. 3.

Ceſſionum, ſeu ſummarum identitas non præſumitur, ſed diuerſitas, quando ſcripturæ, vel ſummæ ſunt diuerſæ, deciſ. 220. num. 12.

Ceſſio dicitur ſimplex, & facta ad commodum cedentis, niſi interueniat formalis ſtipulatio inter debitorem ceſſum, & ceſſionarium, dec. 260. n. 7.

Ceſſio ſimplex importat tantummodo mandatum, deciſ. 260. num. 8.

Et remanent actiones efficaces apud creditorem mandantem, deciſ. 260. num. 10.

Qui non poteſt cedere, nec poteſt agere, deciſ. 272. num. 1.

Cedere non eſt ſoluere, deciſ. 276. num. 7.

Ceſſio iurium reportata per ſoluentem ex pretio rei emptæ eſt nulla, deciſ. 285. num. 4.

Ceſſio contra cedentem retorqueri non debet, deciſ. 285. num. 17.

Quod intellige, vt procedat ex eadem cauſa non autem ex alia poſteriori, deciſ. 285. num. 18.

Per ceſſionem iurium, & cenſus reſeruationē omnis hypotheca extinguitur, deciſ. 285. num. 21.

Ceſſibile non eſt, quod non eſt præſcriptibile, deciſ. 298. num. 23.

Cedi regulariter poſſunt omnes actiones, dec. 299. num. 1.

Ceſſionarius plus iuris non habet, quam cedens habebat, deciſ. 254. num. 21.

Ad ceſſionarium ius ceſſum tranſit cum ſua cauſa, & qualitate, deciſ. 285. num. 10.

Ceſſionarius ſuccedit in locum, & ius cedentis, cenſeturque vna, & eadem perſona, deciſ. 134. num. 3. & deciſ. 295. num. 4.

Ceſſionarius dicitur principalis creditor debitoris, deciſ. 137. num. 3.

Ceſſionarius antequam agat contra cedentem, qui promiſit de euictione, & de exigibilitate, quas diligentias facere teneatur, deciſ. 137. num. 5. 16. & 19.

Ceſſionarius dicitur procurator cedentis ad commodum, tamen proprium, deciſ. 137. num. 6.

Ceſſionarius tanquam procurator cedentis poteſt contra debitorem ceſſum proponere omne ius, quod principali competebat, deciſion. 137. numer. 8.

Ceſſionarij negligentia in exigendo nomen ceſſum, ſibi imputatur, deciſ. 137. num. 13.

Ceſſionarius ſi cepit exigere, vel litem aduerſus debitorem ceſſum conteſtatus fuit actio directa, quæ remanet penes cedentem dicitur effecta inefficax, deciſ. 137. num. 14.

Ceſſionarius tenetur iuſtificare ceſſionem, & creditum cedentis, dec. 211. n. 11. & dec. 230. n. 14.

Alioquin vigore ceſſionis agere non poteſt, deciſ. 276. num. 5.

Quod procedit quando ceſſionarius agit contra debitorem ceſſum, non autem quando agit contra ipſum cedentem, qui promiſit creditum ceſſum verum, & exigibile, deciſ. 276. num. 6. & 8.

Ceſſionarius dicitur eſſe in culpa ſi non exequitur contra quem exequi poteſt, deciſ. 137. num. 17.

Circuitus inanes lex abhorret, deciſ. 205. num. 23.

Citatio. Citationis defectum ſupplet præſentis partis, deciſ. 126. num. 27. & deciſ. 261. num. 4.

Citationis defectus reddit ſententiam nullam, deciſ. 143. num. 5.

Citandi veniunt omnes quorum intereſt, & lædi poſſunt, deciſ. 143. num. 6.

Citatio ad videndum inhiberi pendentiam litis inducit, deciſ. 166. num. 1.

Citare ſufficit poſſeſſorem in ſalniano, contra quem dirigitur iudicium abſque eo, quod citetur poſſeſſoris auctor, deciſ. 171. num. 5. & 8.

Citari debet is de cuius intereſſe principaliter agitur, non autem ille, qui habet intereſſe ſecundarium, deciſ. 171. num. 6. & 9.

Citatio eſt iudicij fundamentum, deciſ. 168. nu. 1.

Citatio eſt neceſſaria pro deputando legitimo curatore ad litem mouendam minoribus, deciſ. 168. num. 2.

Citatio perſonalis eſt facienda, vel ſaltim domi dimiſſa copia, quando præceſſerunt diligentiæ de reperiendo, deciſ. 168. num. 3.

Citatio, ſeu monitio ad videndum intrare teſtes pro ſingulis diebus, &c. ſuſtinetur pro toto termino probatorio, deciſ. 205. num. 19.

Citatio partis requiritur ad intereſſendum in loco differentiæ, deciſ. 261. num. 2.

Citatio facta pro certa die, & poſtea pro ſingulis diebus, & horis valet ſaltim per aliquot dies, deciſ. 261. num. 3.

Citari debet is contra quem principaliter dirigitur actio, deciſ. 263. num. 8.

Non autem neceſſe eſt, quod citetur illius auctor, ibidem, num. 9. & 11.

Sine citatione mandatum relaxatum nullitatē inſanabilem inducit, deciſ. 272. num. 15.

Citationis Praxis cum ſuperſeſſoria, vnde ſumatur, deciſ. 283. num. 17.

Ci-

Digitized by Google

INDEX RERVM.

Ciuis Maceratenſis non poteſt vti ſtatuto Ciuitatis Nouæ in bonis ibi ſitis, de. 204. nu. 40.

Ciues ex muneribus, & honoribus cognoſcuntur, decis. 204. num. 93.

Perſonæ, quæ antea erant ciues non liberantur per abſentiam ab oneribus ſi per cognatos agricolturam peragant, deciſ. 204. num. 94.

Ciuitas. Ciuitati ſoluitur tributum, vbi ſita ſunt prædia, deciſ. 231. num. 11.

Ciuitatis commodis nõ priuantur, qui per aliquem de ſua progenie munera ſubeunt, & retinent prærogatiuas ciuilitatis, deciſ. 204. num. 95.

Clauſula non alias aliter, nec alio modo cõditionem inducit, deciſ. 129. n. 15.

Et ſuſpendit ibidem, num. 16.

Donec conſtet de implemento, ibidem, num. 17.

Nec antea contractus intelligitur celebratus, ibid. num. 21.

Clauſula conſtituti tranſfert vtramque poſſeſſionem, tàm ciuilem, quàm naturalem, deciſ. 129. num. 12.

Clauſula conſtituti in contractu conditionali poſita poſſeſſionem non tranſfert pendente conditione, deciſ. 129. num. 18.

Et plebanus qui ſic contrahit alienãdo bona Eccleſiæ, non dicitur conſentire, antequam impleatur conditio, ibidem, num. 19

Nec aliquo præiudicat Eccleſiæ, cui fructus debentur, dum contractus eſt in pendenti, ibid. nu. 20.

Et interea locus eſt pœnitentiæ, ibid. num. 22.

Clauſula conſtituti collata poſt mortem conſtituentis nihil operatur, deciſ. 153. num. 13.

Limita vbi adeſt Clauſula ex nunc, prout ex tunc, ibidem, num. 14.

Clauſula conſtituti nihil operatur quando cantat de tempore quo conſtituens poſſidere non poterat, deciſ. 153. num. 16.

Diuerſum tamen eſt quando prædecedit conſtitutarius, ibidem, num. 17.

Quia tunc conſtitutum tranſit ad hæredes ipſius conſtitutarij, d. deciſ. 153. num. 18.

Clauſula conſtituti probat contra habentem cauſam à conſtituente, deciſ. 205. num. 1.

Clauſula conſtituti probat poſſeſſionem conſtituentis de tempore conſtituti ad effectum ſaluiani, cùm contra ipſum, quàm contra habentem, cauſam ab eo, deciſ. 206. num. 4. & 5. & deciſ. 260. num. 15. & deciſ. 246. num. 8.

Clauſula conſtituti tranſfert poſſeſſionem rei conſtitutæ à perſona conſtituentis in conſtitutarium, deciſ. 208. num. 5.

Etiamſi conſtituens reſeruauerit ſibi vſumfructum, ibidem, num. 6.

Et etiam in conſtituto collato poſt mortem conſtituentis, ibidem, num. 7.

Clauſula conſtituto tibi importat citationem, deciſ. 129. num. 26.

Clauſula, vt ſe informet, & clauſula conſtito faciunt executorem mixtum à cuius ſententia datur appellatio, deciſ. 129. num. 36.

Clauſula ſi in euidentem non reddit beneplacitum conditionale, nec ſuſpendit illius effectum, quo ad reſcripti ſubſtantiam, deciſ. 129. num. 38.

Clauſula ad habendum, tenendum, alienandum, & quidquid voluerit faciendum importat dominij tranſlationem, deciſ. 133. num. 12.

Clauſula derogatoria quando dicatur ſpecialiter reuocata, deciſ. 238. num. 8.

Clauſula (amoto) in ſententia Iudicis probat poſſeſſionem ad effectum manutentionis, deciſ. 139. num. 3. & deciſ. 141. num. 20. & 21.

Clauſula pro reſiduo totam ſolutionis probationem concludit, deciſ. 143. num. 11.

Clauſulæ illæ conſtituens quam, &c. extenduntur quod debitor conſtituit ſe poſſidere, donec creditor accipiat actualem poſſeſſionem, quam accipiendi, & retinendi propria auctoritate licentiam concedit, deciſ. 153. num. 19. & 20.

Eo præſertim quando bona adhuc ſunt vacantia, ibidem, num. 21.

Princeps cũ clauſula de plenitudine poteſtatis tollere non poteſt conceſſa per viam contractus, deciſ. 161. num. 3.

Clauſula in infinitum perpetuitatem temporis importare videtur, deciſ. 164. num. 7.

Clauſula in infinitum ſufficit, quod verificari poſſit, quo ad illas perſonas, circa quas cadit diſpoſitio, deciſ. 164. num. 9.

Nec eſt extendenda ad aliam lineam, in qua teſtator id non expreſſit, ibidem, num. 10.

Clauſula (vocatis vocandis) facit Iudicem executorem de mero mixtum à cuius ſententia datur appellatio, deciſ. 165. num. 2.

Clauſula (verificato prius iure patronatus ex dotatione, vel fundatione) facit exequutorem mixtum, deciſ. 165. num. 4.

Clauſula ſine præiudicio habentium meliora iura præſeruat ius anterius, & potentius, deciſ. 174. num. 30. & 44.

Et ſtricte eſt intelligenda, ibidem, num. 45.

Clauſula ſine præiudicio eſt præſeruatiua quando illi, quibus iura reſeruata fuerunt poſſiderent, deciſ. 174. num. 47.

Et præſeruat iura ſub cõditione reſolutiua. ib. n. 48.

Clauſula ſine præiudicio iurium vtriuſque partis appoſita in decreto Iudicis ſuſpendit acquiſitionem poſſeſſionis, deciſ. 177. num. 23.

Et rem integram conſtituit perinde, ac ſi per Iudicem nihil geſtum fuiſſet, ibidem, num. 24.

Saltim quo ad expreſſa, ibidem, num. 25.

Clauſula (ex nunc, prout ex tunc conſtituit) tranſfert omnem poſſeſſionem, & operatur etiam in tempus futurum, deciſ. 181. num. 8.

Clauſula (ex nunc, prout ex tunc) in conſtituto appoſita operatur ab initio de tempore contractus, licet effectus poſſeſſionis tranſlatæ in tempus mortis collatus intelligatur, deciſ. 181. num. 9.

Clauſula (non tantummodo prædicto, ſed & omni alio) facit valere actum omni meliori modo, deciſ. 183. num. 30.

INDEX RERVM.

Clauſula (amoto) denotat expulſionem facti, deciſ. 183. num. 37.

Clauſula (ipſo facto) intelligitur ſecundum iuris communis diſpoſitionem, & vbi non agitur de pœna ſecum trahens exequutionem, requirit Iudicis declaratoriam, intereaque eſt locus purgationis moræ, deciſ. 201. num. 11.

Clauſulis ſalutaribus appoſitis in libello dicitur per actorem intentatum remedium, ſuper quo ius fonet, & ſibi eſt magis fauorabile, dec. 203. n. 25.

Intellige quo ad diuerſa remedia, & actiones, non autem quo ad diuerſas res, ibidem, num. 26.

Clauſula nemine audiri non docto de legitimo mandato reſpicit perſonam comparentis non agentis, deciſ. 205. num. 18.

Clauſula vocatis vocandis facit executorem de mero mixtum, qui tenetur aſſumere partes iudicis, deciſ. 219. num. 6.

Clauſula ſi, & in quantum, nihil ponit in eſſe, deciſ. 230. num. 5.

Sed operatur admiſſionem quatenus de iure, ibid. num. 6.

Clauſula ſine præiudicio habentium meliora, & potiora iura præſeruat poſſeſſionem alterius plenam, deciſ. 125. num. 18. & deciſ. 226. num. 14.

Et reddit aliam poſteriorem inanem, & reſolutam, deciſ. 226. num. 15.

Clauſula ita quod poteſt accipi reſtrictiuè, ampliatiuè, & declaratiuè, ſecundum ſubiectam materiam, deciſ. 235. num. 9.

Debet tamen ampliatiuè intelligi in caſu abſurdi vitandi, ibidem, num. 10.

Clauſula in fine poſita ſi non eſt principaliter de per ſe, ſed ad qualificandam diſpoſitionem refertur ad immediate præcedentia, & non ad alia, deciſ. 249. num. 16.

Clauſulæ deducens omne ius, omni meliori modo ſunt aptæ comprehendere omne ius etiam ſi in libello fuiſſet expreſſa cauſa ſpecialis remota, deciſ. 254. num. 9.

Ex clauſula reſeruationis dominij mandatum de aſſociando conceditur, deciſ. 260. num 1.

Clauſula reſeruationis dominij habet vim pacti manus iniectionis afficiendo rem ipſam, quæ à quocumque poſſeſſore poteſt auferri cum prelatione omnium creditorum, deciſ. 206. num. 3.

Clauſula, tanto al bene, quanto al male, poſita in contractu, importat ſocietatem, deciſ. 269. num. 2.

Decretum immiſſionis cum clauſula, ſine præiudicio iurium partium, præſeruat poſſeſſionem alterius plenam, deciſ. 288. num. 13.

Clauſula ſublata operatur, vt Iuriſdictio in præiudicium ſuperioris, prorogari non poſſit, deciſ. 291. num. 3.

Clauſula ſublata tollit iuriſdictionem, & os claudit, deciſ. 291. num. 4.

Clauſula in forma depoſiti paratam executionem non habet, ſi depoſitum ſit confeſſionatum, deciſ. 296. num. 3.

Clauſula appellatione remota, non operatur, quando quis notoriè grauatur, deciſ. 296. num. 4.

Clauſula ſine præiudicio eſt præſeruatiua iurium, redditque conditionale quidquid geritur, deciſ. 300. num. 1. & 19.

Clauſula ſine præiudicio, nihil noui concedit, deciſ. 300. num. 20.

Nec præſeruat præiudicium, quod factum expreſsè apparet, ibidem, num. 21.

Clauſula ſine præiudicio operatur tunc demum, quando is cuius iura præſeruantur poſſidet, deciſ. 300. num. 23. & 25.

Clericus. Clerico eſt interdicta omnis negotiatio, & lucri acquiſitio, deciſ. 127. num. 24.

Clerici litigantes corā Iudice Laico in ordinatorijs ligantur conſtitutione laicali, de. 128. n. 10. & 34.

Clericus ratione cenſus poteſt conueniri coram Iudice laico ſecundū vnā opinionem, de. 176. n. 21.

Contrarium eſt verius, ibid. num. 23. 24. & 26.

Siuè agamus perſonali, ſiuè reali actione, ſiuè petitorio, ſiuè poſſeſſorio, ibid. num. 27.

Clericus ſuccedit in re cum ſuo onere, de. 176. n. 22.

Clerico, vel laico pro indiuiſo poſſidentibus, ſi intentatur ſaluianum contra laicum, datur immiſſio pro indiuiſo, deciſ. 176. num. 28.

Clerici gaudent beneficio ſtatutorum, quamuis non ſint ſubiecti oneribus, & ceſſatio eis ratio conſeruandi agnationem, deciſ. 204. num. 64.

Clerici ſubeunt onera ſpiritualia, quæ ſunt præſtantiora, deciſ. 204. num. 65.

Clerici non ſunt forenſes, deciſ. 204. num. 66.

Immo ſunt ciues priuilegiati, ibidem, num. 67.

Clericus beneficium Sacerdotale obtinens ſi eſt diſpenſatus à Papa perinde eſt, ac ſi eſſet actu Sacerdos, deciſ. 256. num. 10

Clericus hæres non poteſt conueniri coram Iudice ſæculari, quamuis cæptum fuiſſet iudicium contra defunctum, deciſ. 266. num. 5.

Clerici poſſunt donare, vel vendere franchitiam taxatam, deciſ. 299. num. 2.

Coaceruatio ſummarum fit etiam ad impediendam iuriſdictionem, quando procedunt ex eadem actione, & petitione, deciſ. 255. num. 6.

Coaceruatio ſummarum fit quando fauetur iuriſdictioni, deciſ. 255. num. 8.

Coaceruatio ſummarum facienda non eſt ad impediendam iuriſdictionem ſingulorum Auditorum Rotæ Maceraten. ibidem, num. 10.

Coactio reſtrictiua liberæ poteſtatis, non datur in facultatiua, deciſ. 298. nu. 1.

Codicillus. Codicillum conditum coram Parocho, & teſtibus, vt fidem faciat, illi teſtes debent coram competenti Iudice deponere de illius tenore, deciſ. 138. num. 13.

Collatio. Collationi locus eſt inter ſuccedentes ex fideicommiſſo, de. 223. n. 1.

Collatio eſt rei propriæ in communi contributio, deciſ. 223. num. 3.

Col-

INDEX RERVM.

Collatio, vt locum habeat inter filios neceſſe eſt, quod filiæ inſtitutæ debeatur legitima ab inteſtato, deciſ. 223. num. 10.

Collatio Beneficij. Per vnicam collationem effectum ſortitam eſt attendendus ſtatus vltimus Beneficij, deciſ. 300. num. 3.

Conferendi quaſi poſſeſſio acquiritur, ex vnica collatione effectum ſortita, deciſ. 300. num. 4.

Et ſufficit ad effectum conferendi Beneficium, vti liberum, ibidem, num. 5.

Nec propter exceptionem ſuper proprietate impeditur prouiſio effectum ſortita, ibid. num. 6.

Cōferendi quaſi poſſeſſio non acquiritur Epiſcopo, ſed dignitati, cuius vigore cōfertur, de. 300. n. 11.

Conferendi quaſi poſſeſſio non acquiritur, niſi cum ſcientia aduerſarij, deciſ. 300. num. 13.

Limita, vt ibidem, num. 15. 16. 17. & 18.

Ad effectum ſuſtinendi collationem, vt non attendatur vltimus ſtatus, Beneficij opus eſt probatione liquidiſſima per rem iudicatam, vel per confeſſionem partis, deciſ. 300. num. 22.

Ad collationem ſuſtinendam ſemper attenditur vltimus Status Beneficij, deciſ. 300. num. 28.

Nec collatio infringitur etiamſi detegatur contrarius ſtatus, ſed reſeruatur tale ius veris patronis pro ſequenti vacatione, ibidem, num. 29.

Sicut iuris patronatus fructus eſt præſentatio, ita collationis fructus eſt ipſa collatio, de. 300. n. 31.

Sicut præſentatus à patrono, qui eſt in quaſi poſſeſſione amoueri non debet, ita nec prouiſus cui facta eſt collatio ab Epiſcopo, qui eſt in quaſi poſſeſſione conferendi, ibidem, num. 32.

Qui eſt in quaſi poſſeſſione conferendi facit fructus ſuos, nempè collationis, ibidem, num. 33.

Colluſio non præſumitur, ſed probari debet concludenter, cum ſapiat delictum, deciſ. 185. num. 36.

Colonus. Colono ſtare tenetur ſucceſſor ſingularis pro anno iam incoacto, pro quo eſt facta impenſa neceſſaria, deciſ. 270. n. 4.

Inter colonum, & dominum dicitur impropriè contracta ſocietas, ibidem, num. 6.

Colonus regulariter tenetur ſerere, & expendere de proprio, deciſ. 270. num. 8. & 13.

Commodum regulatur ſecūdùm incommodum, deciſ. 199. num. 9.

Communio. Communem rem habens pro indiuiſo poteſt inſiſtere, & vti ipſa re pro modo, & menſura ſuæ poſſeſſionis etiam inuitis socijs, deciſ. 176. num. 29.

Communio obligat ad diuidendum, cùm nemo teneatur ſtare in communione, deciſ. 269. num. 6.

Communitas pro ſubditis appellare poteſt, deciſ. 163. num. 12.

Communitas in exigendo credita habet manum regiam, deciſ. 235. num. 13.

Cōpenſatio. Cōpenſationē inducūt debitū, & creditum, deciſ. 181. nu. 25.

Compenſatio nulla fit de liquido, ad non liquidum, deciſ. 181. num. 43.

Compenſandi animo cum dote cenſetur relictum à Patre filiæ, deciſ. 203. num. 3.

Compenſatio admittitur in materia quantumuis fauorabili, deciſ. 231. num. 19.

Compenſatio, & reſtitutio à pari procedunt, deciſ. 231. num. 20.

Per compenſationem cenſus extinguitur, ibi. n. 21.

Nec eſt neceſſaria formalis retrouenditio, ibi. n. 22.

Compenſatio debiti, & crediti inducitur ex contrapoſitione partitarum, deciſ. 231. num. 26.

Compenſatio eſt ſolutio, deciſ. 231. num. 27.

Maximè vbi agitur de liberatione inducenda, ibidem, num. 28.

Compenſatio in materia fauorabili non fit ipſo iure, ſed debitore opponente, deciſ. 239. num. 14.

Complicatio, & mixtura faciunt cauſam appellabilē, dec. 183. n. 10.

Compromiſſum. Compromiſſi tempus non currit, niſi à die ſcientie, & acceptationis, deciſ. 295. num. 8.

Compromittere poteſt minor in caſu neceſſario vigore ſtatuti, deciſ. 295. num. 12.

Concilium. Sacri Concilij Tridentini diſpoſitio, ſeſſ. 24. cap. 10. de reformatione, procedit in ijs tantum, quæ concernunt morum correctionem, & paternam reprehentionem, deciſ. 259. num. 8. & 12.

Concilium Trident. ſeſſ. 24. cap. 20. de reformat. intelligitur de cauſis contentioſæ Iuriſdictionis, deciſ. 192. num. 16.

In Sacro Concilio Neapolitano omnes cauſæ, tanquam ſummariæ cognoſcuntur, ſola facti veritate inſpecta, deciſ. 237. num. 12.

Concilium fieri debet omnibus conuocatis, & congregatis pro maiori parte, deciſ. 297. num. 36.

Concluſio. A concluſione in cauſa, & à diligentijs præteritis cenſetur receſſum per productionem iurium, dec. 232. n. 21.

Sed contra, ibidem, num. 22.

Declara, & intellige, vt ibidem, num. 23.

Conditio ferendi cognomen tanquam iuſta eſt ſeruanda, deciſ. 164. num. 12.

Et vocatus non poteſt admitti, niſi prius conditione impleta, ibidem, num. 13.

Et ſatis eſt quod faciat quidquid poteſt pro illa implenda, ibidem, num. 15.

Continuando in delatione cognominis, ibid. nu. 16.

Conditio ferendi cognomen appoſita alicui nominatim non operatur, quod fideicommiſſum extendatur ad eius filios, & deſcendentes, deciſ. 164. num. 19. & 20.

Conditio ſufficit, vt ſemel impleatur, deciſ. 164. num. 21.

Conditio reſolutiua reſoluitur, vt nunc quoad fructus futuros poſt purificatam conditionem, non autem, vt tunc quo ad fructus perceptos, deciſ. 174. num. 49.

Conditionalis ſententia eſt inualida, deci. 174. n. 34.

Conditionis natura eſt actus de futuro ſuſpendere, deciſ. 174. num. 33.

Digitized by Google

Conditio habetur pro impleta, quoties ſtat per eũ cuius opera eſt adimplenda, deciſ. 201. num. 36.

Conditioni ſucceſſiuè paruiſſe non dicitur, qui ſemel tantum adimpleuit, deciſ. 201. num. 41.

Conditionis natura eſt, vt prius impleatur, quam quod quis emolumentum conſequi valeat, deciſ. 221. num. 7.

Conditionalis ſi ſit obligatio attendi debet tempus exiſtentis conditionis, non autem obligationis, deciſ. 221. num. 6.

Conditionem importat ablatiuum abſolutum, dec. 272. num. 16. & deciſ. 285. num. 8.

Conditione deficiente deficit conditionatum, deciſ. 272. num. 17.

Conductor à publico, dicitur dominus vtilis, deciſ. 186. num. 13.

Et habet ius in re, ibidem, num. 14.

Quamuis non ſibi, ſed domino poſſideat, ibid. n. 15.

Conductor ad beneplacitum volens à locatione recedere tenetur beneplacitum per denunciationem reuocare, deciſ. 203. num. 63.

Alias præſumitur in eadẽ volũtate manere, ib. n. 64.

Conductor pro damnis, & intereſſe prouenientibus culpa locatoris actionem habet contra locatorem ipſum, deciſ. 224. num. 15.

Conductor inuitus in conductione retineri non poteſt, deciſ. 236. num. 2.

Confeſſio extraiudicialis ſufficienter probatur per duos teſtes, loco, tempore, & verbis contestes, deciſ. 121. num. 5. & 18. & deciſ. 267. num. 4.

Et de æquitate canonica probat etiam abſente parte, deciſ. 121. num. 6. & deciſ. 267. num. 6.

Præſertim ſi facta ſit ex cauſa dotis, ibid. num. 7.

Vel pro exoneratione conſcientiæ, ibid. num. 8.

Cõfeſſio defuncti nocet eius heredibus, d. 121. n. 37.

Confeſſio auctoris nocet ſingulari ſucceſſori, ſi eſt facta ante tranſlationem iuris in ipſum ſucceſſorem, deciſ. 123. num. 3. Limita, vt ibid. num. 32.

Confeſſio in reſponſione ad poſitiones plene probat, deciſ. 123. num. 11.

Confeſſio auctoris non nocet ſucceſſori, ſi ipſe non vti velit iure auctoris, deciſ. 123. num. 34.

Amplia, vt ibidem, num. 35.

Confeſſio procuratoris non nocet domino, niſi cum ſpeciali mandato, deciſ. 123. num. 36.

Cõfeſſio facta in libello nocet cõfitenti, de. 139. n. 2.

Confeſſio acceptari poteſt in parte reiecta qualitate, quæ habet contra ſe iuris præſumptionem, deciſ. 141. num. 19.

Confeſſio ficta, & contumacialis non ſolet admitti à Rota Maceraten. niſi ſeruata forma, cap. 2. de confeſſione in 6. deciſ. 143. num. 3.

Vel niſi ſeruata forma conſtitutionis Marchiæ lib. 5. cap. 19. ibidem, num. 4.

Confeſſio qualificata, quæ non habet contra ſe præſumptionem iuris debet acceptari prout iacet, deciſ. 143. num. 17.

Nulla eſt melior probatio, quam confeſſio partis, deciſ. 143. num. 12.

Confeſſio emanata coram Iudice probat contra confitentem etiamſi non ſit facta ad bancum iuris, deciſ. 156. num. 22.

Confeſſio matris non nocet pupillo, dec. 156. n. 23.

Limita vbi eſt facta iudicialiter à matre tutrice, & curatrice, ibidem, num. 24.

Vel quando habet adminicula, ibidem, num. 25.

Confeſsio Prælati adminiculata nocet Eccleſiæ, deciſ. 156. num. 26.

Confeſsio erronea non inducit fideicommiſſum, vbi non eſt, deciſ. 164. num. 20.

Confeſsio vnius ex litis conſortibus non præiudicat alijs, deciſ. 174. num. 20.

Confeſsio erronea non eſt attendenda, nec præiudicat confitenti, deciſ. 182. num. 12.

Confeſsio in ciuilibus, quæ non habet contra ſe iuris præſumptionem non poteſt diuidi, ſed debet totus illius tenor approbari, quando non ſunt capitula plura, dec. 143. n. 17. & deciſ. 188. n. 1.

Confeſsio de recepto facta à muliere ſine ſolemnitatibus non ſubſiſtit, niſi conſtet de reali numeratione, vel menſuratione, deciſ. 196. num. 16.

Confeſsio mulieris adminiculata contra ipſam probat, deciſ. 196. num. 18.

Quia ex adminiculis tollitur ſuſpicio, & præſumptio fragilitatis, ibidem, num. 19.

Confeſſio mulieris emanata per viam contentioſæ iuriſdictionis mulieri præiudicat quouſque de errore non docetur, deciſ. 196. num. 20.

Confeſſio veriſimilis eſt admittenda, dec. 196. n. 21.

Confeſſio creditoris de recepta pecunia à fideiuſſore ſufficit, vt ille poſſit agere contra debitorem, deciſ. 200. num. 8.

Confeſſio non clara non nocet confitenti, deciſ. 201. num. 71.

Et eſt interpretanda, vt minus præiudicet confitenti quam fieri poteſt, deciſ. 200. num. 72.

Et ſemper ad fauorem confitentis, ibidem, nu. 73.

Nec præiudicat ſi non ſit adeo clara, quod nullam aliam interpretationem recipere poſſit, ib. n. 74.

Confeſſio procuratoris poteſt reuocari etiam non docto de errore, deciſ. 201. num. 69.

Confeſſio debitoris nõ poteſt præiudicare ſuis creditoribus, deciſ. 202. num. 30.

Maximè ſi tempore confeſſionis ſit decoctus, vel decoctioni proximus, ibidem, num. 31.

Confeſſio de recepto non probat in præiudicium anteriorum creditorum, deciſ. 202. num. 40.

Nec in præiudicium tertij, ibidem, num. 41.

Confeſſio in iudicio facta poteſt ſtatim reuocari niſi ſit expreſſe acceptata, deciſ. 230. num. 1.

Confeſſio propria ſuperat omnes alias probationes, deciſ. 249. num. 2.

Et qualificata debet in totum acceptari prout iacet, ibidem, num. 3. & 9.

Limita quando habet contra ſe iuris præſumptionem, ibidem, num. 4.

Confeſſio qualificata, quæ non eſt de genere prohibitorum eſt acceptanda cum illa qualitate, deciſ. 249. num. 5.

Con-

Digitized by Google

Confeſſio, quæ continet facta diuerſis temporibus, ſed ex eadem cauſa, & ad eundem effectum diuidi non poteſt, deciſ. 249. num. 10.
Confeſſio reſtatoria de debito ſuſtinetur in vim legati, deciſ. 249. num. 11. Limita, vt ibid. nu. 12.
Confeſſio vt noceat confitenti clara, & dilucida eſſe debet, deciſ. 201. num. 71. & deciſ. 249. n. 14.
Confeſſio ad vnum finem non operatur diuerſum effectum, deciſ. 263. num. 18.
Confeſſio geminata magis enixam oſtendit voluntatem, & probat aditionem, ac inducit actum magis deliberatum, deciſ. 265. num. 7. & 8.
Et omnimodam veritatis præſumptionem, ibid. n. 9.
Et magnam ſcientiam, ac deliberationem, ibid. n. 10.
Etiam contra hæredes habentes cauſam à confitente, ibidem, num. 11.
Confeſſio iudicialis probat in quocunque iudicio, deciſ. 276. num. 28.
Confeſſio facta in vna inſtantia probat in alia inter eaſdem partes, deciſ. 276. num. 29.
Confeſſio facta ad exonerandā conſcientiā aſſimilatur diſpoſitioni ad fauorē animæ, & piæ cauſæ, in qua nullæ ſunt neceſſariæ ſolēnitates, de. 293. n. 1.
Confeſſio ad exonerandam conſcientiam reuocari non debet, deciſ. 292. num. 2.
Nec hæredes contra eam venire poſſunt, ibid. nu. 3.
Cōfeſſio eſt maior qualibet probatione, de. 292. n. 4.
Maximè quando reſpicit exonerationem conſcientiæ, ibidem, num. 5.
In confeſſione mulieris tunc non requiruntur ſolemnitates ſtatutariæ, quādo confeſſio eſt adminiculata, vel aliunde aliqualiter probata, dec. 292. n. 15.
Confines. Confinium probatio illa maximè attenditur, quæ fit per teſtes, qui ſint vicini, & deſcribant terminos per circuitum, deciſ. 131. num. 1.
In probatione confinium leuiores probationes ſufficiunt, ibid. num. 2.
Vt ſunt præſumptiones, indicia, & coniecturæ ſimul iunctæ, ibid. num. 3.
Vel teſtes de audito, ibidem, num. 4.
Dummodo tamen de finibus principaliter non agatur, ſed incidenter ad effectum puta decimandi, ibidem, num. 5. & 6.
Confirmatio nihil de nouo addit, ſed dat robur in iiſdem terminis, deciſ. 204. num. 18.
Confirmari ſe petens in poſſeſſione, & quatenus opus ſit immitti non habetur pro ſpoliato, deciſ. 288. n. 1. Et illi eſt ſalua manutētio, ibid. n. 12.
Confiſcatio, vide in verbo Fiſcus.
Coniunctus poſſidens rem coniuncti de cuius dominio conſtat præſumitur iure familiaritatis poſſidere, deciſ. 268. nu. 7.
Coniunctus pro coniuncto admittitur etiam in ſpiritualibus, deciſ. 283. num. 26.
Conſenſus tacitus, qui ex actibus alicuius colligitur, non extenditur vltra qualitatem actuum, deciſ. 232. num. 17.
Conſenſus, qui ſermonibus continetur clarus eſſe dicitur, deciſ. 232. num. 5.
Conſenſus non tantum verbis, ſed etiam factis declaratur, deciſ. 232. num. 6.
Conſenſus omnium requiritur in obligatione volūtaria, non neceſſaria, deciſ. 142. num. 7.
Conſenſū ſi quis præſtare debet, & recuſat compellitur authoritate Iudicis, deciſ. 245. num. 1.
Limita ſtante iuſta cauſa diſſenſus, ibid. n. 6. & 8.
Et tunc ſi Iudex cōpellit datur appellatio, ibi. n. 2.
Conſenſus eſt ſubſtantia obligationis, dec. 270. n. 2.
Conſilia Pioti 8. & 9. quomodo procedant declaratur, deciſ. 271. num. 8.
Conſiliū Lud. 146. quomodo procedat, de. 147. n. 19.
Conſilium Vniuerſitatis eſt loco decurionum, deciſ. 238. num. 1.
Conſilium totum populū repræſentat, dec. 238. n. 2.
Conſilium habet facultatem faciendi electiones, deciſ. 238. num. 3. & 8.
Conſilium fieri debet omnibus conuocatis, & congregatis pro maiori parte, deciſ. 297. num. 36.
Conſtitutio laicalis in ordinatorijs, ligat Clericos litigantes coram Iudice ſæculari, deciſ. 128. num. 10. & 34.
Conſtitutio, ſeu ſtatutum prohibendo ſimpliciter appellationem, cenſetur illam in dubio prohibere, tàm quo ad effectum ſuſpenſiuum, quàm deuolutiuum, deciſ. 128. num. 12.
Vt pluris quid vltra ius cōmune contineat, ibi. n. 12.
Conſtitutio prohibendo Iudici ad quem ne appellationem recipiat, & Iudici à quo ne illi deferat, cenſetur prohibere ſuſpenſiuum, & deuolutiuum, deciſ. 128. num. 13.
Conſtitutio, ſeu ſtatutum in totum prohibens appellationem dicitur reſpicere deciſoria Iudicij, non autem ordinatoria, deciſ. 128. num. 14.
Limita, vt ibidem, num. 15.
Conſtitutio deciſoria non ligat Clericos, deciſ. 128. num. 16. & 35.
Conſtitutio Clementis VIII. emanata ad fauorem Aromatariorum, an extendatur ad Aromatarios prouinciæ Marchiæ, deciſ. 173. num. 32.
Conſtitutio Marchię lib. 5. c. 25. annullat omnes cōtractus mulierum non inſinuatos, dec. 190. nu. 3.
Ex forma conſtitutionis Marchiæ l b. 6. cap. 9. qui cauſam deſerit prohibetur dicere de nullitate, deciſ. 215. num. 14.
Conſtitutum poſt mortem conſtituentis expiratum dicitur dec. 153. num. 11.
Limita vbi conſtitotarius vigore ſuæ ciuilis poſſeſſionis non negligit naturalem apprehendere, vel non permittit illam ab alio occupari, ibid. n. 12.
Conſtituti clauſula collata poſt mortem conſtituentis nihil operatur, deciſ. 153. num. 13.
Limita vbi adeſt clauſula ex nunc, prout ex tunc, ibidem, num. 14.
Conſtituti clauſula nihil operatur, quando cantat de tempore, quo conſtituens poſſidere non poterat, deciſ. 153. num. 16. & deciſ. 210. num. 38.

Diuerſum tamen eſt quando prædecedit conſtitutarius, ibidem, num. 17.

Quia tunc conſtitutum tranſit ad hæredes ipſius conſtitutarij, ibidem, num. 18.

Clauſulæ illæ conſtituens, &c. donec, &c. quam, &c. quomodo extendantur, dec. 135. n 19. & 20.

Conſtitutum probat poſſeſſionem inter conſtituentem, & conſtitutarium, non autem contra tertium non habentem cauſam à conſtituente, deciſ. 178. num. 6.

Conſtitutum cum clauſula (ex nunc prout ex tunc) operatur ab initio de tempore contractus, licet effectus poſſeſſionis tranſlatæ in tempus mortis collatus intelligatur, deciſ. 18. num. 9.

Conſtitutum ad hoc, vt operetur tranſlationem poſſeſſionis ad fauorem abſentis requiritur illius ratificatio, deciſ. 210. num. 34.

Qua non ſequuta conſtitutum euaneſcit, ibid. n. 35.

Conſtitutum ſequitur naturam ſui contractus, & ceſſat illo ceſſante, deciſ. 210. num. 36.

Conſtitutum non durat vltra decennium, deciſ. 210. num. 37.

Conſtitutum ratione incertitudinis nihil operatur, deciſ. 210. num. 39.

Conſuetudo

Conſuetudo probari debet per eum, qui ſe fundat in illa, deciſ. 131. num. 34.

Et in caſu indiuiduo de quo agitur, ibidem, num. 35. & deciſ. 240. num. 7.

Et cum eiſdem qualitatibus de quibus in facto controuertitur, deciſ. 131. num. 36.

Conſuetudo tantum dicitur habere in potentia, quantum de vſu, deciſ. 131. num. 37.

Maxime quando eſt contra ius, ibidem, num. 38.

Conſuetudo eſt ſtricti iuris, & non extenditur de caſu ad caſum, dec. 131. n. 39. & deciſ. 240. n. 4.

Neque de loco ad locum, deciſ. 131. num. 40.

Nec de perſona ad perſonam, ibid. num. 41.

Conſuetudo, quæ non eſt contra ius inducitur ſpatio decem annorum, deciſ. 131. num. 44.

Conſuetudo attenditur, vbi eſt controuerſia de decimis inter duas Parochiales, dec. 131. n. 33.

Et quando eſt dubium intra cuius limites ſita ſunt prædia, ibidem, num. 42.

Vel quando quæſtio eſt inter Eccleſiam Parochialem ex vna, & Baptiſmalem, ſeu Sacramentalem ex alia, & agitur de decimis ſoluendis per colonos, ibid. num. 43.

Licentia ingrediendi poſſeſſionem propria auctoritate per debitorem conceſſa tranſit ad hæredes creditoris, deciſ. 153. nu. 23.

Limitatio, vt procedat ad deſtruendam regulam probari debet non per veriſimilem, ſed per neceſſe, & concludenter, deciſ. 224. num. 7.
Limitatio iuriſdictionis non trahitur ad incrementum, ſed ad principium, decis. 255. num. 11.
Limita, vt ibidem, num. 12.

Linea eſt collectio perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium gradus continens, & numeros diſtinguens, decis. 280. num. 1.
Linea eſt duplex recta ſub qua continentur aſcendētes, & deſcendentes, & inflexa ſub qua veniunt tranſuerſales, ibid. num. 2.
Ius patronatum vindicanti ſufficit probare ſe eſſe de linea continua, ibid. num. 3.
Lineæ appellatione intelligitur ſolum de effectiua ſecundum veriorem opinionem, ibid. num. 5.
Vox linea intelligitur de effectiua, vbi verba vocationis ſunt reſtricta ad effectiuam, ibid. num. 11.

Liquidatio. Liquidatorium iudicium dicitur ordinarium, dec. 126. n. 2.
Liquidatorium decretum eſt appellabile etiam in materia executiua, ibidem, num. 3.
Immiſſio in poſſeſſionem talium, & talium rerum nominatim non eſt propriè liquidare, ſed eſt ad effectum ſolius poſſeſſorij, decis. 206. num. 1.
Liquidatio circa quantitatem fructuum perceptorum cum ſit difficilis fit iuxta ſolitum, & conſuetum, & ſufficiūt leuiores probationes, d. 273. n. 3.

Liquidum. De liquido, ad non liquidum nulla fit compenſatio ad effectum impediendi retentionem, deciſ. 181. nu. 43.
Liquidum dicitur inſtrumentum continens ſummā promiſſam, etiamſi deſuper ſubſequatur ſententia, decis. 183. num. 16.

Lis dicitur extincta deſerta cauſa appellationis, decis. 243. num. 1.
Et iuriſdictio reuertitur ad primum Iudicem à quo, ibidem, num. 2.
Tanquam ſi non fuiſſet appellatum, ibid. num. 7.
Litis per tranſactionem finitæ inſtaurari non debent, deciſ. 289. num. 1.
Liti renunciatum cenſetur, quando relinquitur res debita iure tranſactionis, deciſ. 292. num. 11.
Litium finiēdarum cauſa tranſactio introducta fuit, deciſ. 297. num. 1.
Nec aliud ſignificat quam receſſus à lite, ibid. n. 2.
Lites finiri, & partes ab expenſis releuare reipublicæ intereſt, decis. 297. num. 16.
Litium fauore dirimendarum maior pars poteſt præiudicare minori, deciſ. 297. num. 30.
Limita non procedere ſi maior pars docet de irrationabilitate, ibidem, num. 31.

Litteræ patentales Epiſcopi probant, decis. 184. num. 5.
Litteræ delegationis tribuunt iuriſdictionem, decis. 197. num. 5.
Litteræ delegationis præſumuntur in tempore præſentatæ ad inducendam validitatem actus, deciſ. 197. num. 6.

Et-

Et hæc præſumptio cæteris firmior, & potentior eſſe dicitur, ibid. num. 7.
Maximè ſi apud acta litteræ productæ reperiantur, ibid. num. 8.
Quia expeditio cenſetur facta in tempore ad euitandam nullitatem, ibidem, num. 9.
Litteræ cambij de conſuetudine habent vim publici inſtrumenti, & executionem paratam, decis. 237. num. 1.

Locatio ſine temporis præfinitione facta cēſetur ad beneplacitum locatoris, decis. 201. num. 26.
Et beneplacitum non reuocatum ſemper durare præſumitur, ibidem, num. 27.
Locatio nulla non attenditur, deciſ. 224. num. 17.
In locatione ad longum tempus ceſſante pacto caducitatis ceſſat caducitas, deciſ. 269. num. 20.
Locationis apocha inter locatorem, & cōductorem probat, non autem contra tertium, de. 284. nu. 2.
Locationis apocha facta poſt motum iudicium, & poſt confeſſatum debitum fraudandi animo facta præſumitur, ibid. num. 3.

Locupletatio, vide verbo Lucrum.

Locus pius legatarius, qui non tenetur ad falcidiam poteſt capere poſſeſſionem rei legatæ propria authoritate, deciſ. 238. num. 3.
Loci naturam nemo poteſt alterare, nec facere contra ſeruitutem naturaliter debitam, dec. 147. n. 9.
Inferior, qui ex natura loci tenetur recipere aquam defluentem ex agro ſuperiori, non poteſt opere manu facto impedire huiuſmodi naturalem curſum, deciſ. 147. num. 10.

Lucrum ab initio taxari non poteſt, etiam in contractibus bonæ fidei, niſi conſtet de mora, & de intereſſe liquido, de. 127. n. 7.
Cætera, vide in verbo Intereſſe.

M

MAcerata. Maceratenſis ciuis non poteſt vti ſtatuto Ciuitatis Nouæ in bonis ibi ſitis, decis. 204. num. 40.

Mala fides. Error iuris malam fidem non inducit, licet impediat præſcriptionem, decis. 181. num. 38. & 52.
Mala fides reſultat ex ſcientia rei alienæ, de. 194. n. 6.
In mala fide conſtituitur, qui ſuccubuit per tres ſententias conformes, deciſ. 194. num. 7.
Mala fides eſt impeditiua præſcriptionis, deciſ. 194. num. 10.
Sine mala fide negligentia non committitur, deciſ. 201. num. 66.
Mala fides non eſt, vbi ius non reſiſtit, de. 222. n. 11.
Mala fides allegari non poteſt ſi non eſt probata in actis, ibidem, num. 13.
In mala fide incipit eſſe poſſeſſor poſt litem motam, deciſ. 282. num. 7.

Mandatum ad interpellandum non requiritur ſpeciale, ſed ſufficit generale, deciſ. 161. num. 23.
Nec reus tenetur de illo excipere, cum ad actorem ſpectet illud oſtendere, ibid. num. 24.
Mandatum eſt nullum quando relaxatur nulla præcedente liquidatione, deciſ. 174. num. 6. & 7.
Mandatum relaxatum pro maiori ſumma, quam ſit debitum corruit in totum, decis. 180. num. 5.
Etiamſi exceſſus ſit in minimo, ibid. num. 6. & 7.
Mandatum factum ad reuocandum attentata, intelligitur quatenus illa adſint, decis. 182. num. 13.
Mandatum præſumitur ex coniecturis, de. 229. n. 3.
Mandatum habere præſumitur procurator ſi in præſentia ſui principalis facit actus iudiciales, reproducit iura, deciſ. 237. num. 15.
Mandatum de aſſociando conceditur ex clauſula reſeruationis domini), deciſ. 260. num. 1.
Mandatum ad exigendum probari debet per inſtrumentum, non per præſumptiones, deciſ. 263. num. 14.
Mandatum ſpeciale ſyndicus, vel æconomus Eccleſiæ habere debet ad exigendum cenſum, vel recipiendum ſortem, ibid. num. 15.
Mandatum relaxatum ſine citatione inducit nullitatem inſanabilem, decis. 272. num. 15.
Mandatum habens procurator cum libera donare non poteſt, decis. 290. num. 7.
Sine mandato Iudicis teſtes examinati coram Notario non probant, decis. 294. num. 7.
Mandatum Iudicis priuat poſſeſſorem ſua poſſeſſione, deciſ. 193. num. 6.
Mandatum procuræ faciendum à Collegio, vel Capitulo, quæ requirat, deciſ. 263. num. 23. & 24.

Manutentio. Manutenibilis eſt poſſeſſio capta Iudicis decreto, deciſ. 125. num. 3. & deciſ. 177. num. 7.
Manutenetur ſpoliator pendante Iudicio ſpolij, deciſ. 125. num. 7.
Nec poſſeſſionem reſtituere tenetur niſi ei, qui docet de iure ſuo, ibid. num. 23.
Manutentionis decretum, quando reuocandum ſit per ſententiā diffinitiuā, dec. 125. n. 10. 12. & 22.
Mandatum de manutenendo vni datum Rota ad libitum reuocat detecta poſſeſſione alterius, deciſ. 125. num. 24. Quod intellige, vt ibid. num. 25.
Manutenibilis non eſt poſſeſſio capta pendente termino ad appellandum, decis. 128. num. 30.
Manutentio non impeditur ſub prætextu non iuris, niſi de illo conſtet per confeſſionem partis, vel per rē iudicatam non controuerſam, d. 128. n. 40.
Manutentio datur poſſeſſori tempore litis motæ, decis. 139. num. 1. decis. 219. num. 1. dec. 226. num. 1. & decis. 275. num. 1.
Dummodo ipſe non habeat ſe pro ſpoliato, decis. 139. num. 9.
Manutenibilis non eſt poſſeſſio proueniens à Iudice, qui nulliter procedit, decis. 139. num. 11.
Sed potius dicitur ſpoliatius, & capta per vim expulſiuam, ibid. num. 12.

Man

INDEX RERVM.

Mandatum de manutenendo in ſummarijſſimo poſ-ſeſſorio non admittit appellationem ſuſpenſiuam de iure canonico, decis. 163. num. 1.

Intellige, & declara, vt ibidem, num. 5.

Mandatum de manutenẽdo per cedulam conceſſum eſt appellabile ad vtrumque effectum de iure canonico, decis. 163. num. 4.

Secus ſi per decretum, ibidem, num. 5.

In manutentione poſſeſſio anterior eſt præferenda poſteriori, deciſ. 177. num. 4. & 17. deciſ. 216. num. 11. & deciſ. 288. num. 1.

Pro manutentione poſſeſſio inſtrumentalis ſufficit, ſi tunc temporis erat vacans, deciſ. 177. num. 5.

Ad manutentionem obtinendam ſola poſſeſſio ciui-lis ſufficit, deciſ. 177. num. 16. & deciſ. 180. nu. 1.

Poſſeſſio ſemel apprehenſa præſumitur continuata ad effectum obtinendi manutentionem, decis. 177. num. 18.

Quis ſolo animo retinetur, ibid. num. 19.

Mandatum de manutenendo competit proprietario finito vſufructu, decis. 177. num. 26.

In ſummarijſſimo remedio manutentionis non habet locum ſtatutum de continuanda poſſeſſione in hæredem, eo quia dicens ſe ſe continuatam poſſeſſionem debet docere ſe eſſe verum hære-dem, deciſ. 177. num. 28.

In mandato de manutenendo veniunt tantummodo fructus percepti poſt intentatam manutentio-nem, deciſ. 181. num. 46.

Quod procedit ſi petatur manutentio ſuper aliqua re fructifera, quia tunc res ipſa principaliter pe-titur, & fructus veniunt in quandam conſequen-tiam, ſecus autem quandò fructus decurſi petun-tur principaliter, prout in penſionibus domorum, & annuis præſtationibus cenſuum decurſis ante intentatam manutentionem, decis. 181. num. 47.

Ad effectum manutentionis non ſuffragatur Parocho aſſiſtentia iuris communis, niſi concurrat probatio poſſeſſionis, deciſ. 184. num. 3.

Manutenendus eſt Parochus, qui docet de poſſeſ-ſione, ſeu quaſi exigendi decimas, dec. 184. nu. 4.

Pro manutentione ſufficit quaſi poſſeſſio generalis totius diœceſis, decis. 184. num. 6.

Manutentio datur poſſidenti ex decreto Iudicis, deciſ. 193. num. 5.

In iudicio manutentionis fundamentum actoris cõ-ſiſtit in probatione ſuæ poſſeſſionis, de. 211. n. 1.

Mandatum de manutenendo datur ei, qui docet de poſſeſſione, ſeu quaſi ante motam litem, ibi-dem, num. 2.

Ad obtinendum mandatum de manutenendo ſuffi-cit inſtrumentum quærationis, ibid. num. 8.

Manutentio competit monaſterio non obſtante, quod illius procurator habuerit ſe pro ſpoliato, ibidem, num. 10.

Manutentio datur ei, qui docet de nudo facto exa-ctionis, ibid. num. 13.

A decreto de manutenendo non datur appellatio, decis. 216. num. 1. & decis. 262. num. 2.

Manutentionis iudiciũ dicitur ſummariũ, ibid. n. 3.

Et ſufficit in eo ſummaria probatio, ibid. num. 6.

Manutentio non infert præiudicium niſi lite pendẽ-te, decis. 216. num. 5.

In manutentione ſufficiunt leuisſimæ probationes, ibidem, num. 7.

In manutentionis iudicio reijciuntur omnes exce-ptiones concernentes petitorium, dec. 216. n. 16.

In manutentione de ſola poſſeſſione doceri opor-tet, ibid. num. 17.

Non autem diſputandum de iuſtitia illius, ib. n. 18.

Sed ſufficit poſſeſſio de facto, ibidem, num. 19.

Manutentionem habet detinens officio Iudicis, de-cis. 228. num. 5.

In manutentionis iudicio non admittitur, quod ad iuſtitiam, vel iniuſtitiam poſſeſſionis pertinet, tanquam reijciendum ſit ad petitorium, ib. nu. 6.

Sed tantum quod ſpectat ad poſſeſſorium, ibi-dem, num. 7.

Manutenibilis eſt poſſeſſio quomodocumque ca-pta ſit, nempe cum mandato Iudicis, vel ſine, ibidem, num. 24.

In manutentionis iudicio non cognoſcitur de nulli-tate, ibid. num 25. & 75.

In manutentionis iudicio non eſt diſcutiendum, an quis ſit in poſſeſſione nomine proprio, vel alie-no, ſeu præcario, ibid. num. 48.

Vel cum cauſa, aut titulo, vel ſine, ſed ſufficit al-legare factum, ibid. num. 49.

Manutentio datur exiſtenti in poſſeſſione pro inte-reſſe, quod habet in bonis, ibid. num. 50.

Etiam ſine productione tituli, ibid. num. 51.

Et quatenus producatur ſine iuſtificatione illius, cu-ius defectus non conſideratur, ibid. num. 52.

Manutentionis iudicium non eget iuſtificatione, ibi-dem, num. 53. Nec in eo iura colorati debent, licet colorati poſſint, ibid. num. 54.

Manutentionis ſubſtantia, & merita ſunt, vt quis tueatur in ſua poſſeſſione, in qua reperitur, vt aduerſarius agat iudicio ordinario, ibid. nu. 55.

Manutentionem habet poſſeſſionem accipiens vti hæres ſubſtitutus, cum tamen ſit inſtitutus, ex quo falſitas cauſæ in acquirenda poſſeſſione, quamuis impediat effectum iuris, non impedit effectum facti, quominus ex iſta falſa cauſa dica-tur poſſidere, ſeu detinere, ibid. num. 57.

Mandatum de manutenendo conceditur ex ſola iu-ris aſſiſtentia, deciſ. 234. num. 2.

Manutentio datur poſſidenti ciuiliter pro recupe-ratione naturalis poſſeſſionis, deciſ. 262. nu. 11.

Manutentio datur poſſidenti dum examinatur nul-litas proceſſus, ibidem, num. 21.

Manutentio competit ei, qui non habuit ſe pro ſpo-liato, deciſ. 266. num. 6.

Manutenendus eſt poſſeſſor lite pendente, deciſ. 125. num. 4. decis. 177. num. 3. & dec. 275. n. 1.

Etiam poſt ſententiam de reintegrando ſuſpenſam per appellationem, deciſ. 275. num. 2.

Dummodò illa ſit appellabilis, ibidem, num. 3.

Siuè ſit appellabilis vel nulla, ibidem, num. 4.

Siuè vti notoriè iniuſta, ibid. num. 5.

Ma-

Manutenibilis non eſt poſſeſſio capta alio exiſtente in poſſeſſione, ibidem, num. 8.
Manuteneri debet poſſeſſor, donec adſint tres ſententiæ conformes, deciſ. 279. num. 4 & 15.
Nec duæ conformes ſufficiunt, ibid. num. 5.
Imò etiam nec res iudicata, dummodo pendeat cauſa reſtitutionis in integrum, ibid. num. 6.
Manutenibilis non eſt poſſeſſio poſterior in concurſu antiquioris, decis. 288. num. 4.
Sed antiquior præfertur, decis. 228. num. 14.
Dummodo adſit continuatio, ibid. num. 28. & 34.
Manutenibilis nō eſt poſſeſſio nulliter capta, ib. n. 5.
Manuteneri debet is, qui poſtremo loco poſſidet, ſi de poſſeſſione docet, decis. 300. nu. 7. 30. & 34.

Maritus præſumitur diligens in exactione dotis propter onera matrimonij, decis. 143. num. 14.
Præſertim ſi pauper ſit, quia tunc ſubeſt cauſa vtendi diligentia, ibidem, num. 15.
Maritus vxorem, non autem vxor maritum ſuſtentare debet, deciſ. 190. num. 14.
Maritus nō poteſt tradere in dotem filiæ bona vxoris ſine conſenſu ipſius, ad quam non pertinet dotatio in concurſu cum patre, decis. 198. num. 17.
Maritus non ſoluēs canonem pro re dotali emphyteotica, vxori non præiudicat, dec. 201. nu. 38.
Maritus ſine voluntate vxoris dotem conſtitutam in pecunia ſubrogare non poteſt in ſtabilibus, dec. 210 num 28.
Marito, & non vxori competit actio dotis, decis. 231. num. 15.
Et in eundem eſt tranſlatum exercitium, & defenſio rei dotalis, tanquam ſit verus dominus, ib. n. 16.
Maritus creditor dotis ſi ex alia cauſa eſt debitor illius, qui promiſit dotem, non poteſt dotis vſuras conſequi ex tacita compenſatione inducta, deciſ. 231. num. 24.
Maritus habet adminiſtrationem pecuniarum tam dotalium, quàm paraphernalium, dec. 249. nu. 7.
Maritus ſepulturam eligere non poteſt pro vxore, cum ſit actus propriæ voluntatis, dec. 257. nu. 5.
Intellige id procedere quando ſimpliciter pro vxore eligit ſepulturam, ibid. num. 6.
Secus autem quando ſibi eligit, quia in conſequentiam venit electio pro vxore, ibidem, num. 7.
Marito datur cautela, vt eligat ſibi ſepulturam in loco vbi cupit vxorem ſepeliri, ibid. num. 9.

Maſculus. Maſculi melius, quam fœminæ, & agnationes diuites magis, quā pauperes publica munera, & onera ſubeunt, decis. 204. num. 35.

Mater. Materna hæreditas non adita tranſmittitur ad filios, decis. 263. num. 26.
Intellige quod tranſmittatur tanquam adeunda, non tanquam adita, ibid. num. 27.
Mater non tenetur dotare filiam de bonis proprijs, niſi ex magna cauſa, decis. 276. num. 30.

Materia dicitur fauorabilis, quæ nos reducit ad iuris communis diſpoſitionem, decis. 189. num. 27.

Matrimonium. Matrimonij ſacramentū facit, vt transfundatur origo vxoria in originem viri, itaut ſit illa ciuis illius ciuitatis cuius eſt vir, decis. 189. num. 4.
Quod intellige reſpectu fori iudicialis, ne alibi conueniri poſſit, ibid. num. 5.
Secus quo ad alia, ibidem, num. 6.
Matrimonio ſoluto dicitur extinctus titulus dotis, & fructus illius amplius non debentur, niſi duobus concurrentibus, inopia ſcilicet mulieris non habentis aliunde alimenta, & quod fecerit diligentias pro dote habenda, decis. 196. num. 5. & 6.

Melioramenta reficiuntur habita ratione de tempore reſtitutionis rei, deciſ. 193. num. 10.
Et habita ratione quatenus res fuit facta precioſior ex ipſis melioramentis, ibid. num. 11.
In melioramentorum materia non attenditur quid impenſum, ſed quid ſit melioratum, ibid. nu. 12.

Melius eſt iura intacta ſeruare, quam poſt vulneratam cauſam remedium quærere, deciſ. 199. num. 15.

Menſura. Menſuratio, ſeu liquidatio non ſtatim facta, ſed ſuperueniens retrotrahitur, & operatur ac ſi ab initio facta eſſet, deciſ. 136. num. 3.
Menſuratione facta venditor conſequi debet pretium non ſolutum vna cum fructibus recompenſatiuis, decis. 136. num. 4. & 14.
Menſura cenſetur adiecta demonſtrationis gratia, decis. 195. num. 5. Quod procedit quando venditio eſt facta ad tempus, ibid. num. 6. & 8.

Mercator. Mercatorum libri regulariter ad eorum fauorem non probant, decis. 169. num. 2.
Fallit concurrentibus adminiculis, quæ omnem ſuſpicionem falſitatis occaſionem tollunt, ibid. num 3.
Pro adminiculo deſeruit ſi mercator ſit bonæ opinionis, & famæ, deciſ. 169. num. 5.
Si debiti cauſam ſubiunxit, ibid. num. 6.
Si librum mercantiliter tenuit, ibid. num. 7.
Si aliquas partitas rectè iuſtificauit, ibid. num. 8.
Si data, & recepta in eodē libro adnotauit, ib. n. 10.
Et ſi concurrit maxima veriſimilitudo illarum particularum, ibidem, num. 11.

Merces, vide verbo Salarium.

Metus. Metum, vel coactionem non inferunt ea, quæ procedunt a iuſtitia, ſed præſumuntur voluntariè geſta, decis. 132. n. 66. & 67.

Miles magis arma, quam leges ſcire tenetur, decis. 201. num. 98.

Minor compromittere poteſt in cauſa neceſſaria vigore ſtatuti, decis. 295. nu. 12.

Mobilia. Mobilium promiſſio facta ſeparatim à dote non venit ſub nomine dotis, deciſ. 261. num. 5.

Molendinum. Dominus non poteſt prohibere ſubditis ne vadant ad alia molendina, quam ſua, deciſ. 298. num. 2.

Digitized by Google

Amplia, ibid. num. 3. & 4.
Barones poſſunt præſcribere ius habendi molendina priuatiuè quo ad alios, ibid. num. 7.
Declara id procedere inter mere laicos, & dummodo conſtet de priuilegio, ibid. num. 8.
Vel conſtet quod facta ſit prohibitio, & prohibiti acquieuerint per legitimum tempus ad complendam præſcriptionem, ibid. num. 9.
Ius molendi, vel prohibendi nunquam intelligitur ceſſum in præiudicium tertij, ibid. num. 24.
Præſertim contra Eccleſiam, ibid. num. 25.
Etiamſi ageretur de publica vtilitate, ibid. num. 26.

Monaſterium. Monaſterio competit manutentio non obſtante quod illius procurator habuerit ſe pro ſpoliato, decis. 218. num. 10.

Monitio debet præcedere antequam non adimpleta iuſſa defuncti priuetur commodo legati, deciſ. 201. num. 89.
Limita vbi eſſet appoſita dies, & pœna, quia tunc contraria opinio eſt verior, ibidem, num. 90.
Priuatio non incurritur niſi præcedat monitio in facto affirmatiuo implicante factum negatiuum pœnale, ibid. num. 91.
Quod etiam adiecta die procedit, ibid. num. 92.
Teſtatoris præceptum continens onus non vnica vice, ſed per plures explicandum, vt oneri dicatur contrauentum requiritur monitio, ib. n. 94.
Monitio requiritur quando quis pro adimplemento indiget alterius perſonæ miniſterio, ibid. num. 95.
Moneri etiam extra acta poteſt Iudex, vbi factum eſt notorium, deciſ. 228. num. 19.
Monitus à Iudice præſumitur præſens, vt actus operetur, deciſ. 271. num. 6.
Monitio Iudicis facta in iudicio vim citationis perſonalis habet, ibid. num. 7.
Interpellatio requiſita ad aliquid implendum ſine monitione non ſufficit, deciſ. 201. num. 88.

Mora committitur per lapſum diei, vbi adeſt obligatio Cameralis, decis. 140. num. 6.
Mora commiſſa in non faciendo ſuccedit obligatio ad intereſſe, ibid. num. 7.
Et loco damnorum, & intereſſe venit reſtitutio ſortis principalis, ibid. num. 8.
Vt deponatur pro implemento inſtrumenti obligationis, ibidem, num. 9. & 10.
Mora committitur per contrafactum, vel non licite factum ſicut per non factum, deciſ. 140. num. 19.
Mora de æquitate canonica purgari poteſt, etiam quando adeſt iuramentum ſi ius partis non ſit factum deterius, deciſ. 146. num. 6.
Tàm in prima, quàm in ſecunda inſtantia, & in quacunque parte iudicij, ibid. num. 7.
Etiamſi adeſſet obligatio Cameralis, ſi certa dies ab initio non eſt appoſita, ibidem, num. 8.
Et multo magis in eo, qui non tenetur ex facto proprio, ſed ex alieno, ibid. num. 9.
Cuius alieni facti ignorantia eſt probabilis, ib. n. 10.
Mora non conſideratur niſi in eo, qui eſt in dolo ſaltim præſumpto, ſeu lata culpa, dec. 146. n. 11.
Mora non conſideratur in eo, quod de iure eſt permiſſum, ibid. num. 14.
Moræ purgatio admittitur etiam lapſo tempore à Iudice ſtatuto ſi res eſt integra, ſecus ſi à lege, deciſ. 146. num. 15.
Omnis interpellatio, ſiuè legis, ſiuè hominis ſpatium quodam continere debet ad purgandam moram, ibid. num. 16.
Debitor dotis, qui electionem ſoluendi in pecunia, vel ſtabilibus ſi eſt in mora conſtitutus, electionem amittit, decis. 161. num. 16.
Et remanet debitor in pecunia, ſuccedit que habet obligatio ad pręſtandum intereſſe iuxta formam ſtatuti, ibidem, num. 17.
Mora non conſideratur vbi interpellatio nulla eſt, decis. 161. num. 30.
In mora, vel culpa non eſt, qui facit quod cæteri facere conſueuerunt, deciſ. 201. num. 52.
Mora ſine ſcientia non committitur, ibid. num. 195.
Moræ purgatio non admittitur in executione facta à lege, vel ab homine, ibid. num. 121.
Quod nõ procedit ante acceptatam, & declaratam à parte caducitatem, ibid. num. 122.
Mora de æquitate canonica purgari poteſt etiam poſt factam declarationem, ſi ius partis non efficiatur deterius, ibidem, num. 125.
Et ius factum deterius non dicitur, ſi pars nullum patiatur damnum, ibid. num. 126.
Mora de æquitate canonica purgatur in caſu, vbi adeſt dies, pœna, iuramentum, & clauſula, ipſo iure, ibid. num. 128.
Firmari non poteſt in iure, quod vbi dies eſt de forma mora ſit impurgabilis, ibid. num. 129.
In dubio illa opinio eſt præferenda, quæ moræ purgationi fauet, ibid. num. 130.
Et quæ continet æquitatem, ibid. num. 131.
Mora tradendi non dicitur commiſſa dum pendet conditio æſtimationis faciendæ, deciſ. 210. n. 21.
Tamquam ignoretur pro qua parte ſit facienda traditio, ibid. num. 22.
Vel qualis vigeat conſuetudo reſtitutionis dotis, ibidem, num. 23.
Mora ſine contumacia, vel dolo ſaltim præſumpto non contrahitur, ibid. num. 24. & 25.
Sine mora fructus, ſeu intereſſe non debentur, ibidem, num. 26.
Mora purgatur poſt declaratoriam facti, vſque ad executionem faciendam, deciſ. 201, num. 11.

Mulier. In muliere præſumitur ignorantia iuris, deciſ. 181. num. 36. & 51.
Mulier non poteſt teſtari de dote, quando illa eſt ad al quẽ applicata, vigore ſtatuti, d. 189. n. 1. & 25.
Mulier onera realia, & mixta ſuſtinet in loco vbi poſſidet, deciſ. 189. num. 7.
Mulier alibi nupta nũquam perdit domicilium originis, ſed illud quo ad omnes effectus retinet, præter iudicialia, ne à ſeruitiis mariti diſtrahatur, decis. 189. num. 8.
Quod procedit non ſolum in fauorabilibus, ſed etiam in odioſis, ibidem, num. 9.

Mulier obligata ex falſa cauſa ad ſolutionem non tenetur, deciſ. 190. num. 15.

Contractus nullitatem ob defectum ſolemnitatum mulier ſolum allegare poteſt, & non tertius, deciſ. 196. num. 17. Mulieris confeſſio adminiculata contra ipſam probat, deciſ. 196. num. 18.

Quia ex adminiculis tollitur ſuſpicio, & præſumptio fragilitatis ipſius, ibid. num. 19.

Mulieris confeſſio emanata per viam contentioſæ iuriſdictionis ipſi mulieri præiudicat quouſque de errore non doceatur, decis. 196. num. 20.

Mulier quietans ex cauſa neceſſaria ſolemnitatibus ſtatuti non indiget, decis. 196. num. 22.

Mulier excluſa per ſtatutum à legitima, & eius ſupplemento non debet commenſurare eius dotem ad legitimam, decis. 203. num. 18.

Mulier contrahendo cum alia muliere æquè priuilegiata non eget ſolemnitatibus ſtatutarijs, decis. 207. num. 4.

Imò potior eſt cauſa eius mulieris, quæ tractat de damno vitando, ibidem, num. 5.

Mulier conuolans ad ſecundas nuptias expellitur à tutela, decis. 213. num. 20.

Limita id non procedere in maſculo, quia diuerſa viget ratio, ibid. num. 21. 22. & 23.

Mulieris obligatio iuramento vallata ſuſtinetur ſaltim de iure canonico, deciſ. 274. num. 7.

Mulier certiorata prius valide renunciat cum iuramento diſpoſitioni Auth. ſi qua mulier, C. ad Velleian. ibid. num. 8.

Mulieris teſtamentum factum ſine ſolemnitatibus à ſtatuto requiſitis non valet, decis. 292. num. 5.

Munera ſæpe numero ſuccedunt loco integræ mercedis, decis. 122. num. 13.

Munera patrimonialia ſoluuntur per mulieres in loco vbi illæ habent patrimonium, deciſ. 13. num. 24

Mutatio. Mutanda non ſunt, quæ antiquam habēt conſuetudinē, dec. 238. n. 8. 11.

Mutare non poteſt Ordinarius ex facultate propria etiam accedente conſenſu patronum pias defunctorum voluntates, & qualitates adiectas in fundatione, decis. 280. num. 22.

Mutuum. Mutuans pecuniam pro aliqua re emenda, & conueniens, vt illa res ſit ſibi obligata, præfertur etiam priorem hypothecam generalem habentibus, dec. 186. nu. 2.

Mutuans pro refectione eſt priuilegiatus, vt etiam præferatur omnibus anterioribus, dec. 186. n. 3.

Mutuans in refectionem ad hoc, vt præferatur debet probare pecuniam mutuatam eſſe in cam cauſam, deciſ. 186. num. 7.

Et talis probatio deſumitur ex eodem inſtrumento mutui, ac etiam ex libris domeſticis, ibid. nu. 8.

Mutuum quando in parte eſt verſum in vtilitatem vxoris marito non exiſtente ſoluendo agitur contra vxorem, decis. 190. num. 12.

Facta tamen in primis excuſſione bonorum mariti, ibidem, num. 13.

Mutuans pro ſemine eſt potior in grano recollecto, decis. 270. num. 14.

N

Narratiua inſtrumenti probat inter contrahentes, d. 129. n. 3.

Amplia, vt ibidem, num. 4.

Narratiua deſeruit probationi identitatis, decis. 220. num. 16.

Natura ſaluiani eſt, vt actor obtineat immitti in poſſeſſionē retinendā, donec fuerit ſatisfactus de fructibus decurſis, dec. 254. n. 12.

Negatiua non probatur per teſtes, niſi ſit loco, & tempore coarctata, decis. 231. num. 14. Et teſtes dixerint id fieri non poſſe, quin viderint, ibidem, num. 15.

Negatiua quòd aliud inſtrumentum receptum non fuit per Notarium non probatur ex eo, quod in eius protocollo aliud inſtrumentum non reperiatur, decis. 220. num. 26.

Sed contraria opinio eſt verior, vt probata remaneat negatiua, quòd inſtrumentum factum non fuerit, ſi facta diligentia in protocollo non inueniatur, ibid. num. 27.

Amplia, & declara, vt ib. n. 28. 30. 32. 34. 35. & 36.

Ad negatiuam probandam diligentiæ dicitur ſufficienter factæ, quando nullus remanet locus non perquiſitus, decis. 220. num. 24.

Affirmatiua vb. ad cerimm inſtrumentum eſt coarctata ex illius inſpectione probatur negatiua, ibidem, num. 28.

Ex negatione poſſeſſionis non infertur ad negationem iuris, deciſ. 266. num. 8.

Negatiua poſſeſſionis tunc demum præiudicat ſi eſt facta præcedente interrogatione iudicis, ib. n. 9.

Negligentia arguitur contra eum, qui vſus non eſt remedijs opportunis cum poteſt, decis. 137. n. 21. Negligentia ignorantis imputari non poteſt, deciſ. 201. num. 66.

Negligētia procuratoria nocet domino, d. 215. n. 7.

Negligentia non imputatur, vbi quis non defendit cauſam de iure perituram, decis. 185. num. 41.

Negotium dicitur requirere altiorem indaginem quando eſt opus dare capitula, & teſtes examinare, dec. 255. num. 9.

Nemo præſumitur velle iactare ſuum, dec. 202. num. 62. & decis. 221. num. 9.

Nemo ſui ipſius poteſt eſſe debitor, & creditor, ſed præſumitur ſibi de bonis hæreditarijs ſoluiſſe, decis. 220. num. 6.

Dum tamen creditum ante aditionē exiſtat, ib. n. 8.

Nemo capi poteſt in propria domo, quæ tutiſſimū refugium vnicuique eſſe debet, dec. 277. num. 1.

Amplia etiamſi fuiſſet oſtium apertum, ibid. nu. 2.

Ac etiamſi domus non eſſet propria inhabitantis, ibidem, num. 3.

Limita, quando debitor captus non eſt ſoluendo, quia tunc de æquitate nulliter captus confirmatur, ne creditor amittat ſuum creditum, ib. nu. 4.

Nemo plus iuris in alium transferre poteſt, quam ipſe habet, deciſ. 298. num. 24.

INDEX RERVM.

Nomen Præsbyteri ex proprietate ſermonis ſignificat idẽ, quod ſenior, d. 256. n. 19.
Et licet verificari poſſit aliquando in ſimplici Clerico, ibid. num. 20.
Tamen propriè ad ſacerdotem tantum ſpectat, ibidem, num. 21.

Notarius validè atteſtatur de actu à ſe geſto, & per eum rogato, dec. 126. n. 26.
Notarij ſtipulatio non operatur acquiſitionem, niſi ſequatur acceptatio, ſeu ratificatio partis, deciſ. 210. num. 27. & 30.
Notarij relatio in Curia Aſculana, in qua de ſtylo funguntur officio Nuncij probat reproductionẽ diſdictæ, & depoſiti in termino citationis, deciſ. 217. num. 19. & 21.
Notarius domeſticus, & amicus poteſt rogari de teſtamento, ſeù inſtrumento pro domino, pro domeſtico, & pro amico, deciſ. 247. num. 71.
Amplia, vt ibid. num. 72.
Notarij, ſeu Cancellarij Epiſcoporum poſſunt, & ſolent ſe rogare de inſtrumentis pertinentibus ad ipſum Epiſcopum, ibid. num. 73.
Notarius Epiſcopi habet priuilegiũ fori, diciturq; de eius familia, & gaudet eius priuilegio, tàm in ciuilibus, quàm incriminalibus, ita vt etiam ſit immunis à collectis, & gabellis deciſ. 247. nu. 74.
Notario actuario creditur, ſi atteſtatur de actibus iudicialibus, deciſ. 271. num. 5.

Notorium non indiget probatione, deciſ. 228. nu. 20. & deciſ. 298. n. 15.
Notorium dicitur, quando factum ſui natura tale eſt, vt omnes ſciant, vel ſcire poſſint, ib. num. 21.
Notoria iniuſtitia dicitur illa, quæ reſultat ex eiſdẽ actis, deciſ. 256. num. 4.

Nouatio non dicitur facta, ſi poſterior obligatio ſit inutilis, & ideò priora pignora ſublata non intelliguntur, dec. 208. n. 17.

Nouitius reputatur perſona Eccleſiaſtica, decis. 192. num. 9.
Attendique debet ſtatus in quo ipſe reperitur tempore contractus, deciſ. 192. num. 10.
Nouitius non ſubijcitur ſtatuto ſæculari, ſed iuri canonico, deciſ. 192. num. 11.

Nouum non dicitur, quod alias extabat, licet renouetur, deciſ. 179. num. 6.

Nullitas. Nullitates poſt rem iudicatam non ſunt attendendæ, deciſ. 126. nu. 31.
Ius agendi de nullitate ſpatio 30. annorum præſcribitur, deciſ. 159. num. 7.
Nullitatis exceptio quando eſt talis, quod nihil probandum ſit, impedit executionem obligationis Cameralis, deciſ. 162. num. 1.
Nullitas propoſita per viam exceptionis de qua Iudici conſtat, impedit executionem obligationis Cameralis, ibid. num. 22.
Nullitas in dubio ſemper eſt euitanda, vt ſuſtineatur actus, decis. 197. num. 10.
Nulla eſt maior nullitas, quam quæ prouenit ex legitimatione perſonæ parte opponente, deciſ. 217. num. 4. & deciſ. 286. num. 6.
Quæ legitimatio fieri debet per agentem, etiam parte non inſtante, ead. deciſ. 217. num. 5.
Et in quocunq; iudicio quamuis ſummario, & executiuo, ibid. num. 6.
Et omiſſa reddit ſententiam nullam, ibid. num. 7.
Nullitas, vel iniquitas, quæ non eſt euidens, ſed velata non impedit executionem, dec. 237. nu. 7.
Nullitas citationis conualidatur per comparitionẽ partis in iudicio, deciſ. 237. num. 14.
Cauſa nullitatis etiã notoriæ in termino ſtatuti reijcientis nullitatem non cenſetur deſerta, quamuis deſerta ſit cauſa appellationis, deciſ. 243. nu. 8.
Contrarium dic verius, vbi ſtatutum præfigit certum terminum ad dicendum de nullitate cauſamque appellationis, & nullitatis terminãdã, d. 243. n. 9.
Seù potius diſtingue, quod prima opinio locum habeat, vbi ſtatutum excluderet nullitatem, abſque præfixione termini, ſecunda verò quando poſt præfixionem termini prohiberet dici de nullitate, deciſ. 243. num. 10.
Et intellige, quod diſtinctio procedat, ſiuè incidenter, ſiuè principaliter nullitas deducatur, ib. n. 11.
Non autem ſi per viam exceptionis, ibid. num. 12.
Nullitatis proteſtatio non præſtiti iuramenti calumniæ repeti debet in quolibet actu iudiciali, deciſ. 263. num. 6. & 7.
Nullitatem inſanabilem inducit mandatum relaxatum ſine citatione, deciſ. 272. num. 15.
Nullitatis exceptio non impedit executionem contractus, ſi non eſt probata, deciſ. 276. num. 9.
Nullitas non allegatur à tertio, ſed tantum ab eo ad cuius fauorem eſt introducta, deciſ. 276. num. 11.
Nullitas patens, & manifeſta ex inſtrumento nunquam cenſetur excluſa, & poteſt etiam allegari à tertio ad tuendam ſuam poſſeſſionẽ, d. 276. n. 13.
Nullitas deducta principaliter facit cauſam appellabilem, deciſ. 279. num. 13.
Nullitatem ſententiæ cauſat iuramentum calumniæ petitum per partem, & omiſſum, dec. 279. n. 14.
Nullitas contractus ex defectu cauſæ procedit ſi is velit, qui nullum dicere poteſt, deciſ. 282. nu. 8.
Nullitatis exceptio de qua manifeſtè apparet nunquam cenſetur reiecta, deciſ. 295. num. 5.
Et executionem impedire ſolet, ibid. num. 6.
Nullitatis exceptio turbida, quæ requirit altiorem indaginem non impedit decretum de exequendo, decis. 295. num. 11.
Nullitas ſententiæ in primis diſcutienda eſt inſtante parte, deciſ. 167. num. 6. & deciſ. 175. num. 8.

Nuncius debet eſſe certus, vt citatio, vel interpellatio noceat, deciſ. 161. n. 26.
Nuncio referenti feciſſe executionem in bonis N. creditur, deciſ. 265. num. 2.

O

OBlatio crediti facta non liberat debitorem ab intereſſe, niſi creditor recuſet recipere, deciſ. 161. nu. 27.

Obla.

Digitized by Google

Oblatio fieri debet authoritate Iudicis, qui debet illam admittere cum clauſula, ſi & in quantum, decis. 161. num. 28.

Oblatio ſortis fieri debet vnà cum intereſſe pro tẽpore præterito, decis. 161. num. 29.

Obligatio. Ad obligandũ vtriuſq; partis cõſenſus requiritur, de. 222. nu. 16.

Vbi adeſt obligatio rei reſtituendæ ad æſtimationem deueniri poteſt ipſa re non viſa, deciſ. 126. n. 32.

Obligari, & in mora conſtitui vno, & eodem tempore iniquum eſt, deciſ. 127. num. 8.

Obligatus ſoluere alienum debitum petere poteſt ceſſionem quando illa cedenti non nocet, & ſoluenti prodeſt, decis. 140. num. 12. & 15.

Obligatio à duobus facta intelligitur pro virili, decis. 143. num. 7.

Obligatio mulieris non inſinuata iuxta formam ſtatuti nullum effectum operatur, decis. 162. nu. 2.

Non tantum reſpectu obligationis ciuilis, quam naturalis, ibid. num. 3.

Itaut à contractu mulier obligata diſcedere poſſit, ibid. num. 9.

Effectus obligationis mulieris pendet ab inſinuatione, ibidem, num. 20.

Obligatio mulieris ſine inſinuatione, quæ à ſtatuto deſideratur dicitur imperfecta, & nulla ex defectu conſenſus, ibidem, num. 23.

Obligatio ex perſona, & facto ipſius obligati originem trahens ipſum ſolum afficere debet, decis. 174. num. 13.

Obligans rem communem, partem ſuam tantum obligare, cenſetur, decis. 174. num. 15.

Obligationis qualitas non mutatur in perſona hæredis, deciſ. 183. num. 26.

Obligatio debitoris non poteſt retrotrahi in præiudicium creditorum quibus debitor, nec nouando, nec accepto ferendo poteſt damnum inferre, deciſ. 202. num. 22. & 34.

Non obligatur ex diuerſo contractu antea facto recipiens ex vno contractu, ibid. num. 42.

Obligatio poſterior ſi ſit inutilis nouatio non dicitur facta, & ideo priora pignora ſublata non intelliguntur, deciſ. 208. num. 17.

Obligationis priora pignora repetita in poſteriori habent temporis prærogatiuam, ibid. num. 18.

Obligatio omnis ſolutione eius quod debetur tollitur, ibidem, num. 23.

Obligare ſe poteſt pupillus cum authoritate tutoris, tàm naturaliter, quàm ciuiliter, de. 213. n. 40.

Obligatio relatiua non poteſt continere pluſquam continetur in relato, deciſ. 220. num. 23.

Obligatio ſi ſit conditionalis attendi debet tempus exiſtentis conditionis, non autem obligationis, decis. 221. num. 6.

Obligatio pro vna cauſa non extenditur ad aliam, deciſ. 227. num. 13.

In obligatione elapſo termino præfixo promiſſio habetur pro pura, decis. 235. num. 4. & 8.

Obligatio euictionis eſt de natura emptionis, & venditionis, deciſ. 242. num. 19.

Obligata ſunt tacitè bona tutoris pupillo, decis. 244. num. 7.

Obligatio pro ſorte, & fructibus dicitur vnica cauſa, deciſ. 255. num. 5.

Obligatione ceſſante ceſſat hypotheca, de. 258. n. 3.

Obligatio eſt mater actionis, deciſ. 258. num. 4. & deciſ. 270. num. 3.

Obligatione, & hypotheca ceſſante ceſſat ſaluianum, deciſ. 258. num. 5.

In obligatione bonorum facta per defunctum bona propria hæredis non veniunt, deciſ. 268. num. 1.

Obligat communio ad diuidendum, cum nemo teneatur ſtare in communione, decis. 269. num. 6.

Obligatio tanquam ſtricti iuris non extenditur de perſona ad perſonam, deciſ. 270. num. 1.

Obligationis ſubſtantia eſt conſenſus, ibid. num. 2.

Obligatio eſt mater actionis, ibidem, num. 3.

Obligatio non trahitur niſi ad perſonas expreſſas, ibidem, num. 5.

Socius ſocium ſingularem non obligat niſi contrahat nomine ſocietatis, & in cauſam ſocietatis, ibidem, num. 7.

Conſocium non obligant extra ſocietatem geſta, ſed contrahentem dumtaxat, ibidem, num. 9.

Amplia, vt ibidem, num. 10.

Obligatio remanet inefficax deficiente cauſa propter quam quis ſe obligauit decis. 272. num. 3.

Vxor quando inſimul cum viro ſe obligat cenſetur pro viro intercedere, nec obligatio ſuſtinetur, niſi probetur pecuniam in vtilitatem mulieris expenſam, decis. 274. num. 4.

Limita ſi obliget ſe pro indigentijs mariti, & domus, ibidem, num. 5.

Obligatio mulieris iuramento vallata ſuſtinetur ſaltim de iure canonico, ibid. num. 7.

Obligatus ad aliquid dandum cogitur creditorem cautum reddere per inſtrumentum, decis. 267. num. 1. & decis. 287. num. 3.

Obligatio Cameralis poſita in inſtrumento de ſoluendo iudicatum ad omne mandatum Iudicis non tollit appellationem, decis. 126. num. 4.

Obligationis Cameralis vires ſuſpendit appellatio legitimè interpoſita, de. 126. n. 6. & de. 129. n. 31.

Obligatio Cameralis regulatur ſecundum terminos in quibus loquitur, de. 126. n. 7. & de. 129. nu. 31.

Obligatio Cameralis de redimendo non impletur cautione, decis. 140. num. 1.

Promittens aliquid cum iuramento, vel cum obligatione Camerali tenetur ad ipſum factum præciſè, quando illud præſtari poteſt, ibid. num. 2.

Obligatio Cameralis executionem paratam habet pro contentis in inſtrumento, in quo eſt appoſita, d. 140. n. 5. d. 182. n. 1. d. 251 n. 1. & d. 295. n. 2.

Cameralis obligatio vbi adeſt mora committitur per lapſum diei, decis. 140. num. 6.

Fideiuſſor obligatus in forma Cameræ, vel guarentigiæ habetur pro paſſo damnum, etiam damno non ſequuto, & agere poteſt contra principalem, vt ſoluat, deciſ. 235. num. 11. & 18.

Digitized by Google

Obligatio Cameralis non admittit alias exceptiones, niſi falſitatis, nouationis, ſolutionis, & nullitatis, deciſ. 251. num. 4. Quæ ſunt probandæ antequam petita ſit executio, ibidem, num. 5.

Incontinenti clarè, & non turbidè, ibid. num. 6.

Obligationis Cameralis executionem impedit ſolutio probata per inſtrumentum publicum, deciſ. 251. num. 7. & 15.

Obligationis Cameralis executio habet vim confeſſionis, & rei iudicatæ, deciſ. 251. num. 8.

Obligatio Cameralis executionem reſtitutio in integrum non impedit, maximè quando fuit præuentum in petitione executionis, dec. 251. n. 16.

Et multo magis quando executio eſt iam cæpta, ibid. num. 17.

Obligatio Cameralis non admittit appellationem ſuſpenſiuam, deciſ. 271. num. 2.

Obligationis Cameralis effectus tranſit ad hæredes actiuè, & paſſiuè, dec. 182. n. 2. & dec. 271. n. 3.

Obligationis Cameralis rigor exerceri non poteſt, quando negotium eſt turbidum, deciſ. 296. nu. 2.

Obſeruantia optima eſt interpres cuiuſlibet diſpoſitionis, dec. 143. num. 11. & deciſ. 154. num. 3.

Obſeruantia eſt attendenda, vbi dubitatur, an decima debeatur, vel non deciſ. 142. num. 12.

Obſeruantia arguit veritatem, ibid. num. 13.

Et omnem remouet ambiguitatem, ibid. num. 14.

Obſeruantia non deſideratur in re clara, dec. 173. num. 33. & deciſ. 180. num. 15.

Obſeruantia proxima, & vltima eſt attendenda, decis. 184. num. 14.

Obſeruantia eſt ſeruanda, & ſequenda, dec. 238. n. 9.

Maximè quando agitur de electione conſiliariorum, ibid. num. 10.

Obſeruantia ſolet eſſe æqua interpres ad dignoſcendum, an præſentatus debeat eſſe actu Sacerdos, deciſ. 256. num. 18.

Obſeruantia interpretatiua declarat omnem diſpoſitionem ambiguam, deciſ. 280. num. 12.

Etiam in materia legatorum ambiguorum, ibid. n. 13.

Ac etiam in ſucceſſione iuris patronatus, ibid. n. 14.

Obſeruantia vt ſuffragetur debet eſſe præciſa, & indiuidua caſus de quo agitur, ibid. num. 16.

Cum ſcientia, & patientia illius de cuius intereſſe agitur, ibidem, num. 17.

Et difformis non ſuffragatur, ibid. num. 18.

Obſeruantia ſubſequuta excludit omne dubium, deciſ. 299. num. 3.

Offere, vide ius Offerendi.

Officium Iudicis pendente dilatione conquieſcere debet, decis. 175. nu. 3.

Officium Iudicis non impartitur non petenti illud, decis. 170. num. 9.

Omiſſio Indictionis, vel nominis Pontificis vitiat inſtrumentum, deciſ. 147. num. 15. & 16. & decis. 170. num. 15. & 16.

Omittens ſcienter facere, quod tenetur dicitur eſſe in dolo, deciſ. 202. num. 68.

Onus probandi creditum ſolutum ſpectat ad allegantem, deciſ. 206. num. 26.

Onus probandi ſuſpiciens ſi deficit ſuccumbere debet, deciſ. 268. num. 6.

Opinio, ſiue deciſio doctoris in ſpecie habet vim legis, ſi non reperitur contradictor in ſpecie, deciſ. 201. num. 97.

Optio regulariter non cadit, niſi inter canonicos, deciſ. 240. num. 1.

Optio regulatur à conſuetudine, ibid. num. 2.

Optionis natura eſt, vt vnus poſt alium optet, prout quiſque anterior eſt, ibid. num. 3.

Optandi conſuetudo inter Auditores Rotæ Maceran, & quando locum habeat, ibid. n. 8. 9. & 10.

Optandi conſuetudo ex vſu difformi non inducitur, niſi huius veritatis certa, & determinata cauſa probetur, ibid. num. 11.

Ordinarius ex facultate propria etiam accedente conſenſu patronorum non poteſt mutare pias defunctorum voluntates, & qualitates adiectas in fundatione, d. 280. n. 11.

Origo. Sacramentum Matrimonij facit, vt transferatur origo vxoris in originem viri, itaut ſit illa ciuis illius ciuitatis cuius eſt vir, decis. 189. num. 4.

Quod intellige reſpectu fori iudicialis, ne alibi conueniri poſſit, ibid. n. 5. Secus quo ad alia, ib. nu. 6.

Originis domicilium mulier alibi nupta nunquam perdit, ſed illud quo ad omnes effectus retinet præter iudicialia ac à ſeruitijs mariti diſtrahatur, deciſ. 189. nu. 8. Quod procedit non ſolum in fauorabilibus, ſed etiam in odioſis, ibid. nu. 9.

P

PActum de ſoluendo fructus pendente dilatione incerta, & indeterminata ad ſoluendum quando locum habeat, deciſ. 127. num. 9.

Regulariter eſt inualidum ſecundum magis communem opinionem, deciſ. 127. num. 22.

Amplia, vt ibid. num. 23. Limita, vt ibid. nu. 37.

Pactum de capitale ſaluo eſt omnino prohibitum, deciſ. 132. num. 19.

Pactum eſt validum, vt vnus ex ſocijs habeat onus adminiſtrationis, & alter nullum laborem ſuſcipiat, ſed ſolum pecuniam ponat, de. 132. nu. 40.

Pactum de ſoluendis fructibus dotis eſt validum, deciſ. 196. num. 1.

Intellige non pro tempore ſoluti matrimonij, ſed coniugio durante, deciſ. 196. num. 3. & 4.

Et anno luctus, ibidem, num. 22.

Paciſci non poteſt pater cum genero in præiudiciũ filiæ poſtquam fuit conſtituta dos, de. 210. n. 29.

Nihil magis naturale eſt, quam ea pacta, quæ placuerunt cuſtodiri, deciſ. 236. num. 1.

Pacto an ſit locus prius eſt diſcutiendum, quam illud executioni mandetur, decis. 245. num. 5.

Pactum reſeruationis dominij in venditionis inſtrumento eſt validum, deciſ. 260. num. 2.

Pacto

Digitized by Google

INDEX RERVM.

Pacto caducitatis ceſſante in locatione ad longum tempus ceſſat caducitas, decis. 269. num. 20.

Papa in dubio prouidere non intendit de beneficio manuali, niſi aliter concurrat eius expreſſa voluntas, deciſ. 154. num. 8.

Papa non cenſetur derogaſſe vnioni iam factæ, quam ignorabat, decis. 154. num. 14.

Papæ prouiſiones non mutant ſtatum beneficij, ibid. num. 15.

Limita, vt non procedat, quando conſtat de illius voluntate contraria, ibid. num. 16.

Papæ prouiſio mutat ſtatum beneficij ſi facta ſit cũ animi deliberatione, quod voluerit ſtatum mutare, deciſ. 154. num. 35.

Paraphernalia bona, vel extradotalia non ſortiuntur priuilegium dotis, deciſ. 261. num. 4.

Paria ſunt non eſſe factum, vel nulliter factum, deciſ. 180. num. 16.

Paria ſunt, quod actio non detur, vel detur, & ſic inefficax eo quod exceptione elidatur, deciſ. 202. num. 15.

Paries contraditius quis dicatur, dec. 272. n. 1. Et ad quem effectum ædificetur, ibid. num. 2.

Paries communis pro indiuiſo à ſocio perforari nõ poteſt, ibid. num. 3.

Idem quando eſt communis pro diuiſo, ſi detrimentum ſocio adferat, ibid. num. 4.

Parochus ratione curæ debet indiſtinctè recipere omnes decimas, d. 184. n. 2.

Habet aſſiſtentiam iuris communis ſuper illis intra limites ſuæ Parochiæ, ibid. num. 2.

Parocho ad effectum manutentionis non ſuffragatur aſſiſtentia iuris communis, niſi concurrat probatio poſſeſſionis, decis. 184. num. 3.

Parochus, qui docet de poſſeſſione, ſeu quaſi exigendi decimas eſt in ea manutenendus, d. 184. nu. 4.

Parochi præſentia, quando requiratur pro teſtimonio magnæ authoritatis, decis. 347. num. 7.

Prout idem in celebratione matrimonij, ibid. nu. 8.

Parochi præſentia ſuppletur per alios duos teſtes, deciſ. 247. num. 13.

Parochus ſibi aſſumere poteſt ſocium vice Parochũ pro regimine curæ, & adminiſtratione Sacramentorum, ibid. num. 23.

Parocho atteſtanti de his, quæ ſpectant ad eius officium eſt maximè deferendum, ibid. num. 24.

Vice Parochus poteſt ea omnia facere, quæ poteſt Parochus, cum ſubrogatus aſſumat naturam ſubrogatis, ibid. num. 25.

Verus Curatus, ac proprius Præsbyter dicitur ille, cui cura Parochialis eſt commiſſa, ſiuè ſit Parochus, ſiuè ſit Vicarius, decis. 247. num. 26.

Sine Parocho, vel vice Parocho teſtamentum conditum in terris Eccleſiæ cum tribus teſtibus eſt nullum, ibid. num. 27.

Parochus alium ſacerdotem ſui loco ſubſtituere poteſt, qui matrimonio validè aſſiſtat, deciſ. 247. num. 28.

Parocho proprio eſt obligatus quilibet Chriſtianus ſemel in anno confiteri peccata ſua, ac Sanctiſſimam Euchariſtiam ab eo ſuſcipere, ibid. num. 29.

Et dicitur ſatiſfeciſſe ſi id exequatur coram ſubſtituto, ab Ordinario approbato, ibid. num. 30.

Parochus debet eſſe miniſter Baptiſmi, decis. 247. num. 31.

Poteſt tamen alius ad id legitime ſubſtitutus Baptiſmum conferre, ibid. num. 32.

In omnibus in quibus Parochi libro creditur, idem creditur libro vice Parochi, deciſ. 247. num. 33.

Parocho ſubſtituto datur facultas generalis exercẽdi omnia, quæ ſpectant ad Parochum, deciſ. 247. num. 34.

Parochus ſubſtitutus poteſt dictare, & recipere teſtamentum Parochiani ſecundum formam cap. cum eſſes de teſtament. decis. 247. num. 35.

Etiam ad fauorem Parochi ſubſtituentis, ibid. num. 36. 51. 55. & 70.

Et de ratione, ibid. num. 52. & 53.

Parochus poteſt teſtamentum ſcribere ad fauorem ſuæ Eccleſiæ, decis. 247. num. 37.

Parochus à ſua Eccleſia habet commodum victus, ibid. num. 38.

Parochus habet intentionem fundatam in Iure Parochiali, vt omnes intra Parochiam degentes ſepelire debeat, deciſ. 257. num. 1. & 2.

Partem facere. De iure non eſt inconueniens, quod quis faciat partem, & non admittatur ad partem, deciſ. 152. num. 2.

Filia fauore maſculorum excluſa à ſtatuto facit partem eo modo quo magis eſt vtile maſculis, decis. 152. num. 1.

Partita. Partitas quas defunctus approbauit hæres non poteſt improbare, decis. 269. num. 4.

Partitæ contrapoſitæ partitis cantantibus indebitũ ſolutionis, non cadunt in debitum ſoluentis, ſed conſtituunt creditorem ſoluentem, dec. 202. n. 35.

